DE VETERI MONACHATV, ET REGVLIS MONASTICIS, PARS SECVNDA.

INDAGATORE, EXPOSITOREVE,

R.A.P.M. FRANCISCO BIVARIO

Hiſpano, Mantuæ - Carpetano, Ciſtercienſi, domo Nucalenſi,

CONTINVATORE

M.F. THOMA GOMEZ ÇAVCENSI, ITIDEM NVCALENSI,

A Monaſtice S. Paulæ, vbi Biuarius morte præuentus deſiit, vſque abſolutum Orientis Monachatum.



LVGDVNI,
Sumptib. PHILIPPI BORDE, & LAVR. ARNAVD.

M. DC. LXII.

CVM APPROBAT. ET SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Ad Reuerendiſſ. P. M. Dom.

D. ANDREAM DE AVALOS

Sacræ Ciſtercienſium Congregationis D. Bernardi in Regnis Caſtellæ & Legionis Generalem emeritum.

OPERIS NVNCVPATIO.

POSTREMVM iam (REVERENDISSIME PATER) excipe Biuarij conatum, ne fœtum dixerim imperfectum adeò, ſeu vix inchoatum poſteriorem Tomum *de Veteri Monachatu Orientis*; cuius cum extrema ante oculos obuerſatur oratio, profundunt ſeſe ſubitò lachrymæ in occaſu clariſſimi huius Nati quem cœlo genuit Ciſtercium: neque teneri poteſt fortitudo, niſi vna cum ipſo dolor ſepeliatur. Minuit enimvero meriti luctus acerbitatem diſceſſus compenſatio; non enim obiit (laus enim eius emori non poteſt,) ſed abiit, ſed dormiuit velut candida illa Dauidis columba *inter medios Cleros*, Vetus nempe, Nouumque Pſ. 67. Teſtamentum, dum pennæ illius *virore Sapientiæ* deargentatæ vtriuſque ſacræ Paginæ Monaſticem luſtrabant. Terga vertit mundo, dorſum vitæ: ſed cum immaturè, & quaſi per turbinem tolleretur à nobis, auream prorſus fundebat Paleſtini Monachatus narrationem nullo pretio comparandam; ſimulque *poſteriora dorſi eius in pallore auri* charitatis, & ſplendore doctrinæ fulgebant: *& qui tam bene dormiunt* (teſte Auguſtino) *eis velut pennis nunc volitat, & exaltatur Eccleſia.* Suſcepi ego continuationis onus, non Auguſt. 16. quidem quod ſuſtinere poſſe putabam (ſat enim omnibus, & mihi, explorata erat imperitia mea) ſed vt inde ſaltem idoneam capta-

rem occaſionem vltima peruulgandi lineamenta Binarij, quorum vmbra protectus in ſolem & puluerem procedere non timerem. Pudenter quidem quæ ſupra vires dicendi meas poſita erant cunctabar attingere,ſcripta hæc(dudum Tibi in Notulis meis ad Conuerſionem Benedictinæ Regulæ in Hiſpanum promiſſa) in manus tuas peruenire ingenuâ timiditate refugiens: ſumptuſque pro editione abs Te (Reuerendiſſime Pater) obnixe inſtare, vel admodum flagitare verebar, ne cum probro, & dedecore tot mea errata (quibus nulla vel parua proponitur venia) effunderentur in vulgus. Tu verò quem non fatigat liberalitas, niſi quando ceſſauit,ſic amicus Deo es atque erga me indignum magnanimus & largus,vt prius in huius Operis lucem conſulto Diffinitorum Ordinis Capitulo ſumptus è communi eius Theſauro ſuppeditare decreueris, quam id mihi in precibus, in optatis, vel in votis occurreret. Et quia nihil poſcente me abnuis; magis acuis procacitatem emergendi in publicum,quam retundis. Beneficio vinctus ingratus eſſe non poſſum: iam dudum tamen quam grati animi, tam ſermonis exigui ſuccumbo materiæ, ea tantummodo perſtringens, quæ ne infantiſſimus quidem, niſi idem impiiſſimus ſuppримeret. Nam ſi ingrati crimine arguendus ſim, aut temerarij profeſſione culpandus, tamen cum alterum è duobus ſubeundum ſit, audaciam quàm ingratitudinem malo reprehendi. Exiguum profectò præſens gratitudinis pignus, niſi compertum habuiſſem magnis ſæpè rectiſſimè parua conferri, ac minima quæquæ, quod abs Te (vt ſpero) probentur, maxima eſſe. Vale

Auſon. pro Conſul. ad Gratian.

Tuus humillimus cliens

Fr. THOMAS GOMEZ.

LECTORI

LECTORI SVO CONTINVATOR.

CRESCIT profectò apud me, certè tractatu ipſo admiratio an- Plin. l. 27.
tiquitatis: *creſcit & inconſolabilis dolor de ipſius antiquitatis vices;* c. 1
tantum *namque* ab excogitandis nouis ac iuuanda vita mores Idem in
abſunt; ſummumque opus ingeniorum, diù iam hoc fuit, vt procem.
intra vnumquemque rectè facta. Veterum perirent. *Quis ergo* l. 25.
bonus Biuarij mortem non luget? quis non non dolet interitum talis & Monachi, &
Monachatus antiquitatum veteratoris, cui nihil intentatum, nihil de priſcorum factis
occultatum, quod non prodeſſe poſteris vellet, ipsòque facem præferente non profuerit?
Cogitet ſecum vnuſquiſque quam multa de his non reperiſſet, ſi ipſe quæ- Auſon. Simacho.
ſiſſet. *Alius alio plura inuenire poteſt: auſim dicere, præter Biuarium nemo omnia!*
Adeo Veterum facinora Biuario curæ fuere; quæ nunc (heu) ipſo humi iacente, tene-
bris iacebunt.

Extremus is eſt, Lector, celeberrimi huius hominis halitus, quem Paleſtinæ Mona-
chatum ſcribens ſub titulo S. Paulæ depoſuit, vt ibi à me iterum admonitus deprehen-
des: cygni huius ſuprema vox ea fuit cum cantu & voluntate morientis, ſoliſque hu-
ius nouiſſimus radius eo gratioſis quo iam iam cadentis. Vbi me ipſum ſcripta eius con-
tinuaturus interrogo, abſynthium meum reſipit: ſi verò (id quod ſæpè facio,) ad
ſcripta ipſius redeo, rurſus ſuauiſſimum floridumque illius ſermonem melle circumlitum
deprehendo. Pudet me, fateor, totuſque rubore ſuffundor, quoties à Biuario vetuſtatum
callentiſſimo ſcriptore, rerumque Aſceticarum indagatore argutiſſimo cœptis faſtigium
imponere præſumo: pluriéſque mecum recogito venuſtiori facie Opus hoc palam ante
oculos diſertorum progreſſurum peregregiè, vt erat inceptum, quam perperam conſum-
matum: ac proinde quaſi in me iactatum dictum illud Plinij de Venere ab Appelle pingi
cæpta, atque inexpleta: Inuidit mors peracta parte, nec qui ſuccederet Operi l. 35. c. 10.
ad præſcripta lineamenta inuentus eſt. *Et iterum pulchriùs:* Illud verò per Ib. c. 11.
quam rarum, ac memoria dignum, etiam ſuprema Opera artificum, imper-
fectáſque tabulas, ſicut Irim Ariſtidis, Tyndaridas Nichomachi, Medæam
Tymomachi, & quam diximus Venerem Apellis in maiori admiratione
eſſe, quam perfecta. Quippe in iis lineamenta reliqua, ipſæque cogitatio-
nes artificum expectantur; atque in lenocinio commendationis dolor eſt,
manus cum id agerent extinctæ deſiderantur. *Sed tamen profeſſionis Monaſticæ*
cultus amorque Biuarij penè inuitum me coëgere, quæ plus apud me valuere quam pu-
dor temeritatum moderator, pluſquam timor.

Rem igitur aggreſſus abdidi me in Bibliothecam Nucalenſem, ſtatimque incidi in
libros Biuarij. Cumque leuiter aliquando, & quaſi per otium eorum paginas euoluerem,
margines paſſim, lineaſque columnarum virgulis tenuiſſimis, puncticulis minutiſſimis
crebriſque ac breuibus aſteriſcis notatas deprehendi, quibus quaſi ſtellis viam (à ne-
mine ante ipſum calcatam) qua ad portum Operis huius erat eundum, ſignabat: quò

mibi facilius aliquantulum viſum eſt Elenchi tomo priori ab ipſo traditi ſtare promiſ-
ſis ; quibus quaſi Voto iam teneri putabam. Statueram me ipſum celare , integrumque
Opus ſub ſplendido Biuarij nomine vulgare,conſultis quibuſdam,quibus continuationem
ab exordij phraſi & ſtylo non admodum degenerare videretur. Sed meliùs aliis , &
mihi, vſum eſt famæ ac pudori cedere , lineiſque ab Appellis huius penicillo deficientibus
nomen meum appingere , pulchra illa principis eloquentiæ vſurpata ſententia in Conti-
nuatores picturæ Veneris iactata : Dicemus ergo idem quod in Venere Coä:
2.de Natur. Deor. corpus non eſt,ſed ſimile corpori ; nec ille fuſus & candore miſtus rubor ſan-
guis eſt,ſed quadam ſanguinis ſimilitudo. *Dictum à me idem puta Lector. Conti-*
nuatio namque Operis huius hiſtoria non eſt,ſed ſimile hiſtoriæ:& Notæ Inſtitutis affixæ
Notæ non ſunt, ſed Notarum ſimilitudo. Conſultè igitur elegerim me ipſum ſub rubo-
re prodere , quam præclariſſimi huius Appellis elucubrationes cum næuis, tum forſan in-
conſequentiis , imperitiiſque meis maculare, quibus ſatius probabitur quantum Biuarij
præſentia conferebat.

Agredior tandem fauente Deo , ſi vita ſuppetet , Veteris Monachatus Occidentis hi-
ſtoriam à Biuario promiſſam,rem tibi, quemadmodum ſpero,non moleſtam:vtinam,Le-
ctor , ita benignè noſtra comprobes , vt libeat non tacere. Scriptum tamen, vt credo,
boni conſules : cumque ego imitatus fuerim veſaniam Cherili , tu ignoſces magnanimi-
Auſon. de Lud. 7. Sap. *tate Alexandri.*

Interea arbitrij ſubiturus munere tanti
Optabo vt placeam : ſi minus vt taceam.

Vale.

CENSVRA

CENSVRA REVERENDISSIMI P. M. D. *Fr. Alfonſi Perez ſacri Ordinis Ciſtercienſis iam pridem Generalis, deinde Diffinitoris, atque in ſupremo ſanctæ Inquiſitionis Senatu Qualificatoris emeriti, nunc verò Almerienſis Epiſcopi.*

DE mandato Tuo, Reuerendiſſime Præſul, priorem Tomum de Veteri Monachatu, & Regulis Monaſticis Reuerendi admodum pariterque Doctiſſimi, ac Religioſiſſimi P.M. Franciſci de Biuar, non ſolum Ordinis noſtri, ſed & totius Hiſpaniæ, imò, & vniuerſalis Eccleſiæ fulgentiſſimi ornamenti cenſorio oculo luſtraui. Trepidabam quidem de poſteriori Tomo idem ſubire præceptum: non quod in eo aliquid vel Fidei puritati, vel moribus noxium reperire timerem. Quid enim de piiſſimo viro, atque in euoluendis Eccleſiaſticis antiquitatibus indefeſſo labore attrito timere poſſem, aut leuiter erratum ſuſpicari valerem? Illud mihi trepidationis anſam præbuerat, ne quòd immaturâ morte præuentus autor opus ad limam exactè politum protrahere non valuit, aliquid informe, ipſique inglorium pateretur. Apage tamen quod talis ei fœditatis næuus accreuerit: ſic namque Biuatij ſpiritum Religioſus pariter, & Doctus P. M. Fr. Thomas Gomez ebibit, vt defuncti calamo exaratum, quidquid ad Operis perfectionem neceſſum erat, videatur. *Filium doloris mei* opus præſens nuncupari potuiſſet Biuatius, quod in eius enixu vitam perdiderit, ſi ita fas eſſet loqui de eo, qui pro meliori commutauit: truncum namque emiſerat fœtum, quem vſque abſolutum Monachatum magnorum Patrum Hieronymi, Euthymij, Sabæ, Chriſoſtomi, Baſilij, aliorumque complurium è ſæculo excedens perducere nequiuit: ſed adfuit Thomas, qui lunæ inſtar materiam informem rugitu ſuo vita donauit, lucique reſtituit. Sic namque Operis continuatione Biuatij ſtetit promiſſis, reliquaſque Orientalium Patrum Regulas luſtrauit hiſtoria, notiſque illuſtrauit, vt ni ſeipſum proderet, perfectum à Biuatio opus quilibet quantumuis prudens, & attentus reputaret. Hoc vnum pro mille cenſorium eſto continuatoris elogium. Quapropter poſteriorum hunc tomum prioris germanum in omnibus iudico: dignum proinde qui prælo mandetur, ſpetans maximum ex eo euenturum Eccleſiæ emolumentum, vitamque Monaſticam profitentibus incentiuum amoris, & feruoris Regularis diſciplinæ allaturum. Datum Matriti in noſtro ſanctæ Annæ Ciſtercienſi Cœnobio Octobris vigeſima luce Anni 1658.

Gen. 35.

FR. ILDEPHONSVS PEREZ.

¶ 4 Nos

NOs Magiſter D. Fr. Andreas de Aualos ſacri Ordinis Ciſtercienſis in regnis Caſtellæ, & Legionis Generalis Reformator, &c. Poſteriorem Tomum *de Veteri Monachatu, & Regulis Monaſticis Orientis*, à R.P. M. Fr.Franciſco Biuario, Antiquitatum lampade fulgentiſſima (ſed heu immaturè extincta) exarari cæptum, & à R. P. M. Fr. Thoma Gomez eiuſdem noſtri Ordinis Concionatore Generali conſummatum, & vnà cum priori in lucem protractum, grauiſſimorumque virorum Religionis noſtræ calculis probatum, facultate noſtra typis mandare permittimus. In quorum fidem, præſentibus officij noſtri ſigillo, noſtrique Secretarij nomine munitis noſtrum ſubſcripſimus. In noſtro Regio Monaſterio Sanctæ Mariæ de Melon, die nona menſis Nouembris, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

Fr. Andreas de Avalos
Generalis Reformator.

De mandato Reuerendiſſimi Patris noſtri Generalis

Fr. Melchior Valtierra *Secretarius.*

REmiteſe eſte libro intitulado ſegundo Tomo *De Veteri Monachatu, & Regulis Monaſticis*, commenſado por el P. Fr. Franciſco de Biuar, y continuado por el P. M. Fr. Thomas Gomez ambos de la Orden de S. Bernardo, al P. M. Fr. Diego Ramires de la Orden de S. Domingo, en el Collegio de S. Thomas deſta villa, y con ſu Cenſura lo remita. Dado en Madrid a 24. de Abril de 1658. años.

Don Alonso de las Ribas.

Por ſu mandado

Diego Garcia de Alvarado
Notario Publico.

LIbrum hunc vidi, nec quidquam in eo reperi quod editionis eius facultati poſſit obſtare: multa potius propter quæ in lucem prodire conueniat; variam nempe eruditionem, morúmque inſtructionem cunctis valde proficuam. In noſtro Collegio S. Thomæ Matritenſis Iulij 13. An.Domini 1658.

Fr. Didacus Ramirez.

NOs el licenciado Don Alonſo de las Ribas y Valdes, Viſitador Eccleſiaſtico de Madrid y Vicario d'eſta dicha Villa y ſu partido, por el preſente y por lo que a nos toca: damos licencia para que ſe puede imprimir, y imprima eſte libro intitulado Segundo Tomo *De Veteri Monachatu & Regulis Monaſticis*, Comenſſado por el P. Fr. Franciſco de Biuar, y continuado por el P.M.Fr.Thomas Gomez ambos de la Orden de S Bernardo, atento por las Cenſuras deſta otra parte conſta no ay en el coſa contra nueſtra S.Fée Catholica, y buenas coſtumbres. Dada en Madrid a 8. de Agoſto de 1658. años.

Don Alonso de las Ribas.

Por ſu mandado,

Diego Garcia de Alvarado
Notario Publico.

Approbatio

Approbationes Doctorum.

VIri Doctiſſimi R. ad. P. Franciſci Biuarij Ordinis Ciſtercienſis, *De Monachatu Veteri tum Orientis cum Occidentis, & Regulis Monaſticis* Obſeruationes non minus vtiles quam ſingulares publicandas, Nos infraſcripti Doctores Theologi Pariſienſes cenſuimus hac die quinta Ianuarij anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi ſecundi.

FR. IOANNES ROBE' *Ordinis Prædicatorum.*

FR. PAVLVS LANDRY *Ordinis Prædicatorum.*

Approbatio Ordinarij.

VIſa Doctorum Approbatione harum obſeruationum R. P. Franciſci Biuarij, *De Monachatu Veteri*, &c. editioni libenter annuimus, Lugduni die ſecunda Februarij 1662.

DENEVFVILLE *Vic. Generalis.*

Conſenſus Procuratoris Regij.

VIſis ſupradictis Approbationibus, non intercedo Regis cauſâ, ne liber cuius in iis fit mentio, typis vulgetur à PHILIPPO BORDE, & LAVRENTIO ARNAVD Bibliopolis Lugdunenſibus: Idipſum quibuſcunque aliis, vt par eſt, prohibendo. Lugduni die 3. Februarij, anno 1662.

VIDAVD.

PERMISSIO.

FIat iuxta Concluſiones Procuratoris Regij. Datum die tertia Februarij, anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.

DVSAVZEY.

INDEX

INDEX
Librorum, Capitum, & Paragraphorum, quæ in hac ſecunda parte continentur.

LIBER IV.
De Monachatu Paleſtinæ, & Arabiæ.

Cap. I. DE Monachatũ S. Hilarionis in Paleſtinam inducti, Inſtitutis, regimine, & progreſſu pag. 1.

II. De Monachatu S. Epiphanij in Paleſtina & Cypro. pag. 6.

III. De Scithiotarum Inſtitutis à Sylvano in Paleſtinam inuecto. pag. 14.

IV. Syrorum Monachorum Inſtitutum D. Hieronymus in Paleſtinam transfert, illudque ſapientioribus decorat præceptis. p. 16.

§. 1. Regulæ à Lugo de Olmedo compactæ cenſura, & eius quæ Monacharum dicitur. ibid.

§. 2. D. Hieronymi Anachoreſis in Syriæ ſolitudine. p. 18.

§. 3. Hieronymi Anachoretici mores & Inſtituta. pag. 21.

§. 4. Hieronymi Cardinalatus propugnatur p. 26.

§. 5. Cœnobiticæ D. Hieronymi Inſtitutiones, quæ ad veſtitum victum & manuum laborem ſpectant, ac literariam Paleſtram. p. 29.

§. 6. Reliquæ D. Hieronymi Inſtitutiones ad communem vitam ſpectantes. p. 39

§. 7. Quidnam de Diuinis officiis D. Hieronymus inſtituerit. p. 45.

§. 8. De duratione Inſtituti Hieronymiani. pag. 51.

V. De Monachatu S. Paulæ aliarumque illuſtrium fœminarum D. Hieronymi Regulis informatarum. p. 51.

§. 1. Diſcipulorum D. Hieronymi conſecratio, velatio & detonſio earum ſyllabus. ibid.

§. 2. Infantularum virginitati & vitæ Monaſticæ deſtinatarum inſtituta p. 57.

§. 3. Virginum intra vrbes domoſque proprias Monaſticem colentium Inſtituta. pag. 59.

CONTINVATIO.

§. 4. S. Paulæ Romanæ & aliarum vidualem continentiam profitentium Monaſtici mores. p. 63.

§. 5. S. Paulæ Bethleemitica Monaſteria, mores & inſtituta Sanctimonialiũ inibi ſub illius diſciplina degentium p. 71.

§. 6. Paulinæ ſcholæ ſucceſſio & duratio 75

VI. D. Arſenij & Scithiotarum inſtituta in Paleſtinam affert Magnus Pater Euthymius, nouiſque ac prudentioribus Regulis adauget p. 76.

§. 1. Euthymij paleſtra exponitur. ibid.

§. 2. Cœnobiticam & laureticam vitam degentium ſub Euthymio mores & inſtituta. pag. 81.

Suprema oratio Euthymij ad Monachos ſuos. pag. 85.

§. 3 Euthymij mores Monaſtici. pag. 87.

VII. Euthymianum Inſtitutum in Paleſtina dilatat S. Sabas nouiſque morum & ædificiorum monumentis illuſtret, vbi de Theodoſio Cœnobiarcha, & Ioanne Silentiario. p. 88.

§. 1. Magni Patris Sabæ ſchola aperitur. ib.

§. 2. Cœnobitica & Lauretica Sabæ inſtituta p. 93.

§. 3. Sabæ & Ioannis Silentiarij mores Cenobitici p. 103.

§. 4. Theodoſij Cenobiarchæ Inſtitutiones Monaſticæ p. 107.

Exhortatio Theodoſij ad Monachos ſuos propter eorum culpas leuiſſimas à dæmone obſeſſos. p. 113.

Admonitio eiuſdem ad Monachos ſuos. pag. 114.

§. 5. Quouſque Euthymij, Sabæ, & aliorũ ſe extenderit inſtitutio. p. 117.

VIII. De Monachatu Arabiæ Petreæ ſub diſciplina ſanctorum Patrum Ioannis Reytenſis, Climaci, & aliorum. p. 120.

§. 1. Ægypti & Palæſtinæ Monachatum ab ipſis in Arabiam tranſmiſſum. ibid.

§. 2. Ioannis Climaci inſtituta Anachoretica. pag. 124.

§. 3. S. Ioannis Climaci Inſtitutiones Monaſticæ p. 125.

§. 4. Monaſterij Pœnitentium (aliàs *Carcer*, & *Condemnatio*) admirandæ, ac penè incredibiles auſteritates. p. 133.

§. 5. Monachatus Arabici duratio p. 137.

LIBER

Digitized by Google

LIB. V.

De Monachatu Syriæ vniverſæ Meſopotamiæ & India.

CAP. I. DE Monaſticis D. Ioan. Chryſoſt. Inſtitutionibus in Syria. ibid.

§. 1. Monachum & Monachorum legiſlatorem extitiſſe probatur. ibid.

§. 2. Librum Aſceticum D. Ioannis Chryſoſtomi de *Monaſtica exercitatione* inter magni Baſilij opera ſub titulo *Conſtitutionũ Monaſticarum* circumferri. 141.

§. 3. S. Ioannis Chryſoſtomi liber de *Monaſtica exercitatione* in duas partes diſtributus. p. 142.

Prima eius pars. à 142. vſque ad 163.

§. 4. Secunda pars ad Canonicos, hoc eſt, regularem vitam agentes in Cœnobio, à 163. vſque ad 181.

§. 5. Reliquæ D. Ioannis Chryſoſtomi inſtitutiones ad communem vitam ſpectantes à 182. vſque ad 188.

II. De multis aliis Monachorum paleſtris in Meſopotamia aliiſque Syriæ regionibus. p. 182.

§. 1. S. Iacobi Niſibitæ Monaſtici mores. ibid.

§. 2. S. Ephrem Edeſſæ Diaconi mores, & inſtituta Monaſtica. p. 189.

§. 3. S. Iuliani Sabbæ paleſtra. p. 197.

§. 4. S. Marciani Abbatis ſchola. 198.

§. 5. Euſebij ſchola eiuſque atque Marciani ſucceſſio. p. 199.

§. 6. Publij paleſtra & ſucceſſio. p. 200.

§. 7. Theodoſij ſchola & ſucceſſio. p. 201.

§. 8. Aſceticarum Syriæ mores Cœnobitici. ibid.

§. 9. Quouſque Meſopotamiæ aliarumque Syriæ regionum ſe extenderit Monachatus. ibid.

III. Indorum Monachorum mores & inſtituta. p. 204.

LIB. VI.

De Monachatu Aſia.

CAP. I. NOuæ cuiuſdam imaginis S. Baſilij ab autore anonymo editæ examen & cenſura. p. 212.

Magnæ Fidei columnæ ſingulari Eccleſiæ fulcimento Philippo IV. Hiſpaniarum Monarchæ examen nouæ imaginis S. Baſilij à R. P. M. Franciſco Biuario libello ſupplici Hiſpanè loquente porrectum: à Continuatore hiſtoriæ huius Latinis auribus redditum. p. 213.

Imaginis celatura. p. 215.

Subſcriptio. ibid.

Notæ in §. 1. ſubſcriptionis. Excellentiæ S. Baſilij certæ & incertæ. ibid.

Notæ in §. 2. Reliqui Ordines Monaſtici à D. Baſilio inſtituta ſua nõ hauſerũt. 216

Notæ in §. 3. Vtrùm & quando Regula S. Baſilij fuerit approbata? p. 220.

Notæ in §. 4. S. Benedictus non fuit Monachus S. Baſilij, nec Regulam ex illius Regula deſumpſit. p. 222.

Notæ in §. 5. Albertus Regulam ſuam à Baſiliana non extraxit. p. 224.

Notæ in §. 6. Pontifices, Epiſcopi & Martyres in imagine poſiti alieni ſunt ibid.

Notæ in §. 7. de interceſſione S. Baſilij. 225

Decretum ſacræ Congregationis Cardinalium de prædicta imagine abolenda, neque in poſterum ſculpenda vel pingenda. p. 226.

II. Magni Patres Baſilius & Gregorius Nazianzenus Cœnobiticæ vitæ in Ponto, & Aſia illuſtratores extitere, non autores, & inuentores. p. 227.

III. Magnorum Patrum Baſilij & Gregorij Nazianz. inſtitutiones Cœnobiticæ. 231

Incipit recapitulatio de Regula B. Baſilij Epiſcopi. p. 232.

Incipit Præfatio de Regula S. Baſilij Epiſcopi. p. 234.

Incipit Regula S Baſilij de inſtitutione Monachorum. à 235. vſque ad 278.

IV. Reliquæ Magnorum Patrum Baſilij & Gregorij Nazianzeni inſtitutiones ad communem vitam ſpectantes. p. 278.

§. 1. Quid de Officialibus Monaſterij, numero fratrum & inſtrumentis bonorum operum ſtatuerint. ibid.

§. 2. Quid de Diuinis Officiis? p. 281.

§. 3. Quid de ieiuniis, menſa & Vigiliis. p. 283.

§. 4. Quid de obedientia, domeſtica conuerſatione mutuaque fratrum vrbanitate. p. 284.

§. V. Quid de Pauperibus, infirmis, hoſpitibus, & pueris? p. 286.

§. 6. Quid de Arte factorũ diſtractione, & ordine egrediendi de Monaſterio. 289

§. 7. Quid de pœnis delinquentium? 290

§. 8. Aſceticarum ſub diſciplina Magnorum PP. Baſilij & Gregorij Nazianzeni degentiũ cæteri Monaſtici mores. 292

§. 9. Quid de Congregatione plurium Cœnobiorum ſub vno capite generali ſtatuerint. p. 299.

V. Magnum Patrum Baſilij Magni & Gregorij Naziãzeni Anachoreſis. p. 301.

§. 1. Eorum mores Anachoretici communes. ibid.

§. 2. Eorundem ſchola Anachoretica: quorundamque peculiaria & admiranda vitæ genera. p. 307.

VI. Inſtituti Sanctorum Patrum Baſilij & Gregorij Nazianzeni duratio, & ſucceſſio. p. 308.

INDICV

INDICVLVS

Doctorum & Palæſtrarum priſci Monachatus.

LIB. IV.

Paleſtinæ & Arabiæ Doctores.

Paleſtina Monaſtices ſub diſciplina SS. PP.
- *Hilarionis.* cap. 1. pag. 1.
- *Epiphanij.* c. 2. p. 6.
- *Siluani.* c. 3. p. 14.
- *Hieronymi.* c. 4. & 5. p. 16.
- *Paulæ.* c. 5. §. 4. p. 63.
- *Euthymij.* c 6. & 7. §. 1. p. 76
- *Sabæ.* c. 7. p. 86.
- *Ioan. Silĕtiarij.* c. 7. §. 3. p. 103
- *Theodoſij Cœnobiarchæ.* c. 2. §. 4. p. 107.

Arabia Monaſtica Schola ſub diſciplina S. PP.
- *Ioannis Climaci & Ioannis Raythenſis.* c. 8. p. 120.

LIB. V.

Syria & Meſopotamia Monaſtices ſub Magiſterio SS. PP.
- *Chryſoſtomi.* c. 1. p. 39.
- *Iacobi Niſibitæ.* c. 2. §. 1. p. 188.
- *Ephrem.* c. 2. §. 2. p. 189.
- *Iuliani Sabæ.* c 2. §. 3. p. 197.
- *Marciani Abbatis.* c. 2. §. 4. p. 198.
- *Euſebij.* c. 2. §. 5. p. 199.
- *Publij.* c. 2. §. 6. ibid.
- *Theodoſij.* c. 2. §. 7. p. 201.
- *Aſcetriarũ mors.* c. 2. §. 8. ibid.

India Monachatus ſub Magiſterio SS. PP.
- *Barlaami & Ioſephati.* c. 3. p. 204.

LIB. VI.

Aſia Monaſtices ſub SS. PP. Baſilio Magno & Gregorio Nazianzeno. per totum.

DE

Digitized by Google

DE VETERI MONACHATV, ET REGVLIS MONASTICIS.

LIBER QVARTVS.

DE MONACHATV PALESTINÆ & Arabia.

Doctoribus, Sanctis Patribus Hilarione, Epiphanio, Syluano, Hieronymo, Paula, Euthymio, Sabba, Theodoſio, Ioanne Raythenſi, Climaco, & aliis.

CAPVT PRIMVM.

De Monachatus S. Hilarionis in Paleſtinam inducti Inſtitutis, regimine, & progreſſu.

1. Hilarion nõ fuit primus Paleſtinæ Monachus.

MEMINERIS, Lector, annotatum à nobis relinqui in Superioribus l. 2. c. 7. n. 20. & c. 11. n. 73. non omnium primum S. Hilarionem in Paleſtinam Monachatũ induxiſſe, cum potius inibi olim ſub Apoſtolis initium ſumpſerit, & inde in Orbem terrarum diſtrahi, ac propagari cœperit: nam quæ olim Iudæa, nunc Paleſtina dicitur teſte Hieronymo l. 7. in Ezech. ad cap. 27. & Pomponio lib. 1. de Situ Orbis c. 11.

Paleſtinæ ſitus. *Paleſtina eſt qua tangit Arabes cum Phœnice*, id eſt, quidquid inter Arabiam & Phœniciam iacet: videlicet Iudæa, Samaria, & Galilæa. Docuerat id pridem Philo, cum lib. de vita contempl. ſcripſit: *Hoc genus* (Therapeutarum) *reperitur in multis Orbis regionibus meritò vt abſoluta probitatis:* propagatum videlicet à Iudæis & Paleſtinis: qui de Eſſenis lib. præced. dixerat: *Nec Paleſtina Syriaque deeſt hoc genus hominum.* Verùm hoc longè à Therapeutis diſtare, ſuo loco fusè monſtrauimus. Quare Hilarionis tyrocinio veteraſcere in Paleſtina cœperat Monachatus, & inualeſcere; non oriri. Quò ſanè tendit illud Hieronymi ad Euſtoch. ep. 22. diuerſa Monachorum genera recenſentis: *Tertium genus, quod Remoboth dicunt, teterrimum atque neglectum* (nimirum Sarabaitarum, de quibus B. P. N. Benedictus cap. 1. Regulæ) *& quod in noſtra prouincia aut ſolum, aut primum eſt.* Namque vnde quæſo tanta in Paleſtina Monachorum ſegnities, niſi ob diuturnitatem exordij? Inde eſt vt cum Hilarion illùc ab Ægypto Monachis comitibus appulit, primus Monaſticem indocere viſus eſt: non aliter atque Antonius in Ægypto eam nouis legibus reparando Monachorum parens, primuſque Inſtitutor iudicatus eſt: atque in eum ſenſum de Hilarione cap. 9. Actorum eius. *Nec dum tunc Monaſteria erant in Paleſtina, nec quiſquam Monachum ante S. Hilarionem in Syria nouerat. Ille fundator & eruditor eius conuerſationis, & ſtudij in hac Prouincia primùm fuit.* Videlicet loquitur de Monaſtice ad meliorem formam redacta.

Sed iam quænam eius inſtituta fuerint, indagemus. Teſtatur autem Hieronymus non alia quam Antoniana promulgaſſe: quandòquidem Antonij in Monachatu diſcipulus effectus, breui, ſed auidè ſpiritum eius hauſit: *Audiens* Hilarion *tunc celebre nomen Antonij* (ait Hieronymus c. 2.) *quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incenſus viſendi eius ſtudio perrexit ad eremum & ſtatim, vt eum vidit, mutato priſtino habi-* 2. Antonij diſcipulus.

tu,

re, duobus ferè menſibus iuxta eum manſit contemplans ordinem vitæ eius, morumque grauitatem: quam creber in oratione, quam humilis in ſuſcipiendis fratribus, ſeuerus in corripiendis, alacer in exhortandis eſſet: & vt continentiam cibique eius aſperitatem nulla vnquam infirmitas frangeret. Duos itaque dumtaxat menſes apud eum egit, non amplius quam quindecim annorum exiſtens: & tam exigui temporis ſpatio, tam vberem meſſem aluit, vt vniuerſam Syriam frumentis cumularet cæleſtibus. *Reuerſus cum quibuſdam Monachis ad patriam: eo motus quod frequentiam eorum, qui ad Antonium ob varias paſſiones, & impetus dæmonum concurrebant, vltra non ferret, nec congruum eſſe diceret pati in eremo populos ciuitatum: ſicque ſibi magis incipiendum eſſe, vt cæpiſſet Antonius: illum quaſi virum fortem victoriæ præmia accipere; ſed necdum militare cæpiſſe.* Quô videas tam deberi Antonio Palæſtini Monachatus exordia, vt non Hilarion ſolus ab eius ſchola, ſed & alij Monachi Antonij diſciplinis imbuti illum propagaturi ab Ægypto in Paleſtinam diſceſſerint, tametſi ſolus Hilarion ſcholæ rector extiterit, cuius etiam fama ita inualuerit, vt non è Syria ſolum, ſed *ex Ægypto* quoque *certatim ad eum populi confluerent, & ſe Monachos profiterentur*. Ita Hieronymus cap. 9. vitæ eius at cap. 2. ſic ait.

3. Reuerſus de Ægypto ſubſtantiam diſtribuit.

Parentibus iam defunctis, cum in patriam reuerſus eſt, *partem ſubſtantiæ fratribus, partem pauperibus erogauit, nihil ſibi omnino reſeruans, & timens illud de Actibus Apoſtolorum Ananiæ & Saphiræ vel exemplum, vel ſupplicium maximéque Dominicæ ſententiæ memor dicentis: Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Hæc profeſſionis eius Monaſticæ argumenta ſunt. Ioannes Sarracenus natione Actorum S. Epiphanij ſcriptor eiuſque diſcipulus autor eſt Hilarionem à iuuentute vixiſſe in Monaſterio Paleſtinæ ſub S. Luciano Abbate, cuius & ſucceſſor fuit. Haud dubium quin & Lucianus, & comites, Ægyptij illi Monachi fuerint, quos Hilarion à diſciplina Antonij arripiens ſecum in Paleſtinam adduxit: qui quidem in vnum coëuntes Monaſterium extinxere; Lucianoque ob ſenecturem Abbatis curam delatam; cumque quintum decimum annum non excederet Hilarion, ab Ægypto decedens vere dicitur à Sarraceno in Paleſtinæ Monaſterio ſub S. Luciano Abbate à iuuentute ſua Monaſticem fuiſſe profeſſum.

4. Eius veſtes.

Verum quibus Hilarion corpus ſuum addixerit Inſtitutis, iam audi cap. 3. *Igitur ſacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens ependytem, quem illi P. Antonius proficiſcenti dederat ſagumque ruſticum inter mare & paludem, vaſta & terribili ſolitudine fruebatur.* Vbi *ſaccum* cilicinam veſtem intelligo membris hærentem, quam tamen ependytes foris occuleret. Græcis enim ἐπενδύμα vel ἐπενδύτης omne genus extimarum veſtium dicitur. Sed apud Aſceticos genus eſt proprium veſtis, quod *ſcapulare* dicitur, vt probauimus l. 2. c. 11. n. 27. Oportebat tamen eſſe per amplum, quod ſaccum cilicinum operiret, ſuper humeros & ſcapulas extenſum. Imo in Hilarione cucullum ei erat aſſutum, vtpote de quo Hieronymus tria hæc iterum veſtium genera geſtaſſe ſcripſerit c. 38. *Tunicam ſaccineam, & cucullam & palliolum.* Et iterum clarius: *Sicut veſtitus erat in tunica cilicina, & cucul-*

Ependites.

Sagus.

là & ſago ruſtico: planè pro eodem ſumens ſaccum & tunicam ſaccineam, & tunicam cilicinã, & quod prius dixerat *ependytem*, poſtmodum à ſuperiori parte vocat cucullam, quibus addit *ſagum ruſticum*, id eſt *palliolum*, vt ipſe exponit.

Pallium.

Ioannes Andreas in ſua editione ad ependytem iungit *craciaſtem* vel potius *eria veſtem* (vt P. Lanſelius ſuo Dionyſio Græco-Latino probè notus corrigebat apud Roſaucidum in Onomaſtico) quæ vox ſignificat *lanam acu conſutam*, planè indicans pelliceo Hilarionis ependiti, ſeu ſcapulari laneam cucullam acu conſitam fuiſſe. Nimirum Antonio etiam in veſtitu ſe aſſimilari conabatur de quo Athanaſius c. 23. *Veſtimento cilicino intrinſecùs vtebatur deſuper pelliceo*: Videlicet de quo eodem cap. dixerat: *Lauit ependitem ſuum, & alia die candente præcinctus veſte, &c.* Et denique melote vel pallio trito ex c. 58. *Melotem & pallium tritum, cui ſuperiaceo, Athanaſio Epiſcopo date, quod mihi nouum ipſe detulerat.* Quod ego ſic intelligo, vt Athanaſius nunc melote ouinæ pellis, id eſt hyeme: nunc palliolo trito æſtate perurgente vteretur. Sed ſuper hæc moribundus iacebat, quia nimirum ſagum illud quadrum erat, autore Iſidoro l. 9. Origen. cap. 24, aiente: *Sagum autem Gallicum nomen eſt, dictum autem ſagum quadrum, eo quod apud eos primùm quadratus, vel quadruplex eſſet.* Eiuſmodi erat *Gauſape* quadratum de quo Martialis in Apophor. n. 151. Vnde non ſolum pro pallio, ſed pro ſtrati regmine accipi ſolitum D. P. N. Benedictus edocet cap. 55. *Stramenta lectorum matta, ſagum, lana, & capitale*, &c. Et quidem Suetonius de Ottone adhuc adoleſcente cap. 2. *Ferebatur & vagari noctibus ſolitus, atque inualidum quemque obuiorum, vel petulentium corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare:* Quod Hiſpanè dicimus: *Eſtendiendo la capa los manteaba.* Rurſus de vſu veſtium Hilarionis ſubiungit Hieronymus cap. 5. *Saccum, quo ſemel fuerat indutus, nunquam lauit, ſuperfluum eſſe dicens mundicias in cilicio quærere. Nec mutauit alteram tunicam, niſi cum prior penitus ſciſſa eſſet.* Calceos, aut caligas, ſeu ſandalia in vſu illi fuiſſe non lego: reor potius nudis pedibus inceſſiſſe Antonij exemplo, de quo Athanaſius cap. 23. *Nunquam pedibus ſordes abluens, niſi cũ per aquas tranſire neceſſitas compuliſſet*, quas nimirum nuditate contraxerat. De tonſura vero Hilarionis autor c. 5. *Capillum ſanè ſemel in anno Paſcha die totondit.*

Melotes.

Gauſape.

Caligis non vſus.

Tonſura.

Audi iam quam duris continentiæ legibus corporis motus coërcuit. Tyrocinij tempore, id eſt à 16. vſque ad 20. ætatis annum *herbarũ ſucco & paucis caricis poſt triduum vel quatriduum deficientem animam ſuſtentabat.* Ita ille c. 3. Sunt autem caricæ peculiare genus ficuum, quibus Syria abundat Plinio teſte l. 13, c. 5. *Syria peculiares habet arbores. In nucum genere piſtacia notas: in ficorum autem caricas;* de quibus iterum ipſe l. 15. c. 19. Interſtitia reliquæ ætatis hanc habuere abſtinentiæ regulam ex c. 6. *A 21. itaque anno vſque ad 27. tribus annis dimidium lentis ſextariũ madefactum aqua frigida comedit: & aliis tribus panem aridum cum ſale & aqua.* Nimirum ſolitum acceperit Eremitarum tunc alimentum. Porrò ſextarium duas heminas, ſeu *cotyles* capit, Riſciano lib. de Ponder. ac menſ. teſte, cum ait.

5. Victus.

Caricæ quid.

Acotylas (quas, ſi placet, dixiſſe licebit
Heminas) recipit geminas ſextarius vnus.

Sextarium quid.

Hemina

Cotyla & Hemina quid.

Hemiaa vero libræ vnius Italæ menſura eſt, id eſt 12. vnciarum, vti Rodigmius non ſemel adſtruit, videlicet lib. 28. c. 30. & lib. 29. c. 1. ſed & Epiphanius lib. de Pooder. & menſ. *libra*, ait, *eſt duodecim vnciarum.* Quare Hilationis cibus, quo tribus annis vſus fuit, *hemiaa*, ſeu *cotyla* lentis erat vnciarum duodecim. Hiſpanè dixetis, *una eſcudilla de lentejas*, quali cotyla Cynicus vtebatur apud Laërtium aientem lib. 6. *Intuitus aliquando puerum concaua bibentem manu, cotylam pera productam abiecit.* Pergit Hieronymus: *Porro à 27. vſque ad 30. herbis agreſtibus, & virgultorum quorumdam radicibus crudis ſuſtentatus eſt. A 31. vſque ad 35. ſex vncias hordaacei panis, & coctum modicè olus abſque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos ſuos, & totum corpus impetigine vri, & pumicea quadam ſcabredine contrahi, ad ſuperiorem victum adiecit oleum: & vſque ad 63. vita ſua annum hoc continentia cucurrit gradu; nihil omnino extrinſecùs aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuſlibet rei guſtans. Inde cum ſe videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à 64. rurſus anno vſque ad 80. pane abſtinuit incredibili feruore, vt eo tempore quaſi nouus accederet ad ſeruitutem Domini, quo cæteri ſolent remiſſius viuere. Fiebat autem ei de farina, & comminute olere ſorbitiuncula, cibo, & potu vix quinque vncias appendentibus. Sicque complens ordinem vitæ, nunquam* (& ad hoc tempus ſpectat menſæ) *nunquam ante ſolis occaſum, nec in diebus feſtis, nec in grauiſſima valetudine ſoluit ieiunium.* In hoc itidem Antonij continentiam imitari, aut ſupergredi geſtiebat, qui nimirum (Athanaſio cap. 6.) *edebat ſemel in die poſt ſolis occaſum; nonnunquam biduo, triduoque ſic permanens, quarta demùm die reficiebatur. ſumebat verò panem, & ſal potumque aqua perparum.*

6. Cella.

Cellæ quoque exiguitate non diſſimiles extitiſſe liquet: enim verò *erat cella Antonij nonplus menſura per quadrum tenens, quam homo dormiens extendi poterat.* Ita Hieronymus agens de Hilarione cap. 26. cum aliquandio poſt mortem Antonij occupante: ſed de eo cap. 5. *A 16. vſque ad 20. ſuæ ætatis annum, æſtus & pluuias breui tuguriunculo declinauit, quod iunco & carice texerat.* Eſt autem *carex* iunci genus acuti & duriſſimi, ſimile ſparto vliginoſis, & paluſtibus locis plurimum naſcens de quo Interpres ad illud Georgic. 4.

Carex quid.

Carectum.

——— *Et carice paſtus acuta*

Et *carectum* locus eſt caricibus ſcatens, iuxta illud Exod. 2. de puerulo Moyſe: *Expoſuit eum in carecto ripa*: & Iob 8. *Numquid poteſt creſcere carectum ſine aqua?* Ergo iuncorum dumtaxat textura tuguriolum conſtabat adoleſcentis eremicolæ. *Extructa deinde breui cellula, quæ vſque hodie permanet, latitudine pedum quatuor, altitudine pedum quinque, hoc eſt ſtatura ſua humiliore; porro longitudine paulo ampliore, quam eius corpuſculum patiebatur, vt ſepulchrum potius quam domum crederes.* Strictiore proculdubio quã Antoniana, cuius per quadrũ ad mẽſuram dormientis hominis lineas extendebat.

7. Opus in annũ & oratio.

Sed quibus Monaſticis exercitiis terebat tempus? ſane Diuinis officiis, oratione perpeti, ſacratum ſcriptutarum ſtudio, & manuum opere quotidiano. An ita ex Hieronymo habemus? Et maximè: Nam cap. 3. *Orans* (ait) *frequenter & pſalleat, & roſtro humum fodiens, vt ieiuniorum laborem labor operis duplicaret: ſimulque fiſcellas iunco texens, æmulabatur Ægyptiorum Monachorum diſciplinam, & Apoſtoli ſententiam dicentis. Qui non operatur, nec manducet.* 2. Theſſalonicenſ. 3. Ioannes Sarracenus de Luciano, & ſociis, quorum Hilarioo vous erat, *Alebat ſecum decem Monachos, qui quidem libros diligenter ſcribentes, ex iis ſibi victum parabant.* Et rurſus: *Lucianus dedit Epiphanium Maximo Hilarioni, vt doceret eum ſcribere Diuinas ſcripturas.* Et Hieronymus cap. 5. *ſcripturas quoque ſanctas memoriter tenens, poſt orationes & Pſalmos quaſi Deo præſente recitabat.* Et de Hilarione Sene cap. 17. *Deambulabat tum ſenex in arenis mollibus, & ſecum de Pſalmis neſcio quid ſubmurmurabat.* Tantumdem de Antonio ſcripſerat cap. 26. cum Hilarioo cellam eius poſt obitum magni Patris viſitaret: dicentibus ſibi Iſaac, & Peluſiano eius diſcipulis: *Hic pſallere, hic orare, hic operari, hic feſſus reſidere ſolitus erat.*

Lucianus diſcipulos ſcribere præcipit.

Hilarionis ſtratum.

Sed ne Hilarionis ſtratum prætetiiſſe videamur, ſcribit Hieronymus cap. 5. *Super nudam humum ſtratam iunceam* (pſiathium Veteres dicebant. Vide dicta l. 2. cap. 11. num. 8. & l. 3. cap. 6. num. 42.) *vſque ad mortem cubitauit.* Quæ ergo diuiſmè accipiam pro diuerſitate temporis, & valetudinis; vt Antonius fecerat, de quo Athanaſius cap. 6. *Quieti membra concedens, iunco contexto, atque cilicio vtebatur: nonnunquam etiam ſuper nudam humum iacebat.*

8. Pedites ambulabat.

Peditem eum perpetuò inceſſiſſe, cum iter agere contigit, ſatis ſuperque ex tota vitæ eius, & profectionum narratione colligitur: ſed verò ſenectute depreſſum aſino vſum, ex capite 28. liquidò conſtat, vbi habes: *Cum miro gaudio ſuſcepiſſent ſenem, & iam vicina nox eſſet, repentè audiunt diſcipuli eius aſinum ſternere: illumque parare proficiſci, &c.* Et aliquando camellum conduxiſſe cap. 29. *Conducto camello per vaſtam ſolitudinem peruenit ad maritimam vrbem Lybiæ.* Et nihilominus tota eius ſupellex Euangelij Codicem, & quibus erat indutus panniculis, non excedebat: vt vides non ob eam euehendam camellum ab ea conductum: quamquam & aliquid aquæ, & panis ad commeatum ſuper illum impoſuerit, loci ariditate id exigente. Et cap. 25. eius rei ratio ſubditur corporis imbecillitas: *Quadam die cum proficiſci ſtatuerit, & adducto aſello (nimis quippe exeſus ieiuniis vix ingredi poterat) iter arripere conaretur, &c.* Et tunc Monachi 40. comites ei adiuncti ſunt; proculdubio pedites profecturi, cum vnus dumtaxat aſellus ſtratus dicatur. Proficiſcebatur tunc in Ægyptum anniuerſariam S. Antonii ſolemnitatem celebraturus.

9. Primum ædificat Monaſterium.

Neq; vero diuerſis admodum Regibus Monachos ſuos inſtituiſſe credendum eſt, quam ipſe vixerit. Enim verò poſt 22. in Eremiticis exercitationibus tranſactos annos, ætatis ſuæ 38. vtpotè qui 16. agens in ſolitudinem ſeceſſerit, cæpit ad Monachatum homines erudire, vt ex Hieronymo c. 8. & 9. palam fit. Tunc enim qua de eo creuerat fama ob mulierem Eleuteropolitanam, & Ariſtenẽ tum vxorem Elpidij Prætorio Præfecti, liberis cumulatas) homines perciti, ad eum concurrere cæperunt, & Monaſticis ſe ſubdere Regulis ſub eius auſpiciis; quibuſcum Monaſterium condidit caput cæterorum futurum, planè iuxta cellam ſuam, ac proinde

VII.P.M.à Maiuma Gazæ Emporio, ſiue Nauali, diſtans, in vaſta & horribili ſolitudine. Inde in totam Paleſtinam Hilarionis Monachatus propagatus eſt teſte Hieronymo cap. 19. hæc aiente. *Exemple itaque eius per totam Paleſtinam innumerabilia Monaſteria eſſe cæperunt, & omnes ad eum Monachi certatim concurrere.* Nec aliis proculdubio Regulis ipſi viuebant, ac Hilarion ſe ſe abſtrinxerat, & ab Antonio acceperat, vt ea indicant verba *Exemple itaque eius, &c.*

10. Prædicat fratribus Dei Verbum.

Hilarion autem talem Monaſterij ſui gerebat curam, vt Monachis quoque ſalutaria ſacrarum Scripturarum pabula miniſtraret, de quo Hieronymus cap. 13. *Cum deambularet Sanctus cum fratribus, & de ſcripturis neſcio quid interpretaretur, &c.* Idque, vt ex ſeſſione colligitur, seriò, & non raptim, vt ille ſuperiora indicant verba: Cum furioſus iuuenis *quaſi ferociſſimus taurus ad Monaſterium pertraheretur: quem poſtquam fratres videre, perterriti nuntiauerunt Patri. Ille ſicut ſedebat, iuſſit eum ad ſe pertrahi,* &c. Cæterum ſui Monaſterij ſolemnior fit mentio in eius Actis cap. 16. *Perducta à parentibus ad Monaſterium, ſeni traditur:* cap. 17. *Putantes eum ab Imperatore miſſum, ad Monaſterium adduxerunt:* Quod tamen à Gazenſibus Ethnicis A. C. 332. Ioliano Imperij ſolium inuadente deſtructum fuiſſe ex cap. 28. liquet, cum A.C. 330. fuiſſet extructum, ætatis ſuæ 38. agente Hilariooe, & Monachatus 22. (ex cap. 8. & 9.) cum natus eſſet A. C. 292. vt ex obitu eius rectè deducit Roſuueidus, vtpotè qui contigerit A. C. 372. teſte Baronio, cum ageret ætatis annum 80. Ergo Monaſterium S. Hilarionis permanſerat integrum anno 32. cum Gazenſes illud funditus deſtruxere, & Hilarion, atque eius præcipuus diſcipulus Hiſichius (qui ad Toletanam Cathedram Dextro & Maximo autoribus aſcendit, V. Commentaria in Maximum A.C. 435. num. 5.) quærerentur ad mortem. De vaſtatione ait Sophronius apud Metaphraſtem: *Gazenſes incitant impium Imperatorem, vt ad fundamenta quidem vſque euerterent illius Monaſterium, & Monachi priùs multis affecti ſupplicijs expellerentur: Hilarion autem & Hiſichius, vbicumque eſſent reperti, extremo afficerentur ſupplicio.* At Hieronymus cap. 28. *Vrbs Gaza deſtructo Monaſterio eius, precibus ad Imperatorem datis, & Hilarionis & Hiſichij mortem impetrauerant.* Mortuo verò Iuliano A. C. 364. actum eſt à Diſcipulis de Monaſterij reſtauratione; nam *eodem tempore* (ita Hieron. cap. 29.) *Hadrianus diſcipulus eius de Paleſtina ſuperuenit dicens, Iulianum occiſum; Chriſtianum Imperatorem* (Iouinianum) *regnare cæpiſſe: reuerti eum debere ad Monaſterij ſui reliquias. Quod ille audiens deteſtatus eſt.* Nempe diſcipulus ille Iudaico furore repletus pecuniis inhiabat, vt opere demonſtrauit; enimuerò ſenex, *conducto camello per vaſtam ſolitudinem, peruenit ad maritimam vrbem Lybya Paretonium: vbi Hadrianus infelix volens Paleſtinam reuerti, & priſtinam ſub nomine magiſtri quærens gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremum conuaſtatis quæ à fratribus ei miſſa detulerat, neſciente illo profectus eſt. Hæc dixerim in terrorem eorum, qui magiſtros deſpiciunt, quod poſt aliquantulum tempus computruerit morbo regio.* Suberat nihilominus altiùs amor ſui Cœnobij animum Hilarionis, vtpotè qui poſt annos quatuor, dum biennio manſit in Cypro, *Hiſichium ad ſe veris tempore reuerſurum.* (ex cap. 36.) *Paleſtinam ad ſalutationem fratrum, & Monaſterij ſui cineres viſendos miſit.* Porrò euerſionis anſam ex diuitiis, quibus Hilarionis creuerat Monaſterium, aſſumpſere, nam cap. 23. dicitur: *Cernens*, Hilarion, *grande Monaſterium, & multitudinem Fratrum ſecum habitantium, flebat quotidie; & dicebat: En ego ſub prætextu Monaſterij ad diſpenſationem fratrum villæ poſſeſſiones, & ſuppellectilem habee.* Vndè fugam meditari cœpit in ſolitudinem.

Anſa euerſionis, diuitiæ.

11. Viſitat Monaſteria.

Reliquum eſt vt indagemus an etiam aliorum Monaſteriorum, quæ eius exemplo fundabantur, curam gereret Hilarion? Eam planè, quam Generalis quiſpiam Abbas, aut Magiſter ſui Ordinis, nunc moderno tempore gerit: quo liqueat eam tunc S. Hilarionis familiam geſtaſſe formã, quam modo noſtræ. Sed vndè hoc? Nimirum ex eo quod omnia Monaſteria ſtatutis temporibus viſitabat. Singulos ad virtutem adhortans Monachos, & correctione indigentes duriùs tractans. Quod quidem quam ordinatè ab eo fieret, ex eo apparet, quod itinerarium Monaſteriorum in ſchedulis prius digerebat, obiter notans apud quos manere, quos verò tranſeunter viſitare oporteret: nec deſiit cum aduerſus Abbatem cuiuſdam Monaſterij accuſationem de parcitatis vitio ſuſcepit. Verùm hæc omnia à Hieronymo audire placet. Is cum præmiſiſſet c. 19. exemplo eius per totam Palæſtinã innumerabilia Monaſteria eſſe fundata, omneſque ad eũ Monachos certatim concurrere, ſubiungit: *Quæ ille cernens, laudabat Domini gratiam; & ad profectum animæ ſingulos cohortabatur, dicens; præterire figuram huius mundi, & illam eſſe veram vitam, quæ vitæ præſentis mercaretur incommodo. Volens autem exemplum eis dare, & humilitatis, & officij, ſtatutis diebus ante vindemiam luſtrabat cellulas Monachorum. Quod poſtquam cognitum eſt à fratribus, omnes ad eum confluebant, & comitati tali duce circuibant Monaſteria habentes viaticum ſuum; quia interdum vſque ad duo millia hominum congregabantur. Sed & procedente tempore vnaquaque villa vicinis Monachis ad ſuſceptionem Sanctorum gaudens cibos offerebat.* cap. 20. *Quantum autem fuerit in eo ſtudij, vt nullum fratrem quamuis humilem, quamuis pauperem præteriret, vel illud indicio eſt, quod vadit in deſertum Cades ad vnum de diſcipulis ſuis viſendum, cum infinito agmine Monachorum.* Erat vero *Cades* vbi Maria ſoror Moyſi occubuit, 50. ferè ab Hilarionis cella diſtans horarias Leucas, ſeu M.P. 200.

12. Aduerſus auarum Prælatum cauſã ſuſcepit.

Rurſus Hieronymus cap. 21. *Alio quoque anno cum exiturus eſſet ad viſenda Monaſteria, & digereret in ſchedula apud quos manere, quos in tranſitu viſitare deberet; ſcientes Monachi quemdam de fratribus parciorem* (videtur is fuiſſe ſui Monaſterij Præfectus) *ſimulq; cupientes vitio eius mederi, rogabant vt apud eum maneret.* (nimirum vt plures expenſas in viſitationis tempore faceret hoſpitũ multitudine, & detentione) *Et ille: Quid inquit vultis, & vobis iniuriã, & fratri vexationẽ faceret?* (Quaſi diceret; & ille dolore rumpetur, & vos parciſſimè cibabit. *Quod poſtquam frater ille parcus audiuit, erubuit: & annitentibus cunctis, vix ab inuito impetrauit, vt ſuum quoque Monaſterium in manſionum ordine poneret.* (eorũ

ſcilicet

Digitized by Google

ſcil. qoæ non in tranſitu, ſed apud eos manens *viſitaret.*) *Poſt diem ergo* 10. *venerunt ad eum cũ cuſtodibus Iam ia viaea, quaſi villa eſſet aliena, ab eo diſpoſitis. Qui eum lapidibus, & glebarum iactu, fundaqae vertigine accedentes deterrerent ſine eſa vaa manè omnes profecti ſunt; ridente ſanè & diſſimulante ſcire quod caenerat. Porro ſuſcepti ab alio Monacho, cui Sabas vocabulum eſt (debemus quippe parci tacere vocabulum, largi dicere) qaia Dominicus erat dies, inuitabantur ab eo vniuerſi ad vineam, vt ante horam cibi vuarum paſtu laborem vita ſublenarent. Et ſanctus Maledictus, ait, qai prius refectionem corporis, quam anima quæſierit. Oremus, pſallamus, reddamus Domiao officium, & ſic ad vineam properabitis. Completo itaque miniſterio, in ſublimi ſtans, beaedixic vinea, & ſuas ad paſcendum dimiſit oaes. Erant aatem qui veſcebantur, non minus tribus millibus. Cumque centum lagenis æſtimata fuiſſet integra adhuc viaea poſt dies* 20. *trecentas fecit. Porro ille parcus frater minùs ſolito colligeas, etiam id quod habaerat, verſum ia acetum ſerò doluit. Hoc multis fratribus ſenex ante futurum prædixerat.* Crediderim maiorem vini partem ad cibos & veſtes Monachorum vendi ſolitas, pauculo eius in grariam ſeniorum, & peregrinorum hoſpitium reſeruato.

13. Proprietatẽ deteſtatur.

Sed & vitium proprietatis præ cæteris Hilarionem odio habuiſſe, ex his quæ D. Hieronymus ſubdit, palam fit c. 22. *Deteſtabatur autem præcipuè Monachos qai infidelitate qaadam in futurum reſeruarent ſua, & diligentiam haberent vel ſumptuum, vel veſtitus, vel alicuius rei cum ſæculo tranſeuntis. Denique vnum de fratribus in qainto ferè à ſe milliario manentem quia compererat hortuli ſui nimis cautum, timidumque cuſtodem, & pauxillum habere nũmorum, ab oculis abegerat* (En ſuperioris correctionem ſecreti forſitan ſceleris) *Qui volens ſibi reconciliari ſenem, frequenter veniebat ad fratres* (Monaſterij primarij) *& maximè ad Heſichium, quo ille* (ſenex) *vehementiſſimè delectabatur. Quadam igitur die ciceris faſcem virentis, ſicut in herbis erat, detulit. Quam cum Heſichius poſuiſſet in menſa ad veſperam, exclamauit ſenex; ſe putorem eius ferre non poſſe; ſimulque vnde eſſet, rogauit. Reſpondente antem Heſichio, qaod frater quidam primitias Agelli ſui fratribus detuliſſet: Non ſentis, inquit, putorem teterrimum, & in cicere fetere auaritiam? Mitte bobus, mitte brutis animalibus, & vide ſi comedant. Quod cum ille iuxta præceptum in præſepe poſuiſſet, exterriti boues, & plus ſolito mugientes, ruptis vinculis in diuerſa fugerunt.*

14. Generalis Prælaturæ ſucceſſorem non habuit.

Quis autem S. Hilarioni in Generali Primatu ac regimine ſuorum Monaſteriorum ſucceſſioni, haud facile explicare quis poterit. Crediderim potius Monarchiam illam in eo finem accepiſſe, ac deinceps Monaſteria cætera priore defuncto charitatis exemplique mutui vinculis adſtricta manſiſſe. Moueor tum ex eo quod nulla deinceps eius rei fiat mentio, ſiue à Hieronymo, ſiue à cæteris ſcriptoribus: tum etiam quia reliqua Palæſtini Monachatus hiſtoria, non vnum omnium Principem oſtendit, ſed multorum Monaſteriorum multos, vt ex ipſa hoc libro monſtrabimus. Tum denique quoniam pauca dumtaxat ex innumeris diſcipulorum S. Hilarionis nomina ad nos peruenerunt Hieronymi induſtria; & tamen nemo eorum Magiſtri ſui ſucceſſor aſſignatur. Epiphanius ante Hilarionis obitum Epiſcopalem Cathedram aſcendit: Heſichius præ cæteris ab eo dilectus, qui tamen corpore Magiſtri Maiumam tranſlato in Hiſpaniam ſeceſſit, vbi Toletanus Pontifex electus ſanctitatis ſuæ radiis circum circa refulſit: vt in Comment. ad Chron, M. Maximi. A C. 435. latè defendimus: Hadrianus ille infelix, quem morbo regio ob auaritiæ ardorem ante Patris obitum conſumptum diximus: & Zananus fidiſſimus Hilarionis aſſecla, & peregrinationum eius indiuiduus comes, de quo Hieronymus c. 30. 33. & 38. vbi paulo ante eius tranſitum fuiſſe defunctum ſcribit. De hoc illud humilitatis narrat egregium facinus. Hilarion dum in Sicilia eſſet cum Zanano, *recogitans ne negotiatores de Oriente venientes ſe notum facerent, ad mediterranea fugit loca, id eſt* 20. *à mari milliario; ibique in quodam deſerto Agello lignorum quotidie faſcem colligens imponebat dorſo diſcipuli, qao in proxima villa venundato, & ſibi alimoniam ex his qui fortè ad eos veniebant pauxillam panis coemebant.* Certe ſi alius tanti fuiſſet meriti, vt Hilarionis locum suppleret, nominis oporteret eſſe celeberrimi; & ſcriptorum teſtimoniis commendari, quod tamen nullibi reperitur.

Zanani eius diſcipuli humilitas.

15. Eius diſciplina à Hieronymo & aliis ſuſcitata.

Sed verò illud nihilominùs omni procul dubio eſt, exactiſſimam D. Hilarionis diſciplinam diù in Monaſteriis Paleſtinæ & Syriæ viguiſſe, eamdemque alicubi lapſam ab aliis Patribus fuiſſe ſuſcitatam, ex quibus Hieronymum vnum, imo primum extitiſſe, nemo eſt qui ambigat: qua de re mox acturi ſumus. Libet tamen ad calcem lectores meos monere, corpus ſanctiſſimi Abbatis ab Oriente per vaſtiſſimum mare delatum, id eſt à Maiuma Gazæ proximo emporio, vbi ab Heſichio breui lembo tranſlatum fuerat, nutu Dei ad Ligurinum littus appuliſſe, & abſque remige & comite, portum Veneris ad 50. horarias leucas ſupra Genuam poſitum ſe recepiſſe: vbi A. C. 1611. menſe Decembri in Eccleſia oppidi ſub dextro altari repoſitum ſemel & iterum veneratus ſum: vidique lembum anathema æternum de pariete templi pendere, quod vnius dumtaxat ligni concauum repreſentat, quo tantus theſaurus delatus eſt. Verùm dolui non ſatis tanto Patri honore digno inibi loco reſeruari. Eius quoque, paruo licet, oſſiculo honeſtatus ſum mihi pro magno munere habito, quod fuerat Eminentiſſimi Principis Cardinalis Burgheſij.

Corpore eius tranſlato.

16. Alij Hilarionis diſcipuli.

Accipe itidem quid de aliis Hilarionis diſcipulis, qui Monaſticem in Paleſtina profitebantur, ſcribat Nicephorus lib. 11. cap. 39. Epiphanius *priuſquam in Cyprum veniret, in Paleſtina vitam egit; eam in Monaſteriis ibidem ſanctè & grauiter admodum eniterent Salamines, Phiſcon, Malchion, & Criſpion claro loco nati, & fratres circa Bethleem vicum præfectura Gazæ ſtudia virtutis exercentes. Habuerunt & hi Hilarionem magiſtrum. Fertur namque cum aliquando ſimul iſti apud eum fuiſſent, & ſimul domum reuerterentur, ex eorum medio Malchionem ſolum quodammodo raptum diſparuiſſe; atque vbi rurſum ſubito extitiſſet, idem eam fratribus iter carpſiſſe, & paulo poſt è vita exceſſiſſe: iuuenilem quidem adhuc ætatẽ agentem, ſed virtute, & Dei amore, nõ multum eis, qui in tali ſtudio conſenuerunt, concedentem* Et rurſus: *Tum Ammonius quoque decem ferè ſtadiis ab eis diſtans, & circa vicum Ca-*

pharcombram Gaza ſubditum caſam ſuam habens clarus fuit, ex eo vico oriundus: vir qui accuratè, & conſtanter in inſtitute Monaſtico perdurauit.

CAPVT II.

De Monachatu S. Epiphanij in Paleſtina & Cypro.

1. S. Epiphanij Monachatus tyrocinium. SEcundum ab Hilarione locum inter Monachos Paleſtinos iurè ſibi vendicat Epiphanius, tum ob eximiæ ſanctitatis ſuæ culmen, ad qood Monaſticis exercitationibus eſt provectus: tum etiam quod Monachorum Patrem egerit, & in Paleſtina, & in Pontificatu Salaminæ Cypri metropolis: vnde celeberrimum ſibi nomen comparauit. Adde quod eiuſdem Hilarionis diſcipulus fuit, à qoo & inſtituta Monaſtica acceperit & accepta propagauerit in Paleſtina & Cypro. Monachatus illius teſtimonium profert Sozomenus lib. 6. c. 32. in hæc verba: *Ex eorum numero* (agebat & Paleſtinæ Monachis) *fuere Hiſichius*
In Paleſtina & Ægypto edoctus. *ſodalis, & Epiphanius, qui poſtea Salaminæ, quæ eſt vrbs Cypri, fuit Epiſcopus. At Hiſichius eo ipſo in loco, in quo Magiſter eius, vitam egit Monaſticam: Epiphanius autem circiter Beſanducem pagum in tractu Eleuteropolitano ſitum, vnde etiam ortus fuerat, in eodem vita genere colendo ſe collocauit; qui ab ineunte ætate à Monachis præſtantiſſimis inſtitutus, & in Ægypto longiſſimo tempore eâdem de cauſa verſatus in diſciplina Monaſtica; tum apud Ægiptios, tum apud Paleſtinos Illuſtriſſimus habitus eſt.* Conſentit Sozomeno Nicephorus lib. 11. cap. 39. penè ad verbum: ait enim *Sacer autem Epiphanius* (præmiſerat de Hiſichio) *circa quēdam vicū Beſanducem, præfectura Eleuteropolis, vbi etiam ortus fuerat quietis officinam inſtituit. Hic in prima ætate optimis vſus præceptoribus, & doctrina Monaſticæ gratia longo tempore in Ægypto moratus, apud Ægyptios ſimul & Paleſtinos per virtutis ſtudium inſignem adeptus fuerat laudem: nec minus etiam apud Cyprios, apud quos Epiſcopum geſſit.* Quæ proculdubio verba perperam Ianus Cornarius Epiphanij interpres, ſed damnati nominis, accipit, dum in Prologo Ancorati ſcripſit *Primam exercitationem in ſtudiis pietatis fecit profectus in Ægyptum, & commoratus eſt ibi vſque ad reditum in 20. ætatis ſuæ anno; quo rurſus in vicinos Eleuteropolitarum vrbis locos rediit, & in ipſis Monaſterium ædificauit.* Imo verò primam exercitationem in Paleſtina fecit in Monaſterio S. Luciani, ſub cuius tunc ferula S. Hilarion adoleſcens adhuc Monaſticam vitam agebat. Et in eumdem ſenſum Sozomenus & Nicephorus interpretandi ſunt; vt quod aioot, *ab ineunte ætate à Monachis præſtantiſſimis inſtitutus eſt*, ad Paleſtinæ Monachatum reſpiciat, & quod ſubiicitur: *& in Ægypto longiſſimo tempore eadem de cauſa verſatus*, poſteriores vitæ ſuæ actus Monaſticos: quod amplios ex dicendis conſtabit.

2. A Luciano conuerſus ad fidem, & Monaſticem inſtructus. Primò. Ergo (vt ordinatè Monaſtica Epiphanij acta proſeqoamur) XXVI. ætatis ſuæ anno à S. Luciano Abbate ad fidem conuerſus, & ad Monachatum admiſſus eſt. Erat hic Locianus, vt reor, ex Monachis, quos ſecum ab Ægypto & Antonij diſciplina Hilarion in Paleſtinam adduxerat, vnus, æuo & ſanctitate præſtantior, vnde & Abbatia ei cura commiſſa à cæteris eſt: cui & Hilarion volens, libenſqoe ſe ſobdiderat. Illius etiam curæ fuiſſe crediderim ſanctimonialium paleſtram, cui ſancta Virgo Veronica præerat Epiphanij amita. De his ita ſcripſit Ioannes Epiphanij diſcipulus & Hiſtoriographus, natione Sarracenus. c. 1. *Poſt*
Veronica eius amica Sāctimonialis. *ſeptem autem dies* (à Baptiſmate) *accepit Epiphanius Lucianum, & Veronicam ſanctam Virginem, quæ quidem fuit ſoror matris ipſius Epiphany, & introduxit eos in domum ſuam. Accepitque mille nummos & dedit ei* (Veronicæ) *& ſororem ſuam* (*nam ea quoque aliis præerat Virginibus*) *miſit cum ea. Epiphanius autem cum omnia vendidiſſet, dedit egentibus & è ciuitate egreſſus eſt cum Luciano, quoniam is conſtruxerat ſibi Monaſterium. Habebat autem ſecum decem Monachos, erat vero Epiphanius quando fuit Monachus. XXVI.* (in codice erat XVI. ſed errorem poſtea aperiemus) *annos natus.* Obiter annota fuiſſe Epiphanio ſororem; quæ vti ille
Soror eius Sanctimonialis. Monaſticem fuerit amplexa; de qua paulò ſuperius ait Ioannes: *Epiphanius dixit ſorori ſuæ; volo fieri Chriſtianus, & vitam agere Monaſticam. Cui dixit ſoror eius: volo quod tu vis, & faciam quod tu facis.* Ne id ſaltem Epiphanio deeſſe videretur, qood magnis Monachorum Patriarchis conceſſit Deus, ideſt Antonio, Pachomio, Baſilio, Gregorio, Benedicto & aliis vt annotauimus lib. 2. c. 12. n. 36. & 37. Nec illud ſilentio obuoluendum, quod cum pro ſua ſuſtētatione virorum Monaſterio nibil contulerit, ſanctimo-
Primus Sanctimonialem mille aureis dotat. nialium cœtoi mille dedit nummos pro ſuſtentatione ſororis: vt planè mira ex Epiphanij hiſtoria peti queat modernæ conſuetudinis origo: quam hodie Tridentinæ Sinodi decreto conſpicimus obfirmatam congruè dotandi Virgines Monaſterium ingredientes. Et numerus quoque nummorum *mille* quo ſororem Sanctimonialem dotauit, vſitatiori ac recentiori numero reſpondet, quo futura Sanctimonialis ſuſtentatio æſtimari ſolet in pleriſque Monaſteriis, ideſt aureorom mille.

3. Fuit Diſcipulus magni Hilarionis. Secundò. Pergit Ioannes, tyrocinium Epiphanij explicare, ioquiens, *erat autem in Monaſterio Luciani quidem Monachus nomine Hilarion, ſecundus à Luciano, ætate iuuenis, & omnibus ſignis ornatus: ad cuius imitationem ſequebatur etiam alius, nomine Claudius. Eos cum vidiſſet Epiphanius, pulchrè eſt æmulatus. Magnus enim Lucianus dedit Epiphanium maximo Hilarioni, vt doceret eum ſcribere Diuinas ſcripturas* (Dixerat paulo ante de Luciani Monachis: *Qui quidem libros diligenter ſcribentes, ex iis ſibi victum parabant &c.*) *Epiphanius autem laborioſo ſtudio deditus, & bonos mores Hilarionis effingens eraditione, proficiebat in Dei gratia, & arte pulcherrima* (exarandi libros) Sed quamobrem Hieronymus Magiſterij Hilarionis nuſquā meminit? Meminit ſaltē longiſſimi eius cū Epiphanio conturbenij, cū in prologo vitæ ipſius dixit: *Qamquam S. Epiphanius Salaminæ Cypri Epiſcopus, qui cum Hilarione plurimum verſatus eſt, laudem eius breui Epiſtola ſcripſerit, quæ vulgo legitur &c.* Quod ſi cum Hilarione plurimum verſatus eſt, in Monaſterio ipſius Hilarionis Epiphanios Monaſticem exercuiſſe oportuit. Et forſam hunc Hilarionis diſcipulum non dixit,

quod

quod de manu S. Luciani habitum acceperit, non Hilarionis. Sat autem eſt ſtatim ei traditum fuiſſe, eiuſq; mores & virtutes hauſiſſe, vt diſcipulus Hilarionis diceretur: præſertim cū non poſt multos dies tyrocinij Epiphanij Luciano decedenti, Hilarion in ſcholæ Magiſterium ſucceſſerit. *Contigit ſiquidem* (ait Ioannes) *vt magnus Lucianus è vita humana excederet; præfuit autem Hilarion choro fratrum, verò quod licebat videre eum locum, non tamquam in eo homines habitarent, ſed tamquam Angeli miniſtrarent Deo.* Nec obeſt quod de Hilarione iuuene Hieronymus ſcribit; habitaſſe in vaſta & horribili ſolitudine, hic vero in Monaſterio cum patribus egiſſe dicatur: rurſus illic fiſcellas iunco texeret, hic libros manu tranſcriberet: enim verò non ſemper iuncos illi fuiſſe ad manum, ex ariditate terræ conuincitur; quæ niſi ad quintum lapidem aquam Monachi ad potum non haberent (teſte Ioanne cap. 2.) & palus inter quam & mare erant cellulæ, totidem millibus pedum ab eis diſtabat. Vnde vtrique operi ad vitandam ocioſitatem par erat incumbere: & Monaſterium nihil erat præter quaſdam caſas pauperes in ſolitudine vaſta conſtructas. Fatetur vero Hieronymus Hilarionem ſecum ab Ægypto Monachos adduxiſſe: ex quorum Societate Monaſterium coaleſcebat.

4. **Epiphanij more, Monaſtici.**

Tertiò. De moribus autem, quos Epiphanius ab Hilarione hauſit, nunc videndum. De victu hæc tradit Sarracenus capit. 5. *Comedebat autem Hilarion poſt duos dies; ſæpè etiam poſt tres ſæpiſſimè verò poſt quatuor, vel poſt hebdomadam* (ita ex Hieronymi teſtimonio ſuperiùs vidimus) *Hoc vitæ inſtitutum elegit Epiphanius toto tempore vitæ ſuæ.* Et vel hinc bacillare diſces fidem eius hiſtoriolæ, quam Pelagius recitat libello 4. de continentia: ideſt, abſtinentia n. 15. cuius hæc ſunt verba: *Miſit aliquando Epiphanius Epiſcopus Cyprius ad Abbatem Hilarionem, rogans eum, & dicens: venis vt nos videamus ante quam de corpore exeamus. Qui cum veniſſent ad inuicem, manducantibus eis allatum eſt de auibus quiddam: quod ſenens Epiſcopus, dedit Abbati Hilarioni. Et dicit illi Senex: ignoſce mihi Pater, quia ex quo accepi habitum iſtum, non manducaui quidquam occiſum. Et dixit ei Epiphanius: ego autem ex quo accepi habitū, iſtū non dimiſi aliquē dormire, qui habebat aliquid aduerſum me: neque ego dormiui aliquid habens aduerſus aliquem. Et dicit ei ſenex: ignoſce mihi, quia tua conuerſatio maior eſt mea.*

Victus.

Carpitur quædam Hiſtoriola.

Hæc inquam prorſus conficta æſtimo, ne cogat dicere, parum Epiphanio Hilarionis continentiam notam fuiſſe, cum potius ſuam ab illius magiſterio acceperit, & neuter vnquā præter panem & Salem cum aqua aliquid eſitauerit: quod tam Hieronymi, quam Sarraceni teſtimonio liquidum eſt: & de Epiphanio is aſſerit, non ſolum adoleſcentiæ tempore, ſed etiam Abbatis fungente officio, & poſtea Epiſcopi, eiſdem parcimoniæ legibus ſeſe adſtrinxiſſe. Nam cum Abbas exiſtens apud Regem perſarum ageret, & ab eo ad menſam inuitaretur, reſpondit: *Vale Rex, ſede ad menſam, comede omnia quæ ſoles: tantum te contine ab immoderatione* (à crapula ſcilicet, & ebrietate) *nam mihi panis furfuraceus, & parum ſalis propter imbecillitatem præbebit id, quod eſt vſui in corpuſculo. Hac cum dixiſſet Regi Epiphanius* (ait Ioannes c. 5.) *dimiſit Rex omnes ex aula & nos iuſſit ingredi in cubiculum. Miſit verò ad nos in menſam diuerſa ciborum genera; auerſatus autem eſt omnia Epiphanius, ſolum tritum panem nobis retinens, quo vſi ſaciati ſumus gratias agentes Deo vniuerſorum.* Tantumdem ei cum Archadio, & Honorio Imperatoribus accidiſſe refert c. 29. *Obtulerunt ergo Imperatores multum auri: ſed nihil accepit Epiphanius præter paucos panes, vt nos omnes iis veſceremur:* quo ſanè tempore Epiſcopus erat.

Quid apud Perſarū Regem ei acciderit.

5. **Abbas olera ſubditis miniſtrabat.**

Quartò. Sed qui ſibi adeò rigidus in victu erat, in Abbatem conſtitutus, olera ſubditis miniſtrabat. Qua de re teſtis oculatus Ioannes hæc ſcribit c. 7. poſtquam ad Epiphanij orationem vberibus fluuij aquis eorum abundaſſet habitatio. *Deus verò, qui producit fænum iumentis, & herbam ſeruituti hominum, irrigante aqua totam illam terram produxit de terra multitudinem olerum, quibus nos frueremur, & aleremur.* Tunc quoque accidit, quod *cum quadam fera animalia ad olera venirent, & virorem omnem earum tollerent, Epiphanius ſtetit ſupra olera, & diſſeruit cum feris tamquam cum hominibus dicens: Nolite mihi exhibere moleſtiā: ſum enim homo peccator & pauper: propter multitudinem autem meorum peccatorum ſum lugens in hoc loco, ſi forte mihi Deus mea peccata condonet. Ipſe qui hoc mihi olerum præbuit ſolatium ad alimentum* (planè ſuorum fratrum, ſibi namque aliàs vitæ Hilarionis inſtitutum elegerat toto tempore ſuæ) *vobis præcipit ne amplius veniatis in hunc locum, nec meas herbas lædatis. Agreſtes autem feræ cū hoc audiſſent ab Epiphanio, protinus receſſerunt; & ex illo die non appropinquarunt amplius loco noſtro.* Simile quid Antonio accidiſſe, narrat Hieronymus in Hilar. c. 26. ſed & ſi aliquando Epiphanius olera in conuentu fratrum comederit, non contendo: forte vuas pro ſolatij itinere in Cypro cum ſuis comeſturus emebat, cum botros vtraque tenens manu, ex ſigno apprehenſus, & ad Epiſcopatum aſſumptus eſt, vt Ioannes refert c. 16. & 17. fortè fratribus tantum emebat. Illud auerſor, carnes de more in Epiſcopatu comediſſe, vt verba Pelagij indicant: in quibus etiam cenſura dignum, Epiphanium de exactiori charitatis erga proximum obſeruantia præ Hilarione ſe iactaſſe: duo ſimul indigna committendo, videlicet, & ſe ſupra Patrem ac Magiſtrum ſuum inaniter offerēdo, & de eſu carnium mendacium turpiter effingendo: quæ quis de Hilarionis diſcipulo crediderit?

6. **Adhuc hiſtoriola impugnatur.**

Nec tempora etiam hiſtoriolæ illius rebus congruunt; quandoquidem Epiphanius poſtquam ad Epiſcopatum aſſumptus eſt, nunquam Hilarionē valuit conuenire; quippe qui eū quidem alloquutus fuerit Paphi in Cypro, cum de Epiſcopatu prophetiam ab eo accepit, Ioanne c. 15. autore: *Cum veniſſemus*, aut *Cæſaream, inuenimus illic nauem Cypriam, & nauigantes Paphum peruenimus ad magnum Hilarionem*, præmiſerat Epiphanium ad ſocios dixiſſe: *Agedùm filij, eamus, & accipiamus benedictionem à Patre noſtro magno Hilarione: audio enim eſſe in Cypro.* Mox ſubiungit:) *Fuit autem magna in congreſſu lætitia, & illic manſimus duos dies. Cum autem Papho egredi ſtatuiſſet Epiphanius, dixit Hilarion Epiphanio: quo vadis fili? Dixit Epiphanius: Aſcalonem, Gazam, & vlterius etiam in ſolitudinem* (ſcilicet ſui Monaſterij) *Dixit ei*

Hilarion : vade Salaminam , o fili , & illuc inuenies locum ad habitandum. Epiphanius autem nolebat audire verba Hilarionis. Rurſus ergo dixit Hilarion : oportet te tò ire, & illic habitare. &c. Illico autem Hilation ad loca ſeceſſit inacceſſa, & inuia , vnde anno quinto ad ſuperos tranſlatus eſt : abſque eo quod Sarracenus, aut Polybius, qui vtriuſque congteſſus ſcriptis curioſiſſimè annotarunt, iterum mutuis conſpectibus finitos fuiſſe meminetint. Sed nec Hietonymus, quem ſolus Presbiterij gradus , ad quem Hilarion aſcendit Sarraceno teſte , ſubterſugiſſe videtur.

Hilarionem ſectus Epiſcopus nō vidit Epiphanius.

7. Epiphanij veſtes.

Quinto. Iam de cæteris Epiphanij obſeruantiis , quas idem ſcriptor commemorat, aliquid dicamus. Veſtis eius vna dumtaxat tunica vilis, & tritum pallium fuit. De tunica hæc ad nobilem virum Draconem ſibi multa offerentem dixiſſe memorat cap. 22. *Mi fili , vna ſufficit tunicella ſuper hoc corſpuculum, & panes vulgares cum potu aqua. Cur mihi onus imponis , cum ego nolim grauari ?* Erat verò tunc Epiſcopus , ne quis cum dignitate habitum mutaſſe ſuſpicetur. Vbi quod non *tunicam* , ſed *tunicellam* dixerit , eam non ad talos Epiphanij pertigiſſe, ſignificari videtur. De Pallio cap. 10. dicitur : *tum Epiphanij accepiſſet diploideia, eam dilaceranit , ex ea* (fœmina) *exiit ſpiritus immundus.* & cap. 25. cum Ioannes Hierolimitanus Patriarcha ſuper celeri redditione pecuniæ ei commodatæ fuiſſet iratus; & Epiphanius ſe ei leuiter, & placidè tedditurū diceret: *Ioannes Ita plenus apprehendit, & tenuit diploidem Epiphanij, ipſum in ea conſtringens eique dixit : Non exibis , non ſedebis, non ages in pace, donec reddideris argentum, impoſtor Epiphanij :* Extat Epiſtola Epiphanij ad Ioannem hunc de ſceleribus & erroribus ſuis admonitoria ; & alia quædam Hieronymi eiuſdem argumenti n. 61. & 62. Sed *diploidem* idem eſſe cum *ſago*, docet Iſidorus lib. 19. Orig. c. 24. Nam cum præmiſiſſet : *Diplois Gracum nomen ab eo quod ſit duplex amictus* (corporis & ipſa ſecundus ſit) *cuius vſus Gallicis primùm expeditionibus cepit è prada hoſtili :* ſubinfert : *De qua eſt vox illa ſenatui Togis depoſitis , Quirites ad ſaga conuerſi fuerant:* vbi *ſagū* pro *diploide*. accepit Forſam eo differebant, quod *ſagum* quadrum eſſet (eodem Iſidoro teſte) ideſt quatuor haberet angulos , *diplois* duplices ; nimitum adinſtar pluuialium Eccleſiaſticorum , ſiue muliebrium palliorum (*mantos* dicimus) ad ſemicirculum formatæ binis finirentur angulis. Vtutſit cum ſago ruſtico coincidebant , quo & Hilarion Epiphanij Magiſtet vſus fuerat.

Diplois quid

8. Pedites ambulanit.

Sexto. Nudis pedibus toto vitæ ſuæ tempore inceſſit : vnus videlicet eorum , de quorum continētia ipſe ad calcem compendianæ doctrinæ dixit : *Alij neque calceamenta induunt.* Sed vnde eum motem induerit , his Ioannes enarrat cap. 1. *Cum appropinquaſſet Epiphanius portis , qua ſunt extra Eccleſiam* (Baptiſmatis gratiam accepturus) *vbi adis primum gradum aſcendit cecidit ei calceus ſiniſtri pedis : qui cum ſiniſtro aſcendiſſet, vt figeret dextrum, cecidit quoque dexter calceus, & inuenti ſunt ambo* (calcei) *extra gradus Eccleſia ; & ea de cauſa miratus eſt Lucianus. Non amplius itaque propoſuit Epiphanius apprehendere calceos , qui ei è pedibus ceciderant : ſed neque vllos alios calceos ſuſtinuit induere ſuis pedibus toto vita tempore.*

Qua occaſione ?

9. Tonſura.

Septimo. Quod ad tonſuram ſpectat, audio Philoſophum Epiphanio cognominem ad Chtiſtum ab eo conuerſum in hæc verba exclamantem cap. 9. *O qui geſtas coronam Epiphani , credo , & credidi iis , qua dicuntur , per ea qua fiunt.* Et eandem forſam coronam præuidit in eodem magno Epiphanio Epiſcopus , dum eum ſacris ablueret aquis c. 1. *Aduertit Epiſcopus coronam eſſe eius capiti impoſitam.* Eo vel maximè , quod in eadem compendiaria non illi placeant comam nutrientes : *placuit* , ait, *quibuſdam etiam capillos nutrire , honeſta videlicet vita gratia.* Vnde ducti ? *ex proprio mentis inuento , non ex Euangelij pracepto, neque ex Apoſtolorum traditione : nam S. Apoſtolus Paulus hunc habitum amputauit.* Atque ex actis. S. Epiphanij in eam exiſtimationem adducor, vt credam Eliſeum Propheram tonſutatum pariter inceſſiſſe ; quandoquidem narrat Ioannes cap. 17. S. Papho confeſſori & Epiſcopo inuiſione dictum fuiſſe : *Surge & deſcende in forum : Ecce illic apud venditorem Monachus emit vuas , qui duos ſecum habet Monachos , & Eliſei caput illius habet effigiem. Eum ordine Epiſcopum. Eſt autem ei nomen Epiphanius.* Alias ex ſolo Monachali habitu id dici nequibat , vtpote cum viſio intenderet eum à ſociis Monachis diſtinguere ex canitie , à cæteris ex tonſura. Vnde vtroque teferre caput Eliſci oportebat.

Eliſæus Propheta tonſuratus.

10. Opus manuum librorum trāſcriptio.

Octauo. Diximus ſuperius , quo manuum opere exercèretur ; nimirum pulchra, & eleganti ſcriptitatione librorum , quam valde vſu acceptam à Monachis multis exemplis probat is ipſe Ioannes c. 1. agens de Monachis Luciani , & c. 31. de Sabino Diacono , *cuius ſtudium erat pulchrè ſcribere* , & c. 21. de Ruffino eius Monacho , *cuius ars erat rectè ſcribere.* Et ipſe Epiphanius in Panario Hæreſ. 67. de Hietace Monacho Hieracitarum autore ; *Quidam* , ait, *de ipſo tradunt , quod ſupra 90. annos vix erit , & vſque ad diem , qua mortuus eſt , pulchrè ſcripſerit. Erat enim Calligraphus , hoc eſt ſcriptor, pulchros litterarum caracteres ducens in ſcribendis libris.* Qua de re intelligendum reor quod in compend. dixit : *Quidam vita renuntiarunt : artesque tenues & nullius negotij ſibi ipſis excogitarunt : vt ne otioſam vitam degant , neque panem grauatum comedant.* Sed Chryſoſtomus clariſſimè hom. 59. ad Pap. Antioch : *ſunt autem & qui libros tranſcribere docti , aſſignatum quiſque ſumens habitaculum &c.* Verùm Epiphanius etiam in ſatione , & cultura hortuli ſui ſe exercebat.

11. Diuinum officium.

Nono. Porro Diuinis ſuos intereſſe officiis aſſiduè docuiſſe , ipſi eius diſcipuli faſſi ſunt , dum ea de re legationem ad eum , iam in Cypro Epiſcopum factum , inſtituerent , quam narrat Pelagius de verbis Seniot. libello 12. n. 6. in hæc verba : *Monachatum eſt ſancta memoria Epiphanio Epiſcopo Cyprio ab Abbate Monaſterij ſui , quod habuit in Paleſtina : quia orationibus tuis non neglleximus Regulam , ſed cum ſolitudine tertiam , ſextam , Nonam atque veſperam celebramus. Ille autem reprahendens eum mandauit ei : Conſtat vos vacare ab Oratione cateris horis , eum autem , qui verus eſt Monachus, oportet ſine intermiſſione orare , aut certe pſallere in corde ſuo.* De eo itidem , cum Abbas eſſet , ait Ioannes cap. 5. *Epiphanius emittebat Deo Nocturnas preces. Cum veniſſent vero ad oſtium cella* (Perſarum Regis nuntij) *& pulſaſſent , nihil*

omnino

Digitized by Google

omnino perturbatus fuit Epiphanius, ſed ipſe Dei opus peragebat. Ipſi autem in animo habuerunt frangere oſtium. Et rurſus: *Cùm ſpiritualis cultus omnem peregiſſet conſequentiam, aperuit oſtium cellæ.* Vbi non ſolum Nocturnarum precum ab eo perſolui ſolitarum digna mentio facta eſt, ſed valde mirandum exemplum nobis præbuit, nihil aliud agendi aut loquendi dum Diuinis officiis interſumus: nam & ipſe exerto enſe impetitus, nec oſtium aperit, nec verbum dat. Et annotatione dignum etiam, quod Diuina officia *Dei opus*, & *ſpiritualis cultus* dignis nominibus vocitantur. De eiſdem c. 9. *ſtabat multitudo fratrum, & Deo mittebat Hymnodiam: erat verò Epiphanius quoque preces per ſe peragens*: & cap. 24. *Venit tempus Eccleſiæ vt Diuinum faceremus officium. Ingredientibus verò nobis omnibus cum Epiphanio in Eccleſiam &c.* Quod pro loco perſoluendarum precum notatum velim. Ipſe in compendiaria doctrina *Matutini etiam Hymni in ipſa ſancta Eccleſia perpetuò fiunt, & Orationes matutinæ, Lucernaleſque ſimul Pſalmi, & Orationes.*

Qualiter Diuinis officiis aſſiſtendum.

12. Decimò. At quidnam ſub voce *Lucernalium Pſalmorum, & Orationum* intellexerit Epiphanius, nunc operepretium eſt expendamus. Planè veſpertinus orandi canon ab antiquis *Lucernarium* dici conſueuiſſe ex multis liquidò conſtat, vel vt minimum ad veſperas pertinere. Quare Epiphanius qui matutinorum Hymnorum, & Orationum ad exortum diei dicendorum meminerat, iis *Lucernale Pſalmos & Orationes* ad finem diei canendos adiungit, vtriuſque extremi commemorationem agens. Cui proximè accedens Caſſianus lib. 3. Inſtit. c. 3. Horas Canonicas, horis quibus laborantes in vinea Euangelica conducti dicuntur. Mach. 20. vt probat dilucidè, reſpondere, ſic ait: *In his quoque horis etiam ille Euangelicus Pater familias operarios conduxit in vineam ſuam. Ita enim & ille primo mane conduxiſſe deſcribitur; quod tempus deſignat matutinam noſtram ſolemnitatem* (hoc nomine apud Caſſianum *Primam* intelligi alibi expoſituri ſumus) *deinde tertia, ille ſexta, poſt hæc Nona: ad extremum vndecima, in qua Lucernalis hora ſignatur.* Nimirum completa hora vndecima veſperarum ſolemnitas ſequitur, ſed quoniam peracto iam die celebratur iuxta illud D. Ambroſij in Hymno illius horæ.

Pſalmi lucernales qui?

Lucernalis hora quæ?

Grates peracto iam die,
Et noctis exortu preces:
Voti reos vt adimus,
Hymnum canentes ſoluimus.

Et conſequenter accenſis Lucernis, idcirco *Lucernalis hora* à Caſſiano, & *Lucernales Pſalmi, ac Orationes* ei congruentes nuncupabantur: vnde Hieronymus ad Lætam, dum filiam in Monaſticis moribus inſtruit Epiſt. 7. c. 5. *aſſueſcat ad Orationes & Pſalmos nocte conſurgere, manè Hymnos canere: tertia, ſexta, nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti: accenſaque lucerna reddere ſacrificium veſpertinum. Sic dies tranſeat, ſic nox inueniat laborantem.* Propriè tamē *Lucernarium* ipſum ſolis occaſum vocitari conſueuiſſe, ex Chryſoſtomo haurio, qui in Pſ. 118. ait: *Ad ſolis occaſum, quod etiam lucernarium appellamus, orandum; ſcilicet quia tunc ob diei tranſitū Deo gratias agimus.* Hinc fit errore Amanněſes imperiti legi apud Hieronymum in expoſitione Pſ. 119. cum inquit: *hora tertia oramus, hora ſexta oramus, nona lucernarium facimus.* Lucernarium non ad veſperas, ſed ad nonam ſpectare ſtulte definiens; & in re Lippis patente & tonſoribus cæcutiens: cum legi oporteat facili additamento: *Hora tertia oramus, hora ſexta oramus & nona; lucernarium facimus; media nocte conſurgimus &c.* Detegitur itidem Pſeudo Auguſtini ignorantia, tum in aliis multis, quæ ſuo loco expendemus, tum in eo quod regula 1. lucernarium poſt completorium conſtituit, *Hoc*, inquit, *in veſperis, & completorio ſeruetur; ad lucernarium autem Pſalmus vnus reſponſorium, Antiphonæ tres, lectiones tres*: vbi lucernarium cum Nocturnis vigiliis confundit. Cæterum lucernarium partem priorem veſperarum eſſe, non obſcurè innuit Iſidorus in Reg. Monach. c. 6. vbi cuique Canonicæ horæ numerum Pſalmorum & orationum conſignat. Ait verò, *In veſpertinis autem Officiis, primo lucernarium deinde Pſalmi duo, reſponſarius vnus, & laudes, Hymnus, atque Oratio dicenda eſt*, & laudum nomine *Alleluya* aliquoties repetitum intellige, iuxta illud ipſius Iſidori lib. 1. de Offic. Eccleſ. c. 13. *Laudes, hoc eſt Alleluya, canere, antiquum eſt Hebræorum &c.* Ita Griallius in notis ad cap. 6. Regulæ. Loayſa verò in ſuis notis ad concil. 1. Tolet. c. 9. quoad lucernarium ſpectat in ea eſt ſententia, vt ex verbis Iſidori relatis coniici exiſtimet lucernarium duos Pſalmos priores veſperarum conſumpſiſſe, cum nimirum præter ipſum duo duntaxat reliqui ab Iſidoro aſſignentur. Et rectè quidem, ſi velit aliquot Pſalmos lucernario inſumi ſolitos; alias qui tertiæ, ſextæ, & nonæ tres Pſalmos vnicuique decantandos aſſignarit, quonam iure veſperis duos tantum adiudicaret? Quod autem inquit Loayſa: quatuor Pſalmis veſperas circumſcribi ſolitas adducto Regulæ B. P. N. Benedicti teſtimonio, non probat apud Iſidorum, & Hiſpaniæ Eccleſias totidem nec plus nec minus dici conſueuiſſe: videmus ſiquidem apud Romanam quinque olim, etiam in veſperis, decantatos. Inde tamen potius coniicio veſperas apud eos breuiari conſueuiſſe, qui lucernarium celebraſſe noſcuntur; quod in eo non parùm eſſent detenti.

Lucernarium quid.

Carpitur Pſeudo Auguſtinus.

Igitur (vt quid tunc fieret aperiamus) primo accenſis, & introductis lucernis in chorum fidelium, lucifer canebat: *laudamus Patrem & filium & ſpiritum Dei*: videlicet gratias agentes pro nona luce, alternarum ſolis, ac diei luci ſuccedente. Ita Baſilius cap. 9. de ſpiritu ſancto ad Amphilochium: *viſum eſt*, ait, *Patribus noſtris veſpertini luminis gratiam nequaquam ſilentio arripere, ſed mox, vt apparuit, agere gratias. Quis autem fuerit autor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non poſſumus* (innuit Baronius ab Apoſtolis dimanaſſe) *Populus tamen antiquam profert vocem; neque cuiquam vnquam viſi ſunt impietatem committere, qui dicunt: laudamus Patrem & filium, & ſanctum ſpiritum Dei.* Habes lector Chriſtianorum morem laudandi Chriſtum, exoptandique inuicem noctem quietam & ſalubrem, cum primùm lucernæ ad occaſum ſolis accenduntur ab Apoſtolis emanaſſe. Quid vero poſt hæc fieret in lucernario ex Can. 9. Concilij I. Tolet. ad A. C. 400. celebrati petendum eſt: ibi enim dicitur: *lucernarium, niſi in Eccleſia, non legatur:*

13. Quid in lucernario fieret?

tur: aut, ſi legitur in villa, præſente Epiſcopo vel Presbytero, vel Diacono legatur. Cur hoc? Planè qooniam ex Apoſtolica conſtitutione Diaconi tunc oratio legebatur, & Epiſcopi ſequebatur benedictio, nec alia quam à B. Iacobo fratre Domini inſtituta fuerat; & à S. Clemente Papa refertur lib. 8. conſtit. Apoſt. c. 41. in hæc verba.

14. Lucernarij forma. *Veſperè, ô Epiſcope, congregabis Eccleſiam, & dicto Nocturno Pſalmo* (videlicet 4. *Cum inuocarem &c.* Baſilio teſte Regul. fuſ. diſput. reſponſ. 37. & Benedicto c. 18. Regulæ) *loquatur Diaconus pro Cathecumenis, & dæmone agitatis, pro illuminandis & pœnitentibus, vt ante diximus. Quibus dimiſſis Diaconus dicet: qui fideles ſumus rogemus Dominum. Et poſtquam primam orationem abſoluit, dicens, ſalua, & excita nos Deus per Chriſtum tuum: erigentes nos, petamus miſericordias Domini, & miſerationes ipſius, Angelum pacis, bona, & vtilia: Chriſtianos Principes veſperam, & noctem pacificam, & ſine peccato: atque omne tempus vitæ noſtræ inculpabile. Nos mutuò Deo vero commendemus per Chriſtum ſuum.* Et Epiſcopus orando dicat, cap. 41.

Deus qui nullo ortus principio, nullo fine terminaris, cunctorum creator per Chriſtum atque gubernator, & ante omnia Deus, ipſius ac Pater, ſpiritus, intelligibilium ac ſenſibilium Rex; qui feciſti diem propter opera lucis, noctem ad requietem imbecillitatis noſtræ: tua eſt enim dies, & nox: tu enim præparaſti lucem, & ſolem: tu nunc Domine benigne, ac bone, placidè ſuſcipe hanc noſtram veſpertinam gratiarum actionem, qui nos traducis per longitudinem diei, & perducis ad initium noctis. Cuſtodi nos per Chriſtum tuum; præbe veſperam pacificam, & noctem ſine peccato: & dignos nos fac vita æterna, per Chriſtum tuum; per quem tibi gloriæ, honor, & cultus, in ſancto Spiritu in ſæcula. Amen.

Et Diaconus dicat: Inclinate vos manuum impoſitioni.

Et Epiſcopus dicat: Deus Pater & Domine miſericordiæ, qui ſapientia tua condidiſti hominem rationale animal, & vnum Deo charum ex iis, qui ſunt in terra; & dediſti ei, vt imperaret iis, quæ ſunt in terra, & conſtituiſti ſententia tua Principes, & Sacerdotes, illos ad ſecuritatem vitæ; hos ad iuſtam ſeruitutem: ipſe quoque nunc inclina Domine omnipotens, & oſtende faciem tuam ſuper populum hunc, inclinantem colla cordis ſui, & benedic ei per Chriſtum, per quem illuminaſti nos lumine cognitionis, & reuelaſti nobis teipſum, quo cum digna tibi debetur adoratio ab omni rationali & ſancta natura, & ſpiritui paraclito in ſæcula.

Amen.

Et Diaconus dicat: Ite in pace.

Cum igitur Epiſcopo & Diacono propriè Orationes in veſpertino lucernario continerentur, iure cautum, ne à quouis ſeorſim legerentur, ſed iiſdem præſentibus, & vt nimirum Presbytero, aut Diacono locum Epiſcopi agente. Atque hæc procul dubio vera eius prohibitionis cauſa eſt, non autem quam Loayſa meditans fuit: ſcilicet quoniam poſt veſpertinum (teſte Iſidorio cap. illo 6. Regulæ Monach.) oporteret aliquid à fratribus meditari, aut de ſcripturis conferri, aut diſputari ante horam Completorij. Enim vero hæc abſque Epiſcopi, Diaconi, aut Presbyteri præſentia fieri poterant: vt ſæpe in Eccleſia apud Monachos fieri conſueuiſſe, ex Regula S. Pachomij liquidò cõſtat. Et de meditatione nullum eſt dubium cuiſ ſoli poſſe eò temporis incumbere, verba ipſa Iſidori manifeſtant. Sed ad Epiphanij mores conuertat ſe oratio; quæ occaſione lucernalium Pſalmorum ab eo memoratum huc vſque digreſſa eſt.

15. Epiphanij Monaſterium, & diſcipuli. Vndecimò. Monaſterium, quod Monachis ſuis conſtruxit, quatuor conſtabat domibus, in quibus ad quinquaginta fratres habitabant. Has omnes ſibi Sarraceni, barbari, & agreſtes viri conſtruxerunt. De priori dicitur in actis c. 3. quod poſtquam 40. illorum Epiphanium ſociũ ſibi effeciſſent: poſt menſes tres, *cum ei ſua opera & miniſterio domum ædificaſſent, omnes abierunt in pace.* Vno nihilominus eorum ad fidem & Monachatum conuerſio, qui tamen primus, præcipuuſque fuit diſcipulorum, ſcripſitque vitam Epiphanij vſque ad cap. 20. vnde à Polybio etiam diſcipulo continuata vſque ad calcem eſt: quod ex iiſdem cap. 3. & 20. liquet. De tribus reliquis habes cap. 7. *Audierunt Sarraceni, qui cellam nobis extruxerant, veniſſe Epiphanium ex Perſide, & acceſſerunt, vt benedictionem ab eo acciperent. Ædificauerunt autem nobis tres alias domos: quippe qui nobiſcum verſati ſunt quatuor menſes & receſſerunt in loca ſua.* (Erat autem Monaſterio nomen *Spanydrion*) *congregati ſunt itaque alij quoque fratres in Monaſterio: eramus verò omnes numero quinquaginta.* Eis prouidebat Epiphanius eſcam de leguminibus, & oleribus, quæ in horto ſuo naſcebantur, de quibus cap. 9. *Gloria autem inſignis fuit locus, qui priùs vocabatur ſpanydrio propter Epiphanium. Fuit enim aliquando locus inuius, & inhabitabilis, & aqua carens: quamobrem cognominatus quoque fuit ſpanydrion, eo quod quod aquam non haberet* (ab Σπανις, quod eſt *paupertas, raritas*, & ὕδριος *aqua*) *Effectus eſt autem Paradyſus, in quo erant bona omnia: in eoque abundabant aqua, & eſculenta diuerſi generis:* fonte nimirum cœlitùs ab Epiphanio impetrato. Porro cum 50. Monachos audis in quatuor domibus habitaſſe, in mẽtem veniant, quæ de Pachomij inſtitutionibus diximus: fierque vt ſub cuiuſque tecto 12. aut 13. illorum Cænobialem vitam agerent: cum tamen ipſe Epiphanius, propter quietem, ſpecialem habitaſſe cellam, ſit probabile, vt cuius fiat mentio c. 5. ex illis verbis. *Cum veniſſent ad oſtium cellæ & pulſaſſent*: Et rurſus; *aperuit oſtium cellæ.*

16. Sacras ſcripturas interpretatur. Duodecimò. Fratribus ſuis ſacras de more literas expoſuiſſe, habes cap. 9. illis: *cum iis ergo omnibus, quibus à Deo dignus fuit habitus Epiphanius, hoc quoque magnum & mirabile donum ei Deus eſt largiens, quod cum omni veritate diuinas interpretaretur ſcripturas. Diuinos enim libros ſumens, & legens fratribus, eorum vim quoque declarabat.* De hora autem docendi, ſi quærimus, occurrit quod Nicephorus refert lib. 12. cap. 34. *In Cypro, & Cæſarea Cappadocum in Sabbato, & Dominico die Veſperi poſt lucernarum accenſionem Epiſcopi, & Presbyteri Sacras litteras populo exponunt.* Cui conſonat illud Iſidori à nobis

bis modo relatum: *poſt veſpertinum autem congregatis fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus Diuinæ lectionis quæſtionibus diſputare conferendo piè & ſalubriter.* Conſonat & Therapeutarum inſtitutum de quo lib. 2. c. 12. n. 9. quorum erat, antequam manum cibo apponerent, de rebus diuinis diſſerere: quod iridem ab Ægyptiis obſeruatum vidimus in Sathi l. 3. c. 5. n. 20. Atqui Epiphanius, cum ad Epiſcopatum euectus eſt, hora prandij propter conuiuantes clericos præpoſita, morem ſuum de ſcripturis Sacris diſſerendi non mutauit: nam

Epiſcopus inter prãdẽdum prædicat. c. 18. dicitur: *cum aliquando eſſet ad prandium in Epiſcopatu* (hoc eſt in domo Epiſcopi) *habebat Epiphanius omnes clericos in menſa. Mos autem erat Epiphanio nocte ac die habere in manibus ſancta Euangelia, & docere verbum diuinum cumque in menſa doceret prandentes &c.* Acciditque tunc illud mirabile, vt perſtrepente coruo ter, & iterante Chatino Epiphanij Diacono, rogantique identidem quid coruus diceret bonorum ſuorum promiſſione facta; quo nimirum contionem perturbaret: reſpondit Epiphanius: *Dixit coruus, te non futurum amplius Diaconum.* Quod ſanè ita perfectum eſt: nam poſt Orationem menſæ vocem amiſit, & ſequenti nocte vitam. Porro de eodem more S. Epiphanij gerendi in manibus ſancta Euangelia c. vlt. dicitur: *Eratque mos Epiphanio ſancta Euangelia aſſiduè tenere in manibus; cumque ter ingemuiſſet, & fleuiſſet, explicatis Euangeliis, & iis rurſus plicatis, lacbrymatus eſt* Erat tunc in fundo nauis, vnde & magnam maris tempeſtatem annuntiauit: & paulo poſt in Oratione ſpiritum emiſit, cum eius pectori impoſita eſſent Euangelia. Itaque ea erant noſtro Sacerdoti pro *vrim*, & *Thummim*, vnde Dominum conſulebat.

17. Nam ordinauit vxoratos. Decimo tertiò. Illud etiam in Epiphanio memorabile, quod cap. 19. ſcribit Ioannes: *Non amplius ordinabat Epiphanius eos qui haberent vxores; ſed viros ſanctos, qui vitam exercebant Monaſticam: & viduos viros probatos.* Id enim ex more Græcorum fuit; & in commendationem Romanæ Eccleſiæ, imo & Monaſtici ſtatus. Adde quod ipſam domum Epiſcopi fecerat Monaſterium, ita vt plores in ea degerent Monachi, quam in ſpanydrio: Ita Polybius cap. 31. *Eramus autem in Epiſcopatu omnes Monachi octoginta*; vbi nomine *Epiſcopatus*, non quidem *diæceſim*, ſed domum Epiſcopi intelligendam ex

Eius domus Epiſcopalis, Monaſteriũ. cap. 16. habemus; vbi poſtquam in Eccleſia propria Salaminæ conſecratus eſt, ſubditur: *Poſt dimiſſionem autem ab Eccleſia aſcendimus in Epiſcopatum:* Quod etiam ex Hieronymo conſtat in Epitaphio Paolæ, cuius ſanctiſſimæ fœminæ poſt alias enumeratas peregrinationes, *tandem*, inqoit, *Vidit Cyprum. Vbi ſancti & venerabilis Epiphanij pedibus prouoluta refrigeria ſumptuum fratribus dereliquit, quos amor ſancti*

Idem imitatus Auguſtinus. *viri de toto illuc orbe conduxerat.* Quod quidem poſtea imitatus eſt Auguſtinus, vtpote qui ſerm. 1. de communi vita Cleric. ſcribat: *perueni ad Epiſcopatum ideo volui habere in iſta domo Epiſcopi mecum Monaſterium clericorum*: tametſi Gregorius Naziao. inuentum Athanaſio adiudicarit Oratione de eius laudibus, inquiens:

Et Athanaſius. *Cum his* (Monachis & Anachoretis Ægypti) *conſuetudinem habens magnus ille vir, vt omnium aliarum rerum ſequeſter, & conciliator erat: nimirum illius exemplum ſequens, qui per ſanguinem ſuum res diſtinctas & diſſidentes pacificauit. Ita ſolitariam quoque vitam cum cœnobitica in gratiam reducit.* Sed vbi, aut quomodo? Illud oſtendens, & Epiſcopatum Monaſticæ Philoſophiæ minimè expertem eſſe, & Monaſticam diſciplinam ſacri Antiſtitis inſtitutione opus habere: qua de re ſuperius l. 3. c. 4. n. 12.

Decimo quartò. Nec ſilentio tegendum, eos Epiphanium laude dignos iudicaſſe, qui occultè 18. Cilicium occultandum.
& non palam cilicio veſtiuntur: nam in compendiaria Doctr. ait: *Alij ſaccum geſtant occultum: qui videlicet rectè geſtant, propter virtutem, & pœnitentiam. Indecorum enim eſt in conſpicuo ſacco prodire, quemadmodum & aliqui faciunt.* Verùm id, vt vides, non de vtentibus in ſolitudine, ſed de prodeuntibus in conſpicuo prompſit iuxta ea, quæ alibi à nobis diſputata ſunt: idque tutiùs, & omninò obſeruandum propter infirmos, qui vanæ gloriæ paſſionum expertes non ſunt. Aliàs qui ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege. Epiphanium Antonio ſubſcripſiſſe coniicimus, ex eo quod in publicum prodíturus, *lauit ependytem ſuum*: nam ſcapulare etiam in hunc vſum ab Antonio adinuentum remur, vt cilicium quo vtebatur tegeret in poblicum prodíturus. Vide dicta l. 2. c. 11. n. 27. & n. 4. huius capitis. Vnde & Antonius Hilarioni diſcipulo adhuc tyrunculo à ſe diſceſſuro, & in publicum forſam egreſſuro alterum ependytem impertitus eſt.

Hoc loco admonere lectorem non granabor, 19. Actorũ Epiphanij veritas defenditur.
Baronium to. 4. Annal. A. C. 372. Acta S. Epiphanij ita notare, vt non in omnibus autori fides adhibenda ſit: quinimò aſſerat eſſe *mendacem, multaque finxiſſe*: v. g. quod Epiphanio cũ Hieracе Hereſiarcha bellum geſtum ſcribat qui tamen, vel ipſo Epiphanio teſte, multò vetuſtior ſit; vtpotè quem poſt Manetem ordine ponat: & alia bis monſtruoſiora idem compingit autor, videlicer quod Arcadium aliquando cum Honorio Romæ agentem conuenerit, cum Romam poſt acceptum Imperium nunquam redierit. Sed mirum eſt in Baronio qualiter calente ſtylo notas autoribus imponat, quorum tamen, cum ſibi opus eſt, gratuitò vtitur autoritate: quod & in quibuſdam Athanaſij geſtis, vt vidimus lib. 3. c. 4. n. 41. & in notis martyrol. Rom. fecit ad 12. Maij, vt longæuam egiſſe ætatem Epiphanium adſtrueret, inquiens: *Eratque adhuc iuuenis S. Hilarion, quando S. Epiphanius iam adoleſcens Monaſticam amplexatus eſt diſciplinam, vt eius acta teſtantur.* Sed aliud quidem eſt ex vetuſtate aliquot ex ſcriptorum vitio contraxiſſe neruos, aliud autorem mendacem eſſe, *& mendaciorum conſarcinatorem*, quid minus modeſtè dicitur Poterat quidem cum nouo Hierace prioris cognomine, & ſcholæ ſucceſſore Epiphanius habuiſſe congreſſum; potuit & ad tempos exiguum Arcadius Romam peruexiſſe; tametſi id ab ſcriptoribus cæteris memoriæ proditum non ſit; quo ſanè nihil abſurdi in actis Epiphanij contineretur; cum in cæteris nihil incredibile, & à veritate alienum appareat. Sed eſto neruos aliquot contraxerit librariorum errore, & hæreticorum vino: non tamen illicò vniuersè acta in angulum detrudenda ſunt; cum in eis ingens, eximiaque veterum Eccleſiæ conſuetudinum maneant viuis coloribus depicta, quod plurimi habendum eſt: vel alias flucci habenda tot Catholicorum ſcripta, quibus

Digitized by Google

quibus cum hæreticorum impudenria, tum libiariorum, & ex ſcriptorum oſcirantia, tot ab autoribus ſuis alienis erroribus reſperſere.

20. Actorũ eius Chronologia.

In eis nihilominus, quod ad ætatem ſpectat D. Epiphanij, correctione dignum eſt, quod dicitur, centum & quindecim vitæ exegiſſe annos, & menſes ttes: aſcendiſſeque Epiſcopalem Carhedram annos natum ſexaginta, in eaque compleuiſſe quinquaginta quinque, & tres menſes. Sed in numetorum notis haud difficilè error committitur. Liquet ex Menologio Græcorum vixiſſe annos 115. minus menſibus tribus: aſcendiſſe verò ad Epiſeopatum A.C. 365. Ex eo fit manifeſtum, qood à magno Hilarione apud Paphum Cypri vrbem tune exiſtente admonitus fuerit propheticè de adnauigando Salaminam, vbi oportebat eum Epiſcopum conſtitui. Id verò ante prædictum Domini annum non potuiſſe accidere, ex ehronographia geſtorum S. Hilarionis liquidum fit, qui nimirum obiit A. C. 372. ſed niſi ante ſeptennium non adiit Paphum; vt Hieronymus ſcribit. Obiiſſe autem Epiphanium ſub A.C. 443. à Baronio acceptum foro to. 5. Annal. Ex bis vero ſic firmiter ſtabilitis, deducitur natus quidem A. C. 287. Cum autem qoo tempore Monaſticem arripuit Hilarion, iuuenis adhuc eſſet, ideſt nondum paleſtræ Magiſter, ſed non multo priòs vt cap. 1. innuitur, videlicet prope A.C. 314. fit vt Epiphanios Hilarioni 22. ætatis agente à S. Luciano commodatus primò fuerit annum agens 27. atque ita corrigendus eſt textus cum ait *XVI. annes natum* factum fuiſſe Monachom; alias non 115. impleſſet, ſed 104. contradicta ipſa & Menologium: nam ab A. C. 314. quo initiatus Monachatu eſt, vſque ad 402. eius obitu illuſtrem ſolum intereedunt 88. quibus ſi XVI. dumtaxat adiungas, fient 104. Quare ſtandum præfixo ætaris termino XXVII. à quo vſque ad A. C. 365. quo ſcilicet Pontifex factus eſt, 51. intercurrunt, quos in Monachatu inſumpſiſſe certum eſt: in Epiſeopatu autem 38. ſedereque cœpit ætaris ſuæ 78. At Monachatus annos partim cum Hilarione, partim ſub eo, ſed multo plures egit in Cænobio à ſe conſtructo; & annos ſeptem in Ægypto in Nitria ad locum qui *Bucolia* dieebatur c. 10. & 11. irrepſerat in codicem error, vt *Bubilia* pro *Bucolia* diceretur: cum tamen *Bucolia* notus locus ſit, non longè ab Alexandria, de quo in vita S. Marci, & in vita S. Antonij c. 24. & in vita S. Hilarionis c. 36. poſtquam tamen totam penè Ægyptum peruaſerat; nam in ſuperiori Thebaide conuenit S. Paphnucium Antonij diſcipulum, & Ioannem virum celeberrimum, magnæque inter Anachoretas virtutis, de quo forſam apud Pelagium libel. 15. n. 23.

21. Modico vino in ſenecta vſus.

Decimo quintò. Obiter hic notauerim, Epiphanium cum ad ætatem adeo prouectam perueniſſet, iuxta Apoſtoli concilium corporis imbecillitatem modico vino ſubleuaſſe, quod aliter Orationibus, ieiuniis, litterarum ſtudiis, verbi Dei prædicatione, publicis contra hæreticos diſputationibus, manoum labore, Saceo & cilicio alioque diſtrictis rigoribus tot annis attritom, nequaquam ſuſtentari poſſe crediderim. Neque ad noſtram eruditionem, ac vitæ Monaſticæ pietatem & grauitatem minoris ponderis eſt natoræ leuamen deliquio ætatis confectæ, quam eiuſdem mortificationes eũ vires ei ſuppetebant id apertè coniicio ex Epitaphio Paulæ Hieronymi ad Euſtochium; vbi *Menſe* (inquit) *Iulio feruentiſſimis æſtibus incidit* (Paulæ) *in ardorem febris: & poſt deſperationem, cum Dei miſericordia reſpiraſſet, & medici perſuaderent, ob refectionem corporis vino opus eſſe tenui, & paruo, ne aquam bibens in hydropem verteretur: & ego clam rogarem Beatum Papam Epiphanium, vt eam moneret, imo compelleret vinum bibere: illa* (*vt erat prudens & ſolertis ingenij*) *ſtatim ſenſit inſidias; & ſubridens, meum eſſe quod ille diceret, intimauit. Quid plura? cum Beatus Pontifex poſt multa hortamenta exiſſet foras, quærenti mihi quid egiſſet reſpondit: tantum profeci, vt ſeni homini penè perſuaſerit vinum vt non bibam.* Quo ſimul & in Paula moribunda districtus adeo rigor elucet, vt abſtinentiam vitæ prætulerit; & in Epiphanio grauis prudentia, quâ ſenectam debilem, proculdubio in magnam Eccleſiæ vtilitatem, modico vino ſubleuaſſe fatetur.

Paula abſtinintiam à vino vitæ prætulit.

22. Caliſti Epiphanij diſcipuli miraculoſa conuerſio.

Inter S. Epiphanij diſcipulos Caliſtus fuit filius Aëtij viri præfecti vrbis, quem ob egtegiam generis nobilitatem hoc loco placet memorari; vt videas quam vetus fuerit nobiliſſimorum filios ad Monachatum euolare. De illius conuerſione hæc ait Ioannes cap. 9. *Erat hic caliſtus Aetij magni Romæ præfecti filius. Is cum malignum haberet ſpiritum, vidit Epiphanium dicentem ei in viſione: vis caliſte expellam à te ſpiritum? Dixit Caliſtus. Et quis tu es, Domine mi, qui poſſis eum expellere? Dixit autem Epiphanius Caliſto Ego ſum, inquit, Epiphanius Phœnico Paleſtinus qui in ſpanydrio habito in Monaſterio. Si ergo, inquit, malum à te ſpiritum expulero, venies ad me, & habitabis mecum in Spanydrio? Dixit Caliſtus ad Epiphanium: Domine expelle à me ſpiritum immundum, & habitabo tecum. Tunc dixit Epiphanius Caliſte: vide ne feceris aliter: rurſus enim tibi adhærebit. Excitatus autem Caliſtus, narrauit omnia fratri ſuo præfecto. Ab illo ergo die non eſt amplius afflictus Caliſtus ab immundo ſpiritu Poſt tempus autem trium menſium dixit Caliſtus Aëtio patri ſuo: Pater volo ire in regionem phœnicum, & quærere Epiphanium, & habitare cum ipſo in ſpanydrio. Statim pater eius datis ei multis pecuniis, miſit cum præſidio. Cumque veniſſet in Phœniciam, & inquiſiuiſſet, venit ad Epiphanium & ei expoſuit omnia, & habitauit nobiſcum* Hæc ibi porro de Aëtij geſtis agunt Procopius lib. 1. de Bello Vvandab. Sydonius in Panegir. *Maioriano* dicto Proſper & M. Maximus in Chron. vbi & nos multa de eo in eius commentariis ad A. C. 432. n. 4. & 433. n. 1. & 460. n. 3. vicit Francos, ſuperauit Burgundiones, & Armoricos, occidit felicem Magiſtrum militum: fœdauit tamen egregia merita, ductor effectus Barbarorum contra occidentale Imperium. Fuit & Aëtius hereſiarca Anomæorum dux, in quem Epiphanius vibrauit ſeipſum hereſ. 76. fuit quoque Aëtius Præsbyter, & Monachus ſocius acacij & Pauli, ad quos extat Epiſtola Baſilij 19. Valentis perſecutione vexatorum; qui & ad Epiphanium petiere opus in omnes hæreſes, & vtriuſque Epiſtolæ extant in limine Panarij.

23. Hiſtoria de mutua prædictione Epiphanij & chryſoſtomi defenditur.

Demũ nec illud omittendũ duximus, perperã Baroniũ hiſtoriã alternæ extremæq; prædictionis Epiphanij & Chryſoſtomi inter commenta allegare fuiſſe conatum: cum ei, vti grauiſſimæ, calculum ſuum adhibuerint magni nominis Hi-

ſtoriographi

ſtoriographi; tum qui ſui temporis res conſcripſerunt; tum qui acceperunt ab eis, ideſt Sozomenus lib. 8. cap. 15. & 16. Caſſiodorus in Tripart. lib. 10. cap. 12. Nicephorus lib. 13. cap. 13. Polybius in vita Epiphanij c. 37. Socrates lib. 6. c. 13. Metaphraſtes in vita Chryſoſt. Leo Auguſtus orat. de Ioanne Chryſoſt. & alij paſſim. Nec in eam quidquam momenti afferunt argumenta *Baronij*, videlicet falſam eſſe prædictionem de celeri Epiphanij morte, cum eius à Conſtantinopoli receſſus in A.C. 402. inciderit: & tamen teſtimonio Hieronymi liqueat eum anno ſequenti fuiſſe ſuper vtpotè qui lib. 2. Apologiæ 1. contra Ruffinum, & in poſteriori Apolog. Epiphanij velut adhuc viuentis nomen proferre. Et quoniam Ioannem in Epiphanium motum aiunt, vt ei mortem prædiceret, eo quod ſententiæ expulſionis ſuæ aſſenſum præbuiſſet: & tamen lata in eum exilij ſententia non fuit, niſi poſt diſceſſum Epiphanij, Theophilo Alexandrino Pſeudo-Synodum cogente in cauſa Chryſoſtomi: qui ſane Theophilus, niſi poſt diſceſſum Epiphanij Conſtantinopolim non adiit, vt palam omnibus eſt. Verum Epiphanium contradixiſſe Eudoxiæ ſuper meditata expulſione Chryſoſtomi, qui grauis ei erat, quod acriter moneret eam reſtitutionis agri viduæ Theognoſti, apud omnes in comperto eſt: & nihilominus fama inualuit, Epiphanium conſenſiſſe Chryſoſtomi exilio: atqui non dicebat conſenſiſſe ſententiæ de eo à Patribus latæ, qui nondum conuenerant; ſed ab Eudoxia diù dolentérque affectatæ, quam poſtmodum Pſeudo-ſynodus *ad Quercum* dicta decreuit: Et nihilhominus verè Epiphanius ſcandalizatus abſceſſit, ne tanti ſceleris particeps fieret: quod ſcilicet ab Eudoxia audiiſſet: *ſi fueris impedimenti, Pater Epiphanij, quominus mittatur Ioannes in exilium, aperiam templa Idolorum.* Quod Polybius S. Epiphanij diſcipulus refert, & Leo item Imperator. Eo autem recedente Synodus coacta fuit, & exilij lata ſententia in gratiam Auguſtæ, quæ à multo tempore id cupiebat. Quid quæſo id habet impoſſibilitatis? Et Ioannes famæ credidit aſſerenti, Epiphanium, cum abſceſſiſſet à facie Auguſtæ, & ab vrbe, exilium ſuum decreuiſſe: & ea propter mortem, quam à Deo præſcierat, eidem per litteras ſcripſit, ſed reuerenter, ſed pacificè, vt tantum decebat virum. Et Epiphanius innocuus tanti criminis in ſe falſo rumore diuulgati, Ioannis celerem mortem itidem quam Deo commonſtrante præſciuerat, eidem reſcripſit: ſed mitiſſimo affectus animo; vt Polybius, & Metaphraſtes referunt.

24. Carpitur Baronius. Quod vero rurſus Cardinalis obiicit, Epiphanium non illicò in mari obiiſſe, vt prædictum ſibi fuerat, ſed anno adhuc ſequẽte in viuis fuiſſe, planè non probat: nam Hieronymi in priori Apologia verba ſunt: *Epiphanio crimini dandum eſt, quare Græcam, Syram, Hebræam & Ægyptiam linguam, ex parte & latinã nouerit?* Et in ſequenti: *Papa Epiphanius quinque linguas loquitur.* Quis ex his verbis credat vitam Epiphanij conteſtatam? At non dixit iam obiiſſe. Et quid inde? an & quoties eum iam mortuũ nominaſſet, neceſſariò mortis eius mentionẽ facere debuit? Ab ſit. Sed vt videas ſapientem depræhenſum in aſtutia ſua; quantumuis ea phraſi de vita Epiphanij lætum teſtimonium concederemus: is ipſe qui ipſo A. C. 402. n. 23. vt argumento vires præberet, dixerat: *Etenim Hieronymus in poſteriori Apologia, quam aduerſus Ruffinum ſequenti anno ſcripſiſſe perſpicuè demonſtrabitur, de Epiphanio cum meminit, ita ait: Papa Epiphanius πεντάγλωττος, quia quinque linguis loquitur, &c.* mox ſui oblitus; & tam neceſſariæ promiſſionis, non quidem anno ſequenti, ſed eodem ipſo 402. n. 31. poſt folium dumtaxat vnicum ex profeſſo probare contendit oppoſitum, inquiens: *Quod verò hoc ipſo anno ea Apologia in Ruffinum à S. Hieronymo ſcripta ſit, præter alias adductas ſuperiùs rationes, inde quoque certum licet ſumere argumentum, dum ſcilicet triennium ibidem numerat ab eo tempore, quo ipſe ad Ruffinum Epiſtolam dederat. Sed & poſteriori libro prioris Apologiæ, dum numerat annos (vt ait) fermè decem, ex quo ad dextrum Præfectum Prætorio librum ſcripſerat de Scriptoribus Eccleſiaſt. (quod accidit vt vidimus teſtificatione ipſius an. 14. Theodoſij Imper. anno autem Domini 392.) planè declarat, hoc eodem quoque anno priorem etiam in Ruffinum eam ſcriptam eſſe Apologiam: in qua (vt vidimus) eiuſdem meminit Epiſtolæ Anaſtaſij Papæ in Ruffinum ad Ioan. Hieroſolym. Epiſcopum data.* Concluditque: *Cum igitur ſatis ſit demonſtratum, hoc ipſo anno quo Anaſtaſius ad Ioannem, eodem quoque Hieron. tum priorem, tum poſteriorem Apologiã aduerſus elucubraſſe: age iam, modo de ambobus hoc itidem agamus anno.* Et verè; quoniam ſi A. C. 392. quo opus de Scriptor. Eccleſ. elaborauit, ferè 10. adiicias, qui vſque ad ſcriptionem Apol. tranſacti fuerunt, fient 402. non 403. vt oportebat ad hoc vt earum teſtimonio probaretur Epiphan. adhuc A. C. 403. viuus fuiſſe. Cum autem eodem anno Apologiæ à Hieronymo ſcriptæ ſint, & Epiphanius, iuxta Chryſoſt. prædictionẽ, mortuus; reliquum eſt, vt ab illis nihil in hanc ferri valeat argumenti, cum potuerint ſcribi ante eius obitum, aut priuſquam de eo Hieronymus quidquam nouerit.

Sarta igitur tecta quæ maneat, & omni parte conſtans hiſtoria mutuæ prædictionis tantorum Heroũm, non vno capite neceſſariam Eccleſiæ: ſed vt liqueat poſſe inter viros æque ſanctiſſimos mentium interuenire diſſidium, quod Deo non ingratum ſit: imo & Diuinis reuelationibus, & prædictionibus approbetur. Et vt quiſque in ſua ſe paruitatem contineat, nec ſibi perſuadeat, eo ipſo quod ad familiaritatem Dei aliqualem admittitur; ſtatim omniſcium reddi debere. Bellum item ex vtraque parte iuſtum hoc loco dari poſſe: quod enim in rebus externis concedi nequeat in cauſa ſunt quæ inde ſequuntur innocentium ſtrages, direptiones, captiuitates, & id genus alia: quæ omnia in mentali pugna longè abſunt. Vndè iure quidem Epiphanius vitabat Ioannis communionem, quod ſcilicet errorum Origenia ſecum ferebat damnationem in Concilio Cyprio à ſe coacto latam, & in Alexandrino ſub Theophilo confirmatam: & nihilominus Ioannes non abnuebat Origeniſtarum conſortium, etiam ab Epiphanio requiſitus: & iure quoque, quandoquidem expectabat cauſam eorum agitari in plana Synodo Conſtantinopolitana, quam illi appellarant, ipſius Ioannis, vtpotè Patriarchæ, patrocinium implorantes; qui Epiphanium ad ſe inuitabat; ſubiungens, oportere vniuerſalis Synodi expectare ſententiam. Accedebat & Diaconi ab Epiphanio,

25. Bellum ex vtraque parte iuſtum inter dictamina.

Ioanne inconſultò, & intra ipſius vrbem ordinati (vt videbatur) temeraria præſumptio; quem tamen ille ordinauerat, quod eſſet neceſſarius miniſterio Monaſterij ſegregantium ſe à conſortio Ioannis Patriarchæ, ob Origeniſtarum beneuolam communionem. Sed de his ſatis.

CAPVT III.

De Scithiotarum Inſtituto, à Syluano in Paleſtinam inuecto.

1. Syluanus qualis vir.

HActenvs Antonij Magni Inſtitutum ab Ægypto in Paleſtinam Hilarionis, & ſociorum manu tranſlatum proſequuti ſumus; quod tamen ab Epiphanio vlterius propagatum, & in Cyprum tranſductum vidimus. Nunc iam Scithiotas iterum in Paleſtinam receſſiſſe narraturi ſumus. Planè id Syluano deberi, dubium non eſt, cum eum conſtet in Scithi diù multumque verſatum, adeò vt inter primores Patres locum obtinuerit, teſte Pelagio in dictis ſenior. libello 14. num. 5. *Dicebant de Abbate Syluano quod habuerit in Scithi diſcipulum nomine Marcum, & hic fuerit magna obedientia, quique etiam ſcriptor antiquarius erat, &c.* nimirum (quod de Epiphanio, Hilarione, eorumque diſcipulis diximus) exercebat ſe in exaratione librorum. Hic ille eſt qui iuſſus elementum. O ſemi exaratum reliquit. Libello autem 18. num. 15. ſubdit Pelagius: *Cum Syluanus redire vellet in patriam* (erat enim Paleſtinus) *tres induciarum dies oratu obtinens in tertio, priuſquam à Scithi pedem extraheret, bono fine ſublatum, &c.* Sed & Nicephorus lib. 11. cap. 39. Syluani geſta his complectitur: *Syluanus in Paleſtina ortus, eò (vt mihi videtur) tempore ſuperſtes fuit* (videlicet Hilarioni, & Epiphanio coæuus) *qui eum à Deo accepit honorem, vt Angeli ei inſeruierint. Et cum primum in Ægypto philoſophatus eſſet, in montem Sinà inde tranſiit; poſtea autem in torrente Gerara maximum, pulcherrimum, & clariſſimum bonorum virorum conſtruxit Monaſterium. Cui poſt eum admirandus præfuit Zacharias.* Quid verò de eodem literis ſcriptum reperiam, libens promam.

2. Paupertas.

Paupertatis imprimis egregius amator fuit. Probat is Paſchaſius de Verb. Sen. cap. 5. num. 1. inquiens: *Abbas Syluanus dum modicum diſceſſit à cella, diſcipulus ſuus Zacharias cum aliis fratribus ſepem horti amouit, & fecit hortum maiorem. Quod poſtquam regreſſus ſenex agnouit, tulit melotem ſuam, vt diſcederet. At illi proiicientes ſe ad pedes eius, propter quid hoc faceret, vt indicaret poſtulabant. Tum ſenex ait: Non ingredior, inquit, cellam hanc, niſi ſepes fuerit in locum ſuum reuocata: Quo mox facto, ita regreſſus eſt.* Vbi obiter notatum, velim Syluanum amplas poſſeſſiones exhorruiſſe. Rurſus moris fuiſſe hortorum Monaſticorum cuſtodiam, non ex muris, ſed ex ſepibus compactum: de quibus Varro lib. 1. de Re Ruſtica. c. 14. *Sepes eſt ex agreſti ligno, vel obſeri ſoles naturaliter virgultis.* Et Maro. 1. Georgic.

Quippe etiam feſtis quadam exercere diebus
Fas, & iura ſinunt: riuos deducere, nulla
Religio vetuit; ſegeti prætendere ſepem, &c.

Melotes itinerantis habitus.

Denique *Meletes* itinerantis, & abſcedentis habitus potius erat, quam inhabitantis: nam vt diſceſſum inde ſuum ſignificaret Syluanus, melotem ſuam tuliſſe dicitur: *Tulit melotem ſuam, vt diſcederet.*

3. Qualiter manuum operi vacandum.

Quâ verò animi attentione labori manuum inſiſtendum eſſet, hoc ille facto docuit apud Pelagium lib. 11. num. 18. *Sedente aliquando Abbate Syluano in monte Sinà, diſcipulus eius volens abire ad quoddam miniſterium ſuum, dixit Seni. Dimitte aquam, & riga hortum. Ille autem exiens ad dimittendam aquam, tegebat faciem ſuam de cucullo ſuo, tantum ad pedes ſuos intendens. Contigit autem, vt ipſa hora quidam ſuperueniret ad eum, & videns eum à longè, conſiderauit quid feciſſet. Et cum perueniſſet ad eum, dixit ei: Dic mihi Abba, vt quid tegebas faciem tuam de cucullo, & ſic adaquabas hortum? Et dixit ei ſenex: Ne viderent oculi mei arbores, & occuparetur mens mea ab opere ſuo in conſideratione earum.* Exemplo itaque ſuo nos docuit, non ſic operibus manuum vacandum, vt mens ab oratione deſiſtat, cuius ipſe eximius cultor fuit. Vnde apud Ioannem libel. 5. de Præuidentia numero 1. legitur in exceſſu mentis perſeueraſſe extenſis in cælum manibus à capite vſqoe ad finem penè diei, ita vt requiſitus à Zacharia hora ſexta & nona, eodem habitu permaneret: & ab eo rogatus de cauſa; humilitatis cuſtos reſponderit: *Infirmatus ſum hodie fili.* Sed inſtantiùs rèquiſitus, ac precibus victus tandem expreſſerit: *Ego in cælum raptus ſum, & vidi gloriam Dei, & illic ſteti vſque modo, & nunc dimiſſus ſum.* Narrat & quid ſimile de eius extaſi Palladius de Verb. Senior. num. 205. cui ſobdit Belagius lib. 3. num. 15. *Et nolebat, ſenex deinceps exire de cella ſua, ſed ſi exire cogebatur, operiebat capitis faciem ſuam dicens: Quid neceſſe eſt videre lumen iſtud temporale, in quo nihil eſt vtile?* Quo loco *capitium* poſuit Interpres pro *cucullo*, quod is ſolum caput ad humeros vſque tegeret. (Hiſpanè *capilla*) vti ſuo loco dictum eſt. lib. 2. cap. 11. num. 7.

Syluani extaſes.

4. Manuum labore viuendum.

Monachum de operibus manuum ſuarum eſcam ſibi paraturum, ita docebat, vt quemdam aliter garrientem, de ſtultitia grauiter repræhenderit. Habes id apud Palladium (perperam Ruffinum creditum) de Verb, Senior. numero 55. *Quidam peregrinus frater venit ad Abbatem Syluanum, in monte Sinà, & vidit quod fratres operarentur, & dicit: Quare operamini cibum qui perit? Maria enim bonam partem elegit. Tunc ſenex dixit diſcipulo ſuo Zacharia Da illi codicem, vt legat, & mitte illum in cellulam, quæ nihil habet. Hora autem nona circumſpiciebat frater ille viam, ſi fortè vocaret eum ſenex ad comedendum. Poſtquam verò tranſiit hora nona, venit ad ſenem dicens ei: Numquid hodie non comederunt fratres Abba? Cumque ſenex fateretur, ait ille: Quare me non vocaſti? Tunc dixit ei Abbas Syluanus: Tu homo ſpiritualis es, & non habes neceſſe hanc eſcam: nos autem tamquam carnales, opus habemus comedere, ideò operamur. Tu autem bonam partem elegiſti: legis enim omni die, & non vis carnalem eſcam accipere: Quod cum audiſſet, cœpit pœnitere, ac dicere: Indulge mihi Abba: Tunc reſpondit illi Syluanus: Ergo neceſſaria eſt*

Euidens conceptio oppoſitum ſentientis.

Martha

Digitized by Google

Martha & Maria; propter Martham enim, & Maria laudatur.

5. Ieiunium. Ieiuniorum regulam ita mordicus obſcurabat: ne refectione etiam hoſpitalitatis iure aliquando accepta, quod reliquum erat diei, ieiunij legibus ſubderet: quibus (quod valde notandum) etiam potus aquæ interdicebatur. Audi quid idem ſcribit Palladius num. 46. *Abbas Syluanus dum cum diſcipulo ſuo Zacharia ad quoddam Monaſterium perueniſſet; antequam egrederentur, fecerunt eos Monachi parum comedere. Poſtquam ergo egreſſi ſunt, inuenit diſcipulus eius aquam, & volebat bibere. Cui Abbas Syluanus: Zacharia, hodie ieiunium eſt. At ille dixit: Numquid hodie non comedimus Pater? Et dixit ei ſenex: illa eſca charitatis erat fili, nos autem noſtrum ieiunium teneamus.*

6. Diſcretio. Diſcretionis Magiſter egregius factus, eam, vbi opus eſſet, tum per ſe, tum per diſcipulos ſuos exhibere curauit. Eius rei gratia contigit (Authore Pelagio lib. 10. num. 85.) vt lapſus frater, qui ab alio perdidiſſe animam ſuam audierat, ad ipſum accederet, priuſquam ad ſæculum deſperatè rediret: *Pergens autem ille, deliberauit ire, & indicare cogitationes ſuas Abbati Syluano: erat enim hic Syluanus MAGNVS DISCRETOR.* Verum is illum ad ſpem redire fecit, & de peccato ſuo pœnitere, *tanquam bonus medicus apponens cataplaſma animæ eius de Diuinis Scripturis aſſumptum.* Quà verò diſcretione in ieiuniorum obſeruatione eius diſcipulus Nathyra ſe geſſerit, audi ex eodem Pelagio lib. 9. num. 36.

Nathyra Epiſcopus factus cur abſtinentior. *Narrauerunt de Abbate Nathyra, qui fuit diſcipulus Abbatis Syluani, quia cum ſederet in cella ſua in monte Sina, mediocriter gubernauit vitam ſuam de his quæ erant neceſſaria corpori. Quando autem factus eſt Epiſcopus in Pharan, multum coarctabat animam ſuam in duritia continentiæ* (Addit Pelagius in fine Veteris Lauſiacæ num. 18. *Quando autem Epiſcopus ordinatus eſt in Pharan, nimis conſtrinxit ſeipſum in duriori abſtinentia, & in Vigilijs propenſius, atque in orationibus intentiùs agebat*) *Et dicit ei diſcipulus ſuus: Abba, quando eramus in eremo, non te ita cruciabas: Et dicit ei ſenex: Fili, illic ſolitudo erat, & quies, & paupertas, propterea volebam gubernare corpus meum, ne infirmarer, & quærere rem quæ non habebam. Nunc autem hic ſæculum eſt, & occaſiones ſunt excedendi plurimæ, & ſi infirmitatem incurrero, ſunt hic qui ſuccurrant, ne propoſitum Monachi perdam.* Quod in gratiam eorum, qui de Monachatu aſſumuntur ad Epiſcopatum, placuit in mediom adducere: vt videant diſcretione magiſtra, non tunc remiſſiuè, ſed duriùs ſibi agendum fore, cum maioribus ſint obligationibus addicti, & maiora ſolatia ad manum, cum ægrotauerint, habeant. *Quidam fratres rogauerunt Abbatem Syluanum per quam viam adeptus eſſet tantam prudentiam? Reſpondit eis ille, dicens: Numquam dimiſi morari cogitationes malas in corde meo, quæ Deum prouocarent ad iram.*

7. Ars reiterãdi conuerſionis initiũ. Loogum eſſet cæteras perſequi obſeruantias è Scithi in montem Sinà ab Abbate Syluano transductas, quas tamen Lector lib. 3. cap. 5. §. 2. à num. 16. à nobis fuiſſe relatas oſtendet. Non grauabor tamen ædificationis gratia doctrinam eius in medium afferre, qua docebat ſuos quotidie initium facere conuerſationis ſuæ, vt cum Regio Vate dicere quauis hora valerent: *Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelſi.* Narrat. Pelagius lib. cap. 29. quod *Interrogauit Abbas Moyſes Abbatem Syluanum dicens. Poteſt homo per omnem diem initium facere conuerſationis ſuæ.* Hæc Pelagius.

Inſtrumenta huius artis. Sed modum aut media, ſeu (vt veriùs dicam) eius artis inſtrumenta, quæ Syluanus requiſitus miniſtrabat, refert D. Martinus Dumienſis Abbas & Epiſcopus lib. de Ægyptiorum Patrum ſententiis num. 108. cui conſonat Paſchaſius cap. 43. num. 2. Hinc forſam R.P. Benedictus hauſit cap. 4. ſuæ Regulæ: *De Inſtrumentis bonorum operum*: ſubdens: *Ecce hæc ſunt inſtrumenta artis ſpiritualis, quæ cum fuerint à nobis die, noctuque inceſſabiliter adimpleta, & in die iudicij reconſignata, illa merces nobis à Domino recompenſabitur, quam ipſe promiſit, &c.* Itaque Syluanus ſua ita promit bonorum operum inſtrumenta apud Martinum.

9. Virtutes erga Deum, & ſeipſum.

1. *Oportet apprehendere vnumquemque parum aliquid ex omnibus virtutibus. Singulis ergo diebus ſurgens manè ſume initium vnum in omni virtute, & in omni mandato Dei.*
2. *In magna patientia & longanimitate.*
3. *Cum timore, & charitate Dei.*
4. *Cum humilitate animæ & corporis.*
5. *In multa ſuſtentatione, & tribulatione, & commoratione cellæ.*

   NOT. Quadrat illod B.P. Benedicti: *Officina vbi hæc omnia diligenter operemur, clauſtra ſunt Monaſterij, & ſtabilitas in Congregatione.*
6. *In oratione & deprecatione.*
7. *Cum gemitu, & puritate cordis, & oculorum, & cuſtodia linguæ, & ſermonum.*
8. *In abrenunciatione rerum materialium, & deſideriorum carnis.*
9. *In certamine Crucis: id eſt cruciatione, & paupertate ſpiritus.*

   NOT. Ita Martinus: ſed Paſchaſius reddit: *Cruciationem habentes in certamine.*
10. *In continentia ſpirituali, & agone pugnæ.*
11. *In pœnitentia, & luctu*
12. *In ſimplicitate animæ, & taciturnitate.*
13. *In ieiunio, & vigilijs Nocturnis.*
14. *In operatione manuum, ſecundum quod docet Apoſtolus, dicens: operantes manibus noſtris.* 2. Corinth. 11.
15. *In fame, & ſiti, & frigore, & nuditate*
16. *In laboribus, & tribulationibus*
17. *In neceſſitatibus, & anguſtiis, & perſecutionibus.*
18. *In foueis, & ſpeluncis, & cauernis terræ*
19. *Eſto factor verbi, & non auditor tantum.*
20. *Operans talentum in duplo: habens veſtem nuptialem, fundatus ſuper firmam petram, & non ſuper arenam.*
21. *Eleemoſina, & fides non te derelinquant.*
22. *Cogitans omni die mortem eſſe vicinam*
23. *Et quaſi iam clauſus in monumento, nihil de hoc ſæculo cures.*

    NOT. Addit Paſchaſius: *Quia ſollicitudo ſæculi & cupiditas diuitiarum, hæ ſunt ſpinæ, quas Dominus cauere dixit in Euangelio, quia bonum ſemen ſuffocant.*
24. *Inedia eſcarum, & humilitas, & luctus non recedant à te.* NOT. Addit Paſchaſius: *Quia Dominus diſſipat oſſa hominum ſibi placentium.*

25. Et timor Dei permaneat in te omni hora: ſcriptum eſt enim: Propter timorem tuum Domine in vtero accepimus, & doluimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Hæc ergo, & , ſi qua alia virtus eſt, in his perſpice. N O T. Hactenus docuit qualiter ſe quis erga Deum, & ſeipſum gerere debeat: deinceps vt erga proximum explanat.

9. Erga proximum.

1. *Ne te ipſum menſures cum magnis, ſed crede te inferiorem eſſe omni creaturæ, id eſt deteriorem à quovis homine quamlibet peccatore.* N O T. Paſchaſius: *Qui ſe exiſtimat, &c.* Gal. 6.
2. *Habeto diſcretionem diſcernens ſeipſum* NOT. Deeſt in Paſchaſio.
3. *Et non indices proximum, neque inſpicias aliena delicta. ſed tua plange peccata, & de nullius hominis actibus ſollicitus ſis.*
4. *Eſto manſueti ſpiritus, & non iracundi* Paſchaſ. *Eſto manſuetus ſpiritu, &c.*
5. *Nihil in corde tuo contra aliquem cogites mali.*
6. *Neque habeas inimicitiam in corde tuo, neque odium contra inimicantem tibi ſine cauſa.*
7. *Neque iraſcaris inimicitia eius.*
8. *Neque deſpicias eum in neceſſitate, & tribulatione eius.*
9. *Nec reddas malum pro malo, ſed eſto pacificus cum omnibus hæc eſt enim pax Dei.* N O T. Paſchaſius habet: *Hoc eſt vinculum perfectionis.*
10. *Non te credas malum facienti: neque congaudeas ei, qui facit proximo ſuo malum.*
11. *Non detrahas alicui, quia Deus cognoſcit omnia, & videt vnumquemque,* Paſchaſ. *Quia Deus index, & teſtis eſt in omnibus.*
12. *Non credas detrahenti; neque congaudeas ad malè eloquium eius.* NOT. Deeſt in Paſchaſ.
13. *Non oderis aliquem propter peccatum eius: quia ſcriptum eſt: Nolite iudicare, & non iudicabimini.*
14. *Neque deſpicias peccantem, ſed ora pro illo, vt det illi Dominus conuerſionem in pœnitentia, & miſereatur illius: potens enim eſt Dominus.* Paſchaſ. habet: *Conuerſionem ad pœnitentiam.*
15. *Etſi audiris de aliquo quod agit iniqua, reſponde dicens. Numquid ego index ſum? Homo ſum peccator, mortuus ſub peccatis meis, & lugens mea propria mala. Mortuus enim cauſam non habet curare pro aliquo.*

Hæc omnia ergo qui cogitat, & procurat, operarius eſt vniuerſæ iuſtitiæ, ſub gratia & virtute Domini noſtri. N O T. Hæc fuſiùs Paſchaſius, ita: *Qui hæc omnia procurat, & cogitat, operarius eſt omnis iuſtitiæ, dum de Chriſto Redemptore noſtro Propheta denuntiat, dicens: Ego autem ſum vermis, & non homo. Et alius Propheta dicit: lapis de pariete clamabit, & ſcarabeus de ligno loquitur. Nos vero dum in multis extollimur, in multis ſupplantamur. Qui verò hæc cuſtodit, viuit ſub gratia, & virtute Domini N. Ieſu Chriſti.* Forſam hùc Moyſes Abbas, qui Syluanum interrogauerat, reſpexit, cum Martino eodem teſte dixit numero 8. Abbas Moyſes dixit: *Voluntaria paupertas, & tribulatio cum patientia, & diſcretio, inſtrumenta ſunt Monachi. Scriptum eſt enim: ſi fuerint tres viri iſti Noe, Iob, & Daniel, viuo ego, dicit Dominus, ipſi ſalui erunt. Noë enim eſt in perſona voluntariæ egeſtatis; Iob in perſona tribulationis, & patientiæ; Daniel in perſona diſcretionis. Si ergo trium iſtorum ſanctorum virorum actus in aliquo homine fuerint, Dominus in eo eſt, habitans cum ipſo, ſuſcipiens eum, & repellens ab eo omnem tentationem, & omnem tribulationem superuenientem ab inimico.* Sed de Syluano, eiuſque actis diximus ſatis. Incoluit itidem ſanctum Sinà montem, & vaſtam illius ſolitudinem S. Ioannes, cui de gradibus Monaſticarum virtutum opus *Climaci* nomen attulit: de quo tamen inferiùs agendum nobis erit poſt S. Sabam, qui eum ætate & æuo ſuperauit: nunc ad Bethleemiticum Monachatum exponendum tranſitum faciamus.

CAPVT IV.

Syrorum Monachorum Inſtitutum D. Hieronymus in Paleſtinam transfert, illudque ſapientioribus decorat præceptis.

§. I.

Regula à Lupo de Olmedo compacta cenſura, & eius quæ Monacharum dicitur.

E Cypro lociſque Paleſtinis, recta Bethleem vſque procedimus via, vbi Hieronymum, vt vniuerſalis Eccleſiæ, ita & Monachorum præcipuum veneramur Doctorem Inſtitutoremque: quo vno iure optimo gloriari poſſet Monaſticas vniuerſa è ſolitudine ſua protuliſſe vitum, quem nemo forſam eloquentia, ſacrorum Bibliorum varia illuſtratione, & morum ſanctitate ſuperare queat. Sed quod ſpectat ad eius Monachatum, quem præſenti labore illuſtrandum ſuſcepimus (cœtera laudibus alij, quorum id interſit, proſequantur) non ita ſuos verbo tenùs inſtituebat Monachos, vt eas nullibi ſcripſerit Inſtitutiones; quin potius omnes ferè eius Epiſtolæ, & Commentarij has ipſas ſpirant: vt meritò Carthuſianorum parens ſuam docturus ſodalitatem à dictandis abſtinuerit Regulis, quòd D. Hieronymi ſcripta, & S. Benedicti Regula, quidquid ad eius Religionis inſtitutionem neceſſarium videretur, ſatis ſuperque elucidatum cunctis redderent. Ita ſanè venerabilis teſtatur Guigo, qui primus Carthuſianos mores ſcripto edidit, ne temporis tractu à memoria laberentur, in præfatione à nobis ſuo loco reddenda.

1. Hieronymus Eccleſiæ & Monachatus præcipuus doctor.

Eius Epiſtolæ Monaſtica Inſtituta.

Scimus Lupum de Olmedo Hieronymianum Monachum pridem id præſtitiſſe laboris, vt (Probam Falconiam, & Eudoxiam Imperatricē imitatus) quæ toto Monachatus ſui decurſu, ſpatio vt minimum 60. annorum, ſanctiſſimus Præceptor de re diſſeruit Aſcetica, ad vnā redegerit orationem, quam Martinus Papa V. ſuo diplomate

2. Regula Lupi de Olmedo à Pontifice confirmata.

mate commendauit, facultatem cunctis ſectatoribus D. Hieronymi impertiens, vt Auguſtini Regula, cui addicti erant, ſepoſita, Regulam denuò à Lupo ex multis D. Hieronymi Centonibus concinnatam arriperent: quò nimirum filij Patrem tantum ſibi quotidie loquentem audirent; & qui *Hieronymi* cenſentur nomine, eius dumtaxat Inſtitutionibus regerentur.

Cur ab Hiſpanis non admiſſa?

Non tamen pro voto res euenit: nam prudentiſſimè, & accuratiſſimè ab Hiſpanis Patribus ea perpenſa, viriliter nouitati reſtitum eſt: quippe licet ſpecie tenùs, pulchra primo aſpectu videretur, intus tamen latebat non ſolum inconſtantiæ vitus, ſed impoſſibilitatis: vt quid enim vetera D. Hieronymi Inſtituta refricarentur, ſi, quod præſentis temporis fragilitas fert, nemo eius rigoribus, ſeſe conformare valeret? Quis enim cibario dumtaxat pane, & aquæ potu miſeris hiſce ſæculis in commune viueret? quis nudus pedes, & ſacco vili, ac ſimplici præcinctus corpus attereret? vt cætera, quæ iam proſequuturi ſumus, ante tempus non proferam. Hæc Ioſephus de Siguenza tom. 2. ſuorum Chronicorum proſequitur, vir quidem veroaculo eruditus cothurno: &, niſi aliqualis commotionis bilis notetur, hiſtoricus numeris omnibus abſolutus, vt euoluenti apparebit.

3. De eadem iudicium.

Cæterum vt Lupiana Regula ingenio, ac ſtudio non vulgari concinnata èſt, etſi Monachorum directioni, luci, & conſolationi non modicè valeat inſeruire (quod præcipuè Marianus Victorius in eius Cenſura intendit) Regulæ tamen rationem non vno capite excedit: enimvero verborum effuſione notabilis eſt, quod videlicet, quæ multis locis, variatis phraſibus HIERONIMVS pulchrè repetit, cum ſimul in vnum coacerbantur, moleſtè redundare neceſſom eſt; nec ſemper ſuum locum vnam quamuis ſeruare ſententiam. Sanè cum S. Doctor Inſtitutis Monaſticis à Ruſtico rogaretur, luculenter, & ſuccincto ſtilo vniuerſa perſequitur epiſt. 4. Identidem feciſſe conſpicitur rogatus à Paulino epiſt. 13. & Euſtochium inſtitueos ep. 22. & Demetriadem epiſt. 8. & lætam pro inſtitutione filiæ ep. 7. & cum lauder Paulam ep. 27. & Aſellem ep. 15. & Leam ep. 24. & alios, aliaſve Monaſticæ vitæ profeſſores: & cum in Pſeudo-Monachos inuehitur, vt in Iouinianum, & Origeniſtas: quibus proculdubio locis pro ſimilitudine argumentorum eaſdem ſæpius iterare oportuit ſententias. Nunc verò veritus Lupus ne aliquod dictorum tanti Patris excideret, in eadem vſque ad nauſeam volutatur arena: cogiturque in multis præpoſterè refricare capitibus, quæ in vnius titulo promittit: & in vno eodemque ad ea, quæ affatim explicata dimiſerat, ſæpè quaſi ad oblita reuerti. Cuius rei abundantiſſimum præbent teſtimonium tria illa quæ compingit de abſtinentia, & primo titulum dat *De abſtinentia, & præcipuè à carnibus*: ſecundo: *De abſtinentia Philoſophorum antiquorum, &c.* Et tertio: *De temperatis ieiuniis*: in quorum primo (vt omittam non ſatis cum ſimplici Monachorum Regula tractatulum *de Philoſophorum abſtinentia* cohærere) ex profeſſo egerat, quod in tertio promittit: ait ſiquidem: *Parcus cibus, & venter eſuriens, triduanis ieiuniis præfertur; multo enim melius eſt quotidie parùm, quam rarò ſatis ſumere*: & multa alia eius generis dimidiam replentia paginam. Quæ ſi Hieronymus ſemel dixiſſet, nequaquam quaſi eodem ſaturatus cibo iterum eructaſſet. Qua in re graui proculdubio (vt ego reor) iniuria eruditiſſimus Rethor afficitur: vt tute Lector, ſi eamdem vtraque manu Regulam voluas, paſſim iudicabis. Proderit nihilominus iis quibus vniuerſa S. Hieronymi ſcripta reuoluere non ſuppetit tempus, cupiantque velut in vnum faſciculum omnes eius ſententias Aſceticas colligatas habere: ſed prodeſſet impenſiùs, ſi, vnde vna quæuis peteretur ad marginem, vel ad calcem notatum eſſet: quod tamen otioſus quiſpiam haud difficulter præſtabit. Nos vero more noſtro non Regulam Hieronymianam caſſo labore compingemus; ſed eius Inſtituta, ſiue ab eo obſeruata, ſiue ſuis erogata, vndecumque haberi poſſint, expiſcabimus, & vt datum deſuper fuerit, aperiemus.

4. Regulam Monachorũ Recentioris autoris eſſe

Quid autem ſentiri oporteat de Regula quæ ſub titulo *Monachorum* ad calcem operum D. Hieronymi circumfertur, merito rogabit quis. Verùm facilis eſt reſponſio; præſeferre quidem Hieronymum autorem cum cap. 11. inquit: *Miſer ego Hieronymus fatuorum ſapientium imitator, &c.* Et in fine operis: *Senectutem veſtri deuoti Hieronymi ſanctis veſtris iuuate orationibus.* Sed merum eſſe Recentioris plagiarij figmentum, qui vixiſſe conuincitur poſt tempora S. P. N. Benedicti, imo & exordij Ordinis Cluniacenſis, & Ciſtercienſis, quorum ſæpe mores depingit. Verbi gratia, cap. 9. ait: *Non pudeat ſingulis hebdomadis ſexta feria, quo die ſaluator opprobria, & mortem pro homine ab homine pertulit, vnamquamque ſororum ſuam vitam coram omni catu ſororum diſcutere, & de commiſſis contra præcepta & Regulam ſe proprio ore criminari, ac diſciplinam ſubire.* Id vero cap. 33. ad omnes dies extendit; nam poſt Matutinas laudes Moniales præcipit ad Capitulum pergere, ibique fieri *confeſſiones criminum in regularibus diſciplinis coram Abbatiſſa domus, & cæteris ſororibus. Prodantur in publicum quæ geſta ſunt contra regulares obſeruantias & obedientias: vt iam nullatenus quidquam inemendatum & impunè pertranſeat, ne lateat matrem, & ſorores vniuſcuiuſque conditio, &c.* Quæ omnia ex vſibus meorum Ciſtercienſium deſumpta ſunt; præſertim quod ſubditur: *Extra vero Capitulum aliquid de his vnquam qualicumque verbo vel nutu proferre, ſit anathema.* Benedictinorum omnium eſt illud cap. 22. In choro Eccleſiæ ad Diuinas laudes parato, dormitorio, cœnaculo, clauſtro, ac capitulo, omni tempore loqui non deceat, à quibus in corpus Iuris Canonici tranſiit. cap. *Cum ad Monaſterium* de ſtatu Monachorum. Rurſus Benedicti Sanctio eſt, quod *poſt Completorium nemo loquatur* c. 42. nunc vero cap. 39. dicitur: *Poſt Completorium vero nihil aliud quam ſilentium ſentiatur.* Idem habetur cap. 22. *Hac inuiolabilis obſeruatio vigeat, quod ſingulis noctibus poſt peractam horam Completorij, vſque ad Miſſam, ſacra obſeruentur ſilentia.* Miſſam vero poſt *Primam* celebrandam præcipit c. 34. vt alias innumeras eiuſdem Patris Inſtitutiones ſilentio obuoluam, ab autore huius Regulæ à Recentioribus vſurpatas.

5. Idem ex nouatis vocibus conuincitur.

Adde nouatis vocibus & moribus, autorem ipſum totius antiquitatis Eccleſiaſticæ prorſus ignarum ſe prodidiſſe. Quis illata alicui verbera ex Veteribus *diſciplinam* dixit? & tamen capite 9. habes. *Si ieiunia non caſtigant ſuperbiam,*

biam, edometur verberibus, contumeliis, & grauibus diſciplinis. Et infra: *Non pudeat ſe proprio ore criminari & diſciplinam ſubire:* Et tamen totis priſcorum æois ſolum ſonabat *artem, inſtitutum, ſectam*, aut *exemplum*, vt apud Grammatiſtas videre eſt. Quis veterum nouit totam illam ſtructuram Monaſterij, *dormitorij, clauſtri, capituli, &c.* Quis *chorum* dixerat locum orationis communem? quem tameo omnes *oratorium*, aut *Eccleſiam* hactenus nuncuparunt? Pudet *campanellæ* vocem audire, quam ad conoocandas ſorores pulſandam ſæpè inculcat: cap. 38. *Quouſque campanella de clauſtro pulſabitur, &c. Poſt quietem pulſata campanella, &c.* & cap. 39. *Ad Eccleſiam ſorores campanella vocet*, & cap. 33. *Nullam ex vobis dormientem reperiat campanilis ſonitus.* Horas item Canonici officij ſuis compellat recentiſſimis nominibus cap. 33. 34. & 39. Et nihilominus Hieronymus *Primæ* nomen & *Completorij* nun nouerat; vt liquet ex epiſt. 7. 8. 22. & 27. vbi tamen ſolum meminit Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Sacrificij Veſpertini & Matutini, & Nocturnum precum. Qua de re inferiùs. Rurſus hominis ſimplicitas detegitur, dum cap. 33. ait. *Ad Matutinas excubias nox vos præparet, &c.* Matutinas laudes quæ matutino exoriente ſidere dicebantur, cum vigiliis nocturnis modernorum abuſu confundens. Simile eſt illud cap. 34. *Nona dicatur hora ſtatuta, cum iam ſol in medio gyro diem exhibet medium:* quod *ſexta* proculdubio eſt: aliiſque ſimilibus tota Regula reſperſa eſt.

6. Denique huius operis Autor Hieronymum ipſum non nouerat, cuius aurei eloquij nec micam præſefert; quim potius barbaras illi voces attribuit, vt *verboſitare* cap. 33. & *melioritas* cap. 4. & aliis innumeras. Fingit illum *per ſeptem annos eremorum antra circuiſſe*, quæ ſunt eius verba in Prologo Regulæ, (quod repetit cap. 10.) quem tamen in propria cellula apud Chalcidem eremiticam agendo vitam quieuiſſe, eius ſæpiſſimè docent ſcriptæ epiſtulæ, quibus Heliodorum Ruffinum, & alios vt ad ſe accedant inuitat, locum manſionis deſignans epiſt. 6. ad Florentium, & in Prologo Comment. in Abdiam: Ægyptum verò breuiter & perfunctoriè inuiſit. Verùm eiuſdem farinæ eſt, quod eum dicit in iuuentute *antequam* 20. *ætatis annum attingeret, Vrbem Romam in ſuum prælegiſſe magiſtrum in omnibus penè liberalibus artibus*. c. 11. quod quam à vero abſuerit, lippis eſt, & tonſoribus perſpicuum. Et minimè fuiſſe autorem libri *Vitas-Patrum* nuncupati; quod tamen ipſe cap. 10. contendit; ſed inſulſiſſimè; vt doctè probat Roſuueidus in Prolegomenis, & Notis ad ipſum. Latuit (vt hoc quoque leuiter attingamus) aororem ipſum, Hieronymo ſemper fuſcas veſtes placuiſſe, diſplicuiſſe candidas: Et nihilominus Eoſtochio & ſodalibos ſuis præſcribit cap. 31. *Pannus itaque veſter etſi albus & candidus, tamen groſſus, & vilis ſit: vt & color candorem caſtitatis intrinſecum, & vilitas contemptum terrenorum exhibeant.* Sororum item babitum fuiſſe *cucullas, caputia*, & *tunicas cum melotis*, tum ibi, tum cap. 38. repetit; cum Hieronymus melotum nuſquam meminerit; autorque ignorauerit, apud Veteres cucullas à caputils nihil differre, quod alibi monuimus. Tandem nullibi apud Veteres Eccleſiæ Patres trium ſeorſim votorum, cum de Aſcetis agunt, fieri mentionem, & niſi ab exordio Mendicantium dici conſueuiſſe: & nihilominus de eis autor iſte in prologu ſcribit: *ſub obedientia, pudicitia & paupertatis adunata propoſito, &c.* Sed longum, & tædio plenum eſſet cuncta perſequi, quibus Pſeudo-Hieronymus iſte detegitur. In quo illud ſanè miramur, quid ſibi ſubdolus homo voluerit, dum opuſculum ſub recentioris (vt verè erat) oomine non omnino contemnendum, ſola Hieronymi nominis, & antiquitatis affectatione prætenſa ridiculum fecerit, & inutile. Sed de his ſatis.

Idẽ ex aliis capiribus comprobatur.

§. II.

Diui Hieronymi Anachoreſis in Syria ſolitudine.

EVaſurus inſignis Monaſticæ vitæ anteſignanus Hieronymus, tyrocinium ſuum in vaſtiſſima Syriæ ſolitudine auſpicatur, trigeſimum ætatis annum agens: quod in Prologo poſterioris explanationis ſuæ in Abdiam ſatis dilucidè profitetur, inquiens: priorem inibi iuuenem exaraſſe, cùm ſcilicet *nondum ad ætatem perfecti viri, & in menſuram Chriſti veniſſet.* Fuſiùs id probat, & dilucidè, vt cætera, Baronius, quò Lectorem amando tom. 4. ad A.C. 372. in quem, vel eò ſuperiorem, incidit Hieronymianæ Anachoreſis exordium. Quid autem in cauſa fuerit, vt poſt totam Europam, Aliamque ab eo peragratam, illam potiùs ſedem ſuæ quietis eligeret, altitudini ſapientiæ, & ſcientiæ Dei ſoli datum eſt reſerare. Doctorem vniuerſæ Eccleſiæ mox futurum totos 30. annos per diuerſa loca, ſcholas, profeſſores Diuina eum prouidentia diſtraxit; quò nimirum vniuerſi à ſe conditi cognitionem præſtantiſſimam haurire valeret: qua de cauſa Italiam Gallias, Treuiros, Dalmatiam cum peragraſſet, in Thraciam perrexit, Bithiniam, Gallatiam, Cappadociam, Pontum, Ciliciam, ac Syriam pedibus menſus eſt: in cuius extremo limine, quod Syros Agarenoſque diremit, vocanti rurſus ſpiritui reſiſtere non valens, pedem fixit. Syllabum prouinciarum à ſe tandem peragratarum retexuit epiſt. 41. ad Ruffioum ab eremi antro ſic ſcribens: *Tandem in incerto peregrinationis erranti, cum me Thracia, Pontus, atque Bithynia, totumque Gallatia, & Cappadocia iter, & feruido Cilicum terra fregiſſet æſtu, Syria mihi, velut fidiſſimus naufrago portus, occurrit.* Video aliis placere, eodem prorſus ordine, quo ab eo nunc recenſitæ ſunt, eas peragraſſe: verùm credibilius multò, eodem potiùs quo ſitæ ſunt. Poſt Thraciam autem, cuius Bizantium Metropolis eſt, & Europæ terminus, non adſtat Pontus (de Prouincia ſic dicta loquimur, non de Ponticomari) ſed Eleſponto tranſacto Bithynia, cui Gallatia proxima eſt, & Gallatiæ in Mediterraneis adiacet Cappadocia: huic autem ad Septentrionem litoralis contermina eſt Pontus; vnde Lycaonia tranſacta, Cilicia, Tharſo vrbe D. Pauli patria illuſtris, continuo aſcenditur, Cyprum inſulam ad auſtrum habens, ad orientem verò Antiochiam Syriæ totius metropolim, cuius tunc temporis aliquantiſper accola Hieronymus fuit: & inde tandem proximam chalcidis ſolitudinem arripuit. Sunt qui velint iam prie

7. Hieronymi peregrinationes.

Quo ordine peragratæ.

dem

Voueritne Anachoreſim. dem voto eius rei fuiſſe adſtrictum, idque indicaſſe cum ad Theodoſium & alios eius ſolitudinis incolas Ep. 38. ita ſcripſit: *Nunc in medio conſtitutus elemento, nec regredi valeo, nec progredi poſſum.* Quod enim progredi non valeret, laquei diaboli, & mundi honorum, de quibus erat ſpes, cum nequiter irretientes efficiebant. Sed vnde nequiuiſſet tamen regredi, ſi de arripiendo Monachatu votum non emiſiſſet.

8. Cur Baſilium non conuenerit. Sane mirum admomodùm videri debet, Hieronymum Pontum & Cappadociam peragraſſe, quo tempore magnus Baſilius Monachorum mirificus prædicabatur præceptor (nam A. C. 362. à Cappadocia in Pontũ ſeceſſiſſe cum Gregorio leges Monachis laturus; iterumque Cappadociam remeaſſe, ſuo loco docebimus) & nihilominus tantum virum non conueniſſe, tum ob inſignem in vtriſque litteris eruditionem, tum ob Aſceticam doctrinam vbique clariſſimum: qui paulo prius ob vnius Hilarij auditionem in Gallias pergere non eſt veritus: quique audiendi Didymi gratia Alexandriam, & Conſtantinopolim Gregorij Theologi cauſa Baſilio amiciſſimi aliquando incoluit. Ego inde ortum crediderim, quòd quô tempore Pontum & Cappadociam adiit, ſpiritu agebatur vario ſumeret ne, an eluderet ſtatus Monaſtici arreptionem: imo anxiè diuinæ vocationi reſiſtebat, vt eâdem Epiſtola ad Theodoſium data manifeſtat: quàpropter veritus ne ſi Baſilium conſuleret, & adiret, ab eo ad perfectionis tramitem enixè ſollicitaretur, & non ſatis impenſè conſultus traheretur, eius an fugit acceſſus: ſectatus interim ea ſolum quæ humanarum litterarum eruditioni poſſent inſeruire. Sed demus Epiſtolam ipſam qua à timore Dei correptus, vt ſpiritum ſalutis parturiret, Anachoætarum orationes quæſiuit.

Ad Theodoſium & alios Anachoretas. Hieronymi Epiſtola. n. 38.

QVAM vellem nunc veſtro intereſſe conuentui & admirandum conſortium (licet iſti oculi non mereantur aſpicere) tota cum exultatione complecti! Spectarem deſertum omni amœnius ciuitate; viderẽ deſolata ab accolis loca, quaſi ad quoddam paradyſi inſtar, Sanctorum cœtibus obſideri. Verùm quia hoc mea faciunt delicta, ne conſortio Beatorum inſeratur obſeſſum omni crimine caput; idcirco obſecro (quia vos impetrare poſſe non ambigo, vt me ex iſtius tenebris ſæculi veſtro liberetis oratu. Et ante dixeram præſens (planè innuit eoſdem iam aliquando viſitaſſe) *& nunc per litteras votum indicare non ceſſo, quod mens mea omni ad id ſtudium cupiditate rapiatur. Nunc veſtrum eſt, vt voluntatem ſequatur effectus; meum eſt vt velim: obſecrationum veſtrarum eſt, vt quod velim, & poſſim. Ego ita ſum, quaſi à cuncto grege morbida oberrans ouis, quod niſi me bonus Paſtor ad ſua ſtabula humeris impoſitum reportarit, lababunt greſſus, & in ipſo conamine veſtigia concident aſſurgentis. Ego ſum ille prodigus filius, qui omni, quam mihi pater crediderat, portione profuſa, nec dum me ad genitoris genua ſubmiſi: nec dum cœpi à luxuria prioris blandimenta depellere; & quia paululum non tam deſiui à vitiis, quam cœpi velle deſinere; nunc me nouis diabolus ligat retibus, nunc noua impedimenta proponens, Maria vndiquè circumdat, & vndique pontum: nunc in medio conſtitutus elemento*(haud dubium quin variarum cogitationum & affectionum de arripienda Anachoreſi, ſeu Monachatu) *nec regredi valeo* (en votum Religionis) *nec progredi poſſum. Supereſt vt oratu veſtro S. Spiritus aura me prouehat, & ad portum optatum optati litteris proſequatur.* Hæc ille.

Porro Theodoſius hic Anachoretarum Archimandrita, is ipſe eſt (ita etiam Baronio erudito placet) cuius egregia geſta & diſciplinam recenſet Theodoretus in Philotheo cap. 10. feſtiuis gaudiis à Græcis celebrari ſolito ſub nomine Theodoſij Eremitæ ad 11. Ianuar. vt liquet ex eorum Menæis. Tanti ergo viri Hieronymus adiutus precibus intrat ſolitudinem, & præclarum Monachatus ſui tyrocinium aggreditur. Quis autem non credat, etiam eius diſciplinis ſe commiſiſſe, cum nihil æquè habuiſſet in votis, quam eius intereſſe conuentui, & admirandum conſortium tota cum exultatione complecti? Ita placuit Ioſepho de Siguenxa to. 1. diſcuſ. 3, & 4. & aliis; ſed perperam: cum ſolitudo Hieronymi illuſtris incolatu longiùs ab eremo Theodoſianæ diſtet; quod tamen illi minus perſpectum habuiſſe liquet, cum potius Theodoſium ipſum ſcribant, in eadem Syriæ ſolitudine Aſceticam paleſtram erexiſſe. Atqui diuerſæ admodum prouintiæ cultores fuiſſe ex his conijcito. Enim verò Hieronymi Anachoreſim in Syria fuiſſe, nemo eſt, qui ignoret; id ipſo pendente Epiſt. 41. ad Ruffinum, in hæc verba: *Syria mihi velut fidiſſimus naufrago portus occurrit &c.* De loco autem Epiſt. 43. *In ea ad me eremi parte delata ſunt* (literæ Chromacij) *quæ inter Syros ac Sarracenos vaſtum limitem ducit:* & Epiſt. 6. *In ea mihi parte eremi commoranti, quæ iuxta Syriam Sarracenis iungitur &c.* Eam vero eſſe Chalcidis vrbis montana, in Prologo ſuper Abdiam aperuit, inquiẽs: *Quando ego & Heliodorus chariſſimus pariter habitare ſolitudinem Syriæ Chalcidis nitebamur.* Chalcidem autem propè libanum ſtrabo conſtituit, lib. 16. Geograph. Poſt *Macrum* (ait de Syria loquens) *eſt Maſiæ, habens montana quadam in quibus eſt Chalcis tanquam Maſiæ arx. Eius initium eſt leodicea, quæ apud libanum eſt.* Concinit Straboni Ptolemeus lib. 5. Geograph. c. 15. & Villanoua in tabula 4. Aſiæ veteris; quãquam, quod de propinquitate libani dicitur, dè Maſya intelligendum eſt, quæ tamen *Chalcidi* iungitur.

Hieronymi eremus, quæ

Chalcis vrbs vbi ſita?

10. Theodoſi eremus, vbi

Sed verò Theodoſium non in Syria, & in Cilicia vitam egiſſe, vel ipſo Theodoreto affirmante, in capite Actorum eius habemus, vbi. *Roſſus eſt* (inquit) *oppidum Ciliciæ, à dextra ei, qui nauigat in pontum Cilicium. Huius* (Roſſi) *ad orientem & meridiem eſt mons altus, ſpacioſus, & vmbroſus: alit autem feras innumeras. In eo cum quemdam ad mare vergentem locum inueniſſet magnus, & vulgo celebratus Theodoſius, quadam modica extructa domuncula, Euangelicum viuendi inſtitutum amplectebatur &c.* Roſſus autem (autore Strabone) *inter Iſſum, & Seleuciam poſita eſt.* Cæterum Cilicia monte Amano à Syria diſiicitur, vt Plinius prodit lib. 5. c. 22. *Mons Amanus ipſe à Syris Ciliciam ſeparat.* Inter Theodoſium ergo & Hieronymum Amanus mons interſtabat, & latitudo ferè Syriæ vniuerſa, nam Chalcis orientalis eius limes eſt, quo à Sarracenis diſcernitur, ab Antiochia 120. P. M. ferè

9. Theodoſius an Hieronymi Magiſter.

M. ferè diſtans; vltra quam Occidentem verſus Roſſus Ciliciæ abeſt, paſſus plus minus totidem, ideſt horarias leucas ſimul omnes ad 60. Qui ergo Hieronymus Theodoſij diſcipulus cenſebitur?

11\. Cur Magiſterio Theodoſij non adiecit?

Quamobrem verò id, quod ſemel tantoperè concupierat, ſecutus vel aſſecutus non fuerit, meum non eſt diuinare. Illud certum mihi eſt, diuina id factum prouidentia, vt qui præcipuus Monaſticæ vitæ præceptor ordinabatur, Diuini dumtaxat ſpiritus diſcipulus eſſet. Nec id mirum, cum nihil minus Theodoſio ipſi acciderit, vt refert Theodoretus, & eius æui aliis innumeris, qui nullios hominis Magiſterio inſtructi, ad ſolius Euangelij præſcriptum, etſi quid aliud Monaſticarum inſtitutionum fama vulgarat, vitam componere ſtudebant, publicas Aſcetarum erigentes deinceps paleſtras, atque inſtitutiones edentes, Euangelicæ omnes doctrinæ conformes, etiamſi alterutrùm non emendicatas. Talis itidem Baſilius fuit, & Augustinus, talis Benedictus, & ferè omnes Monachorum Patriarchæ, vt Franciſcus, Dominicus, & Ignatius. De Hieronymo, vt id fateamur, argumento eſt, quod ab ipſo eius Anachoreſis exordio diſcipulos congregare non deſtitit,

Eius diſcipuli.

Innocentium & Hylam ſecum in ſolitudinem deferens, Heliodorum ſtatim adferens, alios inceſſanter inuitans; vt eius Epiſtolæ abundantiſſimum ferunt teſtimonium: præſertim 41. ad Ruffinum, & 1. ad Heliodorum. Alios poſtmodum habuiſſe ad Marcum Chalcidenſem Presbyterum ſcribens Ep. 77. inuitus è Chalcidica ſolitudine eiiciendus, apertè edocet, cum ait: *Ego fidei meæ teſtes habeo aures tuas & beati fratris Zenobij; quem tecum omnes, qui hic ſumus, plurimum ſalutamus.* Et paulo ſuperius: *Vnum tantum placet, vt hinc diſcedans: iamiam cedo: abruperunt partem à me animæ meæ, chariſſimos fratres. Ecce diſcedere cupiunt, imo diſcedunt &c.* Quærebatur, ab ipſius horrore eremi, quæ ſolis erat feris peruia, & apta, cum ſuis eiici; quod cum Paulino Antiocheno Antiſtite de Damaſi Papæ conſilio communicaret: quem Meletiani auerſabantur, præcipuè Monachi, & Anachoretæ, in quæſtione de tribus hypoſtaſibus.

12\. Hieronymi hoſtes, Theodoſiani.

Verùm enim verò dum, quinam Hieronymi eſſent hoſtes, intentius quæro, Theodoſianos Monachos prorſus fuiſſe non ambigo; qui nimirum Theodoſio de medio ſublato, vt Theodoretus innuit, Meletij partes ſequuti ſunt, & cum Hieronymum ad eas nunquam pertrahere potuerint, tandem cum Chalſidenſibus importunis egere precibus, vt ne in montibus ſuis, ac eremo prorſus otioſa paterentur Hieronymum, & ſuos degere: vtpote homines Romanos & aduenas, Orientalibus non obedientes, qui ferè Meletium fauebant. Forte in eum quoque commoti, quod pridem, vt promiſerat, ad eorum conuentum non acceſſiſſet, ſed longius ab eis recederet, facto ipſo eos aliqua nota dignos iudicans. Quæris vnde habeam, ab ipſis

Vnde noti?

Theodoſianis tantam Hieronymum vim, & calumniam paſſum fuiſſe? Plane ex ſignis, quibus quaſi viuis coloribus, ſuos æmulos ipſe depingit, rogans prædictum Presbyterum, ne inde ſaltem rigente hyeme eiiciatur à conciuibus ſuis Chalſidenſibus, perperam à Monachis quibuſdam circumuentis: *Pudet dicere* (inquit) *de cauernis cellularum damnamus Orbem: In ſacco & cinere volutati de Epiſcopis ſententiam ferimus: Quid facit ſub tunica pœnitentis regius animus? Catena, ſordes, & coma, non ſunt diadematis ſigna, ſed fletus.* Videlicet qui hæreticum eum calumniabantur Papæ Damaſi, & Epiſcoporum omnium Occidentis, atque Ægypti placitum ſectantem: in quo neceſſariò eoſdem Epiſcopos hæreſis condemnare conuincebantur. De Theodoſio verò eiuſque aſſeclis hæc habet Theodoretus cap. 10. Philothei: *Quadam modica extructa domuncula inſtitutum amplectebatur.* Et rurſus: *Ac de eius quidem à cibo abſtinentia, & quomodo humi cubaret, & cilicio indueretur, ſuperuacaneum eſt dicere iis, qui eius vident diſcipulos, & ſodales. & in eis eamdem cernunt videndi formam. His autem adiiciebat ferreum enim, collo, & lumbis, & ambabus manibus. Porro autem geſtabat quoque comam ſordidam, & quæ ad ipſos vſque pedes pertingebat, & vlterius etiam progrediebatur; & ideo erat lumbis eius alligata.* Et de diſcipulis eius iterum: *Permanſit autem illius chorus in hodiernum vſque diem, idem ſeruans vitæ inſtitutum.* En ergo qui de cauernis cellularum Roſſici mentis de Epiſcopis ferebant ſententiam, in ſacco & cinere volutati, cum catenis, ſordibus, & comis. Mentior ſi non Hieronymi adhuc ſtomacho adhæſerant, cum ad Euſtochium celebrem ſcribit de *cuſtodia virginitatis* tractatum Epiſt. 22. vbi inter cætera *Viros quoq; fuge, quos videris catenatos, quibus fœminei contra Apoſtolum crines hircorum barba, nigrum pallium, & nudi in patientia frigoris pedes. Hæc omnia argumenta ſunt diaboli.* Taxauit eoſdem Epiphanius in Compendiana doctrina, dum de variis moribus Eccleſiæ agit: *Placuit quibuſdam etiam capillos nutrire, honeſtæ videlicet vitæ gratia, ex proprio mentis inuento, non ex Euangelij præcepto, nec ex Apoſtolorum traditione: nam S. Paulus Apoſtolus hunc debitum amputauit* (videlicet 1. ad Corinth. 11. illis verbis: *Ipſa natura docet vos, quod vir quidem, ſi comam nutriat ignominia eſt illi*) Subdit Epiphanius: *Indecorum eſt item in vinculis predire, velut quibuſdam viſum eſt.*

Scio alios quoque in eiuſdem Syriæ ſolitudinibus, catenarum & ferri pondere vſos, ſed qui Theodoſio recentiores fuerint, vt apud eumdem Theodoretum reperitur Abban. cap. 4. eiuſdem Theodoreti Synchronos, & Romanus cap. 11. Theodoſi diſcipulus, & Ioannes c. 23. & ex fœminis Marania, & Cyra c. 29. ſolus ex ſuperioribus Euſebius Teldenſis c. 4. vt oculorum petulentiæ mederetur, qui prius aſpectu campi delectabantur, Zona ferrea, & collari capite breuiſſima adſtrictis catenula corporis erectionem prohibente, aliquandiù vſus fuit: verum nec illud nos latet, Magnum Meletium Antiochenum Antiſtitem. S. Simeonem ſuper columnam agentem corripuiſſe, quod catena ferrea ibi detineretur, illud ſubiungens, *ſuperuacaneum eſſe ferrum, cum ſufficiat mens ad corpori imponenda rationis vincula,* eique Simeonem ceſſiſſe, vt refert Theodoretus c. 26. Cui ſimile contigiſſe B. P. N. Benedicto narrat D. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 16. quod nimirum per internuntium dixerit Marcio Anachoretæ: *Si ſeruus Dei es, non teneat te catena ferri, ſed catena Chriſti. Ad quam vocem Martius protinus eamdem compedem ſoluit &c.* 13.

Ferreis catenis qui vſi

Quod

14. Hieronymus abſque alterius Magiſterio magiſter.

Quod ſi inſolitum tibi videatur, aliquem abſque Magiſtro perfectum Monachatum euaſiſſe, audi quid Magnus tradat Gregorius lib. 1. Dialog. c. 1. de S. Honorato Fundenſis cœnobij in Italia fundatore, & Abbate, vbi rem ipſam ex profeſſo tractat. Cum Petrus eius Diaconus dubitabundus quæreret; *Putamus ne hic tam egregius vir, vt poſt Magiſter diſcipulorum fieret, prius habuit Magiſterium?* Reſpondet: *Nequaquam hunc fuiſſe cuiuſquam diſcipulum audiui: ſed lege non conſtringitur S. Spiritus donum. Vſus quidem recta conuerſationis eſt, vt præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit: nec obedientiam ſubiectis imperet, quam Prælatis non nouit exhibere. Sed tamen ſunt nonnulli, qui ita per Magiſterium Spiritus intrinſecùs docentur, vt ſi eis exteriùs humani Magiſterij diſciplina deſit, Magiſtri intimi cenſura non deſit. Quorum tamen libertas vitæ ab infirmis in exemplum non eſt trahenda: ne dum ſe quiſque ſimiliter S. Spiritu impletum præſumit, diſcipulus hominis eſſe deſpiciat, & Magiſter erroris fiat. Mens autem, quæ Diuino Spiritu impletur, habet euidentiſſima ſigna ſua, virtutes ſcilicet & humilitatē: quaſi vtraque perfectè in vna mente conueniunt, liquet quod de præſentia S. Spiritus teſtimonium ferat.* Probat id exemplo Baptiſtæ & Moyſi ſubdens: *Sic quippe etiam Ioannes Baptiſta Magiſtrum habuiſſe non legitur, neque ipſa veritas, quæ corporali præſentia Apoſtolos docuit, eum corporaliter inter diſcipulos aggregauit: ſed quem intrinſecùs docebat, extrinſecùs quaſi in ſua libertate reliquerat. Sic Moſes in eremo edoctus mandatum ab Angelo didicit, quod per hominem non cognouit: ſed hæc, vt prædiximus, infirmis veneranda ſunt, non imitanda.* Nemo autem in infirmorum claſſem Hieronymum audebit reiicere, quem ſanctum repleſſe Spiritum virtutem & humilitatem impertiens, norunt omnes. Valuit igitur, vt Honoratus ille Prælatus Monachorum eſſe nullius exiſtens pridem diſcipulus quod multis etiam aliis contigiſſe docuimus in ſuperioribus lib. 2. c. 6. à n. 29. vbi, vt quis Monachatum arriperet, ſe ſolo olim id perficere potuiſſe, aperte monſtratum eſt: eiuſque vnta ſolemnia nihilominus fuiſſe, ſed profeſſionis tacitæ, quæ eum expreſſa æqualitate virium certare poſſit.

Honoratus qualis vir.

§. III.

Hieronymi, Anachoretici mores, & Inſtituta.

15. Hieronymi ſolitudo qualis?

SEd diſquiramus iam penitiùs Hieronymi & ſuorum Anachoreticos mores, & Inſtituta. Eorum hunc accipe ſyllabum.

Primò. Eremum, non vt alij, palmis, aliiſque arboribus refertam elegit, ſed cunctis frondibus, imo & graminibus deſtitutam, atque ſolis feruore arentem. Sic ipſe quā depingit Epiſt. 41. *Bonoſus (vt ſcribitis) quaſi filius piſcis aquoſa petit: nos priſtina contagione ſordentes, quaſi reguli, & ſcorpiones, arentia quæque ſectamur.* Erat Bonoſus vetus ipſius ſocius, qui in paruam inſulam Anachoreſis gratia ſeceſſerat. Sed luculentius Ep. 22. *O quoties ego ipſe in eremo conſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine, quæ exuſta Solis ardoribus horridum Monachis præſtat habitaculum &c.* Verùm cum Chalcidis ſolitudo minimè ſub æquatore ſit, aut Zona torrida, ſed potius Hiſpaniæ, Italiæ, & Dalmaticæ ipſius Hieronymi patriæ ſit æqualis, Ptolomæo, & vniuerſis Geographis teſtibus, atque adeo in Zona temperata ſit conſtituta, reliquum eſt, vt ſqualor, & ariditas eius æſtate quidem à ſolis ardore, ſed reliquo anni à terræ ipſius ſiccitate, quæ fluuiis & fontibus deſtituta fuerit, proueniat. Aliàs hyemem quoque validè inibi præualere, idem S. Doctor teſtatur ad Marcum Chalcidenſem Presbyterum ſcribens, Epiſt. 77. in hæc verba: *Ego ipſe, niſi me & corporis imbecillitas, & hyemis [illegible]neret aſperitas, iam modo fugerem. Veruntamen dum vernum tempus aduenias, obſecro vt paucis mihi menſibus eremi concedatur hoſpitium &c.* Apta profectò eremus vtrumque incommodum ardoris & algoris experiendi. Hinc accidit, vt exiguo temporis ſpatio æſtubus, & frigoribus afflictatus, æthyopem colore referret, de quo ipſe ad Euſtochium Ep. 22. *Squalida cutis ſitum æthyopicæ carnis induxerat.*

Secundo. Sacco carnes veſtiebat, ſed ita aſpero, ac ruſtico, vt ab eo quoque cutis horrida, & aſpera redderetur, iuxta illud 11. Æneid.

— Tum latè ferreus heſtis.

Horret ager &c.

Ideſt, aſper eſt: hunc namque ſenſum reddunt verba illa: *Horrebant ſacco membra deformia*: Ep. 22. quæ de Bonoſo quoque in inſula degente iterat Epiſt. 41. *Horrent ſacco*, ait, *membra deformia: ſed ſic melius obuiam Chriſto rapietur in nubibus.* Nec aliud veſtimenti genus vſibus eius profuiſſe, dum eremum incoluit, reperitur. Mirum ſanè in homine præſertim imbecilli, vtpotè qui de ſe ſcripſerit ad Ruffinum Epiſt. 41. *Inualidum, etiam cum ſanum eſt corpuſculum crebri fregere morbi.* Et de laudibus Aſellæ eius Anachoreſis imitatricis Epiſt. 15. *ſacco aſperata cutis fætorem aliquem ſitumque contraxit.* 16.

Saccus aſperrimus.

Victus.

Tertiò. Panis ei cibarius, & aqua alimenta præbebant; & ſi quid his addebatur, cruda erant legumina, aut olera. De cibario pane loquitur Ep. 28. quo etiam in Bethleemitico Cœnobio adhoc vtebatur: de quo poſtea: ſed de cibo eremitico Epiſt. 22. ait: *De cibis verò & potu taceo, cum etiam languentes Monachi aqua frigida vtantur: & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit.*

Opus manuum.

Quartò. Hunc ſibi qualemqualem cibum labore manuum ſuarum comparabat. Ita ille Epiſt. 77. ad Marcum Chalcidenſem: *Nihil alicui præripui, nihil ocioſus accipio. Manu quotidie & proprio ſudore quærimus cibum, ſcientes ab Apoſtolo ſcriptum eſſe; Qui autem non operatur, nec manducet.* Forſitam illud operis exercebat tunc genus, quod ſenex in Diuinorum voluminum tranſlationem, & illuſtrationem mutarat: de quo in Præfatiuncula poſteriori in lib. Iob. inquit: *Si aut fiſcellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in ſudore vultus mei comederem panem, &c. nullus morderet; nemo reprehenderet &c.* Nam apud Bethleem aquis ſcatentem pagum, horruli olera irrigabat; ad quæ Marcellam inuitans aiebat Epiſt. 18. *Ibi cibarius panis, & olus noſtris manibus irrigatum viles quidem, ſed innocentes cibos præbent.*

Ieiuniis corpus, animum frāgit ſtudio linguæ Hebrææ.

Quintò. Audi & laborem nouum ab ipſo tunc temporis in eremo præreptum, quem ita ad Ruſticum Monachum aperit Epiſt. 4. *Dum iuuenis eſſem, & ſolitudinis me deſerta vallarent,*

iuuentina

incentiua vitiorum , ardoremque natura ferre non poteram. Quem cum crebris ieiuniis frangerem, mens tamen cogitationibus æſtuabat. Ad quam edomandam cuidam fratri , qui ex Hebræis crediderat,me in diſciplinam dedi: vt poſt Quinctiliani acumina Ciceronis fluuios, grauitatemque Frontonis,& lenitatem Plinij, alphabetum diſcerem , & ſtridentia,anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris inſumpſerim,quid ſuſtinuerim difficultatis,quoties deſperauerim , quotieſque ceſſauerim, & contentione diſcendi rurſus inceperim , teſtis eſt conſcientia,tam mea qui paſſus ſum quam eorum, qui mecum duxerunt vitam : & gratias ago Domino,quod de amaro ſemine literarum dulces fructus carpo. Et hoc quidem quod laborioſiſſimum eſſet,& ærumnis plenum,inter labores corporis refero:nam de ſtudiis ſecus , & literarum ſcriptione , quibus tunc etiam inſignior vacabat, iam dicam.

17. Doctoris officio fungitur.

6. Cœpit tunc temporis Doctoris officio fungi & ſocios Diuinarum literarum auidos erudire:atque in Abdiæ Prophetiam Commentarios veteres edidit,vt in Prologo poſteriorum faſſus eſt Dictauit itidem ad diuerſos Epiſtolas plurimas,præſertim ad Ruffinum 41. ad Damaſum Papam 57.& 58.ſedis iam tum Apoſtolicæ conſilia quærens,cui & poſtmodum dedit , à ſecretis & publicis Damaſi factus : rurſus epiſt. 1. ad Heliodorum,ad Nicæum epiſt. 42.ad Florentium duas 5.& 6. ad ſanctimoniales montis Hermon 39.ad Chromatium Iouinum , & Eſebium Nieææ fratres Aquileienſes epiſt. 43. & ad Chryſogonum Monachum alteram 44. Homilias itidem Origenis ad populum habitas tunc latinitate donaſſe ,elicit Baronius à lib. 2.

Cura animarum.

Apolog aduerſus Ruffinum. Rerum tunc omnium mundanarum oblito,animarum dumtaxat cura illi maxima erat : Vnde & ſororis ſuæ aliquid adoleſcentiæ lubricum paſſæ ad meliorem frugem & conuerſionem curauit ad Iulianum Diaconum ſcribens epiſt. 37. *Sororem meam,filiam in Chriſto tuam,gaudeo, te primum nuntiante,in eo permanere , quod caperat. Hic enim,vbi nunc ſum,non ſolum quid agatur in patria ,ſed an ipſa patria perſtet , ignoro.* Et ad Chromatium epiſt.43. *Soror mea S. Iuliani in Chriſto fructus eſt:ille plantauit;vos rigate,& Deus incrementum dabit. Hunc mihi Ieſus pro eo vulnere,quod diabolus inflixerat,præſtitit , viuam reddendo pro mortua.Huic ego, (vt ait gentilis Poëta)omnia ,etiam tuta,timeo. Scitis ipſi lubricum adoleſcentiæ iter --- hoc illa nunc maximè ingrediens , omnium eſt fulcienda præceptis , omnium eſt ſuſtentanda ſolatiis , &c.* Heliodorum itidem à Monaſtico lapſum propoſito,omnem mouens lapidem,ad ſe regreſſum facere curauit. Meletianorum,quibus Theſſalonicenſes *homouſion* detrectantes adiungebantur,viriliter errori reſtitit,vt interim cætera prætermittam.

Prædicatione verbi Dei.

7. Sed vero vt Monachis ſuis myſteria ſcripturarum aperiret,cum ſolitarij vitam agerent, oportebat Dominicis diebus , aut aliis itidem, ex condicto in aliquem conuenire locum , vt Therapeutas,& Scithiotas conſueuiſſe diximus lib.2.c.12.num.7.& l.3.cap.5.num. 20. quo perfunctus munere ſolus deinceps ſedebat iuxta illud epiſt.22.*Sedebam ſolus , qui amaritudine repletus eram:* Et infrà : *ſolus deſerta penetrabam.*

18. 8. Paupertatem ,& rerum omnium nuditatem peramanter ſectabatur. Subdubitantem autem Heliodorus eius horrore turbatus à ſuo abſceſſerit contubernio , ita ipſum conueniſſe legimus epiſt. 1. *Paupertatem times ? ſed beatos Chriſtus pauperes appellat.*Matth. 5. & de cæteris obſeruantiis anachoreticis , ab eis tunc temporis cultis,loquens , ſubdit eleganter : *Labore terreris?at nemo athleta ſine ſudore coronatur. De cibo cogitas ? Sed fides famem non timet. Inſtrata eremi vaſtitas te terret ? Sed tu paradiſum mente deambula:quotieſcumque illuc cogitatione conſcenderis,toties in eremo non eris. Scabra ſine balneis attrahitur cutis ? ſed qui in Chriſto ſemel lotus eſt, non illi neceſſe eſt iterum lauare. Et vt breuiter ad cuncta audias Apoſtolum reſpondentem: Non ſunt, inquit,condignæ paſſiones huius ſæculi, ad ſuperuenientem gloriam,quæ reuelabitur in nobis* Rom.8. *Delicatus es frater , ſi & hic vis gaudere cum ſæculo,& poſtea regnare cum Chriſto.* Verumtamen

Eius paupertas.

altæ paupertati nihil officit librorum voluminibus inſtructiſſimam in eremi cellula habere Bibliothecam ; de qua ad Florentium ſcribit epiſt.6.*Et quoniam,largiente Domino , multis ſacræ Bibliothecæ codicibus abundamus , impera viciſſim,& quodcumque vis mittam.* Et quod amplius mirabere ſubiungit : *nec putes mihi graue eſſe,ſi iubeas : habeo alumnos , qui antiquariæ arti ſeruiunt.*Non officit equidem , quoniam Bibliotheca conuentui fratrum ,qui ſecum degebant, adiudicata vſibus dumtaxat ſuis; & librariorum indigentiis(ſi qui forſam extra numerum Monachorum erant)Euagrius Presbyter Antiochenus neceſſaria ſubminiſtrabat. Illud docti pauperis placet in Hieronymi Bibliotheca notare, longè maximè eos ipſum notaſſe, qui *magis pulchros habere volunt codices , quam emendatos* ; vti in Prologo ad Iob ſcribit.

Hieronymi Bibliotheca.

9. Ieiuniis frequentibus iuuenilis corporis ardores refrigerabat , caſtitatis , vltra quam dici poſſit,amantiſſimus. En quid de his aliquando ad Euſtochium ſcripſerit epiſtol. 22. *O quoties ego in eremo conſtitutus , & in illa vaſta ſolitudine , quæ exuſta ſolis ardoribus horridum Monachis præſtat habitaculum , putabam me Romanis intereſſe deliciis. Sedebam ſolus , quia amaritudine repletus eram. Horrebant ſacco membra deformia, & ſqualida cutis ſitum Æthyopicæ carnis obduxerat. Quotidie lacrymæ, quotidie gemitus : & ſi quando repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet, nuda humo vix oſſa hærentia collidebam. De cibis vero,& potu taceo , cum etiam languentes Monachi aqua frigida vtantur , & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit. Ille igitur ego , qui ob gehennæ metum tali me carcere ipſo damnaueram ,ſcorpionum tantum ſocius,& ferarum , ſæpè choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiuniis ,& mens deſideriis æſtuabat in frigido corpore : & antè hominem ſua iam carne præmortuum , ſola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio deſtitutus,ad Ieſu iacebam pedes , rigabam lacrymis, crine tergebam , & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubiugabam. Non erubeſco confiteri infelicitatis meæ miſeriam , quin potius plango me non eſſe , quod fuerim. Memini me clamantem , diem crebrò iunxiſſe cum nocte ; nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quam rediret , Domino increpante tranquillitas. Ipſam quoque cellulam meam quaſi cogitationum mearum conſciam pertimeſcebam : & mihimet iratus , & rigidus , ſolus deſerta penetrabam. Sicubi concaua vallium , aſpera* 19. Ieiunia integræ hebdomadæ.

monſium

mentium, ruptum prærupta cernebam, ibi mea orationis locus, ibi illud miſerrima carnis ergaſtulum. Hactenus ipſe: Quibus aureis verbis magnam Inſtitutionum ſuarum nobis molem protulit; obiter ſaltim à nobis expendendarum. Quod ad ieiunia ſpectat, mirabile eſt quod aſſerit, *repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubingabam.* Quod ne quis velim accipiat, vt ſenſus ſit, ſeptem diebus ſolito ieiunandi more à cibis abſtinebat; hoc eſt, ſemel tantum comedendo in die: Abſit id à magno Hieronymo, qui annos totos, & vitam vniuerſam ſic tranſigebat: ſed quemadmodum multi biduana, & triduana colebant ieiunia, & pauci quidam vt Antonius, Hilarion, Macarius, & Aſenius hebdomadam ieiunando complebant; ita & Hieronymus cum caro ſolito validiùs inardeſcebat, triduanis, & conſuetis ieiuniis non contentus, *repugnantem hebdomadarum inedia ſubingabat.* Quadratque illud: *Pallebant ora ieiuniis, & ante hominem ſua iam carne præmortuum, &c.* Experimento tamen huiuſmodi edoctus laudauit poſtea præ cæteris quatriduana ieiunia, vt inferiùs oſtendamus.

20. Somnus. 10. Domandæ carni alterum aptumque inſtrumentum erat illi ſomnus parciſſimus, & lecti vicem gerens nuda humus. *Si quando repugnantem ſomnus imminens oppreſſiſſet, nuda humo vix oſſa hærentia collidebam.* Mirare vim verbi *collidebam.* Non enim cum ſomnus naturam oppreſſiſſet, terræ ſuperponebat corpus, vt quieſceret: ſed repugnando primum viriliter oppugnanti ſomno, oſſa vix carne famis rigore deſtituta, cum humo nuda *collidebat*, hoc eſt *frangebat, conterebat*, quæ propria eius ſignificatio eſt apud Cicer. 3. de Natur. Deor. Quintil. l. 2. Inſtit. c. 13. Gaditani noſtri Columellæ lib. 12. de Re Ruſt c. 16. & alios. Vnde idem Hieronymus Heliodorum ad eremum inuitans epiſt. 1. *Super nudam metuis humum exeſa ieiuniis membra collidere? Sed Dominus tecum iacet.* Et de qualitate ſomnij ſanctorum (proculdubio etiam ſui) epiſt. 22. *Sanctis etiam ipſe ſomnus eſt oratio.* Eius planè addictæ Inſtituris Aſellæ, quæ in *vrbe turbida inuenerat eremum Monachorum, & vnius cellulæ clauſa anguſtiis, latitudine paradiſi fruebatur*: huic (inquam) *idem terræ ſolum, & orationis locus extitit, & quietis.* Et mirum fuit, vt non ſicca humus iacentia membra confringeret, epiſt. 15.

11. Mirabilem affligendi corpus formam
21. Pectoris contuſio. pœnitentibus dedit, lapide pectus verberando. *Memini* (inquit) *me clamantem, diem crebrò iunxiſſe cum nocte; nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quam rediret Domino increpante tranquillitas.* Aut potius morem Monachorum ſui temporis pœnitentium ſectatus eſt: nam à Nazianzeno Orat. 1. de Pace ſcriptum inuenio: *Omnia quæ in aliis cernebam, fomites quidam mihi erant, — vigiliæ, media, preces, lachrymæ, calloſa genua, pectoris contuberationes, &c.* publicani Euangelici exemplo, qui percutiebat pectus ſuum Luc. 18. Non ita tunc temporis Monachis vſitatum erat flagellis dorſum atterere: quamquam & Hieronymus non euaſerit à flagellis ieiunus, vtpote Angelorum manibus ob Ciceronis & Plauti gratiorem lectionem, vſque ad liuores afflictatus, iuſſu ſupremi Iudicis aientis: *Ciceronianus es, non Chriſtianus*: quam ipſe ſnimet tragœdiam narrat epiſt. 22. *Ilico* (ait) *obmutui, & inter verbera (nam cedi me iuſſerat) conſcientia magis igne torquebar.* Et inferius: *Nec vero ſopor ille fuerat, aut vana ſomnia liuentes fateor habuiſſe me ſcapulas, plagas ſenſiſſe poſt ſomnium.*

12. Reſpondebat habitus capitis ſtatui pœnitentis: neque enim in eremo corona, ſeu ton- 22. Sordida
ſura vſus fuit, ſed cæſarie; inculta tamen, & coma.
ſqualida Syrorum Monachorum more. Ita prorſus fatetur ipſe rogans Heliodorum, an forſam comæ horrore ab eius ſe ſocietate retraxerit: *ſqualidi capitis horret inculta cæſaries? Sed caput tuum Chriſtus eſt.* Correxit autem Hieronymus Theodoſianorum Monachorum ſuperfluam, affectatamque capillorum promiſſionem: de qua Theodoretus in Philotheo c. 10. *Porro autem geſtabat quoque comam ſordidam, & quæ ad ipſos vſque pedes pertingebat, & vlterius etiam progrediebatur, & ideo erat lumbis eius alligata.* Hæc de Theodoſio paleſtræ principe: De diſcipulis vero: *ſupervacaneum eſt dicere iis, qui eius vident diſcipulos, & ſodales, & in eis eamdem cernunt viuendi formam*, hos itaque Hieronymus execratus eſt epiſt. 22. *Quibus fœminei contra Apoſtolum crines*, in Iouinianum lib. 2. *Coma in occipitium, frontemque tornantur.* Cæterum coma ſqualida, id eſt impexa, & inculta, ſed iuſtæ menſuræ, quæ nimirum temporaream tonſuram Baſilius caſus.
minimè excludit, vt fuit Hieronymi, Magnus quoque vtebatur Baſilius de Vniuerſis à ſe eruditis Monachis epiſt. 1. *Conſentaneus quidem fuerit ſubmiſſis, atque abiectis animis, triſtis oculus, atque deorſum vergens, habitus neglectus, ſqualida coma, veſtis ſordida, &c.*

13. Quod ad pedes ſpectat, in eam partem 23.
totus propenſus ſum, vt credam nudis in eremo Nudis pedi-
pedibus inceſſiſſe, cum Iouinianum ſugillans bus ambu-
ipſe ſcribat l. 2. in Iouin. c. 25. *Nam cum Mona-* lauit.
chum ſe iactites, & poſt ſordidam tunicam, & nudos pedes, & cibarium panem, & aquæ potum, ad candidam veſtem, & nitidam cutem, ad mulſum, & elaboratas carnes ſe conferes, manifeſtum eſt, quod terram cælo, vitia virtutibus, ventrem præferas Chriſto. Vbi pulchra antitheſi ſanctorum Monachorum mores moribus Pſeudo Monachorum ex aduerſo ſtatuit; vt quantum differant inter ſe lucidiùs manifeſtet. Et lib. 2. ſequenti c. 13. in eamdem ſententiam orationem ad eum vertens, ſic ait: *Ante nude eras pede, modò non ſolum calciato, ſed ornato.* Certè & Pamachio D. Paulæ genero ad Monachatum conuerſo ait epiſt. 26. *Eſto incedas nudis pedibus, fuſca tunica veſtiaris, — non tibi ſit tumoris, &c.* Qua de re egimus lib. 2. cap. 11. §. 1. num. 9. vbi Nazianzeni verba perpendimus. Sed vero hyemis tempore pedules faſcias applicuiſſe pedibus, vt algoris violentiam repelleret, aut è rudi corio, vt Baſilius, calceos, ſeu caligas, inde coniicio, quod in magni patientia frigoris nudos geſtare pedes Pſeudo-Monachorum inſigne dixit: *Viros quoque fuge, quos videris catenatos, quibus fœminei contra Apoſtolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, & nudi in patientia frigoris pedes*: præſertim cum ſubdit: *Hæc omnia argumenta ſunt diaboli.* De qua lectione monet Marianus in Schol. *Interpres* (Eraſmus) *hunc locum mutilauit. Nam vbi ipſe legeret Impatientia frigoris, indeque facilis ad reſtituendum illum coniectura ſibi dabatur, nihilominus concluſit, aut legendum eſſe Nudi patientia frigoris pedes, aut Tumidi impatientia frigoris pedes. Nos ita reſtituimus ex antea impreſſis omnibus, & aliquot M. SS. exemplaribus. Inpatientia autem dixit, pro cum patientia: hoc eſt*

in

Digitized by Google

in maximis quæ perpetiuntur frigoribus nudis tamen incedunt pedibus. Sed verò non ita ſugillat Hieronymus nudis incedentes ſub algore pedibus, quod id cum pietate ſtare nequeat; ſed innuit eum morem ſuo tempore Sycophantarum præcipuè fuiſſe remque ipſam pœnitentiæ quidem aptam, ſed ſtudiis literarum vacaturis non eſſe proficuam.

24. Oratio. Decimò quartò. Penè oblitus fueram aſſiduæ orationis Hieronymi, quam vbique commendat: in cuius ſtudio ipſe Antonios, & Arſenios æquaſſe conſpicitur, vt illa indicant verba: *Memini me clamantem diem crebrò iunxiſſe cum nocte.* Sed & fructum tantorum clamorum hauſiſſe, illa: *vt ipſe mihi teſtis eſt Dominus poſt multas lachrimas, poſt cælo inhærentes oculos, nonnumquam videbar mihi intereſſe agminibus Angelorum; & lætus, gaudenſque cantabam: Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus.* Modeſtè de ſe loquitur, ne reuelationum ſuarum iactator appareat: Verum fidem Hieronymo ſub Sacramento id proferenti præſtandam, quis inficietur. Quam altè eius hauſerat ſpiritum Aſella, *in cuius ſancto corpuſculo durities de genibus camellorum præ orandi frequentia incaluit.* Epiſt. 15.

Diuinæ laudes. Decimò quintò. Grauiter ipſum Diuinarum laudum nocturnum pariter & diuturnum penſum in eremi angulis perſoluiſſe, illud conuincit, quod mox Romam accedens, vt Damaſus ad meliorem formam eas reduceret, & toti Orbi imponeret, autor fuiſſe liquet: & Pamelius contendit Hieronymum autorem fuiſſe antiquiſſimi libri, cui *Comes*, ſeu *Lectionarium* nomen eſt; ſic enim iam olim ſenſiſſe Honorium Auguſtodun. lib. de *Gemma animæ.* & Ioannem Belethum lib. *de Diuin. offic.* c. 19. & 57. videmus: & eidem placito Berno Augienſis Abbas *de Miſſa Sacrif.* c. 5. Mychrologus lib de *obſeruat. Eccleſiaſt.* c. 25. & Rodulfus de Riuo Tungrenſis ſubſcripſerunt, ſed de his mox vberiùs.

Comes, ſeu lectionarium.

25. Vota Religionis agnouit & emiſit. Decimò ſextò. Et vt cætera omittamus, liquet D. Hieronymum Monaſtica agnouiſſe vota, & emiſiſſe. Quis id conſultò omitteret? De Monachis in vniuerſum loquens Epiſt. 4. ad Ruſticum hæc ait: *Vidi ego quoſdam, qui poſtquam renuntiauere ſæculo, veſtimentis dumtaxat, & vocis profeſſione, non rebus, nihil de priſtina conuerſatione mutarunt &c.* Quibus planè verbis ſolum teſtatur, Monaſtici ſtatus aſſumptionem fieri per mutationem externi habitus, ſed præcipuè per verbalem profeſſionem. Aut quid aliud ſignificare potuit verbis illis: *Renuntiauere ſæculo vocis profeſſione?* Si ſolum diceret *profeſſione*, qualis qualis relinqueretur anſula exiſtimandi, nomine profeſſionis aſſumptionem nouæ vitæ ſignificaſſe: vt cum Philoſophos Theologos, & cuiuſuis artis ſectatores, *profeſſores* vulgò nuncupamus. At nunc Hieronymus profeſſionem Monaſtici ſtatus *voce* perfici aſſeuerat: quo nihil aliud niſi expreſſam votorum emiſſionem innuere potuit: quam alij quoque validè fecere tacitam, vt dictum eſt l. 2. c. 4. n. 22. & latè 16. c. 6. à n. 19. Dedimus aliud ea de re Hieronymi teſtimonium ſupra lib. 2. c. 4. n. 13. ex Ciment. c. 3. Thren. petitum, vbi de Eremitis & Monachis ait: voto *Monaſticæ diſciplinæ obligati ſunt &c.* Tu illud conſule.

26. Paupertatis. Decimò ſeptimò. De voto paupertatis à ſocio ſuo Heliodoro in ſolitudine Chalcidis elicito, ipſum Hieronymus ſollicitum reddit Epiſt. 1. inquiens. *Sed forſitam dicturus es: Quid ergo? Quicumque in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Non eſt tibi eadem cauſa, quæ cæteris. Dominum auſculta dicentem. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia tua, & da pauperibus, & veni ſequere me. Tu autem perfectum te fore pollicitus es. Nam cum derelicta militia te caſtraſti propter Regna cælorum, quid aliud quam perfectam ſecutus es vitam? Perfectus autem ſeruus Chriſti nihil præter Chriſtum habet: aut ſi quid præter Chriſtum habet, perfectus non eſt. Et perfectus non eſt, cum ſe perfectum fore Deo pollicitus ſit, ante Deum mentitus eſt. Os autem quod mentitur, occidit animam. Igitur vt concludam: ſi perfectus es, cur bona paterna deſideras?* Nec clariùs paupertatis votum valuit exprimere, ſemel & iterum aſſeuerans, de nuntio rebus omnibus à ſe miſſo Deo pollicitationem feciſſe: & ſi quidpiam præter Chriſtum habet, Deo mentitum eſſe; nec fœliciùs, vrgentiùſue tota argumenti formula à Theologiſſimo potuit ordinari. Qua neceſſario conuictum Heliodorum, vt reſpondeat, ſubiungit: *Quod ſi nihil habes vt te reſponſurum ſcio, cur tam bene paratus ad bella non militas?* Quaſi diceret: Cum non ſolum nihil habeas, ſed nec habere poſſis poſt ſpontaneam pollicitationem tuam, quid in vrbe detineris? Reſtat vt ſolis honoribus aucupandis inhians in vrbe agat Monachus, qui ex rebus vrbis nullam poſſidere aptus eſt. Ad hoc argutè Hieronymus: *Non quæro, inquies, honorem; ſufficit mihi conſcientia mea. Sed vbi honor non eſt, ibi contemptus eſt, vbi contemptus, ibi frequens iniuria: vbi autem iniuria, ibi & indignatio, ibi quies nulla: vbi quies non eſt, ibi mens à propoſito ſæpè deducitur: vbi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex ſtudio, minus fit ab eo quod tollitur: & vbi minus eſt, perfectum non poteſt dici.* Tandem concludens. *Ex hac ſupputatione illa ſumma naſcitur: Monachum perfectum in patria ſua eſſe non poſſe. Perfectum autem eſſe, nolle delinquere eſt.* Vide quæſo, vt ex voto paupertatis, quo qui ſe perfectũ fore pollicetur renũtiat omnibus, quæ poſſidet, rectè deducat Hieronymus, Monachum ad ſolitariæ vitæ exercitationem teneri, ne voti reus corã Deo habeatur.

Decimò octauò. Porrò caſtimoniæ votum à ſe elicitum in ipſa Monaſtici ſtatus aſſumptione ſatis manifeſtat ad Euſtochium in hæc verba 27. Caſtitatis. ſcribens Epiſt. 22. *Cum ante annos plurimos propter cælorum me regna caſtraſſem, & Ieroſolymam militaturus pergerem &c.* Enim vero nuntium quoque tunc rebus omnibus dediſſe, & in his *domo parentibus, ſorore, cognatis, & conſuetudine lautioris cibi*, eodem loco manifeſtat, quæ omnia Monachatus arrepti ſigna ſunt. Cum vero caſtrandi ſe actu non ſignificetur propoſitum quodlibet caſtitatis ſeruandæ, ſed cum ſuperinducta impotentia nubendi, reliquum eſt, vt tunc temporis votum caſtitatis emiſerit, quo ſolo abſque cultri ſectione nemo ineundi nuptias impotens efficitur. Conſule quod in ſuperioribus lib. 2. c. 5. n. 5. expendimus Hieronymi teſtimonium ex lib. 1. c. 7. aduerſus Iouinianum petitum, quo exponit illud Pauli 1. ad Timoth. 5. *Et ſi nupſerit virgo non peccauit.* Et nos inibi ſolemnitatem voti caſtitatis intulimus.

Decimò nono. Obedientiæ Monaſticæ Hieronymi vnicum egregiumque argumentum, or- 28. Obedientiæ.

dinatio

Digitized by Google

dinatio ipſius in Præsbyterium eſt: Quonam modò inquis? Nimirum non te latet Monachos omnes, qui ſub Abbate non militabant. Epiſcopo ſuo obedientiæ voto teneri, vt erant Anachoretæ, & Monaſteriorum ſuperiores: de quo ſupra l. 2. c. 8. n. 16. Cum enim ij ex profeſſionis ſuæ præſcripto non minus obedientiæ, quam paupertatis, & caſtimoniæ votum emiſerint, oportet vt aliquis in Eccleſia aſſignabilis ſit, cui ſubdantur: à quo videlicet cogi poſſint non pro libito viuere, ſed ad ſtatus ſui normam, ſi ab ea quòquam deuiauerint. Is autem inconuertibiliter imprimis Romanus Pontifex eſt, & Chriſti Domini Vicarius in terris, vtpotè à cuius directione, & præceptis reſilire nullo poſſunt pacto, neque ita alteri poterunt, vt ab eo liberi maneant. Deinde iuxta antiquum Eccleſiæ morem, ſuo quiſque Dioceſano ſubditur ex vi emiſſi obedientiæ voti, dum tamen aliter Romanus Antiſtes nihil decernat; qua de re latius loco citato. Hieronymus ergo in Dioceſi Anthiocena exiſtens, aut ipſa in vrbe, poſtquam ab eremo nequiter erectus eſt, Paulino ſubiiciebatur, ad nutumque eius agebat, in iis videlicet, quæ Monaſtico ſtatui non contraire viderentur. Iubetur igitur (vt ad rem deueniamus) à Paulino Patriarcha Præsbyter ordinari Hieronymus. At is ex humilitate & verecundia tantum honorem admittere renuebat, quod videlicet ſacris miniſtrandi altaribus indignus (ô Sanctorum humilitatem! ô mea, huiuſque ſæculi in eo quærendo vecordia!) ſe iudicaret. Quid tum ageret? Quo ſe verteret? Et obedientia Præſuli præſtita ordinari vrgebat, & propria humilitas reluctabatur. Gnarus igitur Doctor noſter, quidquid ſe à Monaſtico Inſtituto extraheret, imponi ſibi ex obedientiæ præſcripto non poſſe, cum id extra voti limites vagaretur: reſpondet Epiſt. 61. *Si ſic Præsbyterium tribuis, vt Monachum nobis non auferas, tu videris de tuo iudicio. Sin autem ſub nomine Præsbyteri tollis mihi propter quod ſæculum dereliqui, ego habeo quod ſemper habui: nullum diſpendium in ordinatione paſſus es.* Ita ſe ad Paulinum dixiſſe refert in Epiſtola ad Pamachium aduerſus errores Ioannis Ieroſolimitani. Quaſi verbis Bernardi dixiſſet lib. de Præcepto & diſpenſ. c. 7. *Proinde ſi profeſſo ſecundum illam Regulam Abbas meus mihi aliud forte imponere tentauerit, quod non ſit ſecundùm Regulam, quænam mihi, quæſo neceſſitas imminet obſequendi:* Enim vero *oportet eum qui præeſt, non frena ſua laxare voluntati ſuper ſubditos, ſed præfixam ex Regula ſibi ſcire menſuram, & ſic demum ſua imperia moderari.* Quod poſtea docuit D. Th. 22. q. 104. ar. 5. ad 3. vbi Cardinalis Caietanus contendit, teneri ſubditum obtemperari Prælato, non ſolum in his, quæ ſunt ſecundum Regulam, ſed in quibus de Regulæ auſteritate ex iuſta cauſa diſpenſat. Nec prætendere poterat in noſtro caſu Hieronymus excuſationem, quaſi Præsbyterij Ordo extra Monaſticum eſſet, iuxta id quod ipſe aliquando prompſit, *Monachi officium plangentis eſſe, non docentis*; quandoquidem videbat & in Ægypto & in Paleſtina, & vbique gentium plurimis Monachis vnum ex eis aſſignari conſueuiſſe Præsbyterum, qui cæterorum parrochialem gereret curam. Aut ſi de rigoroſa obedientia non tenebatur, perfecta id ſibi ſuaderet, vt etiam in his, quæ extra Regulam ſunt, obtemperaret: dummodo illi non contrairent. Quod poſtmodum etiam docuit Angelicus Doctor cit. loco inquiens. *Si autem etiam in aliis Religioſi obedire voluerint, hoc pertinebit ad cumulum perfectionis: dum tamen illa non ſint contra Deum, aut contra profeſſionem Regulæ.*

Sed illud expoſitione eget, quid ſibi Hieronymus voluerit, cum Paulino Patriarchæ dixit: **29. Explicatur Hieronymus.** *Si ſic Præsbyterum tribuis, vt Monachum nobis non auferas, tu videris de tuo iudicio: &c.* Marianus Victorius hæc ita exponit in Scholiis: *Hic eſt horum verborum ſenſus: Si me ordines Præsbyterum, vt Monachus amplius non ſim, hoc eſt, ea mente vt animarum curæ intendam; ego certe eundem habeo animum quem ſemper habui: mihi ſcilicet tantum, & Deo in propoſito Monachi vacare: adeo quod nihil ex hac ordinatione perdidi. Et tu ſimiliter qui me ordinando paſſus es: id eſt, nihil propterea, quod me ordinaſti, perdidiſti: ita vt neuter noſtrum aliquid amiſerit.* Verum vt prætermittam ex contextu potius legendum; *nullum diſpendium in ordinatione paſſus ſum*: hoc enim Hieronymus intendebat, vt manifeſtant verba illa: *Sin autem ſub nomine Præsbyteri tollis mihi propter quod ſæculum dereliqui, ego habeo quod ſemper habui*: cui bene cohæret, *nullum diſpendium paſſus ſum*: aliàs nulla ei erat cura de Epiſcopi diſpendio, cum potius dicat: *Tu videris de tuo iudicio*: vt hæc inquam, prætermittam; adhoc obſcurum relinquitur dubium illud, quo Hieronymus tenebatur de ordinatione Monachi, Monachatu retento; quod conſcientiæ ſuæ imputandum non acquicuit, ſed illius, in re dubia ſatis ſibi fore ratus obedire Præpoſito ſuo; neque enim in alium ſenſum contorqueri valent verba prædicta: *Tu videris de iudicio tuo*, cum non dicat *Tu videris de facto ipſo*: ſed *de iudicio tuo*; hoc eſt an factum liceat, ſeu de iuſta poſſibilitate. Iam quod mihi videtur aperiam. Obſeruarat Hieronymus hactenus vſu receptum non eſſe in Eccleſia ordinari Præsbyterum pro ſacra dumtaxat Euchariſtia conficienda, niſi ſimul oues ei, quibus Parrochiali inter cætera miniſtraret Sacramenta, concrederentur. **Cur à miniſterio altaris abſtinuerit.** Nec abſre, cum in eius ordinatione non ſolum facultas conficiendi Euchariſtiam concedatur, ſed ei quoque ex ordinatione Apoſtolica, imo & Dominica, dicatur ab Epiſcopo: *Accipe Spiritum ſanctum; quorum remiſeris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris retenta ſunt*: & nondum inoleuerat mos ſuſpendendi ordinatum Præsbyterum abſq; delicto ab executione adminiſtrationis Sacramentorum Baptiſmi, Pœnitentiæ, & Extremæ vnctionis: à quibus tamen, cum videret Hieronymus Monachum apud ſe dumtaxat agentem, eſſe ipſo facto ſuſpenſum ex remotione ſubiiciendarum ſibi ouium, dubitare cœpit, an iure id fieri poſſet, nec ne: idque iudicio Paulini Epiſcop. relinquendum duxit. Atque hoc præcipuè in cauſa fuit illi abſtinendi ſe deinceps etiam à miniſterio altaris; quod videret eiuſmodi Præsbyterij formam nouiter attentatam & ſine antiquo exemplo: nam quotquot in vrbibus ordinabantur, Parrochiis addicebantur: & qui pro Cœnobiis eorumdem cenſebantur Parrochi ſiue Prælati, & Abbates eſſent, ſiue non: quod vſque ad S. P. N. Benedicti Regulam deſcendit c. 62.

§ IV.

Hieronymi Cardinalatus propugnatur.

30. Baronij opinio negans.

HInc Cardinalis Baronius anſam arripuit nouum dogma ſtatuendi, Cardinalatum D.Hieronymi negans; quòd nimirum Cardinalis Presbyter Cardineæ Eccleſiæ titulo aſtrictus ſit, quod tamen vnicè auerſatum in ſua ordinatione Hieronymum vidimus; non ſolum pridem Paulino Antiocheno reluctando, ſed poſtmodum quoque Ioanni Hieroſolymitano, qui eum ſuæ Eccleſiæ addicere cupiebat. Qua de re Baronius tom.4.A.C.378.ad finem: *At ſi, quod plerique dicunt, idem Hieronymus à Damaſo Papa factus eſt Cardinalis tituli S.Anaſtaſia, cur cum redigi vellet à Ioanne ſub Eccleſia Hieroſolymitana, non aquè excepit ſicut de ordinatione à Paulino facta, ita de Cardinalatu, quo dicunt à Damaſo Roma donatum? vel cur ex illa facta conteſtatione Paulino, ſe omnino liberum eſſe declarat, ſi poſtea à Damaſo in titulum Cardinalis coaptatus eſt?* Ex quo ſibi efficaciſſima inductione inferri videtur, nullo vnquam tempore paſſum fuiſſe certo titulo adſcribi, & inde Cardinalatus aſſertio deſtructa, niſi quis fingeret Cardinalem vagè, & abſque certo titulo adſcriptum, quòd nullatenus concedendum eſt. Eandem reciprocat Serram ad A.C.382.quo tempore Hieronymus apud Damaſum agebat, in chartis Eccleſiaſticis eum iuuans, vti ipſe in epiſt.11.de Monogamia ad Ageruchiam teſtatur inquiens: *Ante annos plurimos, cum in chartis Eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romana Vrbis Epiſcopum, & Orientis, atque Occidentis Synodicis conſultationibus reſponderem; vidi duo inter ſe paria, &c.* At neque ex hoc titulo (ait Baronius) inferat quis Hieronymi Cardinalatum; *cum de S. Proſpero, autore Gennadio de vir Illuſtr. cap. 84. certum ſit in eodem miniſterio vſum fuiſſe S.Leoni Pontifici, nec tamen Cardinalem extitiſſe.* Additque Veteres Cardinalatus Hieronymiani aſſertores, nullius fidei autores eſſe, videlicet Pſeudo Auguſtinum ſerm.24. ad fratres in eremo, & Micrologum cap.21. & Anonymum vitæ Hieronymi Scriptorem, quæ extat tom.9. operum ipſius è quibus hic ſuffarcinator mendaciorum agnitus ab omnibus eſt: primus tertio conſimilis, *Legimus* (ait) *fratres chariſſimi.S.P.Hieronymum Cardinalem fuiſſe in Eccleſia S.Laurentij Martyris &c.* vbi verbo illo *legimus* perſpicuè ſe detegit recentiorem Hieronomo, & Auguſt.& Micrologum, deniq; quantū caluerit res eiuſdem Hieron. ex eo intelliges, dum ait ipſum perueniſſe vſq.ad Sixtum (III.) Pontificem, quem conſtat diē obiiſſe ſub Bonifacio 420.ex quibus ſubdit: *Ecce tibi iam habes è quibus fontibus hauſere Recentiores, atque pictores prototypū mutuati ſunt.*

31. Impugnatur quatuor argumentis.

Miror ſanè, miranturque omnes Hieronymi honoris cupidi, ne dicam cuncti penè fideles, rem in Eccleſia vetuſtate, & communi plauſu venerabilem, doctiſſimum aliàs eius Chronographum de mente omnium delere conatum leuibus tantum coniecturis ductum. Qua in re vereor ne Nouatoribus calumniandi nos præbuerit anſam leuitatis, vt qui à Hieronymi Card. [illegible] pictura nemo Catholicorum receſſerit, etiam à Baronio falſitatis admoneatur. Sed verò ipſum potiùs Homerum hoc loco dormiſſe q. adtuplici oſtendam medio. I. Alterum præbet mihi Muſiua Diui noſtri effigies à tempore penè obitus eius parieti templi S.Mariæ Maioris de Vrbe affixa, ideſt impenſis Sixti Papæ III. elaborata, cuius nimirum opus eſſe, quod in abſide altaris maioris cernitur, ipſum Xiſti nomen Muſiuo effigiatum opere manifeſtat. XISTVS PLEBI DEI. Et liquet ex vetuſtate multò ante Sixtum IV. elaboratum, & ex Templi ipſius ſub Niuibus æſtare irriguis fundatione, poſt Sixtum II. cuius Laurentius noſter Archidiaconus fuit: & ea propter neceſſaria Sixti III. eſſe opus, vt ipſe fatetur Baronius teſtimonio vſus Hadriani Papæ ex Epiſt.3. cap.19. tom.2. Epiſt.Rom. Pont. Et in Notis ad S. Auguſti Rom. Martyrologij; Xiſtus vero III. eodem obiit A.C. 440. prædeceſſor Magni Leonis. Obierat vero Hieronymus A. C. 420. Proſpero & Baronio teſtibus, aut potius Dextro eius familiari 426. à quo vſque ad Sixti mortem 14. dumtaxat anni intercurrunt; quo temporis ſpatio imago illa Muſiua Hieronymi exarata eſt. Extatque in abſide muri, quæ ægredientibus Orientalem Templi portam ſeſe offert, vicina ferè Paulino ſacello, vbi Lucana imago S.Mariæ vulgo *Maioris* dictæ colitur. Sed quo putas habitu Hieronymus depictus ibi viſitur? Planè ſedens in Cathedra, quaſi Diuina Præsbyter facturus, planeta contectus, & in capite Mitram geſtans. Coram procidunt ab eius ore pendentes Paula, & Euſtochium præclariſſimæ diſcipulæ, & inter vtroſque poſita menſa eſt, honeſtatis gratia eos ab inuicem ſeparans: Subſcriptio Iconis hæc eſt. S.HIERONYMVS SERMONEM FACIT AD PAVLAM, ET EVSTOCHIVM.

1. Ex Muſiua Hieronymi mitrata.

32. Mitra quorum inſigne.

Rogo nunc te Baroni doctiſſimè, quid ſibi vult Mitra in capite Hieronymi poſita poſt 14. plus minuſve ab eius obitu annos de Xiſti Papæ mandato? Equidem Præsbyterorum omnium non fuiſſe inſigne, planius eſt, quam probatione egeat; Epiſcoporum verò, nemo eſt qui neſciat. Similiſque prorſus formæ ſeruatur hodieque S. Silueſtri Mitra apud S. Martinū de montibus in Vrbe. Eſſe etiam vniuerſis Cardinalibus conceſſam à tempore immemorabili; illud conuincit, quod Presbyteri omnes, imo, & Diaconi Cardinales, cum ad altare accedunt, Planetis ſiue Dalmaticis veſtiti, ea vtuntur: & cum ea quoque efferuntur ad funus: vbi tamen pileus roſeus ad pedes ponitur. Loquor de *Mitra faſtigiata*, Pontificali: nam ſi quis contendat Sacerdotes omnes Nouæ legis mitra vſos, ad ſimilitudinem Sacerdotum Veteris de quibus Exodi 29. *Fecerunt Mitras ſuas cum coronulis ſuis ex biſſo*, non admodum reluctabor; ſi tamen, quod ſimilitudinis ratio conuincit, mitræ illorum non abſimilis fuerit. At formam eius noſter ipſe Hieronymus aperit, ad Fabiolam ſcribens Epiſt.128. *Quartum genus eſt veſtimenti rotundum pileolum, quale pictum in Vliſeo conſpicimus, quaſi ſphæra media ſit diuiſa, & pars vna ponatur in capite: hoc Graci, & noſtri thiaram, nonnulli Galerum vocant; Hebrai Miznephet; non habet acumen in ſummo, nec totum vſque ad comam caput tegit, ſed tertiam partem à fronte inopertam relinquit: atque ita in occipitio vitta conſtrictum eſt, vt non facilè labatur ex capite. Eſt autem biſſinum, & ſic fabrè opertum linteolo, vt nulla acus veſtigia extrinſecus appareant*: Et infra *Pileo, de quo nunc diximus,*

Mitræ forma.

Pilei.

Thiaræ.

tam

tam Sacerdotes quàm Pontifices vtuntur. Conſonat Iſidorus lib. 2. de offic. Eccleſ. c. 4. inquiens: *Thiara etiam apud veteres conſtituebatur in capite Sacerdotum. Hæc ex byſſo confecta rotunda erat quaſi ſphæra media.* Vterque à Ioſepho accepit lib. 3. Antiquit. Iudaic. c. 7. aiente de *pileo*, ſeu *mitra* omnium Sacerdotum: *Supra caput geſtabant pileum, non faſtigiatum, neque totum caput comprehendentem, ſed paulò pluſquam medium. Eſt autem tali apparatu, vt videatur vitta linea ſæpè in orbem replicata, & conſuta, quam ſupernè alia tela integit vſque ad frontem deſcendens, & per ſuperficiem verticis futurarum deformitatem occultãs.* Pilei autem antiqui formam Lucianus in Dipſada deſcribit, vt fuerit *dimidium corticis alicuius oui*: nam apud Garamantas ex ſtruthionum ouis ſingulis in æquas partes diſſectis bini fiebant pilei. Ergo veterum Sacerdotum pilei aut mitræ, minimè fuère faſtigiatæ; ſed rotundæ inſtar pileorum, quos Romanos ex lacernis cæſis formare conſueuiſſe, Papinius, & Martialis nos docent: & eiſdem rotunditate in cornua cedente itidem Sacerdotes vti videmus, vti ante nos Pierius obſeruauit lib. 40. de Pileo verſ. *Forma pilei*: Atqui Hieronymus Muſiua illa, de qua agimus, affigie non pileum ſeu mitrã geſtat Veteris legis Sacerdotũ, rotundam videlicet, ſed faſtigiatam, ſeu cornutam, more noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium; forma longè etiam à thiara Summi Sacerdotis Iudaicæ plebis abſimilem, quæ potius Regno, ſeu thiaræ Romani Pontificis conformis erat; namque de illo Ioſephus vbi ſupra: *Porro pileo* (ait) *Summi Sacerdotes vtebantur, quali cæteri Sacerdotes; ſuper quem extabat alius conſutilis ex hiacintho variatus. Hunc aurea corona triplici ordine circumdabat, in qua ſpectabantur calculi aurei: quæ ab occipitio circa tempora vtraq; procedebat: nam frontem iſti calculi non ambiebant, ſed lorum quoddam latum aureum, quod ſacris characteribus Dei nomen inciſſum habebat.* Quare lamina aurea ineffabilis nominis faſtigiata eſſe oportuit, ſi, vt vides, triplici aureæ coronæ à fronte reſpondebat: & idcirco ab anteriori parte inſtar
Mitræ ſignificationes. noſtræ mitræ, à poſteriori inſtar Regni noſtri Pontificis formabatur. Noſtrorum autem Epiſcoporum mitra in duo cornua ſurgit, quibus duo Teſtamenta ſignificantur, anteriori Nouum poſteriori vetus, quæ duo Epiſcopus debet ſcire. XXIII. q. 1. c. *Epiſcopus*: & illis, tanquam duplici cornu, Fidei inimicos ferire: vel duplex charitas, quæ Nouo Teſtamento commendatur; aut potius duæ Chriſti Domini naturæ; anteriori cornu reſpondente Diuinã, poſteriori Humanã. De qua re alij latius pro inſtituto. Vide Guill. Durand. de ration. Diuin. offic. lib. 3. c. 15.

33. Cardinales à quo tempore rubro galero vſi? Relinquitur ergo, vt mitra ornatus Hieronymus qui Epiſcopus non erat, eſſet S. R. E. Cardinalis, cuius eſt inſigne à tempore memoriam hominum excedente. Nec valuit id tunc per rubrum galerum, aut pileum denotari, quandoquidem liquidò conſtat primò omnium ab Innocentio IV. in Lugdunenſi Synodo Cardinales rubro galero cohoneſtatos fuiſſe A. C. 1244. vt prodit Martinus Polonus Innocentij Synchronos in Chron. Ptolemæus Dominicanus, Platina, Onuphrius in vita Innocentij IV. & Volaterranus lib. Antropol. 22. in eodem Platinæ verba ſunt: *Statuit vt Cardinales è quo in publicum vecti galero rubro vterentur, honeſtandi ordinis cauſa.* Additque Onuphrius; *Quo ſignificabatur, eos etiam caput ſuum, ſi opus eſſet, pro Eccleſiaſtica libertate tuenda gladio offerre debere: & præſertim eo tempore, quo Romana Eccleſia à Frederico II. Imperatore vehementer oppugnabatur.* Deinde Paulus II. A. C 1471. (ait Platina ei coæuus) *publico decreto mandauit poſita pœna, ne quiſquam birreta coccinea (ita appellant capitis tegmen* Hiſpanè
bonete colorado) *præter Cardinales ferret, quibus etiam primo Pontificatus ſui anno pannum eiuſdem coloris dono dedit.* Scilicet A. C. 1464. Purpura.
Fateamur proinde neceſſe eſt D. Hieronymi Cardinalitiam dignitatem nequiuiſſe per rubrum galerum, pileum, vel pallium ſignificari: quæ tamen à Recentioribus non perperam ei adhibentur antiquæ dignitatis gratia ſignificandæ: bene tamen per mitræ ornamentum vetuſtiſſimum ſcilicet Cardinalium exprimitur inſigne, vt dictum eſt.

II. Accedat pro eadem dignitate egregiè militans ratio ex munere cui Hieronymus Summo 34. II. Ex officio Cancellarij.
Eccleſiæ Antiſtiti Damaſo, dum Romæ exiſteret, inſeruiebat, petita: quod eleganter ipſe ad Ageruchiam poſtea ſcribens Epiſt. 11. aperuit, inquiens: *Ante annos plurimos cum in chartis Eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romanæ vrbis Epiſcopum, & Orientis, atque Occidentis Synodicis conſultationibus reſponderem, vidi &c.* Hoc Cancellarij (hodie Vicecancellarij) S. R. E. Cardinalis munus eſſe, nemo inficias ibit, obiuit autem illud Hieronymus trium ſpatio annorum, videlicet vſque ad Damaſi obitum.

Reſpondet Baronius, eidem inſeruiſſe muneri D. Proſperum ſedem Petri moderante 35. Occluditur euaſio Baronij.
magno Leone, vt Gennadius teſtis eſt, & tamen nemo Proſperum dixit Cardinalem. Cui ego: Planè ſi æqua vtriuſque eſſet ratio officij, æquè de vtroque ferendum eſſet iudicium: nunc autem Gennadij verba proferamus in medium, vt quid de Proſpero Aquitanico cenſendum ſit, appareat. Is itaque in Cathalogo Illuſtr. Vir. de Proſpero agens hæc habet: *Epiſtola quoque Papæ Leonis aduerſus Eutychem de vera Chriſti Incarnatione ad diuerſos data, ab ipſo* (Proſpero) *dictata creduntur.* Creduntur ait, non *ſunt*: quinimo falſo Proſperi creditas perpetua Eccleſiæ traditio An Proſper Cancellarius fuerit Magni Leonis?
confirmat, quæ Leonis opus eſſe, ſemper credidit: idque ſtyli maieſtas, & eloquentia cæteris eius operibus conformis planè conuincit, multò magis Leoni connaturales, quam Proſpero: vt omittam non abſque Magni Leonis iniuria id vulgò iactatum; cum doctrina & ingenio Proſpero ipſe non ceſſerit. Ergo Proſperi Cancellarij munus erga Leonem exinanitum eſt, vt mirum non ſit ab aliquo vnquam inter Cardinales S. R. E. numeratum. Sed demus Baronio aliqua probabilitate gaudere, quod de Epiſtolis contra Eutychetem Gennadius ſubdubitans prompſit: neque enim maiori certitudine dignum, re melius inſpecta, Baronius ipſe tom. 6. Annal. ad A. C. 444. n. 8. exiſtimat: qui enim tom. 4. dixerat, *Cum de Proſpero certũ ſit, in eodẽ miniſterio vſui fuiſſe S. Leoni*: to. 6. ait: *Porro S. Proſperũ ab ipſo S. Leone Romæ retentũ, in eo eius opera vſo, in quo S. Damaſo Hieronym. inſeruiebat; quæ ſcribit Gennadius de eodẽ Proſpero in argumẽtũ deduci*

poſſunt. Non iam inquit *certum eſt*, ſed quæ ſcribit Gennadius in argumentum eius rei, *deduci poſſunt*. Demus tamen id verum eſſe, Epiſtolas illas à Proſpeto eſſe dictatas; at oemo ex officio ſibi iniuncto id à Proſpero factum aſſeruit: exiſtimauit nemo Scriptorom veterum. Potuit namque fidei zelo ſuccenſus à ſe dictaris in hæreſis nonæ perniciem Leoni placere, & ſub eius nomine dictata euulgare: potuit & Leo ipſe viro docto Proſpero, Romæ aliàs agenti, vt quaſdam dictaret Epiſtoias committere, abſque tameo moneris iniunctione: neque pluſculum quid ex Gennedio elici poteſt, adhue fotma illa incetta conceſſa. Longè tamen de Hieronymo iudicandum eſt, vt potè qui ſeriò, ideſt integro triennio, ex officio, ſibique muoere iunctu in chattis Eccleſiaſticis iuuabat Damaſum: & ex officio iidem Orientis, & Occidentis Synodicis conſultationibus teſpondebat: quod Cancellarij muneris eſſe, negabit nemo: & Cancellarium Presbyterum de Cardinaliū eſſe Collegio.

36.

III. Ex munere Cardinalis.

III. Norunt omoes præcipuum Cardinaliū muous eſſe ſummo Eccleſiæ Præſuli aſſiſtere, conſiliumque pro negotiorum ingtuentium opportunitate præbere: quidquid enim de ethymologia nominis, *Cardinalis* ſit, de qua variè ſentiūt Scriprores (vt videte eſt apud Antoninū 3.p.tit.21. Tutrectematam lib. 1. de Eccleſ. n. 8. Auguſt. de Ancona q. 101. Paleotum lib. de Conſiſt. Polydor. l. 4. c. 9. Cauſonum lib. de Concordia Cathol. Michaëlem Guiginta lib. de Cardio. Oouphum in Chron. Ioſeph. Siguntin. in vita Hieronymi lib. 3. diſcurſ. 6. & alias) de te ipſa dubitat nullus. Lege præ cæteris Bernardum meum ad ſuum Eugenium munera Cardinaliū apetientem lib. 4. de Conſiderat. c. 4. vbi *Papa Collaterales*, *Coadiutoréſque* eos nuncupat, & cum ipſo Orbem ipſum iudicaturos. De officij antiquitate agit Damaſus noſter lib. de Rom. Pontif. in Euariſto, Dionyſio, & Marcello, & ex eo modo citati Scriptores, cum Chaconio lib. de Summ. Pourif. & Card. & Baronio. Et quod vt minimum ſub Damaſo *Cardinalis* vox & muous eſſet, Aretina tabella apud Volaterranum lib. 22. Antropol. manifeſtat, vbi Zenobij Senatoris donationem ſubſcriptio eiuſmodi firmat inter alias: *Et ege Ioannes S.R.E. Diaconus Cardinalis, ex parte Damaſi Pontificis laudo, & confirmo.* Atqui S. Hierooymus non ſolùm à Conſiliis Damaſi fuit, ſed præcipuus Conſiliariorum; vti ipſe ad Aſellam Vrbe deceſſurus poſt Damaſi funus ſcribit epiſt. 99. *Antequam domum S. Paula noſſem, tetius in me vrbis ſtudia conſonabant: omnium penè iudicio dignus ſummo Sacerdotio decernebat: beata memoria Damaſus, meus ſermo erat: Dicebar ſanctus, dicebar humilis, & diſertus, &c.* Quid quæſo illis ſignificat verbis. *Beata memoria Damaſus, meus ſermo erat*, niſi ita meis deferebat conſiliis, vt quidquid ego dicerem exeqoaretur? nihilque ille faceret me inconſulto, imò & decernente? Idipſum planè innuitur ſuperius expenſis à nobis verbis: *Orientis atque Occidentis Synodicis conſultationibus reſpondebam.*

37.

IV. Ratione.

IV. Demū ratione id conuincitur; qua in primis Baronianā claudicare euidēs fit, ex eo quod à particulari ad vniuerſale (vt cum Dialecticis loquar) argumentatur; & idcitco inutiliter: nimirum ait Antiochiæ, & Ieroſolymis non eſt paſſus Hieronymus certo adſcribi titulo à Paulino, & à Ioanne Patriarchis; ergo nec Romæ à Damaſo. Planè argumentatio inanis eſt, adhuc nec congruentiæ vim habens: non enim eadem vtrorumque ratio. Aliter namque Hieronymus erga Damaſum afficiebatur, aliter erga reliquos. De Ioanne Hieroſolymitano norunt omnes vehementer ſibi fuiſſe infenſum, vtpotè cuius errores detexerit, & edito Commentario confutaoerit, imò & vitia repreheoderit epiſt. 61. & 62. Paulini autem vrbem noluit incolere, quòd tuoc proximi eremi accola eſſet, aut ſi recens ab ea eremo eiectus erat, alteram ardebat; & Melatianis Theſſalonicenſibuſque Schiſmaticis, à quibus exagitabatur, noluit cohabitare. Cum ad Damaſum Romam acceſſit, tres anni tranſierant, ideſt ab A.C. 378. ad 381. quibus Cooſtantinopoli Gregorium Nazianzenum docentem è cathedra audierat, de reditu eremi nihil cogitans, præceptio Damaſi, cui ſe è Chalcidenſi ſolitudine deuouerat, Romam ad Coocilium accerſitus (quod ipſe ad Principiam ſcribit epiſt. 16. *Cum & me Romam cum S S. Pontificibus Eccleſiaſtica traxit neceſſitas &c.*) Pontificis reuerentia, vrbis affectus, Damaſi amore & rerom fidei pondere, quibos pro viribos inſeruire cupiebat, coactus fuit à propoſito teſilire, & Romanæ Eccleſiæ ſeſe addicere, tanquam verus ipſius alumnus vnde neutiquam traxit pedem, niſi mortuo Damaſo poſt triennij reuolutionem: idque ab æmulis exagitatus, de quo ipſe ad Aſellam ſcribeos conqoæritur epiſt. 99. Argumento addictionis eſt, quod ſcrupulo ſuo motus, nec Antiochiæ nec Hieroſolymis, nec in Monaſterio Bethleemitico celebrare acquieſcebat; putans ſcilicet præter motem Eccleſiæ eſſe vagos Preſbyteros, de quo ſuperius num. 28. Et de Antiochia teſtimooium ipſe protulerit ad Paulinum dicens; *Tu videris de iudicio tuo*. Qood verò poſt reditum in Mooaſtetio non celebraret, D. Epiphanius apertè ſcripſit ad Ioannem Ieroſolimytanum (epiſt. inter Hieron. 60.) *Cum vidiſſem* (ait) *quia multitudo Sanctorum fratrum in Monaſterio cōſiſteret, & ſancto Presbyteri Hieroni & Vincentius propter verecundiam & humilitatem nollent debita nomini ſuo exercere Sacrificia &c.*

Cur Hieron. titulis Paulini & Ioannis Ieroſolim. noluit aſcribi.

Cur Damaſo addictus.

38.

Cura animarum inſeparabilis olim à Preſbyteratu.

Quod verò duo illa Presbyterorum munera, celebratio ſcilicet & certa animarum, ioſeparabilia tunc temporis eſſent, ſatis innuit Epiphanius, ſubdens, Hieronymum ideò ex humilitate, & verecundia debita ſuo nomini (Preſbyteri ſcilicet) exercere Sacrificia renuiſſe: quia *Nollebat laborare in hac parte miniſterij, qua Chriſtianorum precipua ſalus eſt; nimirum in cura animarum.* Enim verò ſi hæc duo tunc tempus ſeparari quiuent, facilè Hieronymus reſponderet, ſe quidem Sacrificia velle exercere; non laborare in ea parte Presbyterorom, quæ Chriſtianorum præcipoa ſalus eſt. Verùm vtrumqoe pro indiuiſo accipiens, eo ipſo quod nollebat in ea parte laborare miniſterij, quæ ad Chriſtianorum curam & ſalutem ſpectat, renuebat etiam debita ſuo nomini altaris exercere Sacrificia. Vnde *ante annum* (ait Epiphanius) *multi eorum querebantur, cur non haberent, qui ſibi Domini Sacramenta conficerent.* Tunc renuentem licet, ordinauit Paulinianum Hieronymi fratrem, qua de re Ioanoes ſcandalizatus multas in eos inſtruxit inſidias.

39.

Romæ autem cum degeret Hieronymus, cer-

tum

Hieronymus Romæ ſacrificabat.

tum eſt celebraſſe Diuina ſacrificia: ibi namque vſque hodie in cruenti ſanguinis Calix, quo ille vtebatur, in pretio & veneratione eſt, vt Marianus Victorius in vita illius teſtatur, his verbis: *Quia Presbyteri nomine inſignitus erat, ne tam Diuinum ſibi commiſſum talentum occulat, incruentum Chriſti ſacrificium, quod in Cruce peractum fuit, Deo pro ſalute omnium offert. Nouit hoc Roma, quæ diù ſacrificij ſeruauit caſullam, & adhuc eius calicem ſeruat; & in memoriam tanti viri populo reuerenter oſtentat.* Addit & legatum Nepotiam Hieronymo in extremis caſullam ſuam legantis, ipſo ſic atteſtante Epiſt. 3. *Hanc tunicam* (aiebat Heliodoro auunculo Nepotianus animam agens) *qua vtebar in miniſterio Chriſti, mitte dilectiſſimo mihi; ætate patri, fratri Collegio*; id eſt Hieronymo. Verum tum iam Hieronymus Bethleemi degebat, nec ſacrificabat; ſed Nepotianus ignorabat, vt ex Epiſt. a. palam eſt: Et nihilominus non patiebatur Presbyteri nomine priuari: nam cum Ioannes ille ſuus antagoniſta ſemel Hieronymum Presbyteri nomine tacito vocitaſſet, falsè admodum dixit: *Ego miſellus dum in ſolitudine* (Bethleem) *delitesco, à tanto Pontifice repente truncatus, Presbyteri nomen amiſi.* Et cum iterum Hieronymum addito Presbyterij officio intuliſſet, lepidè ſubiecit: *Iterum ego gaudeo, quod qui me decollatum putabam, ſubitò mihi Presbyterij caput video repoſitum.* Epiſt. 61. Vnde ergo tibi videtur Hieronymo ſcrupulus de Presbyterio vago ſedatus, vt Romæ ſacrificaret, qui alibi ſacrificia obtuliſſe non inuenitur, niſi quia tunc ceſſauit ſcrupuli cauſa addictus ſpeciali Eccleſiæ, vt Cardinalis Presbyter?

Secus Bethleemi.

40. Cuius Eccleſiæ titulo inſignitus.

Si quærat quis, cuinam fuerit addictus Eccleſiæ? S. Anaſtaſiæ Eccleſia traditione à Maioribus accepta ſuum fuiſſe Presbyterum credit: cuius parietibus affixa tabula eſt, id prodens, quam ego non ſemel legi Romæ Procuratorem Congregationis meæ Ciſtercienſis, vulgò *ſancti Bernardi Caſtella*, agens. Volunt alij S. Laurentij Cardinalem fuiſſe: quod ſi *S. Laurentij*, profectò eius quæ *in Damaſo* dicitur, Presbyter fuiſſe, videtur rationi conſonantius, vt nono à ſe erecto Titulo amicum Damaſus præfecerit. Quid ſi, vt modò, ita & olim Cancellarij officium adiacebat S. Laurentio in Damaſo? Quid ſi vtrique ſucceſſiuè præfuit? Si quæras tandem, cur ſaltem in Monaſterio Bethleem exiſtens, & domus totius Præpoſitus, eiuſque Eccleſiæ vſque ad mortem addictus Parrochi curam ſuſcipere noluerit, & ita Miſſæ ſacrum celebrare? Reſpondeo; ne Ioanni Patriarchæ pleno iure ſubeſſet, vt cæteri Parrochiales Presbyteri, quod ipſe inprimis auerſabatur, contentus ſolo Monaſticæ profeſſionis titulo illi reuerentiam exhibere, vt mox aperiam. Et quoniam vſus abſtinendi ſe ab altari in humilitatem, & verecundiam verſus fuerat, vt inquit Epiphanius. Sed de his ſatis: ſatiſque Baronio fuerit, nos non autoritate Micrologi, & effictorum ſycophantarum Hieronymi Cardinalatum aſſerere, ſed viuis rationibus; vt ex dictis conſtat.

Cur in Bethleem ſacrum nō celebrauerit.

* * *

§. V.

Cœnobiticæ D. Hieronymi Inſtitutiones, quæ ad veſtitum, victum & manuum laborem ſpectant, ac literariam paleſtram.

41. Hieronymus quanta vbique paſſus.

SEptennio ferè Eremiticam vitam excoluiſſe Hieronymum, liquet ad oculum, ſi temporis metiamur momenta ab eius in Chelcidenſem ſolitudinem ingreſſu vſque ad receſſum ipſius, quo à Meletianis exagitatus præmiſſis ſociis Antiochiam ſe recepit, vbi Presbyter à Paulino ordinatus, breui Conſtantinopolim profectus eſt, ſub humili D. Gregorij diſciplina manſurus triennio: vnde Romam à Damaſo, Eccleſiaſticis neceſſitatibus exigentibus vocatus acceſſit. Quot verò vbique paſſus iniurias fuerit, quos quantoſque aduerſarios, ægritudines, & incommoda neceſſum ſuperare, maioris ocij ſcriptorem poſtulabat: ſat ſit pro inſtituto noſtro præmittere, vndecumque vi tempeſtatum aduerſus eum excitatarum eiectum fuiſſe, & vbilibet modis omnibus vexatum, vt mirum ſit hominem vnum tantis procellis reſiſtere valuiſſe. Recens eremi cultorem factum de quinque ſociis duo dereliquerunt eum, Heliodorus, & Nicæas ab incepto reſilientes; ſublati præpropera morte totidem, Innocentius, & Hilas: vnus Euagrius ſæpius Antiochiæ; ſæpè in vico Maronia 30. ferè M. P. inde ſecedens agebat: quo loci Sanctus ille Malchus, cuius Hieronymus acta recenſet, aduixit; quandoque conueniebat amicum.

42. Heliodorū fugientem te vocare tentat.

De Heliodori fuga ſic ille ad Iulianum Diaconum ſcribit Epiſt. 37. *Sanctus frater Heliodorus hic affuit: qui cum mecum eremum vellet incolere, meis ſceleribus fugatus abſceſſit.* Nicææ verò inconſtantiam his cum eo agens aperuit Epiſt. 42. *Tu modò à nobis abiens, recentem amicitiam ſcindis potius, quàm diſſuis; quod prudenter apud Ciceronem Lælius vetat.* Et rurſus: *Inter delicias patriæ, & communes, quas habuimus peregrinationes, aliquando ſuſpira niſi ita tibi exoſſus eſt Oriens, vt literas quoque tuas huc venire formides.* Heliodorum ſcripta eleganti epiſtola, quæ cæteris eloquentiæ iure præmittitur, reducere in ſolitudinem priſtinam tentauit fruſtra: idcirco forſan Nicæam reducere non tentauit. Funera ſociorum ſic dolens, merenſque ad Ruffinum ſcribens narrat epiſt. 41. *Syria mihi velut fidiſſimus naufrago portus occurrit: vbi ego quidquid morborum eſſe poterat expertus, ex duobus oculis vnum perdidi* (tam dilectus illi erat Innocentius) *Innocentium enim partem animæ meæ repentinus febrium ardor abſtraxit. Erat nobiſcum, & Hylas ſanctæ Melaniæ famulus, qui puritate morum maculam ſeruitutis abluerat: & hic necdum obductam reſcidit cicatricem*: nimirum breui Innocentium ſequutus. Obiter notanda Neſtericorum incuria, qui Hylam Melaniæ olim ſeruum, errore librariorum mutato ſexu, ſancti *Melanij* ſeruum dixêre, qua nec Marianus, nec Baronius exuti ſunt: & vnus Seguntinus, qui ſemel ſanctæ Melaniæ ſeruum dixerat, lib. 2. diſcurſ. 2. in peius præceps, ſeruum ſancti viri Melanij expoſuit, cum ſanctus vir Melanius nemini fuerit notus, & Melania omnibus notiſſima literis Hieron. imò & documentis

Sociorum funera dolet.

Melanius pro Melania Scriptorum error.

mentis notior reddita? quam ſæpiùs *ſanctam Melaniam* nuncupat, id eſt epiſt. 5. & 25. eâdem quoque virili & neutra terminatione *Melanius* & *Melania* à Hieronymo dicta Albinus epiſt. 79. quod eruditè obſeruaſſe Roſuueidum ſcias in Notis ad Melaniæ, & Palladiæ peregrinationem, quam ſuo Palladio præmiſit. De ſocio autem ſibi reſiduo ait Hieronymus epiſt. 41. *Nunc vno & ſolo mihi lumine, Euagrio noſtro, fruor*: de quo item agit epiſt. 5. & 6. 41. & 43. Is ille eſt, qui ad ſedem Antiochenam euectus eſt, vt ipſe inquit in Malchi vita, vitamque S. Antonij ab Athanaſio Græcè ſcriptam latinitate donauit, & alia ſcripſit, de quibus in lib. de ſcriptorib. Eccleſ. mentio fit. Porro non ſolum ſociorum deſtitutione vexatus fuiſſe conſtat in eremo, ſed multis morborum generibus afflictatus ſæpè dolet, vt epiſt. 41. *Vbi ego, quidquid morborum eſſe poterat, expertus, &c.* Et rurſus: *Cui ego* (id eſt Euagrio ſocio meo) *ſemper infirmus ad laborem cumulus acceſſi.* Et epiſt. 37. *Ita me iugis tam corporis ægrotatio, quàm animæ ægritudo conſumpſit, vt morte imminente, nec mei penè memor fuerim.*

Euagrius vnicus Hieronymi diſcipulus.

43. Sed quod grauius eſt, obtrectatores Lernæos paſſus conqueritur, quos epiſt. 77. ita deſcribit. *Aduerſus barbariem iſtius loci verſu cogor clamare vulgato.*

Lernæos hoſtes paſſus.

Quod genus hoc hominum? quævè hunc tam barbara morem
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ.
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.

Quæ idcirco de Gentili Poeta (Virgil. 1. Æneid.) *ſumpſimus, vt qui Chriſti pacem non ſeruat, pacem ſaltem diſcat ab Ethnico.* Anachoretas hos Meletianos fuiſſe, ſupra eius teſtimonio expoſuimus. Sed quod dixit vnum eorum notans epiſt. 37. *Et licet me ſiniſtro Hibera excetra ore dilaniet, non timebo hominum iudicium, habiturus iudicem meum, iuxta illud*

Si fractus illabatur Orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Hoc, inquam, perperam planè Marianus Victorius interpretatur in Scholiis de Hiſpano aliquo aduerſario, quem Hieronymus paſſus eſt: *Nam hydra* (ait) *dicta excetra eſt, quòd vno capite exciſo tria renaſcerentur* (Plautus in Perſa) *Cum excetra, cum Antæo deluctari maluerim, quam cum amore*: *Obtrectatorem aliquem Hiſpanum intelligit: propterea Hiberam vocitauit.* Apâge ſis iſta Hiſpanorum conuitia vbi inuenta, & ſolo cordis prauo affectu formata. Vnde nam quæſo probabis mihi habuiſſe Hieronymum in Oriente iuuenem adhuc & toto Orbe ab Hiſpania diſtantem, quam nunquam viderat, Hiſpanum, obtrectatorem? Qui tamen innumeros Hiſpanorum ſibi addictiſſimos poſtmodum habuiſſe probatur, id eſt Damaſum, Oroſium Lucinium, Abigaum, Theodorum, Riparium, Deſiderium, vt alios breuitatis cauſa omittam: obtrectatorem neminem, qui ex nomine deſignari poſſit; cum nihilominus & Dalmatas & Italos, & Syros Paleſtino, Ægyptios, & Græcos in ſeſe debachantes ſuſtuliſſe ſciamus. At dolet Hiberam excetram ſiniſtro ſe ore dilaniare. Placet: Sed inter Syros Meletiani ſchiſmatis facilius fuit ex Aſia Hiberam illum excetram oriundum, quam ex Europa; quandoquidem Iberia non longe ſupra Syriam ſita eſt inter Pontum Euxinum & Caſpium mare, vt produnt Strabo lib. 11. Geogr. Ptholemæus lib. 5. c. 11. Plinius lib. 6. c. 10. Pomponius lib 1. c. 2. ſiue aſpiratè *Hiberia*, aut ſimpliciter *Iberia* efferatur, in quo nulla nationis diſcretio. Nec mirum, cum hos ab illis progenatos ſcribat Varro, quem Plinius ſequitur lib. 3. c. 1. & Strabo ſcribat: *Fortaſſe Iberes eodem nomine vocantur quo Occidentales, ab auro quod apud vtroſque inuenitur.* Et quò amplius mireris, quaſi noſtram viuis coloribus pingeret, de Orientali ſubdit. *Iberica gentes fœlicem etiam habitatu regionem incolunt. Iberia enim magna ex parte vrbibus & habitatoribus plena eſt, & tecta fictilia, & fabrefactas ædificiorum ſtructuras, & fora, & alia publica habet, in medio planicies eſt fluminibus irrigua, præſertim Cyro, qui Aragonem amnem à Caucaſo defluentem, & alias aquas recipiens per anguſtam fluminis regionem euadit.* Vide ergo *Aragonem* amnem vtrobique fluere, quem vt noſtrum poſtea *Aragum* ſæpe vocitat, vbi & alios amnes, vrbeſve noſtris agnomines extitiſſe affirmat, è quibus eſt *Alanzonius*, *Sandobanes*, *Hippus* & prope Aragum *Senmora*. Nos proximis vocibus dicimus *Arlenzon, Sandobal, Hieppes, Aragon, Zamora*, ſed ad rem.

Hibera Hieronymi obtrectator an Hiſpanus.

Hiberiæ Orientalis & Occidentalis ſimilitudo.

44. Quis tot attritum calamitatibus, mortibus, ægritudinibus, non crederet arrepto Monachatus oneri ſuccumbere debuiſſe Hieronymum, quam inde potius expertum Monachorum præceptorem euaſurum? At in dies potius caſta ſobole augebatur. Exiit ſiquidem à Chalcide multis auctus diſcipulis, de quibus epiſt. 77. *Iam iam cedo: abruperunt partem animæ meæ chariſſimi fratres. Ecce diſcedere cupiunt, imo diſcedunt; melius eſſe dicentes inter feras habitare, quam cum talibus Chriſtianis. Et ego ipſe niſi me corporis imbecillitas & hyemis retineret aſperitas, iam modo fugeram.* Tranſiit Conſtantinopolim, & in Græcia triennio exacto, Romam, vbi tamen omnibus charus, omnium ore laudabatur; quouſque Monaſticæ vitæ Doctor effectus, Paulam, Melaniam, Euſtochium, Marcellam, Læam, Aſellam, aliaſque matronas docere aggreſſus eſt; iam deinceps odio habitus, & multos nobileſque obtrectatores paſſus, Roma egredi compulſus fuit, vt paulò priùs mirati ſumus. Bethleem dein migrans, & Cœnobio inſtructo Pater Cænobitarum effectus, itidem detractores habuit Ioannem Hieroſolymitanum, Ruffinum, Palladium, & alios: & Ioannes quidem exilij reſcriptum in eum ab Imperatoris Præfecto obtinuit, & propè fuit, vt exequeretur. Perſtitit nihilominus columna immobilis, & quem ſemel Deus præſtantiſſimæ vitæ Doctorem dederat, tot procellis exagitatum incolumem ſeruauit.

Bethleemi Monaſteriū conſtituit.

45. Sed quibus ſuos Cænobitas Inſtitutis ad perfectionis culmen direxerit, quod præcipuè noſtri muneris eſt, aperiamus. Nonnihil priora à ſe in eremo edita, & obſeruata mitigaſſe, aperient ſequentia:

Monaſticæ Inſtitutiones.

1. Quod ſpectat ad veſtitum Monaſticum, interiùs cilicio ſuos vti docebat, vt ipſe. Vnde id habeam rogas? Ex eo quod ex Monaſterio Bethleemitico Lucinio Bætico miſit Xeniola ſolitæ pœnitentiæ epiſt. 28. receptorum ab eo munerum vicem rependens. *Duo palliola, & amphimallum de tuis vſibus, vel vtenda, vel ſanctis danda ſuſcepi. Ego inſignia paupertatis, & quotidianæ ſymbola pœnitentiæ tibi & ſorori tuæ miſi, quatuor cilicíola apta propoſito, & vſibus veſtris:* hauddubium quin ex ſuis quoque vſibus erant.

Veſtes Ciliſcium.

Habemus

Palliolum.

Habemus ex eodem teſtimonio ; Hieronymum eiuſque Monachos vti ſolitos pallio, alias non reciperent palliola vtenda à ſe, vel ſanctis fratribus danda. Sed quod per diminutionem *palliola* vocet, innuit non fuiſſe promiſſa, ſed breuia, vtpotè profeſſioni accommoda iuxta illud Tullij 3. Tuſcul. *Sapè eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia.*

Tunica.

Tunicam ſuper cilicium induiſſe, palam ex multis eſt; etenim auerſabatur eos, qui exteriùs cilicia geſtabant velut inania gloriæ cupidos; de quibus ad Euſtochium Epiſt. 22. *Sunt quæ ciliciis vtuntur, & cucullis fabrefactis, imitantur noctuas, & bubones.* Aliàs vero nemo abſque tunica inceſſit, niſi qui nudus inuerecundè. De tunica & palliò vilioribus Monaſtico neceſſariis inſtituto loquitur cum Negotiani artexuit laudes Epiſt. 3. *Excepta vili tunica, & operimento pari, quo tecto tantum corpore frigus excluderet, nihil ſibi amplius reſeruauit.* Cur ita? Subdit: *Imitabatur Monachum.* Et de Demetriade Aſceticem arripiente Epiſt. 8. *Vili tunica induitur, viliori tegitur pallio.* Sed *amphimala* à Lucinio Bætico, quæ vtenda ſuſcepit, hyemalibus frigoribus repellendis apta erant: namque amphimala *erant tunica ganſapina* (ait Calepinus) *ex vtraque parte pilos habentes, quæ à Ganſapia dicebantur, vt quæ ex altero tantum latere villos habebant Heteromalla* μαλλὸς ſiquidem *lanam* denotat, & ἀμφὶς *vtrinque*, imo & ἄμφιον *indumentum*; & ἑτερος *alterum.* Plinius lib. 8. c. 48. *Patris mei memoria cæpere amphimala noſtra, ſicut villeſa, etiam ventralia.* Ventralia, inquit, quod ventri quoque fouendo deſeruirent. Hiſpani ſaga amphimalla dicimus vulgo *mantas frazadas*, pro *friſadas*, quarum nobiliores Palentiæ fabricantur, villorum longitudine commendabiles: olim etiam *lena* vocatæ: de quibus eſt illud Monaſticis lib. 14. Apophor 136.

Vtriuſque vilitas.

Amphimalum quid?

Tempore brumali non multum leuia preſunt,
Calfaciunt villi pallia veſtra mei.

Et de his nos vberius l. 2. c. 12. n. 1. 3. & 25. quarum proculdubio Baſilius vſum commendabat Ep. 1. inquiens: *Tunica ſit eò vſque craſſa, vt alio opus non ſit integumento ad calefaciẽdum corpus ea cõtectum.* Quare D. P. Benedictus tunicam, cucullamque ſtatuit in hyeme villoſam fore, ne videlicet duplici tunica monachus hyeme egeret.

46. Verum Hieronymus, qui tam lenis erga alios, quam erga ſe durus erat, rogatus ab Hedibia Galla nobili quæſt. 2. Epiſt. 150. quo ſenſu accipienda eſſet Domini prohibitio de duplici tunica, quæ brumalios regiones habitantibus dura ſatis videbatur; prudenti condeſcenſione reſpondet vnam vocari, quidquid ad pellendum frigus veſtium neceſſarium eſt. En Sancti Doctoris verba: *Inquit Dominus* (corrige *Inquit Ioannes* Luc. 3. nam Dominus luc. 9. *Nihil tuleritis in via, neque duas tunicas.* Ait itaque ſenſus Domini conformis Ioanni) *Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Quid ſi Scythiæ frigora ſint, & Alpinæ niues, quæ non duabus, & tribus tunicis, ſed vix pecudum pellibus repelluntur?* Reſpondet: *Quidquid ergo corpori noſtro ſufficere poteſt, & humanæ ſuccurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit, hoc vna appellanda eſt tunica.* Nimirum prohibuit duas tunicas mutatorias: vnde Gloſſ. ad cap. 9. Lucæ. *Simplex veſtimentum quidquid eſt neceſſarium alicui ſecundum qualitatem loci vel temporis: duplex, quod vltra neceſſitatem eſt.* Perſtat in eadem ſententia noſter Hieronymus vtporè in cap. 10. Matth. ad illa verba: *Neque duas tunicas*, ſic inquiens: *In duabus tunicis videtur mihi duplex oſtendere veſtimentum; non quæ in locis Sythiæ, & glaciali niue rigentibus, vna quis tunica debeat eſſe contentus, ſed quò in tunica veſtimentum intelligamus, ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus.* Cui reſpexit Benedictus noſter cum dixit c. 55. *Veſtimenta fratribus ſecundum locorum qualitatem, vbi habitant, vel aërum temperiem dentur: quia in frigidis regionibus ampliùs indigetur, in calidis vero minus. Hæc ergo conſideratio penes Abbatem ſit.*

Duplicis tunicæ prohibitio in Euangelio qualiter intelligenda.

Sed Hieronymo, vt priori doctrina debetur: cuius eſt illud ſæcularem etiam Chriſtianum adhortantis lib. 13. in Ezech. c. 44. *Veſtibus quoque vtetur, quæ frigus repellant, non quæ tenuitate ſui corpora nuda demonſtrent.* Dixerat id Epiſt. 7. *Talia veſtimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus veſtita corpora nudentur.* Demum audi, quid de tunicis ſuis Hieronymus confiteatur lib. contra Pelag. *Duas autem tunicas (vt de cæteris taceam) puto & ego & tu poſſideamus; ſi tamen ampliùs non habemus. Hæc dico vt erubeſcas ad ſententiam tuam, facilia eſſe Dei mandata.*

Tenuia ſæcularium veſtimenta taxantur.

Secundò. Quod ad qualitatem veſtium ſpectat, temperauit etiam priſtinum eremi rigorem, vt non extremè viles, & ruſticas indueret; id quod ſatis acutè iudicauerit Epiſt. 23. inquiens: *Nos quia ſerica veſte non vtimur. Monachi iudicamur. Si tunica non canduerit, ſtatim illud è triuio, Impoſtor & Græcus eſt.*

Tertiò Nec omittendum tunica tantum, & pallio vſum Hieronymum, ideſt nec ependyte, ſeu ſcapulari, quod ſciamus: extremaque corporis nuda geſtaſſe, videlicet caput, & pedes. 47.

Veſtium qualitatem temperat.

Huc mihi reſpexiſſe videtur, cum in illa verba Domini, *Neque calceamenta*, ſcripſit: *Et Platæ præcepit duas corporis extremitates non eſſe velandas, nec aſſueſieri deberi mollitiei capitis, & pedum. Cum hæc enim habuerint firmitatem, cætera robuſtiora ſunt.* Vſus in his & Dominicis, & Philoſophicis præceptis, Præſertim cum id ipſe reformatorum eſſe dixerit, contra Iouinianum agens, vt nudos circumferant pedes, verno ſaltem tempore: de quo ſuperiùs diximus n. 23. & de capitis nuditate, & coma inculta n. 22. Cui accedit quod Pſeudo moniales quaſdam ſugillat Epiſt. 22. *quod vterentur cucullis fabrefactis, imitantes noctuas & bubones*, quaſi die oculos cucullis vallarent, noctu verò cucullis poſitis omnia petulanter circumſpicerent. Sugillabat quoque curioſitatem ſutorum in Monachali habitu; à qua ipſe cucullo non vtens liber reddebatur, & liberiùs in cœlum oculos figere valebat. Atqui in ſenecta pileolo (vt reor laneo) vſus fuiſſe, conſtat dono S. Paulini Nolani, ad quam reſcribens Epiſt. 153. *Pileolum* (inquit) *textura breue charitate latiſſimum, ſenili capiti confouendo libenter accepi; & munere, & muneris autore lætatus.*

Cucullæ fabrefactæ taxantur.

Pileolo in Senecta vſus.

Quartò. Mirum à Monachò & veteri Anachoreta Zonam Eliæ, aut Ioannis commendatam non amplecti, & vſibus aptaſſe ſuis: nec ex corio ſibi cingulum fuiſſe, ſed ex lana. Ita cum in Bleſilla commendauit, vt ſibi præ cæteris placuiſſe monſtrauerit, ſub inducta ratione, videlicet: *Cingulum non auro, gemmiſque diſtinctum eſt, ſed laneum, & tota ſimplicitate puriſſimum;* 48.

Cur lanea Zona, non pellicea vſus.

mum ; & *quod poſſit magis adſtringere veſtimenta, quàm ſcindere* : Epiſt. 23. *Puriſſimum* poſuit, quod fuco & colote ſuperinducto lana medicata non eſſet. Sed quid ſibi vult (ais) quod ad Lætam de inſtitutione filiæ ſcribit Epiſt.7. *Ioannes Zona pellicea cingitur, locuſtis alitur, ac melle Siueſtri; & in typum pœnitentia prædicanda tortuoſiſſimi animalis veſtitur exuuiis. Sic erudienda eſt anima, quæ futura eſt templum Dei.* Planè quod ſuperioribus proponit verbis : *Igitur quæ de repromiſſione nata eſt, dignam habeat orta ſuo inſtitutionem parentum* : quod inductis probat exemplis : *Samuel nutritur in templo, Ioannes in ſolitudine preparatur. Illa ſacro crine venerabilis eſt; vinum & ſiceram non bibit ; adhuc puerulus cum Domino ſermocinatur : hic fugit vrbes, Zona pellicea cingitur.* monebat Paulam paruulam Lætæ & Toxotij filiolsm Paulæ grandeuæ ex filio neptem, ſanctè cum auia, amita, & virginibus educandam à pueritia, vt Samuel, vt Ioannes : *Sic* enim *erudienda eſt anima, quæ futura eſt templum Dei.* Non ideò Zonâ pelliceâ vti decebat, ſicut nec locuſtas, & mel Syluestre veſci, & tortuoſiſſimi animalis pelle contegi. Auerſabatur verò cingulom ſacceum in hypocritis : de quibus eſt illud Epiſtolæ 22. *Veſtis pulla, cingulum ſacceum, & ſordidis manibus, pedibuſque, venter ſolus, quia videri non valet, æſtuat cibo, &c.*

49. Quintò. De colore veſtium Hieronymi quæris? ProcuIdubio duo illi perpetuò placuerunt in Monaſticis : & lanæ ſimplicitas, ideſt nullo ſoperinducto colore fucata, vt cum cingulum lanæum commendauit, *quod tota* eſſet ſimplicitate *puriſſimum* ; è natiuis autem lanis pullæ, & ſubnigræ, quas *brunas*, vulgò *pardas*, dicimus, caſtanei coloris, & forſan griſeæ, ſeu cinereæ, de quibus fuſè lib.2.c.11.n. 65.70.81.83. Abbas quoque, vt cæteras fucatas, abhorruit. Nihil proinde album geſtauit in veſte, nihil fucatum. Ad id verò multiplici ferebatur cauſa I. quis pullæ aot fuſcæ minus notabilem redderent Monachum : iuxta quod ſordidæ ei veſtes placebant pro nitidis, Epiſt. 22. *Veſtis nec ſatis munda, nec ſordida, & nulla diuerſitate notabilis ne ad te obuiam prætereuntium turba conſiſtat, & digito monſtreris* : Et Epiſt. 2. ad Nepotianum : *Veſtes pullas æquè deuita, vt candidas; ornatus, & ſordes pari modo fugienda ſunt.* Verùm non ita placuiſſe ſordes audiſti, vt plurimæ ab eo commendentor, ſed quæ neglectum curioſitatis, & ſuperfluæ curæ arguant; quod pullis & vilibus proprium eſt. Vnde poſt illa verba *Sordida veſtes &c.* ſubdit : *Vilis tunica contemptum ſæculi probat; ita dumtaxat, ne animus tumeat, ne habitus ſermoque diſſentiant.*

Qui colores illi placuerunt? — Natiuus. Fuſcus. Griſæus. Pullus. Cinereus. Brunus. — I. Ratio.

II. Ratio. II. Huic accedit quod ſcribit de habitu Blaſillæ Epiſt. 23. *Pulla tunica, minus, cum humi iacueris, ſordidatur* : ex quo minus etiam notabilis redditur Monachus; & lauandi frequentiam, & curam fugiet.

III. Ratio. III. Quod pœnitentium ſtatui magis pullæ congruant veſtes : quò tendit quod de eadem Blaſilla ibidem ait : *At ſcandalizat quempiam veſtis fuſcior? Scandalizet Ioannes, quo inter natos mulierum nemo maior eſt, qui Angelus dictus ipſum quoque Dominum baptizauit, qui camellorum veſtitus tegmine Zonâ pelliceâ cingebatur* : nimirum forma factus pœnitentium. Liquet autem camellos fuſco colore à natura donari.

IV. Quod lugentibus in vſu ſint, ex his quæ ſcribit ad Saluinam Epiſt. 9. elicimus : *Tu verò quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter voluptates quæ pullam tunicam, nigroſque calceolos, candida veſtis, & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti, nihil habes neceſſe aliud, niſi perſeuerare in ieiunio.* IV. Ratio.

V. Cauſa honeſtatis, & indicio ſubiectionis culorem hunc amplectebatur, Epiſt. 12. *Solent quædam, cum futuram virginem ſpoponderint, pulla tunica eam induere, & furuo operire pallio, auferre linteamina &c.* quæ omnia in vnum conueniunt Monachum, cui Præpoſito ſubiici præ cæteris omnibus neceſſum eſt : & ex officio ad ploratum inducitur; iuxta eiuſdem Hieronymi cunctis notiſſimam ſententiam : *Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium.* V. Ratio.

50. VI. Ratio. VI. Quod pullus color frequenter à præſtantiſſimis Monachis videbatur arreptus in Occidente, & Paleſtina. Sic Pamachio dixit, Epiſt. 26. *Patricij generis primus inter Monachos eſſe cœpiſti* : & prius de eius habitu loquens : *Quis hoc crederet, vt Conſulum pronepos inter purpuras Senatorum furua tunica pullatus incederet, & non erubeſceret oculos ſodalium, vt deridentes ſe derideret? Prima virtus eſt Monachi contemnere hominum iudicia.* Et infra : *Eſto furua tunica veſtiaris &c.* An Pamachio ſimilis Oratius ille erat, quem lib. 4. Epigr. 2. ſugillat Martialis quod inter candidatos ſolus *nigris* adſtaret *Lacernis*? ſed vt.

Pamachius furua tunica pullatus.

Toto nix cecidit repentè cœlo,
Albis ſpectat Oratius lacernis.

Humiliati ergo animi pulla veſtis erat inſigne. Et de Paula & Euſtochio Hieronymus ipſe Epiſt. 26. *Nunc ſordidata, & lugubres vel lucernas concinnant &c.* & Epiſt. 47. *Furuarum veſtium pulla gradieris* : & rurſus : *Veſtis ipſa vilis, & pulla, animi tacentis indicium eſt.* Vnde quo religioſiores viderentur, qui hypocriſi Monaſtica languebant, pulli, ac fuſci; qui verò ab inſtituto deficiebant, candidi incedere probabantur. De hypocritis Occidentalibus ſcribit ad Ruſticum Gallum in patria agentem Epiſt. 4. *Videas nonnullos accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa à mulieribus non poſſe diſcedere &c.* De Romæ agentibus Euſtochium ibi degentem monet Epiſt. 22. *Quibus hircorum barba, nigrum pallium &c.* Et de fœminis præſtantiſſimam Monaſticam ſimulantibus; *Veſtis pulla, cingulum ſacceum, & ſordidis manibus, pedibuſque venter ſolus, quia videri non poteſt, æſtuat cibo &c.* Apoſtatarum à Monachatum ſimplicitate, & pœnitentia, exemplo eſt Iouinianus, cuios extremos mores, & ab his ad illos tranſitum lib. 1. c. 25. in ipſum pulchrè narrat, inquiens : *Poſt ſordidam tunicam ad candidam Veſtem ſe transfert & purpuram coloris eius putat Regnum cœlorum : & tamen iſte formoſus Monachus, craſſus, nitidus, dealbatus, & quaſi ſponſus ſemper incedens &c.* & lib.2.c.53. *Antea pexa tunica, & nigra ſubucula veſtiebaris, ſordidatus, & pallidus, & calloſam opere geſtans manum: nunc lineis & ſericis veſtibus ornatus incedis.* Illud non omittimus monere, ſub taxatione candidarum veſtium, non tam ſimplicem lanarum albedinem, quàm ſplendorem è prælorum torturis & prolixa pectinatione, ſeu etiam gummi delibutione, & pretium exquiſitum auerſabatur, iuxta illud Seruij in I. Georgij. Virgil. *Aliud eſt candidum eſſe,*

Hypochryſis deſcriptio, & taxatio.

Candidum & album quomodo afferent.

eſſe, id eſt quadam nitente luce perfuſum, aliud album, quod pallori conſtat eſſe vicinum. Itemque candidum propriè dicitur quod fit cura, album quod fit natura. Et candido nigrum, albo verò fuſcum opponitur: nimirum naturalis naturali, & fucatus fucato colori. Ita accipies velim illud quod ſæpe ex prouerbio repetit: *Si tunica non canduerit* (id eſt non ſplenduerit pretio & fuco) *Impaſtor & Græcus eſt*. epiſt. 10. & 23. Aliàs albas veſtes fugiebat, quoniam faciliùs ſordidantur, & quia, vbi ipſe degebat, non erant in vſu: vnde albatus incedens notabilis reddebatur. Et nihilominus in Ægypto notabilis potius eſſet pullis, aut fuſcis vtens, vtpotè vbi cæteri lineis & albis incedebant.

51. Eius diſcipuli, diuerſo habitu forma & colore vſi.

6. Vbi facilè fieri poſſet, eodem omnes habitu, & colore vti in Monaſterio debere, docet Hieronymus, vt qui nullam pateretur in veſte vnius & eiuſdem Monachi diuerſitatem, id eſt, vt partim albus, partim pullatus incederet: iuxta illud epiſt. 22. *In veſte nulla diuerſitas*: & illud commendantis ſanctimonialium Paulæ in veſtitu conformitatem epiſt. 27. *Vnus omnium habitus*, vtpotè qui ſciret à Baſilio obſeruatum cap. 18. Regulæ Calix. 22. fuſſ. diſput.) *vt & habitus noſter communis & ſimilis, atque vnius forma ſit omnium, ea enim quæ vno propoſito geruntur, ſimilia, imo eadem eſſe omnibus debent:* quod non minus de colore, quam de forma intelligendum eſt. Nihilominus hoc vnum ſingulare præ cæteris in Cænobio ſuo B. Hieronymi inſtituit prudentia, vt non cogerentur omnes vno eodemque vti colore habitus, & forma, ſed vtcumque placuiſſet, incederent: ex quo tamen nulla oriebatur admiratio. Pone, lector admirationem, neque enim commodè & abſque multis expenſis aliter fieri quiret: quandoquidem non vnius, eiuſdemque nationis erant, ſed omnium penè à quibus Chriſtianus orbis habitabatur. En Hieronymi verba epiſt. 17. *Quicumque in Gallia fuerit primus, huc properat, dimiſſus ab orbe noſtro Britannus, Occiduo ſole dimiſſo; quærit locum fama ſibi tantùm, & ſcripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Perſas, quid Indiæ, quid Æthiopum populos, ipſamque iuxta Ægyptum fertilem Monachorum Pontum, & Cappadociam, Syriam, & Celem, & Meſopotamiam, cunctaque Orientis examina? quæ iuxta Saluatoris eloquium dicentis; Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur Aquilæ, concurrunt ad hæc loca, & diuerſarum nobis virtutum ſpecimen oſtendunt. Vox quidem diſſona, ſed vna Religio, tot penè pſallentium chori, quot gentium diuerſitates in veſte nulla diſcretio, nulla admiratio; vtcumque placuerit incedere, nec detractionis eſt, nec laudis.* Hi omnes ad ſancta loca deuotionis & voti cauſa conueniebant; è quibus Monachi multi Bethlehemiticum Monaſterium petebant, ibique multi manebant, de quibus inquit: *De India, Perſide, Æthiopia Monachorum quotidie turmas ſuſcipimus. Depoſuit pharetras Armenius, Hunni diſcunt Pſalterium, Scithia frigore feruent calore fidei, &c.* Lucinium ab Hiſpaniarum finibus euocat epiſt. 28. Caſtentium è Pannonia epiſt. 53. Marcellam Roma epiſt. 17. & 18. Exuperantium, & Apronium aliunde epiſt. 35. & 56. & alios quoque innumeros de quibus paſſim in aliis Epiſtolis ſermo 56. Ergo tot nationum in vnam domum coëuntes homines, valde diuerſis veſtibus inceſſiſſe oportuit; ſi tamen id eo tempera-

Ex omni natione diſcipulos habuit.

mento teneamus, vt cum quibus primò acceſſerunt attritis veſtibus, & conſumptis, quæ de nouo eis redderentur, figura, & colore Hieronymianas redderent: cum ipſum eo animi ſciamus erga Monachos, quo erga Paulinas ſorores, eius inſtructioni, & Paulæ Inſtituto parentium, quarum tamen in veſte nulla erat diuerſitas, vt cap. ſeq. dicemus.

52. Stragulum Hieronymi ſagus.

7. Vtebatur ſtragulo ſacceo, vt mihi elici poſſe videtur ex interpretatione ſaccorum, quos ſibi, ſuis, Paulinis quæ ſororibus dono miſerat aliquando Marcella epiſt. 20. Miſerat vero ſellas, ſaccos, & quædam alia, quæ ſic interpretatur: *Nobis autem munera veſtra ſic conueniunt. Sedere aptum eſt otioſis. In ſacco iacere pœnitentibus.* Illis autem ſic accommodat: *ſaccus orationis ſignum, atque ieiunij eſt; ſella vt foras pedes Virgo non moueat.* Cum enim ſaccus, ſagusve, duplici forma fieret, id eſt aptaretur corpori ad modum tunicæ, aut quadratus, nunc pallij, nunc ſtraguli vicem gereret: inde eſt quod à Hieronymo quandoque corpori oranti, aut ieiunanti adaptaretur, quandoque ad ſomnum cubanti, nam & ſagum quadrum fieri ſolitum, ab Iſidoro docemur lib. Ethymol. 19. cap. 24. Vnde Suetonius de Othone: *Ferebatur & vagari noctibus ſolitus, atque inualidum quemque obuiorum, vel petulentum arripere, ac diſtente ſago impoſitum in ſublime iactare.* Hiſpanè diceres. *Tenia eſta flor, de mantear de noche aloſque noſele reſiſtian por falta de fuerças, e ſobra de vino.* Vtraque forſan ſignificatione accepit ſaccum Hieronymus laudans Læam epiſt. 24. quod *poſt mollitiem veſtium ſacco membra contriuiſſet incultæ veſtis, vilis cibus, neglectum caput, &c.* & Aſellam epiſt. 15. *Ita ad quinquagenariam peruenit ætatem, vt nec ſicca humus iacentia membra confringeret, non ſacco aſperata cutis fœtorem aliquem, ſitumque contraheret.* De ſtragulo epiſt. 77. *In ſacco & cinere volutati, &c.* & 99. per ironiam de Paula, & Melania: *In ſacco & cinere formoſa volunt videri, &c.* Mihi tamen probabile eſt, mattam tunceam diſcipulis ipſum ſuis conceſſiſſe ad quietem, qua nemo Ægyptiorum Cœnobitarum caruiſſe ſcribit epiſt. 22. *Non licet dicere cuiquam: Tunicam, ſagum, textaque iuncis ſtrata non habeo. Ita ille* (Præfectus) *vniuerſa moderatur, vt nemo quod poſtulet, nemo non habeat.* Et ad Ruſticum epiſt. 4. monet; *Laſſus ad ſtratum venias.* De ſe verò innuiſſe mihi videtur, quod de Paula retulit epiſt. 27. ipſaque niſi de eius conſilio, & arbitrio non feciſſet: *Mollia etiam in grauiſſima febre lectuli ſtrata non habuit: ſed ſuper duriſſimam humum ſtratis ciliciolis quieſcebat: ſi tamen illa quies dicenda eſt, quæ iugibus penè orationibus dies noctesque iungebat;* quod etiam de Bleſilla filia epiſt. 23. *Flectuntur genua ſuper nudam humum, & poſt orationem laxa ceruix, poplites vacillantes, in ſomnumque vergentes oculi nimio mentis ardore vix impetrant, vt quieſcat. Cui tamen illo tempore plumarum quoque dura mollities videbatur; & in extructis thoris iacere vix poterat.*

Diſcipulorum.

Paulæ.

Bleſillæ.

53. Ieiunia moderatur.

8. Ieiuniorum pridem à ſe in ſolitudine laudatorum longâ experientia doctus mutauit formam & triduanis, biduaniſque relictis, quotidiana eligenda monebat ſuos. Ita ille ad Furiam epiſt. 10. *Parcus cibus, & venter eſuriens triduanis ieiuniis præfertur. Et melius eſt quotidie parùm, quam rarò ſatis ſumere,* & quidem aptiſſimo ſubinducto exemplo. *Pluuia illa optima eſt quæ ſenſim*

ſim deſcendit in terram. Subitus, & nimius imber in præceps arua ſubuertit. Et epiſt. 7. Paulillam informans: *ſic comedat, vt ſemper eſuriat, vt ſtatim poſt cibum poſſit legere, orare, & pſallere. Diſplicent mihi longa & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades, oleum in cibo, ac poma vetantur. Experimento didici aſellum in via, cum laſſus fuerit, diuerticula quærere. Faciant hoc cultores Iſidis, & Cybeles, qui guloſa abſtinentia Phaſides aues, ac fumantes turture vorant, ne ſcilicet Cerealia dona contaminent. Hoc in perpetuo ieiunio ſit præceptum, vt longo itineri vires perpetes ſuperent, ne in prima menſione currentes, in mediis corruamus.* Item epiſt. 4. *Ieiunia moderata ſint ne nimia debilitent ſtomachum, & maiorem refectionem poſcentia erumpant in cruditatem, quæ parens libidinum eſt. Modicus & temperatus cibus, & carni, & animæ vtilis eſt.* Et epiſt. 2. *Sint tibi pura, caſta, ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa ieiunia.* Addit & cauſam epiſt. 8. *Noui ego in vtroque ſexu per nimiam abſtinentiam, cerebri ſanitatem quibuſdam fuiſſe vexatam; præcipuè in his qui in humectis, & frigidis habitauêre cellulis, vt neſcirent quidquid agerent, quóve ſe verterent, quid loqui, quid tacere deberent:* quæ repetit epiſtol. 4. *Sunt qui humore cellarum, immoderatiſque ieiuniis, tædio ſolitudinis, ac nimia lectione dum diebus ac noctibus auribus ſuis perſonant, vertuntur in melancholiam; & Hypocratis magis fomentis, quam noſtris monitis indigent:* & ad Demetriadem. *Sic debes ieiunare, vt non palpites, & reſpirare vix poſſis, & comitum tuarum vel porteris, vel traharis manibus, ſed vt fracto corporis appetitu, nec in lectione, nec in Pſalmis, nec in vigiliis ſolita quid minus facias.* Hac regula maximè teneri vult, qui non teneros agunt annos. Excipit tamen S. Quadrageſimæ tempus, de quo inquit epiſt. 7. *Cæterum in Quadrageſima continentiæ vela pandenda ſunt, & tota aurigæ retinacula equis laxanda properantibus. Quamquam alia ſit conditio ſæcularium, alia Virginum, & Monachorum. Sæcularis homo in Quadrageſima ventris ingluuiem decoquit, & in cochlearum morem ſucco victitans ſuo, futuris dapibus, ac ſagine aqualiculum parat. Virgo verò & Monachus ſic in Quadrageſima ſuos demittant equos, vt ſibi meminerint ſemper eſſe currendum. Finitus labor maior, infinitus moderatior eſt: ibi enim reſpiramus, hic perpetuò incedimus.*

Melancholici qualiter curandi.

In Quadrageſima qualiter ieiunandum.

54\. 9. Horam cibi ſumendi, vtpote quotidianorum ieiuniorum præceptor, veſperam aſſignat epiſt. 13. ad Paulinum de Inſtitutione Monachi: *Sit vilis, & Veſpertinus cibus.* (An potius *vilis* legam? Ex ſequentibus coniector *olera & legumina.*) Inde eſt quod lib. 1. contra Iouinianum ieiuniorum aduerſarium rationem reddit, cur aliquando Petrus Act. 10. hora ſexta pranſurus aſcendit in cœnaculum, cum nimirum ieiunans, niſi ad veſperam ſoluere non deberet: ait itaque: *Si autem Petrus hora ſexta pranſurus aſcendit in cœnaculum, fortuita eſuries non facit præiudicium ieiuniorum; hoc enim modo & Dominus, quia ad puteum Samariæ hora ſexta feſſus reſedit, & bibere voluit, omnibus incumbet neceſſitas, velint nolint, hoc tempore bibendi. Potuit autem fieri, vt vel ſabbatum eſſet, vel dies Dominicus, & poſt biduum triduumque ieiunium hora ſexta eſuriret. Nunquam enim crediderim Apoſtolum, ſi ante vnam diem cœnauerat, epuliſque diſtentus fuerat, alterius diei eſuriiſſe meridie.* Senes, & pueros excipias velim, de quibus epiſt. 22. *Senibus, & paruulis ſæpè ſit prandium, vt aliorum feſſa ſuſtentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens.* Nam tametſi id apud Ægyptios fieri dicat; itidem apud ſuos, prudentia dictante qui dixerit, non exiſtimo ab ſcopo aberrare.

Hora ſumendi cibi.

Senum & paruulorum.

10\. Sed quibus diebus ieiunandum indixerit rogas? Audiſti à Hieronymo Apoſtolum Sabbatis, & Dominicis diebus ſoluiſſe ieiunia, cæteris ieiunaſſe; quæ lex apud Monachos obtinuit, vt in ſuperioribus de Ægyptiis oſtenſum à nobis eſt. Fortaſſe *Dominici* nomine feſta præcipua Eccleſiæ veniunt intelligenda, cum ipſe Doctor noſter de Paula ſcriptum reliquerit in Epitaphio c. 8. *Tanta continentia fuit, vt prope menſuram excederet; & debilitatem corporis nimiis ieiuniis ac labore contraheret: quæ, exceptis diebus feſtis, vix oleum in cibo caperet.* Sed audiendus præ locis reliquis ipſe in epiſt. 28. ad Lucinium Bæticum, ſic aſſerens: *Vtinam omni tempore ieiunare poſſimus; quod in Actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes fecíſſe legimus.* Act. 13. 20. 27. *Nec tamen Manichææ hæreſeos accuſandi ſunt, cum carnalis cibus præferri non debuerit ſpirituali.* Et mox: *Nec hoc dico, quod Dominicis diebus ieiunandi putem, & contextas 50. diebus* (Pentecoſtes) *ferias auferam, ſed vnaquæque prouincia abundet in ſenſu ſuo, & præcepta maiorum leges Apoſtolicas arbitretur.* Quærebat Lucinius: *Vtrum ſabbatis etiam ieiunandum eſſet, quod Romana Eccleſia, & Hiſpania obſeruare perhibebantur.* Reſpondet verò, quod ad Sabbatum ſpectat, ſtandum prouinciæ, in qua quis degit, conſuetudini: abſtinendum tamen cæteris diebus præter Dominicos & ferias 50. Pentecoſtes, quæ à ieiuniis Apoſtolica conſuetudine feriatæ perhibebantur; quamquam ſi quis iis quoque ieiunauerit, abſque tamen ſuperſtitione, idcirco Manichæus iudicandus non erit, cum Paulus, & ſui iis ipſis ieiunium non ſoluiſſe legantur. Ex quo tandem relinquitur, Hieronymum toto anno ſuos ieiunare docuiſſe, Dominicis Pentecoſtes diebus exceptis: Ægyptios Cœnobitas prorſus imitatus, de quibus ipſe epiſt. 22. *Ieiunium totius anni æquale eſt, excepta Quadrageſima, in qua ſola conceditur diſtrictiùs viuere. A Paſcha ad Pentecoſtem cœnæ mutantur in prandia* (nimirum Veſpertinus cibus ad ſextam ſumitur pia gulæ deceptione) quo & traditioni Eccleſiaſticæ ſatis fiat, & ventrem cibo non onerent duplicato.

55\. Quibus diebus ieiunandum.

Paulæ mira abſtinentia.

11\. Iam quæ ſuis alimenta conſignat Hieronymus? Inprimis *panem*, ſed cibarium. At quiſnam *cibarius* panis ſit, ita Grammatici explicant, vt molitæ farinæ partes ſint quatuor, *pollen, ſimila* (alias ſimilago) *ſecundaria*, ſiue *cibarium, & furfures.* Inter has *pollen* flos tritici à Verbo *polleo*, quod frumenti portio præſtantiſſima ſit. Marcello Dioſcoridis illuſtratori, *pollis*, ſeu *pollen* eſt *tenuiſſimus puluis, ſubtiliſque farinæ pars, qualis circa molas plerumque & loca, in quibus panis pinſitur, parietibus hærens inuenitur.* Verùm plenius lib. 18. c. 10. *Pollinem* (ait) *appellant in tritico, quod florem in ſiligine.* Eſt verò *ſiligo* tritici delicatioris genus, Hiſpanis *candeal*, Gallis *arinca* dictum, de quo Plinius ipſe cap. 8. ſuperiori: *Siliginem propriè dixerim tritici delicias, candor eſt, & ſine virtute, & ſine pondere, conueniens humidis tractibus: vt plurimum biennio in triticum tranſit.* Sed Columella de Re ruſtic.

56\. Victus.

Panis cibarius quid.

Pollen.

lib. 2.

Simila, ſeu ſimilago.

lib. 2. *Omne triticum ſolo vliginoſo poſt tertiam arationem conuertitur in ſiliginem.* Rurſus *ſimila*, aliàs *ſimilago* dicta, medulla eſt farinæ triticeæ, hoc eſt, ea pars quæ media eſt inter pollinem & ſecundarium. De ea Plinius cap. 10. *Similago ex tritico fit laudatiſſima.* Hieronymus lib. 4. Comment. in Eze. h. ad cap. 16. *In multis ſacrificiis offertur ſimila, medulla frumenti, atque puriſſima:* ex ea panis delicatus, dictus *ſimilagineus*. Cæterum *cibarius* & *furfuraceus*, Græcis *αὐτόπυρος* in eo differunt, quod ab autopyro furfuræ ſublati non ſunt, ſicut à cibario. Audi Celſum lib. 2. c. 17. Qui è panibus firmiùs cibent, diſputantem. *Firmius eſt triticum, quam millium; idipſum, quam hordeum: & ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila: deinde cui nihil ademptum eſt, quod autopyron Græci vocant, infirmior eſt ex polline, infirmiſſimus cibarius panis.* Ex quo linquitur, vt cibarius is ſit, cui bona pars pollinis adempta eſt, quique magna ex parte ſit furfuraceus, ideo *ſecundarius* etiam dictus. Hunc *plebeium* Seneca vocat lib. 20. ad Lucill. epiſt. 120. *Eſurio? Edendum eſt. Vtrum hic panis ſit plebeius an ſimilagineus, ad naturam nihil pertinet.* Cicero, cibarium, quod ſcilicet communis populi cibus ſit, lib. 5. Tuſcul. qq. *Cui cum peragranti Ægyptum comitibus non conſecutis, cibarius in capſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane iucundius.* Inde per tranſlationem à Verrone dicitur. *Vinum cibarium*, nimirum ignobile, & plebeium.

Quis è panibus firmius cibet?

Secũdarius.

57.

Panis cibarius Hieronymi victus.

Itaque Hieronymus Monachorum cibum *cibarium* perpetuò panem aſſignat. Sic ad furiam epiſt. 10. *Illis tribue diuitias tuas, qui non Phaſides aues, ſed cibarium panem comedant* (cuius eæ ſunt proprietates) *qui famem expellat, non qui augeat luxuriam.* Et ad Saluinam epiſt. 9. *Vbi vile oluſculum, & cibarius panis, & cibus potuſque moderat ... diuitia ſuperuacua, ibi nulla adulatio.* Et lib. 1. contra Iouin. c. 25. exponere volens illum à Monaſticis moribus in apoſtatarum turpitudinem declinaſſe, elegantiſſima pingendi arte vſus, inquit. *Poſt cibarium panem, & aqua potum, ad mulſum, & elaboratas carnes, ad iura Apitij, & Paxami, ad balneas quoque ac fritillas, & popinas ſe confert.* Innuens aquæ potum in mulſi mutaſſe potionem, quæ ex vino nobili, & melle præſtantiſſimo conficitur, iuxta illud Martialis in Apophor. de Mulſo.

Mulſum quid?

Attica nectareo turbatis mella Phalerno

At non Monachorum hoc; Deorum erat: nam

Miſceri debet hoc à Ganimede merum

Clarea.

Hiſpanè *clarea.* Vide quonam potu Iouinianus vſus. Panem autem *cibarium* qui Monachis erat proprius, in carnes, coquorum opera, elaboratas, inque iura ac ſorbitiunculas delicatiſſimas, apertioribus inuentas coquis, qualis Apitius, & Paxamus commutaſſe. De Paxamo, & libris ab eo ſcriptis de *Arte Culinaria* Suida. De Apitio *ſcientiam popinæ profeſſo, qui diſciplina ſua ſæculum infecerit*, ſcribit Seneca de Conſol. ad Alb. in quem etiam inuehitur Martialis lib. 6. Epigr 69. Inde demum, quod erat conſequens, balneas, ludos, & tabernas, vbi publicè obſonia, caroque cocta, ac delicatè confecta venditatur, ac liguritur. Eleganter etiam epiſtol. 2. carpit pſeudo-ieiunantes, qui vt videantur ieiunare, panè cibario, & aqua abſtinent, ſed exquiſitiſſimis deliciis refarciuntur. *Quid prodeſt* (ait) *oleo non veſci, & moleſtias quaſdam difficultateſque ciborum quærere, caryeas, piper, nuces, palmarum fructus, ſimilam, mel, piſtatia? Tota hortorum cultura vexatur, vt cibario non veſcamur pane, & dum delicias ſectamur, à Regno cælorum retrahimur. Inſuper etiam famem abſtinentia in deliciis quærimus. Fortiſſimum ieiunium eſt aqua, & panis* (cibarius ſcilicet, vt præfertur) *ſed quia gloriam non habet, & omnes pane, & aqua bibimus, quaſi publicum & commune ieiunium non putatur.*

Paxamus & Apitius coqui inſignes.

58.

Quo pacto ſinguli panes fiant.

Nec illud omittamus (ne quis fallatur exiſtimans pauculo pollinis è farina ſegregato, cætera pro cibario computanda, quæ furfures non ſunt) Plinio lib. 18. c. 10. ex modio farinæ boni tritici, ac ponderoſi, quatuor fieri panum ſegmenta, id eſt *ſimilaginei* panis ſemi modium, *pollines* ſextarios quinque; *ſecundarij* ac *cibarij* ſextarios quatuor, *furfurumque* tantumdem; idemque docuerat cap. 9. præcedenti. Cum vero modius, autore Epiphanio lib. de ponder. & menſ. viginti duos faciet ſextatios, ſextarius vero duarum librarum pondus ſit, fit vt ex modio 22. aut 24. ſextarios ſeu panes duarum librarum reddente, quinque primores ſint *pollinei*, vndecim ſequentes *ſimilaginei*, & *cibarij* dumtaxat quatuor, totidemque *furfuracei*: quos ſanè Hiſpani *Medianos*, aut *Bazos* nuncupamus. Et hic propriè apud Hieronymum Monachum eiuſque ſcholam in vſu erat, quod ſcilicet vilius venundabant, & cum famem explerent, ſtomachum minus onerabant, vti ex Cornelio Celſo retulimus: *Infirmiſſimus cibarius panis.*

Modius.

Sextarius.

59.

Potus, aqua.

12. Sitim aqua extinguendam à Monachis, ſeu etiam piis quibuſque ſæpiùs docuit Hieronymus. Imprimis cum eſſet Romæ, ita docebat Euſtochium epiſt. 22. *De potu taceo, cum etiam languentes Monachi aqua frigida vtantur.* Et rurſus: *Si quid itaque in me poteſt eſſe conſilij, ſi experto creditur, hoc primùm moneo, hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. Hæc aduerſus adoleſcentiam prima arma ſunt dæmonum. Non ſic auaritia quatit, inflammat ſuperbia, delectat ambitio: facilè ab his caremus vitiis; hic hoſtis nobis incluſus eſt; quocumque pergimus, nobiſcum portamus inimicum. Vinum & adoleſcentia duplex eſt incendium voluptatis: quid oleum flammæ adiicimus? quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus?* Et quia ob oculos ſtatim conſilium Apoſtoli Timotheo datum veniebat, Vide quam fœliciter illud tracter 1. Timoth. 5. *Iam noli inquit aquam bibere, ſed vtere modico vino propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates. Vide quibus cauſis vini potio concedatur: vt ex hoc ſtomachi dolor, & frequens medeatur infirmitas. Et ne nobis forſitam de ægrotationibus blandiremur, modicum præcipit eſſe ſumendum, Medici potius conſilio, quam Apoſtoli (licet, & Apoſtolus ſit Medicus ſpiritualis) ne Timotheus imbecillitate ſuperatus, Euangelij prædicandi non poſſet implere diſcurſus. Alioquin ſe dixiſſe meminerat: Vinum, in quo eſt luxuria; Et, Bonum eſt homini vinum non bibere, & carnem non manducare.* Epheſ. 5. Rom. 4. Adhibet mox exempla: Noë nudatis Geneſ. 9. & Loth inceſtuum è vini potatione natorum Geneſ. 19. de Eliæ panis collyta, & vaſe aquæ ab Angelo ſuſtentato 1. Reg. 19. *Et reuera non poterat Deus conditum ei merum mittere?* De Eliſeo pane & aqua Syrorum exercitum cibante vt Monachos filios Prophetarum amara imitante olla: *& cum audis conſonum prandentium clamorem: Mors in olla, homo Dei, non iratus eſt*

Vini & adoleſcentiæ pericula.

cocis, lautloris enim menſæ conſuetudinem non habebat, ſed farina deſuper iacta amaritudinem dulcoranit 4. Reg. 4. & 6. Ad calcem autem ſic ſolurionem taeitam occludit, & argumenti vires acuit. *Quod ſi volueris reſpondere, te nobili ſtirpe generatam ſemper in deliciis, ſemper in plumis; non poſſe à vino & exquiſitioribus cibis abſtinere, nec his legibus viuere; diſtrictius reſpondebo: Viue ergo lege tua, quæ Dei non potes. Non quod Deus vniuerſitatis Creator, & Dominus inteſtinorum noſtrorum rugitu & inanitate veneris, pulmonisque delectetur ardore, ſed quod aliter pudicitia tuta eſſe non poſſit.* Et poſt multa; ita apud Ægypti Monachos vſitatum ſcribit, vt *vinum tantum ſenes accipiant.*

Senibus permiſſum.

60\. Diſcipularũ abſtinentia à vino.

Idipſum breuiter Furiæ commendat Epiſt. 10. & ad Lætam de filiæ ab incunabilis Monachæ æducatione: *Diſcat iam nunc vinum non bibere, in quo eſt luxuria.* Et de ipſo Iouiniano cum Monaſticis tenebatur legibus aquam bibiſſe narrauit, vt notauimus n. 57. Epiſt. verò 2. acriter inuehitur in quoſdam aqua abſtinentes, vt vino, inquiens: *Audio præterea quoſdam contra rerum hominumque naturam aquam non bibere, nec veſci pane.* Sed quid? *Sed ſorbitiunculas delicatas, & contrita olera, bacharumque ſuccum non calice ſorbere, ſed concha. Proh pudor! non erubeſcimus iſtiuſmodi ineptiis, nec tædet ſuperſtitionis?* Altè Magiſtri ſui documentum hauſerat Paula, de qua ipſe in Epitaphio. *Nulla iuuenum puellarum ſano & vegeto corpore tantæ ſe dederat continentiæ, quantæ ipſa, fracto, & ſenili debilitatoque corpuſculo. Fateor in hac re pertinacior fuit, vt ſibi non parceret, & nulli cederet admonenti. Referam quod expertus ſum. Menſe Iulio feruentiſſimis æſtibus incidit in ardorem febris: & poſt deſperationem corporis vino opus eſſe temni, & parce, ne aquam bibens in hydropem verteretur: & ego clam Beatum Papam Epiphanium rogarem, vt eam moneret, imo compelleret, vinum bibere; illa vt erat prudens & ſolertis ingenij, ſtatim ſenſit inſidias; & ſubridens, meum eſſe quod ille diceret, intimauit. Quid plura? Cum Beatus Pontifex poſt multa hortamenta exiſſet foras, quærenti mihi quid egiſſet; reſpondit: Tantum profeci, vt ſeni homini penè perſuaſerit, ne vinum bibam.*

Paulæ.

61\. Obſonia, olera & legumina.

13\. Cænobitarum ſuorum obſonia *olera* fuerunt, & *legumina*, Ægyptiorum exemplo, de quo ipſe Epiſt. 22. *Viuitur pane, leguminibus, & oleribus, quæ ſale condiuntur.* Et de ſe quidem loquens antitheſi facta ad æmulos: *lacerant ſanctum propoſitum, & remedium pœnæ ſuæ arbitrantur, ſi nemo ſit ſanctus: ſi omnibus detrahatur, ſi turba ſit pereuntium, ſi multitudo peccantium. Te placet lauare quotidie; alius has munditias, ſordes putat. Tu attagenem ructas, & de comeſo acipenſere gloriaris: ego fabâ ventrem impleo:* Fabæ nomine cætera legumina compræhendens. Dedi tibi quæ ad Saluinam dixit Epiſt. 9. *Vbi vile oluſculum, & cibarius panis, cibus potuſque moderatus ibi diuitiæ ſuperuacuæ.* Cum de Paulæ ſuperioris neptis educatione matrem lætam inſtrueret, ait: *Cibus eius oluſculum ſit, & ſimila.* Marcellam ſanctiſſimam Monacham, ad rus Bethleemiticum inuitans & prandia ſua, Epiſt. 18. *Ibi cibarius panis, & olus noſtris manibus irrigatum.* Et Paulino leges edens Monaſticas Epiſt. 13. *Sit vilis, & veſpertinus cibus olera, & legumina. Qui Chriſtum deſiderat, & illo pane veſcitur, non quærit magnoperè de quam pretioſis cibis ſtercus conficiat. Quidquid poſt gulam non ſentitur, idem tibi ſit quod panis & legumina.* Planè elegantiſſimè. Verum his etiam cum menſura vtendum, ſic Furiam docet Epiſt. 10. *Sed etiam in ipſis leguminibus inflantia quæque & grauia declinanda ſunt. Nihilque ita ſcias conducere Chriſtianis adoleſcentibus vt eſum olerum. Vnde & Apoſtolus: Qui infirmus eſt, ait, olera manducet. Ardorque corporum frigidioribus epulis temperandus eſt. Si autem tres pueri, & Daniel leguminibus veſcebantur, pueri erant, nec dum ad ſartaginem venerant, in qua Rex Babylonis* (haud dubium quin de ſpiritu fornicationis loquatur) *ſenes iudices frixit.* Et mox. *Nonnulli vitam pudicam appetentium in medio itinere corruunt, dum ſolam abſtinentiam carnium putant, & leguminibus onerant ſtomachum, quæ moderatè parcèque ſumpta innoxia ſunt. Et, vt quod ſentior loquar, nihil ſic inflammat corpora, & titillat membra genitalia, ſicut indigeſtus cibus, ructuſque conuulſus.*

His etiam cum menſura vtendum.

14\. Oleribus & leguminibus *poma*, & *oleum* adiungenda docuit Epiſt. 7. *Diſplicent mihi longa, & immoderata ieiunia, in quibus oleum in cibo, & poma vetantur.* Sed ſiccorum nimiam curioſitatem, & immoderantiam vitandam Epiſt. 2. *Quid prodeſt oleo non veſci, & moleſtias quaſdam difficultateſque ciborum quærere; caricas, piper, nuces, palmarum fructus, ſimilam, mel, piſtacia?* Vbi non ij fructus ſeorſum accepti prohibentur, ſed ſuperſtitioſus, & immoderatus eorum vſus. Vnde ſubiungit: *Tota hortorum cultura vexatur, vt cibario non veſcantur pane.* 62.

Pomis & oleo vtendum.

Lacte.

15\. Ad lactem inuitauit Marcellam Epiſt. 18. *Ibi cibarius panis & olus, & lac deliciæ ruſticanæ, viles quidem, ſed innocentes cibos præbent. Ita viuentes non ab oratione ſomnus, nec ſaturitas à lectione reuocabit.*

Rarò piſciculis.

16\. Piſciculis raro vtendum monuit, etiam paruulis Epiſt. 7. *Cibus eius oluſculum ſit, & ſimila, raroque piſciculi.* Et Paulinum virili ætate præditum Epiſt. 13. *Interdumque piſciculis pro ſummis ducas deliciis. Ergo vt pote deliciis raro vtendum:* idemque de *ſimila* dixerim: nam qui cibarium panem conſtanter aſſerit Monachorũ eſſe cibũ, ſimilam delicias conſequenter reputat.

Paulæ abſtinentia.

17\. Et vno verbo cuncta Monachorum fercula complectens, de Paulæ, etiam à licitis continentia hæc ſcribit Epiſt. 27. *Exceptis diebus feſtis vix oleum in cibo caperet: vt ex hoc vno æſtimetur quid de vino, & liquamine, piſcibus, & lacte, & melle, & ouis, & reliquis quæ guſtui ſuauia ſunt iudicaret.* Huculque de victu Diſcipulorum Hieronymi latius cap. ſeq. de menſa diſcipulatum agemus.

63\. Ægrotis eſus carnis permiſſus.

18\. Ægrotantibus Monachis carnes miniſtrandas docuiſſe, exemplo Paulæ adducto liquet, de qua ibidem: *Cum aliis languentibus largè præberet omnia, & eſum quoque exhiberet carnium, ſi quando ipſe ægrotaſſet, ſibi non indulgebat, & in eo inæqualis videbatur, quod in aliis clementiam, in ſe duritiam commutabat.* Nec dubitandum cum ſimili pietate Hieronymum erga languentes Monachos ſe geſſiſſe, qua Paula erga ſibi ſubditas Sanctimoniales, cum Paula non aliter quam ipſo conſulto, & ab ipſo inſtructa fœminis Inſtituta tradiderit. Pia namque de ægrotis conſideratio nullatenus Inſtitutorum rigoribus, quibus pœnitentes inſtituuntur, à prudenti vnquam legiſlatore ſubeſſe iudicatur. Vide R. Benedictum cap. 36.

19\. Quam

Sedulitas erga ægrotantes.

19. Quam verò ſedulitatem & clementiam in grauiter ægrotantes & moribundos permiſerit, nunquam ſatis mirari poſſum. Audi quid eadem Epiſt. 27. de Euſtochio languenti ac moribundæ matri Paulæ aſſiſtenti dicat: *in quo languore Euſtochij filia probata ſemper in matre pietas magis ab omnibus comprobata eſt. Ipſa aſſidere lecto, flabellum tenere, ſuſtentare caput, puluillum ſupponere, fricare pedes, manu ſtomachum confouere, mollia ſtrata componere, aquam calidam temperare, mappulam apponere, omnium ancillarum præuenire officia, & quidquid alia feciſſet, de ſua mercede putare ſubtractum.* His Prælati curam, fratrumque ergo infirmos fratres ſedulitatem pulchrè commendat; quibus in commune viuentibus ardentem ad inuicem amorem, mutuumque ac fraternalem affectum ſpecialiter intimari, quis dubitet?

64. Medici & medicamenta.

20. Nec defuiſſe ægrotantibus Medicorum auxilium & conſolationem, manifeſtè prodit ibidem. *Incidit* (Paula) *in ardorem febris: & poſt deſperationem, cum Dei miſericordia reſpiraſſet, & Medici perſuaderent &c.* Nota; non ab vno tantum Medico, ſed à Medicis Paulam in Monaſterio viſitatam, iiſque proculdubio à Hieronymo conductis & rogatis. Quid autem Paulæ perſuaſerint, perpende; vt ex eo, quænam ipſi medicamina, & emplaſtra applicuerint, diſcas: *Ob refectionem corporis vino opus eſſe tenui parco, ne aquam bibens in hydropem verteretur.* Attende (amabo te) nihil officioſa ſedulitate de Medicorum & Pharmacopolarum arte applicatum; quod quidem non ex defectu facultatum in Monaſterio, vel pietatis in Hieronymo contigiſſe credam, ſed ex ipſius Paulæ in ſeipſam nimio rigore atque auſteritate, quibus Epiphanio etiã & Hieronymo teſtitit modicum vinum conſulentibus, vt nuper n. 54. notauimus atque in hoc etiam verum eſt illud Hieronymi: *Cum aliis languentibus largè praberet omnia* (ergo & medicamenta) *ſi quando ipſa egrotaſſet, ſibi non indulgebat, & in eo inæqualis videbatur, quod in aliis clementiam, in ſe duritiam commutabat.* Non autem defuit Paulæ gratius cæteris Medicamentum, atque efficacius pharmacum, Magiſtri ſcilicet ſedula cura, filiæque & ſororum ſibi ſubditarum officioſa & charitate plena aſſiſtentia, tantæ debita matri, cumque nemo Monachorum comparetur, ſiue nobilitate, ſiue virtute, ſiue procurandæ ſororibus ſubſtantiæ neceſſitate. Cuius pietati & largitati haud diſſimile eſt, quod Hieronymus idem de Tabenneſiotis inquit in Prologo Regulæ Pachomij *Ægrotantes miris ſuſtentantur obſequiis, & ad omnem copiam præparatis cibis:* Et illud *ſiquis vero cœperit ægrotare tanto fratrum miniſterio confouetur, vt nec delitias vrbium, nec matris quærat affectum.* vide dicta lib. 3. c. 4. n. 6.

65. Labor manuum.

21. Rurſus laboribus manuum inſiſtendum ſæpè monet. Se quidem in exemplum producit tyronybus ſuis, Marcellæ ſcilicet Epiſt. 18. *Riolus noſtris manibus irrigatum:* Et Ruſtico Epiſt. 4. ait: *Operis tui penſum perſoluas:* Et diſſerens rurſus de variis laborum Monaſticorum generibus, inquit: *Tacito aliquid operis, vt te ſemper diabolus inueniat occupatum. Si Apoſtoli habentes poteſtatem de Euangelio viuere, laborabant manibus ſuis, ne quem grauarent; & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro ſpiritualibus debebant metere carnalia; cur tu in vſus tuos ceſſura non prepares?* Vtroque fine laborandum docuit; & ad vitandam otioſitatem criminum matrem, & eſus gratia lucrandi. Sed pergit dicens. I. *Vel fiſcellam texe iunco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus.* II. *Sarriatur humus; areolæ æquo limite diuidantur, in quibus cum olerum iacta fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, vt pulcherrimorum verſuum* Virgil. & Georgic. *ſpectatur aſſiſtas.* Fiſcellæ Caniſtra. Agricultura.

Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam
Elicit; illa cadens, raucum per lauia murmur,
Saxa ciet, ſcatebriſque arentia temperat arua.

III. *Inſerantur infructuoſæ arbores, vel gemmis, vel ſurculis, vt paruo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas.* Planè & hortulani peritiſſimi, & fiſcellarum, ac caniſtrorum contextoris ſpecimen edidit, vtrumque expertus. Quo loci Marianus Victorius ita ſcribit: *Fiſcella ſportula eſt, quæ è paluſtri iunco, quẽ holoſchænũ Theophraſtus & Plinius vocant, texitur; cuiuſmodi hodie etiã in vſu ſunt, præſertim Romæ, & Reatæ. Virgilius ex viridi hibiſco, quod genus maluæ eſt altum, & hortenſe, fieri ſolitam fiſcellam ſcribit. Caniſtrum autem ex lentis, fieri viminibus, omnes nouimus. Sarrire eſt humum ſarculo leuiter fodere, & à noxiis purgare herbis. Plautus ſcribit ocare primum ſolitos ruſticos, deinde ſarrire: quæ nomina in vſu etiam ſunt, ſicut nomen areola, quæ terra planities eſt, ſulcis vndiq; in quadrum præſertim elata.* Sarrire quid. Rurſus ad illa verba: *gemmis, vel ſurculis,* ait; *Duo præcipua inſitionum recenſet genera: ſurculi autem non ſolum fiſſo ligno, verum etiam intra corticem & lignum inſeruntur.* Inſitionis duo genera. Iterum Hieronymus. IV. *Apum fabricare aluearia, ad quæ te mittunt Salomonis Prouerbia: & Monaſteriorum ordinem, ac regiam diſciplinam in paruis diſce corporibus.* Apum aluearia. Item. V. *Texantur & lina capiendis piſcibus.* Retia. Dein. VI. *Scribantur libri, vt & manus operetur cibum & animus lectione ſaturetur. In deſideriis eſt omnis otioſus.* Librorum ſcriptio. VII. Sibi ipſe arripuit, referens qualiter ad carnis petulantiam edomandam, cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat in diſciplinam Hebraicæ linguæ ſe dederit, vt poſt Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, alphabetum diſceret, & ſtridentia, anhelantiaque verba meditaretur. Hebrææ linguæ diſciplina. *Quid ibi laboris* (inquit) *inſumpſerim, quid ſuſtinuerim difficultatis, quoties deſperauerim, quotieſque ceſſauerim. & contentione diſcendi rurſus inceperim, teſtis eſt conſcientia, tam mea, qui paſſus ſum, quam eorum, qui mecum duxerunt vitam.* Qua propter monet Ruſticum: *Nunquam de manu & oculis tuis recedat liber; diſcatur Pſalterium ad verbum, ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis.* Quos in hoc ſequamur duces aperiendo, ſubinfert: *Ægyptiorum Monaſteria hunc morem tenent: vt nullũ abſq; operis labore ſuſcipiant: non tam propter victus neceſſitatem, quam propter animæ ſalutem, ne vagetur pernitioſis cogitationibus mens.* Quo fructu? *Cum in Monaſterio fueris inoleſcente paulatim conſuetudine, quod primum cogebaris, velle incipies, & delectabit te labor tuus, oblituſque præteritorum, ſemper priora ſectaberis.*

22. Opus aliud perfectius fuit itidem Hieronym. ſuggeſtum, vt Monachorum ſuorum, quotidie ſcripturas ſacras doceret examina. Scitum eſt eis quotidie Pſalmos exponere ſolitum, cum ipſe id conceptis verbis fateatur in Apolog. ad- 66. Studium S. ſcripturæ.

uerſus Ruffinum lib.2.c.7. vbi ſic eius retundit calumoiam: *Ego ne contra ſeptuaginta Interpretes aliquid ſum locutus, quos ante annos plurimos diligentiſſimè emendates, mea lingua ſtudioſis dedi;* QVOS QVOTIDIE IN CONVENTV FRATRVM EDISSERO; *Quorum Pſalmos iugi meditatione decanto?* Extant ipſi, Commentarij tom. 7. Operum S. Doctoris à Mariano Victorio eidem præmiſſa Apologia vindicati: de autore ſiquidem, ob ſtyli repræſſam maieſtatem, aliqui dubitaoerunt; verum quid ei humiliter loqui coëgerit aperuit in Pſ.91. in illa verba. *Et ſenectus mea in miſericordia vberi*: vbi: *Quomodo enim,* ait, *corpora noſtra quando laboramus (loquor ſimplicius propter ſimpliciores fratres, qui non poſſunt intelligere ſublimius) quomodo corpera noſtra quando laborant non reficiuntur, niſi vnctione olei: quomodo oleum quod in lucerna eſt, niſi oleum miſeris extinguitur; ſic & lumen ſenectutis meæ oleo, & miſericordia Dei indiget, vt creſcat.* Quod verò ad Monachos ſint elaborati eiuſmodi Commentarij, ſæpius in eis manifeſtat, ad eos verba dirigens: v.g. in Pſ.107. ad illud. *Exurge Pſalterium & cythara*; inquit: *O pſalterium & cythara; facta es, & creata es, vt pſallas Deo. Exurge, & pſalle; quare iaces? O Monache qui ſtas corpore, quare iacet anima tua & non pſallis Domino? Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter. Si pſalterium es, ſi cythara es, quare ſurdus es, & non glorificas Deum?* Item Pſ.115. noo longè à fine. *Sicut Martyres laudant Dominum purè in regione viuorum, ita & Monachi qui die, & nocte pſallunt Domino, debent eandem puritatem labore Martyrum, ſiquidem ipſi Martyres ſunt. Quod faciunt Angeli in cœlis hoc Monachi faciunt in terris.* Vide & Commentarium io Pſ.91. & 143. vbi multa de Monachis, qoos dicit aues eſſe illas à Domino cõmeodatas Matth. 6. *Reſpicite volatilia cœli &c.* & in Pſ. 119. de Horis Canonicis agit verbis à nobis inferiùs neceſſariò exponendis. Et Bethleem quidẽ editi apparent ex Comment. in Pſ 95. Et ipſe Commentariorom ſuorom io Pſalmos meminit tum in cap. 3. Abacoc; tum in proœmio in Melachiam quibus adſtipularur Auguſtious à Mariano relatus Epiſt. 111. Perſeuerat hodieque paleſtræ Hieronymianæ memoria extra portam Eccleſiæ Bethleemiticę versùs meridiem in loco à Sarracenis alendis pecoribus (ô rerum vices!) accommodato, vti Buitius oculatus teſtis nouiſſimè refert vulgali libello de locis terræ sãctę. c. §.34.

Commentaria in Pſalmos opus eſſe Hieronymi.

67. 23. Sed quoniam de corporibus labore confectis oleo reficiendis Hieronymo ſermo occurrit in Pſal. 91. nec mos iſte ab eo vſurpatus ſilendus à nobis eſt. Vnctionem atqoe lotionem corporum extra oeceſſitatem, penitus prohibet. Vtrumque aotem veteribus eſſe receptiſſimom in comperto eſt: vt quærat Ariſtoteles: *Vndenam ſit, quod Medicæ artis non imperiti æſtiuis laſſitudinibus balneo, hybernis verò vnctionibus mederi ſoleant?* Cui ex eodem occurrit Rodiginios lib. 30. Lect. antiq. cap.3. *Hyberno vtique tempore vnctionem offerri propter mutationes, horroreſque vrgentes: nam per calorem laxari oportet, qui membra tepeſcere faciat; oleum verò calidum eſt. At in æſtate humefaciendum cenſetur, quoniam tempus id ſiccum eſt, nec metus interpellat horroris.* Cæterùm Hieronymos à balneis Monachos abhorrere perpetuò voloit Epiſt.4. ad Ruſticum. *Balnearum fomenta non quærat, qui calorem corporis ieiuniorum cupit frigore extinguere.* Ad Heliodorum Epiſt.1. *Scabra ſine balneis attrahitur cutis? Sed qui in Chriſto ſemel lotus eſt, non illi neceſſe eſt iterum lauari.* Enimverò libidinis incentiua Soli Ethnici, aut hæretici quærunt. lib.4. Commeot. in Hierem. ad c.14. *Contemplemur hæreticos, quomodo ſemel deſperantes ſalutem, gulæ ſe tradant, & deliciis, veſcantur carnibus, frequentes adeant balneas, muſco flagrent, vnguentis varijs delibuti.* Talem aliquando Iouinianum contemplatus eſt lib. 1. in ipſum c.25. *Nam cum Monachum eſſe ſe iactitet, & poſt nudos pedes ad nitidam cutem ad balneas quoque popinas ſe conferat, manifeſtum eſt, quod terram cœlo, vitia virtutibus, ventrem præferat Chriſto.*

Vnctio, & lotio corporum prohibita.

Si balnearum priſcarum ſpecimen contemplari cupis, lege Statij lib. 1. Syluar. *Tiburtinum Hetruſci* alias apud Martialem *Hetruſci thermas* lib.6. Epigr. 42. vbi nihil non auro, argento, ebore, marmore radiare noo videretur, tecto, parietibus, fundo; & picturis præſtantiſſimis pelluceret oculos amænantibus: vbi fluuiua igne arte ſuppoſito euaporet, & emitterentur percuncta cubilia limphæ. 68.

Priſcorum balnea.

vbi *Ritus, ſi placeant tibi, Laconum*
Contentus potes arido vapore,
Cruda Virgine, Martiaque mergi:
Quæ tam candida, tam ſerena lucet,
Vt nullas ibi ſuſpiceris vndas
Et credas vacuum nitere Lygdon.

vbi——*Si fas eſt componere magnis*
Parua, Neronæa, nec qui modò locus in vnda,
Hic iterum ſudare neget.

Tanto luxuriæ abuſu, vt Iuuenalis Satyra. 11. aſſerat.

——*Iam tunc in balnea ſaluâ*
Frõte licet vadas, quãquã ſolida hora ſuperſit
Ad Sextã: facere hoc non poſſis quinq; diebus
Continuis: quia ſunt talis quoque tædia vitæ
Magna. Voluptates commendat ratio vſus.

24. Valetudinis tameo recuperandæ prætextu balneis & vnctionibus decenti moderatione Monachis vti permittit; eaſque Hieronymi duo honeſti petebant: oam de Paula Hieronymos epiſt.27. *Balneas niſi periclitans non adiit.* Et Epiſt. 7. nepti eius indulget: *Ante annos robuſtæ ætatis, ſi neceſſitas poſtulauerit, & balneas adeat; & carnis edulio ſuſtentetur. Verùm hæc dico iuxta indulgentiam, non iuxta imperium timens debilitatem, non docens luxuriam.* Qua de re diximus qooque exponentes Regulam S. Pachomij l.3.c.6.0.44 vbi Sanctus Præceptor p.1.c.7. reg.29. *Nec lauabitur* (inquit) *aut aqua omninò nudo corpore perfundetur, niſi languor perſpicuus ſit.* Vnde ſcimus frequentiùs permitti ſolitã lotionẽ extremorum, ideſt pedum, tibiarũ, manuum, brachiorum, & capitis, minimè oudato corpore gratia honeſtatis in quẽ modũ, etiã extrema laſſi corporis oleo vngebantur: oam cauet ibid, Pachomius reg.27. *Ad perũgendas, & molliẽdas ab opere oleo manus, abſq; altero ire non poterit* Monachus. Et 29. *Nullus lauare poterit alterũ, aut vngere, niſi ei fuerit imperatũ.* Conſonanſq; Hier. *Corpora noſtra quãdo laborant, non reficiuntur, niſi vnctione olei &c.* Et in c. 5. Amos carpẽtis deſides, quod dormitent lectis eburneis, optimo vnguẽto delibuti, ioquit: *Vngemini non ad labores corporis mitigãdos oleo puriſſimo; ſed vnguẽtis pretioſiſſ.* Quaſi dixerit: nã illud honeſtè fit, hoc luxurioſè; adquã rẽ paupercula plebs vti ſolebat *pro-*

69. Ægrotis permiſſa.

Laſſitudo quibus recreanda.

ſerpinacea

ſerpinacea herba vulgari, oleo mixta, *quô quantalibet laſſitudine reuocari defeſſos*, ſcribit Plinius lib. 27. cap. 12. aut origano oleo infuſo, apud eumdem lib. 20. cap. 17. vbi & *aniſij ſemine poto laſſitudinis auxilium viatoribus ſpopondit*. & lib. 24. c. 9. amerinam *ſemine poto, cum vngantur oleo, admixtum ſudorem facere, & laſſitudines diſſoluere.* Amerina ſalicis ſpecies eſt. Et lib. 22. c. 13. obolo vno vrticæ *in vino poto laſſitudines recreari*, & libro 24. capite ſexto *laſſitudines perungi aceto & oleo, exiguoque nitro vtile eſt.* Et denique lib. 23. c. 4. *Omni oleo mollitur corpus, vigorem, & robur accipit, & laſſitudinum perfractionumque refectio eſt.* Sed hæc omnia inoluiſſe temporis diuturnitate non dolemus, nec caſſi oleo vngimur, nec ſudantes balnea petimus.

§. VI.

Reliqua D. Hieronymi Inſtitutiones ad communem vitam ſpectantes.

70. *Cœnobiticæ & Anacoreticæ vitæ comparatio.*

EXpoſuimus hactenus ea Hieronymi inſtituta, quibus ſe, Cœnobitaſque ſuos adſtringere ſtuduit; ſed verò eiuſmodi fuere, quod etiam ab Anachoretis bona ex parte poterant obſeruari, vt tute, lector, ea diſcutiens perpendes. Nunc de his, quæ neceſſariò multitudinem exigunt, inſtituendus à nobis ſermo eſt.

Anachoreticæ pericula.

25. Et primo omnium, quid de ipſa Cœnobitica vita ad Anachoreticam comparata ſenſerit, perquiramus. *Primumque tractandum eſt* (ait Hieronymus ad Ruſticum epiſt. 4.) *vtrum ſolus, an cum aliis in Monaſterio viuere debeas? Mihi quidem placet, vt habeas Sanctorum contubernium, nec ipſe te doceas, & abſque doctore ingrediaris viam quam nunquam ingreſſus es; ſtatimque tibi in partem alteram declinandum ſit, & errori pateas, pluſque aut minus ambules, quam neceſſe eſt; ne aut currens laſſeris, aut moram faciens obdormias. In ſolitudine cito obrepit ſuperbia, & ſi parumper ieiunauerit, hominemque non viderit, putat ſe alicuius eſſe momenti: oblituſque ſui, vnde & quò venerit, virtus corde, lingua foris vagatur. Iudicant contra Apoſtoli voluntatem alienos ſeruos, quo gula voluerit, porrigit manum; dormit quantũ voluerit nullũ veretur, facit quod voluerit, omnes inferiores ſe putat; crebriúſque in vrbibus, quam in cellula eſt; & inter fratres ſimulat verecundiam, qui platearum turbis colliditur.* En quibus, quantiſque ſyrtibus, ſolitudinis incolatus expoſitus ſit. Verum Hieronymus ſtatim ſe purgat ab his quæ ſibi obiici, à quoquam poterunt, ſubdens: *Quid igitur? ſolitariam vitam reprehendimus? Minimè:*

Præfertur Cœnobitica.

quippe quam ſæpè laudauimus: ſed de ludo Monaſteriorum huiuſcemodi volumus egredi milites, quos eremi dura rudimenta non terreant: qui ſpecimen conuerſationis ſuæ multo tempore dederint; qui omnium fuerint minimi, vt primi omnium fiant: quos nec eſuries aliquando, nec ſatietas ſuperauit: qui paupertate lætantur: quorum habitus, ſermo, vultus, inceſſus, doctrina virtutum eſt; qui neſciunt, ſecundum quoſdam ineptos homines, dæmonum pugnantium contra ſe portenta confingere, vt apud imperitos, & vulgi homines miraculum ſui faciant, & ex inde lucra ſectentur. Et poſt multa, *Tibi cum in Monaſterio fueris, hæc facere non licebit.*

Præſertim in fœminis.

26. In hanc ſententiam, quod ad mulieres Anachoreſim arripientes ſpectat, ita epiſt. 8. ſcribit: *Solet inter pleroſque eſſe certamen, vtrum ſolitaria, an cum multis vita melior ſit? quarum prior præfertur quidem ſecundæ. Sed ſi in viris periculoſa eſt, ne abſtracti ab hominum frequentia ſordidis, & impijs cogitationibus pateant, & pleni arrogantiæ & ſupercilij cunctos deſpiciant quanto magis in fœminis, quarum mutabilis fluctuanſque ſententia, ſi ſuo arbitrio relinquatur, ſemper ad deteriora delabitur.*

71. *Vitæ Cœnobiticæ ſpiritualia commoda.*

27. Quod ſi quænam vitæ Cœnobialis in ordine ad perfectionis profectum commoda ſint, roges, qui quantis periculis exuatur vidiſti; audi Hieronymum Epiſt. 4. *Et ne plura replicando faſtidium legenti faciam, per hæc omnia ad illud tendit oratio, vt doceam te non tuo arbitrio dimittendum; ſed viuere debere in Monaſterium ſub vnius diſciplina patris, conſortioque multorum.* I. *Vt ab alio diſcas humilitatem, ab alio patientiam, hic te ſilentium, ille doceat manſuetudinem.* II. *Non facias, quod vis.* III. *Comedas quod iuberis.* IV. *Veſtiare quod acceperis.* V. *Operis tui penſum perſoluas.* VI. *Subijciaris cui non vis.* VII. *Laſſus ad ſtratum venias, ambulanſque dormites.* VIII. *Et necdum explete ſomno ſurgere compelleris.*

Solitudinis commoda.

28. Nec Cœnobitis Hieronymianis deerant bona ſolitudinis: nam cum Marcellam ad rus Bethleemiticum inuitat, ait: *Si æſtas eſt, ſecretum arboris vmbra præbebit. Si autumnus, ipſa aëris temperies, & ſtrata ſubter folia locum quietis oſtendunt. Vere ager floribus pingitur, & inter querulas aues Pſalmi dulciùs cantabuntur. Si frigus eſt, & brumales niues, ligna non coëmam* (quippe quæ in ſolitudine præſto ſunt) *& calidiùs vigilabo, vel dormiam, certè quod ſciam viliùs non algebo.*

Cellæ.

29. Planè non ſolum domos communes intra vnius Monaſterij ambitum, ſed ſeparatas ſingulorum cellulas ædificauit; quibus nimirum quique ſtudiis litterarum, & orationi vacare poſſet. Hinc frequens apud Hieronymum cellularum mentio, & laudatio. Epiſt. 61. aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani: *Eccleſiam ſcindere dicimus, quia extra cellulas noſtras locum Eccleſiæ non habemus?* Et ſequenti 62. *Fratrem meum cauſam eſſe dicit diſcordiæ, hominem, qui quieſcit in Monaſterij cellula, &c.* Et de Paula Epiſt. 27. *Nec multo poſt in ſancta Bethleem manſura, anguſto per triennium manſit hoſpitiolo, donec extrueret cellulas, ac Monaſteria.* Epiſt. 4. *Habeto cellulam pro Paradiſo.* Et: *ſunt qui humore cellularum, immoderatiſque ieiuniis, &c.* Epiſt. 8. *Qui in humectis & frigidis habitauere cellulis, &c.* Epiſt. 15. *Vnius cellulæ clauſa anguſtiis, &c.* Et ni fallor cum de habitatoribus Nitriæ agit Epiſt. 22. ſatis ſe explicat: *nam in eodem loco, ait, circiter quinque millia Monachorũ diuerſis cellulis habitant*: vt quæ ſingulariter dicuntur in Nitria diuiſæ inter ſe, ſingulares in eo fuiſſe credãtur: nam & de Cœnobitis Ægyptiis Epiſt. 22. inquit: *Maneant ſeparati, ſed iunctis cellulis*, quas (vt reor) imitatabãtur Hieronymianæ, vtpote quæ intra vnius Monaſterij ambitum extitiſſe, liquidò conſtat: nam hodieque rudera extant ampliſſimæ fabricæ, quæ & nunc arcis vicem gerit, Minores fratres apud Bethleem degentes, aduerſus ſæpiſſimos Arabum incurſus defenſantis: quid ſcribit Buiza de locis ſanctis cap. 2. loco XXX. de quo & nos §. ſequenti.

72. Monaſterij ordo per Decurias. 30. Quod Cœnobiticæ vitæ ſcopus eſt, apeturit Epiſt. 4. *Ad illud tendit oratio, vt doceam te non tuo arbitrio dimittendum, ſed viuere debere in Monaſterio ſub vnius diſciplina patris.* Et ſurſus à Regula B. Macatij mutuaris verbis: *Præpoſitum Monaſterij timeas vt Dominum: diliges vt Parentem. Credas tibi ſalutare quidquid ille præceperit: nec de maiorum ſententia iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt, dicente Moyſe: Audi Iſrael, & tace.* Preſſis verbis, quidquid in commendationem obedientiæ Monaſticæ dici poterat, complexus eſt. Dixerat, & de Cœoobitis Ægyptiis: *Prima apud eos cõfœderatio eſt obedire Maioribus, & quidquid iuſſerint facere*: Sed verò quæ ſequuntur: *Diuiſi ſunt per Decurias, atque Centurias, ita vt nouem hominibus decimus præſit: & rurſus decem Præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat*, à ſuis quoque Monachis neceſſum fuit cuſtodiri, quandoquidem ingens valdè illorum ſimul degebat numerus, & oportebat ordinatè in cunctis agere. Ita protſus agere ſolitas Paulineo ſorores, quas ad perfectionis culmen dirigebat, ipſe teſtatur epiſt. 27. ioquiens: *Poſt virorum Monaſterium, quod* (Paula) *viris* (Hieronymo, & ſuis) *tradiderat gubernaculum, plures Virgines, quas è diuerſis prouinciis congregarat, tam nobiles quam medij, & infimi generis, in tres turmas Monaſteriaque diuiſit: ita dumtaxat vt in opere, & cibo ſeparata, pſalmodiis, & oratione iungerentur.* Nimirum Tabenoeſiotarum edebant ſpecimen.

73. Monachorũ genera Hieronymi æuo. Verũ enim verò ne quis in hanc ſirtem impingat, admonitos Lectores meos velim, Hieronymi ætate, & non paucis poſt ſæculis, vt quis verè, & rigoroſè diceretur, & eſſet Mooachus, non opus fuiſſe in Cœnobiis, & ſub Præpoſiti obedientia vitam agere, neque ad eremi ſolitudines ſecedere: præter hæc enim duo Monachorum genera, erat tertium, quo nimirum quis ſeorſim, vel cum ſocio aut ſociis exiſtens, vbi libet, etiam intra ciuitatem, & in domo parentum Monaſticem exercere: & quod plus miseris, nec dum omnino à contubernio coniugis ſeparatus, quod ſpectat ad ſocialem vitam, thoro dumtaxat, & diuitiis dato nuntio: idque modo itidem fieri liceret, ni eiuſmodi Mooachorum genus Eccleſiaſticis legibus eſſet interdictum; quibus cautum eſt neminem Monachatum arripere verè poſſe, qui alteri Regularum Eccleſiæ calculo approbatarum non addicatur: quæ tamen omnes ſolius vitæ Cœnobialis, aut Anechoretici mores inſtituunt. Ratio in propatulo eſt. Enimvero tota Monachi obligatio perfecta rerum omniom abrenuntiatione completur, quæ decantatis tribus illis obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis vinculis perficitur. Et de caſtitate, & paupertate dubitari non poteſt, quin extra Cœnobia & ſolitudines ſeruari valeant, vbi libuerit, & cum qua quis maluerit ſocietate, aut ſolitudine, ibi enim, & celebs, & abſque proprio, de labore ſuo, aut beneficio alieno ſuſtentari integrum Mooacho erit. Obedientiæ verò votum (vt fuſiùs lib. 2. cap. 8. à num. 13. diſquiſiui) primo, & per ſe ad Chriſti Vicarium dirigitur, vtpotè à cuius imperio nemo fidelium ſubtrahi queat: ad Epiſcopos verò ex Conſtitutione Apoſtolica, quæ tamen vt alia multa ab illo, prout temporum exegerit ratio, diſpenſari poſſit. Ita protſus fieri videmus; nemo enim eſt Monachorum, quem ille à Superioris ſui iuriſdictione eximere nequeat, & ſibi vel alteri ſuo nomine reſeruare. Atque ſub Apoſtolicis temporibus vniuerſos Therapeutas ex vi ſuæ profeſſionis, quam ad altare exiſtentes recipiebant Presbyteri, Epiſcopis ſuis manſiſſe ſubiectos, dilucidè promit S. Dionyſius c. 6. Eccleſ. Hierarch. cuius mentem 2. 2. q. 186. art. 5. lucidiſſimè aperit D. Th. de quo, & nos loco cit. num. 16.

Iam apud Hieronymum Ruſticum in domo materna, Monachatum agentem intueri licet, 74. Ruſticus in patria, & domo ſua Monachũ agit.
quem quidem vt in Cœoobio viuat, ita precatur, quod non neget in patria ſua, & in domo matris ſuæ vota Domino reddere nequiuiſſe. En Doctoris noſtri verba. *Quandiu in patria tua es, habeto cellulam pro paradyſo. Matrem ita vide ne per illam alias videre cogaris.* Et inferiùs. *Volo ergo te, & propter cauſas, quas ſupra expoſui, non habitare cum matre: & præcipuè ne aut offerentem delicatos cibos renuendo contriſtes; aut ſi acceperis, oleum igni adiicias: & inter frequentiam puellarum per diem videas, quod nocte cogites.* Vide ergo quid præcipuè Monacho obſtaret, ne commodè vitam in domo matris ageret. Nemo verò tam hebes eſt, vt de Hieronymi mente non ſentiat, ipſum non negaſſe vtcumque profeſſionem Monaſticam obſeruari in domo parentum potuiſſe; vtpote cui ſolum aliquale immunditum cogitationum ſubeundarum, aut contriſtandi matris animum in delectu ciborum obſtaret: alias paupertatis vinculum inibi ſeruare Ruſticum potuiſſe, ita monens confirmat: *Tu verò ſi Monachus eſſe vis, non videri; habeto curam, non rei familiaris, cui renuntiando hoc eſſe cœpiſti, ſed animæ tuæ.* Et hoc etiam *quandiu in patria es*, vt pauculo poſt ſubiungit. Non Et Heliodorus.
diſſimiliter Heliodorus cum Monachatum eſſet profeſſus, & non ſolitudine Chalcidenſi Hier. ſocius eſſe cœpiſſet, ad domũ patris rediit, vita ſua, abſq; tamen tanta victus, & eremi auſteritate Domino ſoluturus. Hunc Hieronymus multis vndecumque congeſtis argumentis, ſcripta elegantiſſima Epiſtola quæ ſuarum primum elegantiæ iure obtinet locum, conatus eſt ad ſe seducere. Tota autem argumentorum eius ſeries, quo putas tetendiſſe? *Ex hac ſupputatione*, ait ille, *illa ſumma naſcitur; Monachum perfectum in patria ſua eſſe non poſſe.* Non dicit *Monachum in patria ſua eſſe non poſſe*; ſed *perfectum*: oporteret enim ſi ita ſentiret, eum vt profeſſionis refractarium arguere; videlicet de obedientiæ, paupertatis, aut caſtitatis vinculis poſt habitis; ſed nihil minus: de caſtitate, vt de honore reſpondebat. *Non quæro, ſufficit mihi conſcientia mea*; de paupertate: *Nihil habeo*: Cui Hieronymus: *Quod ſi nihil habes, vt te reſponſurum ſcio, cur tam bene paratus ad bella non militas?* Obedientiæ memoria nulla, quod ſciret Heliodorum ſoli Epiſcopo ex vi ſuæ profeſſionis eam dediſſe.

Sed quod, vt dixi, plus miraberis: Paulinus 75. Paulinus intra Monachatum & Tharaſiæ vxoris.
ille toto Orbe poſtea celebris, cum Monachus factus ſæculo renuntiaſſet, in vrbibus adhuc, & cum vxore Tharaſia comite propoſiti facta degebat. Quærens verò à Hieronymo conſilium facilius arripiendæ perfectionis, audit: *Si cupis eſſe quod diceris, Monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum?* Et quidem verè Monachum factum, Paulo ſuperiùs expreſſerat. *Denique & tu audita*

dita

dita ſententia Saluatoris ; Si vis perfectus eſſe, vade . & vende , &c. Verba vertis in opera : & nudam crucem nudus ſequens , expeditior , & lenior ſcandis ſcalam Iacob. Tunicam mutas cum animo, nec pleno marſupio glorioſas ſordes appetis , ſed puris manibus , & candido pectore , pauperem te, & ſpiritu , & operibus gloriaris. Et iterum: *Conſiderans , & propoſitum tuum , & ardorem quo ſæculo renuntiaſti* , &c. Et : *Loquor de Monacho, & Monacho quondam apud ſæculum nobili , qui idcirco pretium poſſeſſionum ſuarum ad pedes Apoſtolorum poſuit , docens pecuniam eſſe calcandam; vt humiliter , & ſecretò victitans , ſemper contemnat , quod ſemel contempſit.* Cum ergo aſſereret tantum Monachum præſtantiſſimæ perfectionis auidum , omnimodos oportere ab vrbibus ſecedere , ſubiungit : *Obſecro itaque te , vt quoniam ſanctæ ſororis tuæ ligatus es vinculo , & non penitus expedito pergis gradu, ſiue hic , ſibi* (id eſt, ſiue in ſolitudine, ſiue in vrbe degas) *multitudines hominum , & officia , & ſalutationes , & conuiuia , veluti quaſdam catenas fugias. Sit vilis* (Ao vilis ?) *& Veſpertinus cibus* , &c. Subdit leges Monaſticas , quibus intra vrbem ſororis, ſeu veteris vxoris comitatu non dimiſſo, ſe debet aſtringere : & quas itidem ipſa , quæ pari profeſſionis vinculo aſtringebatur , obſeruare debet: *Soror præcipuè tua matronarum declinet conſortia : nec inter ſericas veſtes , & gemmas circum ſedentium fæminarum , ſe ſordidatam aut doleat, aut miretur; quia alterum propoſiti pœnitentiæ, alterum iactantia ſeminarium eſt.*

76. Sanctimoniales fœminæ intra vrbes.

Fuit verò huiuſmodi vitæ inſtitutum frequentiſſimum olim in Eccleſia , & primum quidem ſanctiſſimè , & cum laude excultum ; vtpote quod pleræque ex præſtantiſſimis Virginibus arripuere , quæ paupertatis propoſitum martyrij corona cumularunt , de quarum numero ſancta Eulalia Emeritenſis fuit , & Romæ SS. Flora & Lucilla (vt interim de cœteris taceam) quód eas ſanctimoniales Virgines Acta ſua exprimant : & Doctore Hieronymo Aſella, quæ *in vrbe turbida inuenit eremum Monachorum.* Epiſt. 15. vbi Monaſticas eius exercitationes deſcribit. Et ni fallor Bœtici noſtri Lucinius & Theodora, qui coniugij facultate, voto caſtitatis repudiata, & ex vxore ſorore facta, quod ad caſtitatem ſpectat, ita habet : *Habes tecum prius in carne, nunc in ſpiritu ſociam, de coniuge germanam, de fœmina virum, de ſubiecta parem*, &c. Et de ſubſtantiæ temporalis renunciatione : *Lucinius noſter omnem ſubſtantiam ſuam diſperſit , & dedit pauperibus, vt iuſtitia eius remaneret in æternum.* Et : *Laudanda res, & Apoſtolicorum temporum virtutibus coæquanda, quando venditis poſſeſſionibus ſuis, credentes afferebant pecunias , atque fundebant ante pedes Apoſtolorum.* epiſt. 28. & 29. Cæterùm tepeſcente feruore ſpiritus , in corruptionem vbique abiit, cum manifeſtis violandæ caſtitatis , & paupertatis periculis expoſita eſſet vita , & præcipuè ventris indulgentiæ: eſt enim hoc tertium illud Monachorum genus, quod ipſe Hieronymus deſcribit epiſt. 22. his verbis: *Tria ſunt in Ægypto genera Monachorum,*

Tria Monachorum genera.

videlicet primum Cœnobitarũ, ſecundum Anachoretarum: *Tertium genus eſt quod Remoboth dicunt , deterrimum atque neglectum. Hi bini , vel terni, nec multo plures ſimul habitant, ſuo arbitratu, ac ditione viuentes; & de eo, quod laborauerint, in*

Remoboth.

medium partes conferunt, vt habeant alimenta communia. Habitant autem quamplurimùm in vrbibus, & caſtellis, & quaſi ars ſit ſancta, non vita, quidquid vendiderint , maioris eſt pretij. Inter hos ſæpè ſunt iurgia, quia ſuo viuentes cibo, non patiuntur ſe alicui eſſe ſubiectos. Reuera ſolent certare ieiunijs, & rem ſecreti victoria faciunt. Apud hos affectata ſunt omnia : laxæ manicæ , calligæ follicantes , veſtis craſſior , crebra ſuſpiria , viſitatio Virginum , detractio Clericorum , & ſi quando dies feſtus venerit , ſaturantur ad vomitum. Creuerat horum in Italia numerus, adeò vt ſcribens Hieronymus hæc Romæ ad Euſtochium Virginem (vt ad calcem epiſt. 2. quæ eſt ad Nepotianum fatetur) dixerit : *Tertium genus eſt quod Remoboth dicunt* (Ægyptij gentili lingua) *deterrimum , atque neglectum ; & quod in noſtra prouincia, aut ſolum, aut primum eſt.* Fuere planè eorum gemmina , quos pauló prius viuis coloribus depinxerat. *Veſtis pulla , cingulum ſacceum , & ſordidis manibus, pedibuſque , & ciliciis veſtiuntur , & cucullis fabrefactis ſed venter ſolus quia videri non poteſt , æſtuat cibo* , &c. Et illi quoque *quos videris catenatos* (intra vrbem ſcilicet) *quibus fœminei contra Apoſtolum crines; hircorum barba , nigrum pallium, & nudi in pœnitentia frigoris pedes longa ieiunia furtiuis noctium cibis protrahunt*, &c. Vide loci huius expoſitionem ſupra n. 23.

Quidni hi fuerint , quos vulgus multo poſt *Sarabaitas* appellitare cœpit ? Audi D. Benedictum cap. 1. de quatuor generibus Monachorum : *Tertium vero Monachorum deterrimum genus eſt Sarabaitarum , qui nulla regula approbati experientia magiſtra, ſicut aurum fornacis, ſed in plumbi natura molliti , adhuc operibus ſeruantes ſæculo fidem , mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini, & terni, aut certè ſinguli, ſine paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi ouilibus, pro lege eſt eis deſideriorum voluptas ; & quidquid putauerint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum, & quod noluerint putant non licere.* Eoſdem fuſiùs deſcribit Piamon Abbas apud Caſſianum collat. 18. cap. 7. vbi inter cætera : *Cœnobiorum nullatenus expetunt diſciplinam , nec ſeniorum ſubyciantur arbitrio nec vllam ſanè diſcretionis regulam legitima eruditione ſuſcepiunt in ſuis domiciliis ſub priuilegio huius nominis* (Monachus) *perſeuerant bini vel terni in cellulis commorantur hoc præcipuè procurantes, vt abſoluti à Seniorum iugo, quo placuerit euagandi , agendi vt quod libitum fuerit habeant libertatem. Etiam amplius,* Cœnobitis, *in operibus diurnis conſummuntur vt accipiant pecunias , quas recondant , vt quidquid quotidiana ſuperfuerit gulæ, aut profuſiori proſpiciat voluptati , aut certè philargiria vitio* (id eſt auaritiæ) *recondatur.* D. Iſidorus lib. 2. de offic. Eccleſ. c. 15. Caſſiani & Hieronymi verbis eos deſcribit , planè docens non alios eſſe *Sarabaitas* Caſſiani, quam Hieronymi Remobitas : aitque : *Sextum genus Monachorum eſt , ipſum deterrimum atque neglectum , qui ab eo quod ſemetipſos à Cœnobiali diſciplina ſequeſtrant , ſuaſque appetunt liberi voluptates, Ægyptiorum lingua Sarabaitæ , ſiue Remobitæ* (corrigo *Remuuitæ*, vel *Rennuitæ*, quod deprauati codices habent) *nuncupantur.* Caſſianus dixit : *Ab eo quod ſemetipſos à Cœnobiorum congregationibus ſequeſtrarent , ac ſigillatim ſuas curarent neceſſitates Ægyptia lingua proprietate Sarabaitæ nuncupati ſunt* : quaſi ea voce ſignificarentur *ſequeſtrati* aut ſingulares.

77. Sarabaitarũ mores.

7 Vnde dicti *Sarabayta*. Cæterùm ſi liceat hoc loco in ſuo quemque ſenſu abundare, cum audiam Hieronymum affirmantem hoc genus Monachorum Vrbicorum ab Ægyptiis *Remoboth* doctum, minus aſſentior Caſſiano aſſerenti eos ab Ægyptiis *lingua ſua proprietate ſarabaytas nuncupatos*. Neque enim probabile eſt D. Hieronymum mentitum, & eoſdem duplici æquè nomenclatura vulgo donatos. Et Caſſianus quidem ignorare non potuit, eos *Remobisbat* ab Ægyptiis paſſim dici conſueuiſſe: cur ergo id nomen tacuit? Placet quos Ægyptij ex affectato, ac ſuperbo fauſtu, & ſupercilio *Remobisbas* nuncuparunt (vt Mariano placet in ſchol.) eoſdem Græci *Sybaritas* dixerint, id eſt *guloſos ac delicioſos*, & *ventri deditos*: vulgus vero parum luxata voce *Sabaraytas*. Enimvero *Sybarita* gens fuit in Græcia Crotoniatis vicini, architectura voluptatum operoſiſſimi (Suida teſte) adeo notabilis,

Sibarita gēs.

vt quidquid effeminatum, quidquid molle, quidquid accurata atque ambicioſa luxuria paratum eſſet, id vulgo *Sybariticum* diceretur. Qua de re multa ſcripſit Athenæus in Dignoſophiſtis lib. præſertim 12. congeſſeruntque Politianus Miſcell. c. 55. Eraſmus in Adag. Chil. 2. Cent. 2. num. 65. 66. 67. & Chil. 1. Cent. 6. num. 56. & Chil. 4. Cent. 7. num. 10. ex Ariſtot. lib. 1. Moral. ad Eudamum. Ouidio lib. 1. Triſt. 2. Martiali lib. 10. Epigr. Philone in vita Moſis, Maximo Tyrio, diſſertatione 3. de volupt. Quintil. lib. 3. Plutarcho in conuiuio ſeptem Sapient. Lampridio in vita Heliogab. Ariſtophane, Suyda, Stephano, Zenodoto, & aliis vbi de vulgatiſſimo illo adagio *Sybaritica menſa*: de conuiuio nimiùm apparato; & altero *Sybarita per plateas*, contra faſtuoſos ingredientes per annum; ſeſeque velut oſtentantes: nam Africanus in Oratione quæ *Ceſtis* inſcribitur, *Sybarita*, ait, *faſtu præturgidi*. Quadrat & vox Hebræa, *Sabath*, & *Sibbat*, & *Sobab*, quæ ſacietatem, & ſaturitatem ſonat, vt *Remoboth* ſuperbum inceſſum, vt qui Ægyptiacè Hebræis conſonanter *Remoboth*, à ſuperbo & faſtuoſo inceſſu vocabantur, Græcè vtroque titulo, id eſt à ſaturitate, & faſtu *Sarabayta* dicerentur.

79. Non fuere tempore Apoſtolorũ. Illud vero in Caſſiani Pimone placet quod Sybaritarum originem ab Apoſtolicis temporibus non traxerit, tametſi in Anania & Saphira præfiguratos fuiſſe ſcribat; ait enim: *Illo igitur exemplo quod in Ananiam & Saphiram Apoſtolica diſtrictione punitum eſt, à nonnullorum contemplatione paulatim longa incuria, & temporis obliteratione ſubtracto, emerſit iſtud Sarabaitarum genus.* (Concinit Caſſiano Iſidorus) non quod intra vrbem, & abſque Cœnobio viuere Monachis nouum eſſet; ſed quoniam eorum corruptio, & caſus non ita pridem cœpiſſet; à quo ſanè perditionis exordio *Remobitha*, & *Sybarita* vulgo nuncupati ſunt: cum tamen prius inter eos laudatiſſimorum Monachi morum vbique

Olim laudatiſſimi Monachi fuere.

floruerint: vti exemplis & teſtimoniis D. Hieronymi ſuperius expenſis liquido viſum eſt: & conceptis verbis expreſſit Epiphanius, oculatus eorum quæ ſcribit teſtis in Compendiaria doctrina, inquiens. *Quidam verè ex ſolitariam vitam degentibus* (id eſt Monachis) *habitant in ciuitatibus; aliqui vero in Monaſteriis deſident, & procul ſecedunt.* Aut cui alteri obedientiam in Monachatus ſui profeſſione præſtabant Anachoretæ, omnium lectiſſimi, quam Epiſcopo, vt tertij generis Aſcetæ? aut quo ſe ſolitudinis voto illi deuinciebantur, vt nequirent ſalua profeſſione ad vrbis ſe ambitum trahere? Ego vero præſtantiſſimos Monachorum lego, nulli loco, aut Cœnobio ita ſe deuinxiſſe, vt ſponte ſua inde moueri pro libito non potuerint. Sic Macarius à Scythicis tranſiit ad Gabenneſiotas nullius captata venia, mutato etiam habitu, vt inter tyrunculos ſtatueretur. Sic Hilarion, ſic Epiphanius, ſic Syluanus, ſic Arſenius, vt innumeros primi ordinis Monachos ſilentio tegam, vt libebat, mutabant ſedes. Et Athanaſius in vita Antonij cap. 3. ſcribit: *Nec dum tam crebra erant, I. in Ægypto Monaſteria, II. neque omnino quiſquam auiam ſolitudinem nouerat, III. Sed quicumque in Chriſti ſeruitute ſibimetipſi prodeſſe cupiebat, non longè à ſua villula ſeparatus inſtituebatur.* Tribus verbis, tria Monachorum quæ diximus, complexus genera.

Verum quoniam tepeſcente calore fidei, cuncta in deterius prolapſa ſunt, generalem Chri- 80. Eorũ caſus.
ſtiana Republica morum patiente corruptionem, Monaſtica etiam Religio in deterius prolapſa eſt, ac Monachorum cœpit caſus & corruptio, eorum præſertim qui in vrbibus degebant tot propria voluntatis, diuitiarum, & deliciarum periculis obnoxij: & tandem in deterrimum *Serabaytarum*, & *Remobitharum* hominum genus vrbium Monaſtices incidir. Tanto autem apoſtemati malagmata adhiberi neceſſum fuit, appoſitis nimirum Eccleſiaſticis ſtatutis; iiſque in id pro viribus conari, vt quotquot Monaſticem vellent profiteri, de ſtabilitate loci, ſub certi Abbatis cura promiſſionem emitterent;

Remedia ex Regula B. Benedicti deſumpta.

vt ita deinceps tertium hoc deteſtabile Monachorum genus penitus aboleretur, quod tot tantiſque obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis tranſgreſſionibus expoſitum erat. Id tamen vel primus, vel princeps omnium R. P. N. Benedictus cap. 1. ritè conſtituit, vti omnes ad Monachatum admittendi primo omnium ſponſionem ſolemnem facerent de ſtabilitate ſua in loco certo, & obedientiam eius Abbati promitterent; quò deinceps nec pedem extrahere, nec vagare pro libito Monachus poſſet, nec in vrbibus degere ſuæ directioni relictus, ſed alterius ſubditus voluntati, à quo cum opus foret, cogeretur ſecundum Regulam ſibi præſcriptam viuere. Quo vno, ſi cætera deeſſent, Monachorum omnium parens dici, & prædicari promeruit, vtpotè qui in Eccleſia Dei perfectioni Monaſticæ viam aperuit, & ab arbore paradiſi pulcherrima ſpuria vitulamina docuit reſecari: vt nihil expoſitum putrefactioni deinceps relinquatur.

Sed verò priuſquam hinc diſcedamus; diſ- 81. Qua Hieronymus eiuſque Monachi obedientia Epiſcopo tenerentur.
quirere neceſſum eſt, quanta, qualive ex vi ſuæ profeſſionis, Hieronymus, & veteres Monachi obedientia erga Epiſcopos ſuos tenerentur. Ex dictis enim toto hoc opere, nullum videtur dubium ſupereſſe, quin ab eis cogi poſſent ſuis ſtare votis, & tranſgreſſores eorumdem plecti pro mariris. Quamobrem quoſdam Epiſcoporum Monaſteria ſuæ Diœceſis, aut Metropolis viſitaſſe legimus, vt Athanaſium c. 27. vitæ Pachomij, Epiphanium in eius Actis, Helenum in Actis S. Eugeniæ, & alios alibi. Namque cum abſque propriæ voluntatis renuntiatione, quæ per votum obedientiæ completur, perfecta ſtare nequeat ratio Monachatus, inde eſt quod aliquem habere neceſſum fuit exactorem ſuper

ſe,

ſe, à quo reddere Deo vota labiorum ſuorum Monachus volens nolens traheretur: is verò Epiſcopus erat vt lib. 2. c. 8. per totum probatum à nobis eſt. Nunc verò Hieronymus noſter apud Bethleem Monachus commorans, & Monaſteriis præfectus, Ieroſolimitano Epiſcopo ſubiici renuit, ita vt Epiſcopus quæreretur de eo dicens *ſe petiiſſe vt ſubiicerentur Eccleſiæ Dei.* (Monachi proculdubio) *& non ſcinderent eam*, neque proprium ſibi facerent principatum: planè vt modò beneficio Apoſtolicæ ſedis Religiones ab Epiſcopis exemptæ ſuum principatum facere videntur. Sic ipſe Hieronymus refert Epiſt. 61. reſpondet verò: *De quibus dicas non ſatis intellige. Si de Pauliniano tibi ſermo eſt, vides eum Epiſcopo ſuo eſſe ſubiectum, verſari Cypri, ad viſitationem noſtram interdum venire, non vt tuum, ſed vt alienum, eius videlicet à quo ordinatus eſt.* Hactenus quod ad Paulinum ſpectat, rectè occurrit, ſed quod ſubiicit, difficilius captu eſt. *Quod ſi hic etiã eſſe voluerit, & in exilio noſtro quietus in ſolitudine viuere; quid tibi debet, niſi honorem, quem omnibus debemus Epiſcopis?* Nonne & obedientia Monaſticæ profeſſionis eius ſpecialiùs iuſſionibus ſtare teneretur, quam aliorum Epiſcoporum, in quorum Diæceſi non degebat? Sed audi ad fauorem Hieronymi hæc proferentem Epiphanium, ſuper eadem ordinati Pauliniani cauſa ipſum Ioannem Hieroſolymitanum Antiſtitem interpellantem (Epiſt. 60. ex Hieronym.) *Nihil tibi nocuimus, nihil iniuriæ fecimus, nec quicquam violenter extorſimus. In Monaſterio fratrum, & fratrum peregrinorum, qui prouintiæ nihil tuæ deberent, & propter noſtram paruitatem, & litteras quas ad eos crebrò direximus, communionis quoque tuæ cœperunt habere diſcordiam, ne viderentur quadam duritia, & conſcientia noſtra, antiquæ fidei ab Eccleſia ſeparari, ordinauimus Diaconum, & poſtquam miniſtrauit, rurſum Præsbyterum.*

82. Aliter Præsbyteri aliter Monachi ſubſunt Epiſcopis.

Cæterum longè maiori, ac ſtrictiori obedientiæ vinculo (ſic nodus ſoluitur) Præsbyteri in Sacris miniſtrantes tenebantur erga Epiſcopos, ac Monachi, cum illi vrbes, & Parrochias ſuas adire cogi poſſent, & Epiſcopo aſſiſtere miniſtranti, hi verò extra cellam trahi nequirent, iuxta cuiuſque illorum profeſſionem: illi legibus bene miniſtrantium eſſent adſtricti, hi bene viuentium, & ſuis dumtaxat inſtitutis. Quod planè innuit Hieronymus Epiſt. illa 61. cum dixit: *Porrò quod dicis te petiiſſe, vt ſubiicerentur Eccleſiæ Dei* (agebat de Præsbyteris Monachis) *neque proprium ſibi facerent principatum, de quibus dicas, non ſatis intellige. Si de me, & de Præsbytero Vincentio, ſatis multò dormiſti tempore, qui poſt annos tredecim nunc excitatus hæc loqueris.* Tot enim ab ordinatione ſua tranſierant, & tamen nemo Epiſcoporum dixit Hieronymum, & ſocium eius Vincentium, æquè Præsbyterum, proprium ſibi facere conatos principatum, aut Eccleſiam ſcindere, eo quod in Cœnobiis non miniſtrantes degerent. Hoc ſiquidem integrum illis fuiſſe illud conuincit, quod nunquam Præsbyteris vetitum fuit ex vrbibus ad Monachatum tranſuolare, vt expreſsè habetur 19. q. 2. c. *Duæ ſunt*: illis Vrbani Papæ verbis: *Si quis Clericorum in Eccleſia ſua ſub Epiſcopo populum retinet, & ſæculariter viuit, ſi afflatus Spiritu Sancto in aliquo Monaſterio ſe ſaluare voluerit, etiam Epiſcopo contradicente eat liber noſtra autoritate.* In

Præsbyteri ſemper integrum Monachatum profiteri debẽt.

quem locum Gloſſa turpiter impegit, negans id abſolutè licere, *ſed excuſantur*, inquit, *à delicto inſtinctu Spiritus Sancti, ſicut alij*: vt extra de Diuortiis C. *Gaudemus*: & 14. q. 5. *Dixit*. Mouetur verò, quoniam ſub obedientia Epiſcopi eſt. & idololatriæ crimen ſit non obedire. 8. q. 1. *Sciendum*: & quod nec peregrinari poſſit abſque licentia Epiſcopi de Conſecrat. diſt. 5. *Non oportet*; nec poſſit res Eccleſiæ alienare: vnde multo minus ſeipſum 12. q. 1. Præcipimus. Audiendus tamen præ Gloſſatore Doctor Angelicus 22. 5. vlt. ar. 7. inquiens: *Obligatio voti perpetui præfertur omni alij obligationi. Obligari autem voto perpetuo & ſolemni ad vacandum Diuinis officiis competit propriè Epiſcopis & Religioſis. Præsbyteri autem Curati, & Archidiaconi non obligantur voto perpetuo, & ſolemni ad curam animarum retinendam, ſicut ad hoc obligantur Epiſcopi. Vnde Epiſcopi Præſulatum non poſſunt deſerere quacunque occaſione abſque autoritate Romani Pontificis, vt habetur extra de Regul. & tranſ. c. licet. Archidiaconi autem & Præsbyteri Curati poſſunt liberè abrenuntiare Epiſcopo curam eis cõmiſſam abſque ſpeciali licentia Papæ, qui ſolum poteſt in votis perpetuis diſpenſare*: videlicet, vt ſubdit in ſolutione ad 1. quoniam *Præsbyteri Curati & Archidiaconi obligauerunt ſe ad curam agendam ſubditorum, quamdiu retinent Archidiaconatum, vel parrochiam: non autem obligauerunt ſe ad hoc, vt perpetuo Archidiaconatum, vel parochiam teneant.* Et ita *ex dictis manifeſtum eſt, quod Archidiaconis, & Præsbyteris Curatis licet ad Religionem tranſire.* Ex eiſdemque principiis probauerat q. 184. ar. 6. hos non eſſe in ſtatu perfectionis, vt Epiſcopi, & Regulares. Conſule itidem ipſum fuſiùs de his agentem opuſc. 18. c. 25. p. 5. c. 5.

Non ſic Epiſcopo.

83. Satisfit oppoſitis.

Nec quicquam his obſunt doctrinæ à Gloſſa adductæ cum agant de Curatis, perſeuerare volentibus in cura animarum à qua tamen iure naturali eximitur, qui curæ cedere vult; cum ad id non ſe perpetuo voto obligauerit; & Canonico verbis illis Vrbani I. contento: *Eat liber noſtra autoritate*: quibus mirum eſt Gloſſam aperta fronte contraiiſſe: & Diuino, quoniam *Iuſto non eſt lex poſita.* 1. Timoth. 1: ideſt certa perfectionis lege nemo coarctatur, vt eam non valeat ſi volet, tranſilire. *Vbi enim Spiritus Dei, ibi libertas.* 2. Corint. 3. Et *Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Gal. 5. quibus locis ipſe nititur Vrbanus. Cum ergo integrum omnibus eſſet Præsbyteris ad Monaſticam vitam tranſire, etiã renuente Epiſcopo, iuſtam de Hieronymo & Vincentio quærelam non habet Hieroſolymitanus nec id nouiter ab ipſis attentatum, ſed à 13. annis: *Ob id enim & ego Antiochiam* (ſubiungit ipſe) *& ille Conſtantinopolim, vrbes celeberrimas deſeruimus, non vt te in populis prædicantem laudaremus*) nimirum conabatur Ioannes eos ſibi facere comites ratione Præsbyterij) *ſed vt in agris, & in ſolitudine adoleſcentiæ peccata deflentes, Chriſti in nos miſericordiam deflecteremus.* Quod pariter de Pauliniano fratre ſentiendum, ſic docet: *Sin autem de Pauliniano tibi ſermo eſt, vides eum Epiſcopo ſuo ſubiectum* (nempe Epiphanio, qui eum ordinauit) *Verſari Cypri: ad viſitationem noſtram interdum venire, non vt tuum, ſed vt alienum, eius videlicet à quo ordinatus eſt*: & hoc quandiu in officio ſuo perſeuerandi voluntas ei ineſt. Enim verò quamquam

ordinationis tempore Bethleemitica Monaſterij Ioannem parochiæ iure pertinentis incola eſſet, extra territorium tamen illud ordinatus eſt, fortè fortuna ad Eleuteropolitanum accedens, vbi vetus erat Epiphanij Cœnobium, iuxta illud Hieronymi epiſt. 62. *Occidentalium Sacerdotum commouit aures* (Ioannes) *dicens, eum in parochia ſua Bethleem Presbyterum conſtitutum. Si hoc verum eſt; cuncti Paleſtini Epiſcopi non ignorant. Monaſterium enim ſancti Papæ Epiphanij, nomine Vetus dictum, in quo frater meus ordinatus eſt Presbyter, in Eleuteropolitano territorio* (an Spanydrium) *dictum, non in Helienſi* (ſeu Hieroſolymitano) *ſitum eſt.* Ad quod Epiphanius reſpiciens dixit: *In Monaſterio fratrum peregrinorum qui prouinciæ tuæ nihil deberet, ordinauimus, &c.* illuc enim ille acceſſerat: *Cum enim comprehendere ſeruum Dei non poſſes, qui te, eo quod graue onus Sacerdotij nollet ſuſcipere, ſæpè fugiebat* (vide eumdem Paulinianum prius quæſitum ſæpè ab ipſo Ioanne, vt ordinaretur) *ſed nec aliquis Epiſcoporum facilè eum reperiret; ſatis miratus ſum, quomodo diſpenſatione Dei ad nos venerit, &c.*

Paulinianus Presbyteratum fugit.

Cæterum is ipſe Paulinianus, qui cum vellet Presbyterij exercere munus, Epiſcopum ſuum ſectabatur apud Cyprum, *ſi hic etiam eſſe voluerit* (in Monaſterio etiam Bethleemitico) *& in exilio noſtro quietus in ſolitudine viuere* (abſque cura animarum) *quid tibi debet, niſi honorem, quem omnibus debemus Epiſcopis?* ait Hieronymus Ioanni. Non quod ad Aſceticam obſeruantiam cogi à Ioanne ſpecialius non poſſet, ſi eius tranſiliret leges, & iuribus Monaſticis non ſtaret (ſpecialiùs inquam iure territorij, in quo Monaſterium erat) quam à cæteris alibi demorantibus Epiſcopis; ſed quod quietè & ſanctè agens in Cœnobio ſuo, ad nihil aliud cogi poſſet, quantumcumque Presbyter eſſet, ſi tamen ſemel Presbyteratui renuntiaſſet, nihilque quod eius muneris eſt, amplius exercere quiret. Is itaque nihil, præter generalem Monachi, & ſubditi obedientiam, Epiſcopo ſui territorij præſtare debebat, quod aliis non deberet, & conſequenter ſolum honorem.

84.
Omnis adminiſtratio Presbyterij Epiſcopo ſubdita.

Idem iterato Hieronymus Theophili Alexandrino dixit, in eadem ſententia aduerſus Ioannis iteratam fortè querelam perſeuerans. *Etiamſi ipſe* (Ioannes) *eum* (Paulinianum) *ordinaſſet, & ſic ſecreti amator quieſcere vellet* (Paulinianus ipſe) *nec quicquam* (Presbyteratus) *exerceret nihil ei deberet præter honorem cunctis Sacerdotibus debitum.* Quod tandem feciſſe ibidem fatetur. *Fratrem meum cauſam dicit eſſe diſcordiæ, hominem qui quieſcit in Monaſterij cellula, & Clericatum, non honorem interpretatur, ſed onus.* Liquet proinde aliquantò poſt præcedentem datam hanc Epiſtolam. Attende quod notanter adiecit, vt Presbyter ab obedientia Epiſcopi recederet; *nec quicquam exerceat*, Presbyteratus: planè innuens, nihil, quod Presbyterorum eſt, ſiue ſacrificium, ſiue Sacramentum ſit, liberum ab Epiſcopi iugo poſſe quemquam exercere: vti ipſum feciſſe Hieronymum quo Paulini & Ioannis manus effugeret, ſuperius oſtendimus num. 28. & 39. huius capitis. Quamobrem eos, qui ad eum acceſſerant in Paſchate baptizandi, tingere noluit, ſed ad Presbyteros vrbis remiſit: *Et certè quinque Presbyteri* (inquit) *erant in Monaſterio, qui ſuo iure poterant baptizare, ſed nolebant quicquam contra ſtomachum tuum facere.*

Cur Cathecumenos baptizari noluerit.

epiſt. 61. Videlicet, quoniam ſi ritè & publicè baptizarent, quod iure Presbyterij præſtare poterant, eo ipſo pleno, & ſpeciali adminiſtrationis iure Ioanni ſubeſſent, quod Hieronymus ſummopere renuebat, Ioannes vero modis omnibus procurabat. Expenſum igitur à nobis eſt qualis olim fuerit Monachorum obedientia erga Epiſcopos ſuos, quanta Presbyterorum; nec ab vtriuſque legibus latum vnquam à Hieronymo Presbytero ac Monacho prætergreſſum. Ad inſtituta Cœnobitica redeat oratio.

31. Humilitatis fuit, quod Præfectum Monaſteriorum, renuit vocari Abbatem: namque lib. 2. Comment. in epiſt. ad Galat. cap. 4. ad illa verba: *In quo clamamus Abba Pater*, ſic ait: *Cùm autem Abba Pater Hebræo, Syroque ſermone dicatur, & Dominus noſter in Euangelio præcipiat, nullum Patrem vocandum, niſi Deum neſcio, qua licentia in Monaſteriis vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquieſcamus. Et certè ipſe præcepit hoc, qui dixerat non eſſe iurandum. Si non iuramus, ne patrem quidem quempiam nominemus. Si de Patre interpretabimur aliter, & de iurando aliter ſentire cogemur.* Verum in cap. 23. Math. ſuauius interpretatur Domini præceptum dicentis: *Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter qui in cælis eſt*: ne videlicet Ægyptij, & Paleſtini Monachi Præfectos ſuos Abbates & Patres vocitantes præcepto Dominico contraire videantur, inquiens: *Quæritur, quare aduerſum hoc præceptum vulgato ſermone, maximè in Paleſtina, & Ægypti Monaſteriis ſe inuicem Patres vocant? Quod ſic ſoluitur. Aliud eſt eſſe natura Patrem, aliud indulgentia. Nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus; non auctorem noſtræ oſtendimus vitæ. Magiſter quoque dicitur ex conſortio veri Magiſtri. Et ne infinita replicem, quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius non præiudicat cæteris, ne per adoptionem Dei vocentur & filij: ita & vnus Pater, & Magiſter non præiudicat aliis, vt abuſiuè appellentur Patres, & Magiſtri.* Obtinuiſſe autem mos videtur, vt eo mortuo præſes ſui Monaſterij diceretur *Abbas*: nam Diuus Euſebius Cremonenſis eius diſcipulus, cuius ipſe crebrò meminit, *Abbas* nuncupatus eſt, & ſub hoc nomine hodieque à Minoribus fratribus apud Bethleem degentibus celebratur; & quotidie à Conuentu ſtatione facta inuocatur, ſub Commemor. *Similabo, &c.* verſ. *Ora pro nobis B. Euſeb.* Orat. *Interceſſio nos quæſumus Domine B. Euſebij Abbatis commendet, &c.* vt teſtatur Buyza in relation. Terræ ſanctæ prope finem: qui etiam cap. 2. loco 29. eiuſdem ſancti Abbatis meminerat; quod planè ſignum eſt gregem Hieronymianum aliquando rexiſſe. Hieronymus *Præpoſitos* vocitabat Monachorum ſuperiores, vt epiſtol. 4. *Præpoſitum Monaſterij timeas vt Dominum.*

85.
Humilitatis ergo Abbatis nomen recuſat.

Euſebius & diſcipulus Abbas nuncupatus.

32. Fuit etiam humilitatis, quod ſe inuicem ſeruirent fratres, iuxta illud Hieronymi epiſt. 4. ad Ruſtic. *ſeruias fratribus*, videlicet in coquinæ officio, & cæteris humilioribus, quorum munia hebdomadatim explebant. Habes ea explicatius dicta ad Pamachium epiſt. 26. cum de Paula & Euſtochio incidit ſermo: *Cum omnia quæ dixi feceris, ab Euſtochio tua, Paulaque vinceris; ſi non opere, certè ſexu. Ego quidem Romæ non eram, & tunc me tenebat eremus, atque vtinam pertenuiſſet, quando ſocero tuo viuente Toxotio ſæculo ſeruiebant.*

86.
Seruiant ſibi inuicem Fratres.

bant. Sed tamen audio quæ immunditias platearum ferre non poterant, quæ eunuchorum manibus portabantur, & inæquale ſolum moleſtius tranſcendebant, quibus ſerica veſtis oneri erat, & ſolis calor incendium: nunc ſordidata & lugubres, & ſui comparatione forticula. I. *vel lucernas concinant,* II. *vel ſuccendunt focum,* III. *pauimenta verrunt,* IV. *mundant legumina,* V. *olerum faſciculos in feruentem ollam deiiciunt.* VI. *apponunt menſas,* VII. *calices porrigunt.* VIII. *effundunt cibos,* IX. *huc illucq́; diſcurrunt.* Hæc omnia explentes D. Benedictus cap. 35. *hebdomadarios coquinæ* nuncupat vt ſuo loco dicemus.

87. Hoſpitum la- uare pedes.

33. Hoſpitum pedes lauare, Hieronymianis in vſu fuit, vt cæteris eius ævi, & ſequioris: vtpote à ſuo Præceptore ita verbo edoctis Epiſt. 4. *Hoſpitum laues pedes*; & exemplo: de quo ad Ruffinum lib. 3. Apolog. *Nobis in Monaſterio hoſpitalitas cordi eſt: omneſque ad nos venientes læta humanitatis fronte ſuſcipimus. Veremur enim ne Maria cum Ioſeph locum non inueniant in diuerſorio: ne nobis Ieſus dicat excluſus; Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me. Propoſitum nobis quippe eſt, pedes lauare venientium, non merita diſcutere.* Sed quanto putas ſudore, aſſiduoque exercitio in id incumbere opus oportebat? Ex multitudine hoſpitum ſuper viuentium id conſidera: de qua hæc proemio lib. 7. ſuper Ezechiel habet: *Fateor me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promiſiſſe, & occupatione de toto huc Orbe venientium implere non poſſe, dum nulla hora, nullumque momentum eſt, in quo non fratrum occurramus turbis, & Monaſterij ſolitudinem hoſpitum frequentia commutemus; in tantum vt aut claudendum ſit nobis oſtium, aut Scripturarum, per quas aperiendæ ſunt fores, ſtudia relinquenda.* Vigebat D. P. N. Benedicti ævo hic mos lauandi hoſpitum pedes, vt liquet ex c. 53. Regulæ, de quo & nos ibi Deo dante.

Hæreticos re- cipere prohi- bet.

34. Hæreticos adeo abhorrebat Hieronymus, vt neque hoſpitio recipiendos eſſe autem Epiſt. 4. ad Ruſticum docuerit, vbi: *Solos* (inquit) *hæreticos non recipimus, quos vos ſolos recipitis*; impiumque morem ſolos hæreticos recipiendi ſigillet, & repræhendit. Medium autem hoſpitalitatis B P. Benedictus inuenit c. 53. vbi cunctos ſiue domeſticis, ſiue hoſtibus fidei ianuam aperit, ſola differentia ex parte honoris deferendi contentus. *Omnes* (inquit) *ſuperuenientes hoſpites tanquam Chriſtus ſuſcipiantur & omnibus congruus honor exhibeatur, maximè tamen domeſticis fidei, & peregrinis &c.*

Præcipit D. Benedictus.

88. Menſa abſque lectione comitante.

35. Menſa Hieronymi abſque lectione erat: vt reor ſequebatur lectionem more Ægyptiaco, vel potius præcedebat, iuxta illud Epiſt. 10. *Quando comedis, cogita quod ſtatim tibi orandum, illicò & legendum ſit*: aliàs vt attenderet præſentaneæ lectioni ſtatueret. Nec mirum cum Vetutiſſimi Therapeutæ apud Philonem poſtquam menſæ accumberent, abſque tamen tibi guſtatu de ſcripturis diſſerebant: & tractationem cibario ſequebatur. Conſule Regulam 44. & ſequentes, quas dedimus lib. 2. c. 12. §. 6. num. 9. & 63. Et apud Ægyptios id ipſum pro more fuiſſe refert ipſe Hieronymus Epiſt. 22. c. 15. inquiens: *Poſt horam Nonam in commune concurritur & completis orationibus, cunctiſque reſidentibus, medius, quem Patrem vocant, incipit diſputare. Poſt hæc concilium ſoluitur, & vna quæque decuria cum ſuo parente, pergit ad menſam quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt, nemo comedens loquitur.* Conſentit Regula S. Macarij n. 33. vbi ſilentium edentibus imperatur; de lectione altum ſilentium vt etiam fit in Regula S. Pachomij 1. p. c. 3. n. 7. vſque ad 14. Primum omnium auribus comedentium lectionem adhibuiſſe lego Epiſt. 109. ex qua poſtmodum Regula Auguſtiniana, vt, extat, conſtructa eſt: vbi cap. 13. de lectione menſæ agitur: & de Auguſtino Poſſidius in eius vita cap. 22. *In ipſe menſe magis lectionem, vel diſputationem, quam epulationem, vel potationem diligebat.* Quamquam diſputaſſe pridem in menſe de rebus ſacris D. Epiphanium ex cap. 18. vitæ ſuæ liquet; & nos ſuperiùs cap. 2. huius lib. n. 16. obſeruauimus. Cæterum Hieronymus ſic Monachum cibo indulgere volebat, vt inter edendum ſtatim ſe lectione reſeruaturum cogitaret: quò temperanter ederet. Cæterùm orationem ante, & poſt cibum captum faciendam ſuos edocebat Epiſt. 22. *Nec cibi ſumantur niſi oratione præmiſſa; nec recedatur à menſa niſi referatur creatori gratia.*

Ab ipſo tamen primò introducta.

89. Leuium & grauium criminum pena & correctio.

36. Leuiorum criminum pœnas leuiuſculas vt Monachi facerent, edocebat. Quæris quæ? Ex Regula quam in emendationem earum in ſuis ſeruabat Paula ab ipſo edocta, quales ipſe in ſuos ediderit penſare poteris; eaſque trademus c. ſeq. cum cæteris ipſius Monaſticis inſtitutis. Grauiora verò crimina acri increpatione correxiſſe, ac ſeuerè puniuiſſe non eſt dubium. De petulantis Diaconi, ac Monachi increpatione ſeueriſſima ab ipſo facta, lege Epiſt. 48. ad Sabinianum: qui fugiens quidem virum, cuius vitiauerat vxorem, in Bethleem venerat Monaſticem profeſſurus: ſed ibi quoque Virginem quamdam Sacram è Monaſterio Bethleemitico ad ſtuprum fugamque ſollicitauerat, ſed priùs quam crimen patraret depræhenſus, acriter increpatus à Hieronymo eſt; vbi inter cætera, *Iaces itaque aduolutus genibus meis, & miſericordiam (vt tuis vtar verbis) ſanguinis deprecaris. Et ô te miſerum, neglecto iudicio Dei, me tantum quaſi vindicem times. Ignoui fateor, quid enim aliud poſſum tibi facere Chriſtianus? Hortatus ſum vt ageres pœnitentiam, & in cilicio & cinere volutareris, vt ſolitudinem peteres, vt viueres in Monaſterio, vt Dei miſericordiam iugibus lachrymis implorares. O funeſtos oculos meos! O diem illum omni maledictione digniſſimum &c.* Cætera apud ipſum legito, quibus & pietatem, & ſeueritatem viri miraberis.

90. Silentium.

37. Penè oblitus ſilentij ſuis à Hieronymo indicti fueram, tanta loquens. Vna dumtaxat ſilentij factura erat Pſalmodia; quod planè indicat Epiſt. 17. & 18. dum ait de ſuo Cænobio: *Extra Pſalmos, ſilentium.*

§. VII.

Quidnam de Diuinis officiis D. Hieronymus inſtituerit?

91. Comitis & lectionarij autor.

38. HOc conſultò in vltimum temiſi locum, vt ſeruarem bonum vinum vſque adhuc. Memineris in ſuperioribus num. 24. huius cap. actum à nobis de autore libri perantiqui *Comitis*, & *Lectionarij* titulo decorati, quem noſtrum fuiſſe Hieronymum Berno Augienſis

gienſis Abbas vir magnæ in Eccleſia autoritatis abſque hæſitatione promit c. 4. 5. & 6. de ſacrificio Miſſæ: eique ſubſcribunt Mycrologus de Obſ. Eccleſ. c. 25. 28. & 30. Belethus io Petroo. c. 57. Rodulphus de Canon. obſeru. Pamelius in Prolog. lection. Seguntinus in vita Hierooymi lib. 4. diſcurſ. 2. & alij. Ex eo aotem liquet omnibos penè Diuinis officiis modum & formam aſſignaſſe Hieronymum; videlicet, quis ſacrorum librorum in vna quauis Dominica, aut tempore in Eccleſia legi oporteret: & ad ſacrum altare, quæ Euangeliorum Capitula, quæ Epiſtolarum: cum priùs nihil certum de his definitum eſſet. Item diſtribuiſſe creditur Pſalterium per totam hebdomadam, & ſanctorum feſtiuitates. Crediderim autem lectionatium qui modò extat, multis locis additum, vt aliis quoque vetuſtis libris contigit: cuius exemplo ſit Bedæ Martyrologium, cui nimirum recentiores eo nonnulli ſancti affixi ſunt: vt 20. Augusti Bernardus, & aliis diebos alij. Illod tamen procul eſt omni dubio, Pſalterium Dauidicum à D. Hieronymo ad ſeptuaginta Interpretum correctiſſima exemplaria emendatum Romam canendum tradidiſſe, cum id ipſe conceptis fateatur verbis lib. 2. Apolog. aduerſus Ruffinum cap. 8. inquiens: *Pſalterium quoque, qaod certo emendatiſſimum iuxta Septuaginta Interpretes noſtro labore dudum Roma ſuſcepit, &c.* Suſceptum autem iuſſu Damaſi Papæ, qoi de eo vbique in Eccleſiis canendu Conſtitotionem edidit, autoribus VValafrido Strabone lib. de Diuin. offic. c. 25. Mariano Scoto lib. 2. Chron. Martino Polono ad A.C. 370. Actis ipſius Damaſi in Eccleſia legi ſolitis apud Baronium tom. 4. A.C. 384. Anaſtaſio Biblioth. in Pontific. Luitprando itidem in Pontif. & his omnibus vetuſtiore Beda in Martyrol. 3. Idus Decembris, aiente: *Hic conſtituit, vt Pſalmi die noctuque canerentur per omnes Eccleſias*

Euangelia & Epiſtolas diſtribuit.

Pſalterium emendatum Romæ tradit.

91.
Explicatur Damaſi decretum.

Cæterùm cum à tempore ipſo Apoſtolorum iiſdem à Catholicis cani ſoliti fuerint, Damaſi conſtitutum ita intelligo, vt decreuerit, quod à Hieronymo correcti dumtaxat in vocibus Eccleſiaſticis reciperentur. Rurſus vt ad id deinceps penſi omnes Eccleſiæ tenerentur miniſtri: nam eam vim Damaſi conſtitutioni ineſſe credendum eſt, cum noui aliquid per eam neceſſariò decerneretur: & certum ſit hactenus voluntariè cani ſolita Pſalmodiæ officia. Denique in eum ſenſum itidem ea Damaſi Conſtitutio accipitur à Romano Breuiario Pij V. iuſſu edito, vt inſtituerit, quod *in Eccleſia Pſalmi ub alternis canerentur*: quandoquidem Caſſiano lib. 2. de Inſtit. Monach. c. 8 moris fuerit vno alta voce pſallente, cæteros audire ſilentes, quouſque Pſalmo finito, omnes aſtantes cum clamore accinerent glorificationem ſanctiſſimæ Trinitatis. Ceciniſſe verò Damaſum tunc temporis Dauidis laudes Exametris verſibus, teſtis eſt Codex peruetuſtus M.S. Baſilicæ S. Petri, & alter Vaticanæ Bibliothecæ, vnde eos deſumpſit Baronius, & publicæ reſtituit luci; quibus quidem affixi erant alij noſtri Doctoris, ſub hoc titulo.

Verſus Domni Hieronymi Presbyteri.

Pſallere qui docuit dulci modulamine Sanctos
Noverat iſte, decem legis qui verba dediſſet:
Quot digitis cytharam, chordis, totidemque dicanit;
Nomina, vel ſignum numerum Crux ipſa notaret.
Credere quid dubitas? Virtus regit omnia Chriſti,
Qui varias iunxit vno ſub carmine linguas,
Vt pecudes, volucreſque Deum cognoſcere poſſint.
His ſonus eſt fidei, mentes qui mulcet amaras.
Sic creatura prior tanto de munere gaudet,
Offerat vt Domino, ſaluet quos gratia vocis.
Quiſquo ſitit, veniat capiens haurire fluenta,
Inueniet latices, ſeruant qui dulcia mella.

Subſcripſit dicens ad B. Damaſum miſſos.

Oret pro nobis Beatitudo tua Beatiſſime Papa.

Scitum etiam eſt decreuiſſe Damaſum, *vt in fine cuiuſque Pſalmi diceretur, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.* Ita Rom. Breuiarij hiſtoria Damaſi, & liber Pontificalis, cæterique ſcriptores & Veteres & Neotherici. Cæterum opportunè admodum Baronius hic admonuit, *nequaquam fluxiſſe ab Oriente (quod multi putarunt) vt in fine cuiuſque Pſalmi caneretur Gloria Patri, &c. licèt enim iſtiuſmodi glorificatio Trinitatis, qua à Maioribus appellata eſt Hymnus glorificationis, ab exordio naſcentis Eccleſia ipſis Apoſtolorum temporibus in Eccleſia à Chriſtianis cani ſoleret; nondum tamen vſu receptum erat in Oriente, vt caneretur in fine Pſalmi, ſed in fine Hymnorum recens conſcriptorum* (quos quotuſquiſque componebat) *vt in Eccleſia Mediolanenſi fecit S. Ambroſius more Orientalium, vti Auguſtinus affirmat.* Citat Auguſt. lib. 9. Confeſſ. c. 7. vbi de his agit. Verùm miror quod tantus vir imponat Auguſtino, quod à mente illius alienum eſt. Verba eius ſunt recèns baptizati, c. 6. *Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis ſuauè ſonantis Eccleſia tua vocibus commotus acriter?* Et rurſus cap. 7. *Non longè caperat Mediolanenſis Eccleſia genus hoc conſolationis, & exhortationis celebrari, magno ſtudio fratrum concinentium vocibus, & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multò amplius, cum Iuſtina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambroſium perſequeretur hæreſis ſua cauſa. Tunc hymni & Pſalmi, vt canerentur, ſecundum morem Orientalium partium, ne populus mæroris tadio contabeſceret* (qoi ſcilicet cum Epiſcopo ſuo mori paratus excubabat in Eccleſia) *inſtitutum eſt: & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, & per cætera Orbis imitantibus.* Vide, quæſo, nullum aſſignare diſcrimen inter Pſalmorum & Hymnorum cantum; *Tunc Hymni, & Pſalmi vt canerentur ſecundum morem Orientalium, &c.* nec quicquam de glorificatione Trinitatis ibi dici. Non me latet Ambroſium tunc ob Beatæ Trinitatis confeſſionem ab Ariana fœmina perſecutionem paſſum, congruumque fuiſſe vt tunc temporis in Eccleſia Mediolanenſi ad tanti erroris deteſtationem S. Trinitatis glorificatio reboaret. Verùm, vt omittam id ab Auguſtioo non exprimi, (vt oportebat ad faoorem Baronij) certum eſto cum veritate id ſtare non poſſe; quandoquidem ab Orientali Eccleſia nequiuit Ambroſius eum mutuare morem, hymnos ſcilicet aut Pſalmos cum Trinitatis glorificatione terminandi, quem ipſa non habuit. Enim veto teſtatur Caſſianus oculatus teſtis c. illo 8. lib. 2. *Illud etiam quod in hac prouincia vidimus*

92.
Verſum Gloria Patri Damaſus inſtituit.

An ab Oriente fluxerit.

(Gallia

(Galliarum) *vt in clauſula Pſalmi omnes aſtantes concinant, cum clamore Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, nuſquam per omnem Orientem audiuimus: ſed cum omni ſilentio ab eo qui cantat, finito Pſalmo orationem ſuccedere. Hac vero glorificatione Trinitatis tantummodo ſolere Antiphonam terminari.* In Oriente igitur nec Pſalmi, nec Hymni eiuſmodi glorificatione ſub Ambroſio terminabantur, ſed dũtaxat Antiphonæ.

94. Muſica in Diuinis laudibus ab Orientalib. accepta.

Quod verò ab Orientalibus Ambroſium accepiſſe eo loci ſcribit Auguſtinus, Muſicæ Eccleſiaſticæ ratio eſt, videlicet, vt viua voce, & armonia ſingulari laudes Deo Chriſti fideles in Eccleſia canerent, vt ex contextu liquet, & manifeſtant illa Auguſtini verba: *Suauè ſonantis Eccleſia tua, vocibus commotus acriter. Voces illa influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea aſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lacryma, & bene mihi erat cum eis.* Et verè quidem; nam hunc fuiſſe Orientalibus morem, fusè docet Baſilius epiſt. 63. contra Neoceſarienſes, qui inter cætera ei opponebant, quod *veterem immutaſſet Pſalmos canendi conſuetudinem, & modum melodia.* Sed huic quæſtioni reſpondet: *Ad id vero quod propter Pſalmodias accuſamur habeo quod dicam: quod videlicet qui iam obtinuerunt ritus omnibus Eccleſiis Dei, concordes ſunt, & conſoni.* Morem verò melodiæ ſic deſcribit: *Et nunc quidem in duas partes diuiſi alternis ſuccinentes pſallunt: atque ex eo ſimul eloquiorum Dei, excitationem, ac meditationem corroborant, & cordibus ſuis attentionem: & reiectis vanis cogitationibus mentis, ſoliditatem ſuppeditant. Deinde uni ex ipſis hoc muneris dato, vt quod canendum eſt, prior ordiatur, reliqui ſuccinunt; atque ita Pſalmodia varietate precibuſque ſubinde interſertis, noctem ſuperant.* Quam verò latè mos hic ſuccurriſſet, ſubiungit: *Horum gratia ſi nos fugitis, fugietis ſimul & Ægyptios, fugietis Lybiam vtramque, Thebaos, Palæſtinos, Arabes, Phanicas, Syros, & qui ad Euphratem habitant: & vt ſemel dicam, omnes, apud quos vigilia, ac preces, communeſque Pſalmodia in pretio ſunt.*

95. Orientales Monachi Muſica vſi.

Accipe etiam quid de Monachorum Orientalium cantu ſcribat Chryſoſtomus hom. 59. ad pop. Antioch. *Mox ſtatim ſurgentes, ſtant, Hymnos cantantes propheticos multa cum vocis conſonantia, cum aptè compoſitis concentibus. Neque cythara, neque fiſtula nec aliud muſicum inſtrumentum talem emittit vocem.* Quod iterat ſerm. de laudibus Monachorum. *Hymnos propheticos concinitate ſumma, & modulatis carminibus decantant, eo modulatu, & ſymphonia, vt neque cythara, neque fiſtula vlla talem edant ſonum.* Neque id mirum, cum à primitiuis illis Monachis Therapeutis, qui ſub Apoſtolis in Oriente floruerunt, ita canendum acceperint: de quibus Philo inter cætera: *Cantant hymnos in laudem Dei compoſitos variis metrorum, carminumque generibus, nunc ore vno, nunc alternis.* Et infra: *Hic Therapeutarum, Therapeutridumq; chorus compoſitus, & mixtis ad graues virorum ac utis fœmineis vocibus concinè temperatus, concentum reddit ſuauiſſimum vereque muſicum.* Et quod amplius mireris à Monachis Eccleſiaſticus concentus ad agricolas vſque pertranſierat; vti Palæſtinis ſuis in vſu fuiſſe docet Hieronymus epiſt. 17. *In Chriſti villa tota ruſticitas, & extra Pſalmos ſilentium eſt. Quocumque te verteris, arator ſtiuam tenens Alleluia decantat. Sudans meſſor Pſalmis ſe auocat, & curua attondens vitem falce vinitor, aliquid Dauidicum canit. Hac ſũt in hac prouincia carmina, ha, vt vulgo dicitur, amatoria cantationes: hic paſtorũ ſibilus, hac arma cultura.* Quo videas celeuma vindemiatorum, & meſſorũ in pſalmorũ armoniam verſa tunc fuiſſe. Adde Monachos ſenſim etiã ſub arbore conſiſtentes, alta voce pſallere cõſueuiſſe: nam ad id Hieronymus ipſe inuitabat Marcellã inquiens ep. 18. *Si æſtas eſt, ſecretũ arboris vmbra prabebit & inter querulas aues pſalmi dulcius cantabuntur.* Ab Oriẽtalibus igitur muſicũ Pſalmorum cõcentũ ad ſuã Eccleſiam tranſtulit Ambroſius, ea præſertim neceſſitate motus, *ne populus mæroris tadio cõtabeſceret*: qui nimirũ de perſecuto paſtore ſuo preſſiùs triſtabatur: & hoc Auguſt. vocat *genus conſolationis, & exhortationis.*

Therapeutæ.

Agricolarũ celeuma Pſalmorum concentus.

96. Cantum Diuini officii Hieronymus ſtatuit.

40. Placuit verò aliquãtiſper in his immorari, vt obiter motis fuiſſe Hieronymo notaremus alta voce Pſalmos occinere pro more patriæ mã & de ſe ipſo, cũ aduerſus Ruffinũ ageret lib. 2. c. 7. *quos ante annos plurimos* (ait) *diligẽtiſſimè emendatis mea lingua ſtudioſis dedi, quos quotidie in Cõuentu fratrũ ediſſero: quorũ pſalmos* (Septuaginta Interpretũ) *iugi meditatione decanto.* Et Paulinis ſororibus ep. 27. *Per ordinẽ Pſalteriũ cantabãt.* Et de Bleſilla ep. 23. *Ad orandũ feſtina conſurgit, & tinnula voce cateris Alleluya praripiens, prior incipit laudare Dominũ ſuũ.* Sed exceſſum quoq; in his quandoq; interuenientẽ taxat lib. 2. Cõmẽt. ep. ad Epheſ. c. 5. ad illa verba Apoſtoli: *Cantãtes & pſallẽtes in cordibus veſtris Domino*: vbi ait: *Audiant hac adoleſcentuli, audiant hi, quibus pſallẽdi in Eccleſia officiũ eſt, Deo non voce, ſed corde cantandũ.* Hoc vero exponens ſubiũgit: *Nõ in Tragœdorũ modum guttur, & fauces dulci medicamine colliniẽdas, vt in Eccleſia Theatrales moduli audiantur, & cantica, ſed in timore, in opere, in ſcientia ſcripturarum. Quãuis ſit aliquis, vt ſolent illi appellare,* κακόφωνος *(id eſt melius cantor) ſi bona opera habuerit, dulcis apud Deum cantor eſt. Sic cantet ſeruus Chriſti, vt non vox canentis, ſed verba peccant, qua leguntur: vt ſpiritus malus, qui erat in Saule, eiiciatur ab his, qui ſimiliter à Deo poſſidẽtur; & non introducantur in eos, qui de Dei domo ſcenam fecere populorum.* Vnde etiam Monachum monet Ruſticum epiſt. 4. *Dicas Pſalmum in ordine tuo: in quo non dulcedo vocis, ſed mentis affectus quaritur, dicente Apoſtolo: Pſallam ſpiritu pſallam & mente.* Nec diffitebor hunc ipſum morem modulatè canendi Pſalmos, & ordine quemq; ſuo in Eccleſiã Romanã Damaſum, inuentore Hieronymo, aut denuò induxiſſe, aut perfeciſſe, ſi iã erat: eius itidẽ opere, & conſilio factũ, vt omnes Pſalmos terminãdos decerneret glorificatione S. Trinitatis, graues ſcripturæ prodû, præſertim Albinus Flacus lib. de Diuin. offic. contendens priorẽ verſus illius partẽ, id eſt *Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto*, Damaſũ ad calcem Pſalmorum apponendam duxiſſe, à S. Hieronymo rogatum: cum verò aliquid huic adiiciendum decreuiſſet, ſequentem excogitaſſe: *Sicut erat in principio, &c.* Ad id autem vtrumq; motum hortatu Magni Theodoſii, refert Honorius Auguſto-dunenſis lib. de Gemma Animæ, & Diuinorum Officiorum concordia: cui ad verbũ ſubſcripſit Ioannes Belethus in Rationali c. 19. & 57. quem tu conſulas. Reperitur eadem S. Trinitatis glorificatio integra & immutatis verbis apud Chryſoſtomũ in Liturgia, forſam à Romana Eccleſia accepta. Per Hiſpanias ſtatutũ erat in

Exceſſum taxat.

Qualiter canendum.

Terminationis Pſalmorum cum Gloria Patri, autor.

Verſus *Sicut erat.*

in Tolet. Conc. IV. Can. XV. ne diceretur *Gloria Patri &c.* Sed *Gloria honor Deo Patri, & Filio & ſpiritui Sancto, ſicut erat &c.* vt cum Dauid concinerent Pſ. 28. *Afferte Domino gloriam & honorem:* Et quia Ioannes Apocal. 5. audierat vocem cæleſtis exercitus dicentem: *Honor & Gloria Deo noſtro:* quibus ſubdit Concilium: *Ac per hoc, hæc duo ſic oportet in terris dici, ſicut in cælis reſonent.* Quod quidem Iſidorus lib. 6. Orig. c. 19. in cauſa eſſe dicit, vt *Amen & Alleluya* non transferantur in aliam linguam.

Amen & Alleluya cur non transferuntur in aliam linguam.

97. Alleluya à quo inſtitutum.

41. Proximûm eſt præcedenti quod de ſacratiſſima verè *Alleluya* ſcribit B. Gregorius Papa lib. 7. Regiſtri. Epiſt. 63. *Vt Alleluya hic* (id eſt in Romana Eccleſia) *diceretur de Hieroſolymorum Eccleſia ex B. Hieronymi traditione, tempore B. memoriæ Damaſi Papæ traditur tractum.* Quod quidem ita ſimpliciter accipiunt; vt hæc ſonare mutila verba videntur: cum tamen tota Catholica Eccleſia Paſchali tempore ſolemniter caneretur Auguſtino teſte Enarratione in Pſal. 110. vbi, *Venerunt dies vt cantemus Alleluya.* Et rurſus: *Quinquageſimario verò numero poſt Reſurrectionem Domini, quo cantamus Alleluya, non eiuſdam temporis finis & tranſitus, ſed beata illa ſignificatur æternitas, quia denarius additus quadragenario, laborantibus in hac vita fidelibus merces illa perſoluitur, quam & primis, & nouiſſimis Pater familias præparauit populo Dei.* Et in Pſ. 106. de motis huius vetuſtate: *Alleluya, ait, nobis cantare certo tempore ſolemniter moris eſt, ſecundum antiquam Eccleſiæ traditionem.* Quod ſi Hieronymus autor fuiſſet Romanæ Eccleſiæ canendi *Alleluya*, perperam Auguſtinus ei coæuus cani diceret ſecundum antiquam Eccleſiæ traditionem. Sed vero Gregorius expreſsè loquitur de canendo *Alleluya* in Miſſa extra Pentecoſtem: Ait ſiquidem. *Veniens quidam de Sicilia mihi dixit, quod aliqui amici eius vel Græci, vel Latini, neſcio quid quaſi ſub Zelo S. R. Eccleſiæ, de meis diſpoſitionibus murmurarent, dicentes: Quomodo Eccleſiam Conſtantinopolitanam diſponit comprimere, qui eius conſuetudines per omnia ſequitur? Cum enim dicerem, Quas conſuetudines ſequimur? reſpondit: Quia Alleluya dici ad Miſſas extra Pentecoſtes tempora feciſtis.* Negat itaque D. Gregorius, id ſe à Bizantina Eccleſia deſumpſiſſe, ſed obſeruatum in Romana à tempore Hieronymi de Hieroſolymis morem trahente iuſſu S. Damaſi fuiſſe. Nec mirum, cum ſcribat Auguſtinus Ianuario Epiſt. 119. c. 17. *Vt Alleluya per illos ſolos dies 50. in Eccleſia cantetur, non vſquequaque obſeruatur: nam & in aliis diebus variè cantatur alibi: ipſis autem diebus vbique.* Et Hieronymus de Vigilantio ſcripſerit, hæreſim inducere conatum, *nunquam niſi in Paſcha Alleluya cantandum:* quaſi iure id prohibitum fuiſſet.

98. Quibus temporibus olim cani ſolitum Alleluya.

Hac de re Concilij IV. Tolet. Patres diſſerentes Can. XI. interdixere, *vt in omnibus Quadrageſimæ diebus, quia tempus eſt non gaudij, ſed mæroris Alleluya non decantetur quouſque veniat tempus Reſurrectionis Chriſti, quando oportet Alleluya in lætitia canere, & mærorem in gaudium commutare. Hoc enim Eccleſia vniuerſalis conſenſio in cunctis terrarum partibus roborauit.* Excipiunt etiam dies ieiunij, *in quibus etiam præter piſcem, & olus, ſicuti in aliis 40. diebus, à cæteris carnibus abſtinetur, & à quibuſdam nec vinum bibitur.* De reliquo licebat toto anni decurſu Alleluya concinere, vt obſeruauit Iſidorus lib. 1. de Offic. Eccleſ. c. 13. Sanè Athanaſius in Regula Virginum, ſeu lib. de Virginit. monet vt in Vigiliis Pſalmodicis *poſt tres Pſalmos abſolutos dicatur Alleluya:* nimirum vt Pſalmos recitantes, poſt tertium quemque canat Alleluya, vt ipſe exprimit. Iſidorus verò: *Poſt conſummatam Pſalmorum, ſiue Lectionum prædicationem. Alleluya in fine cantatur: hoc in ſpem futuri facit Eccleſia.* Quo loco autem ex Damaſi inſtitutione in Miſſis *Alleluya*, diceretur, non tam liquet, vt Concilium præfatum Toletanum, Iſidoro Præſide, Can. XII. decreuerit poſt Euangelium, non poſt Epiſtolam dici oportere: hoc enim ſignificant eius Canonis verba. *In quibuſdam Hiſpaniarum Eccleſiis laudes poſt Apoſtolum decantantur, priuſquam Euangelium prædicetur: dum Canones præcipiunt, poſt Apoſtolum non laudes, ſed Euangelium annunciari. Præſumptio eſt enim, vt antea ponantur ea, quæ ſequi debent. Nam laudes ideo Euangelium ſequuntur propter gloriam Chriſti, quæ per idem Euangelium prædicatur.* Enim verò Iſidorus ipſe lib. illo 1. de Officiis Dea. cap. 13. *Laudes, hoc eſt Alleluya canere, antiquum eſt Hebræorum:* nimirum ex Pſalmis acceptum, quorum plurimi in titulo habent, *Alleluya,* ab Auguſtino idcirco *Alleluyatici* nuncupati. Ita & rectè obſeruauit Griallius in Notis ad eum locum, præ Loayſa in ſuis ad Concil. IV. Tolet. c. XI. audiendus, aiente videlicet, quod Concilium inquit *laudes poſt Apoſtolum &c.* de Hymno trium puerorum intelligendum: ſed perperam cum manifeſtè de *Alleluya* fiat ſermo. Verum Romanæ cõſuetudini ſuffragium ſuum præſtant Baſilius, & Chryſoſtomus in ſuis Liturgiis, vbi poſt Epiſtolam Apoſtoli, & ante Euangelij lectionem docent *Alleluya* ſubcinendum.

Exiſtimo vero Gregorium ſuperiùs citatis verbis non ſolum voluiſſe demonſtrare originem canendi in Miſſis Alleluya, tametſi de ea rogaretur: ſed generatim reſpondiſſe, *Vt Alleluya hic diceretur, de Ieroſolomorum Eccleſia, ex D. Hieronymi traditione tempore B. memoriæ Damaſi Papæ, creditur tractum:* vt ita compræhenderet Diuina etiam officia, & Horas Canonicas, in quibus certis diebus *Alleluya* dicitur etiam ex D. Hieronymi inſtitutione. Quod ſiquis quoties, & quando tempore Gregorij diceretur ſcire velit, legat cap. 15. Regulæ B. P. N. Benedicti, vbi expreſsè ediſſerit: *Quibus temporibus Alleluya dicatur?* Conſtat ſiquidem ipſum id ex Romana Eccleſia, cuius egregius erat filius, mutuo accepiſſe, qui tamen paucos annos præceſſerat ætate Gregorium. 99. Explicatur D. Gregor.

Alias itidem cani ſolitum *Alleluya*, ſæpiùs docet Hieronymus: eâ voce ad Synaxim Monachi & Moniales vocabantur Epiſt. 23. *Ad orandum feſtina conſurgit, & innula voce cæteris Alleluya præripiens, prior incipit laudare Dominum ſuum* Epiſt. 27. *Poſt Alleluya cantatum, quo ſigno vocabantur ad Collectam, nulli reſidere licitum erat.* Inter prima planè verba *Alleluya* puerulis monebat eſſe docendum Epiſt. 7. *Cum autem audierit, in pectus eius tranſiliat, de collo pendeat: nolens Alleluya decantet.* Apud Bethleem toties tamque dulciter à Monachis, & Clericis *Alleluya* canebatur, vt cantilena ad agricolas quoqoe tranſierit, Epiſt. 27. & 28. *Quocunque te verteris arator ſtiuam tenens Alleluya decantat &c. hæc ſunt in hac prouincia carmina &c.* Miror 100. Signum Alleluya. Sinaxis.

ror in luce tanta iterum lapſum doctum Loayſam aientem : *Erat Alleluya carmen muſicum ruſticorum, & cum operi agreſti incumberent, Alleluya cantabant : inde in tonis muſicis Eccleſia vſurpatum.* Vnde id acceperit, non prodit, nec poſſet, cum liqueat à Pſalmorum modulationibus Regij Pſaltis ortum habuiſſe. Nnbis concinit Cardin. Baronius tom. 4. ad A.C. 384. Illud tamen quod ait Hieronymus epiſt. 30. in Fabiolæ funere : *Sonabant Pſalmi, & aurata tecta templorum reboant in ſublime quatiebat Alleluya*: dubius ſum an credam præter Eccleſiaſticam cnnſuetudinem attentatum ob elatæ fœminæ ſanctitatem : an verò Hieronymus ipſe hoc loco vocem Hebraicam pro Latina acceperit, vt dicere vellet. Reboans in ſublime quatiebant deaurata templorum tecta *laudes Dei*, videlicet Orationes & Pſalmi in funere cani ſoliti : nam ex ſuperiùs dictis liquidum eſt *Alleluya* laudantium cum iubiln & lætitia Dominum, & omni mœſtitate abiecta vocem eſſe : Sed de ea ſatis.

101.
Hieronymi horæ Cannnicæ.

42. Quod ad numerum Canonicatum Horarum ſpectat, quæ Hiernnymi temporibus canebantur, ſex ipſe perpetuo enumerat, id eſt *Nocturnas Vigilias, Matutinas preces ; Tertiam Sextam & Nonam*, ac denique *Veſpertinas*. Lubet verba eius producere, vt videas duas poſtmodum additas fuiſſe Diuinis officiis. epiſtol. 7. *Aſſueſcas ad Orationes & Pſalmos Nocte conſurgere, Manè Hymnos canere ; Tertia, Sexta, Nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti : accenſaque lucerna reddere ſacrificium Veſpertinum.* Cui proximum eſt, quod ait Cnmment. in Pſal. 119. *Monachi dicimur : Et licet non ſimus quales eſſe debemus, tamen dicimur. Hora Tertia oramus, hora ſexta oramus, & Nona. Lucernarium facimus* (nimirum *Veſperarias preces* accenſa lucerna. De lucernario vide dicta cap. 2. huius lib. à numero 12.) *Media nocte conſurgimus, & gallicinio oramus. Videte quibus horis ſemper ad obſequium Dei ſuſcitamur. Videte quid dicat : hora, Tertia, Sexta, Nona, lucernarium, medio Noctis gallicinio, Mane primo.* Rurſus epiſt. 8. *Præter Pſalmorum, & Orationis ordinem, quod tibi hora Tertia, Sexta, Nona, ad Veſperum, Media nocte, & Mane ſemper eſt exercendum ; ſtatue quot horis ſanctam Scripturam ediſcere debeas.* epiſt. 22. *Quamquam Apoſtolus orare nos ſemper iubeat & ſanctis etiam ipſe ſit ſomnus oratio ; tamen diuiſas orandi horas debemus habere, vt ſi quando fuerimus opere detenti, ipſum nos ad Officium tempus admoneat. Horam Tertiam, Sextam, Nonam, Diluculum quoque, & Veſperam, nemo eſt qui neſciat. Noctibus bis, terque ſurgendum.* Hæc ille Euſtochium admnnens : ſed ſi epiſt. 27. conſuetudines ſornrum Paulæ Matris recenſens inquit : *Poſt Alleluya cantatum quo ſigno vocabantur ad Collectam Mane hora Tertia, Sexta, Nona, Veſperè Noctis medio per ordinem Pſalterium cantabant.* Videas igitur nuſquam *Completorij* mentionem fieri, nuſquam *Primæ*. Sed vero acceperat id Hieronymus à Maioribus, qui prædictas ſex dumtaxat horas publicæ precationi ſtatuerant, vt apnd Athanaſium videre eſt in Regula Monachorum à nobis data lib. 3. cap. 4. à num. 29. & apud Baſilium ſerm. 1. de Inſtitutionibus Monachnrum. Concinit cæteris Chryſoſtomus ſæpius ſex tantum horas precandi recenſens, cit. homil. 59. ad popul. Antioch. vbi cum præmiſiſſet de Monachis : *Poſtquam gallo cantauit mox ſtatim ſurgentes, ſtant, hymnos cantantes propheticos* : ſubiungit. *Facto autem die illi cum rurſus Matutinas Orationes celebrauerint, & hymnos ; ad ſcripturarum lectionem conuertuntur.* Et rurſus : *Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſpertinas orationes celebrant, & in quatuor partes diem diſpertiti dum ſingula partes implentur, pſalmodiis & hymnis Deum venerantur.* In quatuor, inquam, diem à ſnlis ortu ad occaſum vſque quater trinis horis diſſecantes. Præceſſere tamen duæ illæ, id eſt ad galli cantum, & ad Matutinas preces.

102.
An prima hora autor Hieronym.

Cæterùm dictis contraire videtur Caſſianus, dum lib. 3. de *Canonico Diuinarum Orationum, & Pſalmorum modo*, cap. 4. autnt eſt, ſuo tempore *Prime hora* precationem in Mouaſterin Bethleemitico D. Hieronymi inſtitutam fuiſſe : ſic enim habet capitis eius titulus : *Matutinam quam nos Prima hora ſolemnitatem appellamus non antiqua traditione ſtatutam, ſed noſtro tempore adinuentam eſſe.* Et in textu : *Sciendum tamen hanc Matutinam, qua nunc obſeruatur in occiduis vel maximè regionibus, canonicam functionem, noſtro tempore, in noſtroque Monaſterio primitùs inſtitutam, vbi Dominus noſter Ieſus Chriſtus natus ex Virgine, humana infantia ſuſcipere incrementa dignatus, noſtram quoque adhuc in religione teneram, & lactentem infantiam ſua gratia confirmauit.* Alibi etiam, & paſſim, illud ſuum eſſe Cœnobium teſtatur, id eſt, lib. 4. capite 31. & Collat. 11. cap. 1, & 5. & Cnllat. 17. cap. 2. 4. & 5. Nemo verò ipſum ab Hiernnymo rum ſuis, tum D. Paulæ expenſis extructum inficiabitur, cum id ipſe conceptis exprimat verbis epiſt. 26. & 27. Nec cauſare poterit Caſſianum nonniſi Hieronymo ad ſuperos tranſlato inibi deguiſſe ; cum liqueat, ex prolngo ad lib. de Inſtitut. renunt. Caſſianum à pueritia ſua Mnnachatum pnfeſſum fuiſſe, nec alibi niſi in eo Syriæ Monaſterio, vt teſtatur ipſe in exordio vndecimæ Cnllationis. Vnde pnſt prima fidei rudimenta (id eſt Decalogi præceptis rectè imbutus, & vntis Mnnaſticis) maiorem perfectionem ambiens ad Ægyptios Monachos profectus fuit.

Quo anno mortuus.

Oportuit verò id ante A.C. 404. accidiſſe, quod tunc ipſe Cnnſtantinopoli egreſſus, legatione funxerit ad Rom. Pontificem in cauſa S. Chryſoſtomi, cuius iam Diaconus fieret conſtitutus ; videlicet poſtquam à Scithiotis, ad quos ſecundo migrauerat (Collat. 17. c. 31.) Conſtantinopolim ad Chryſoſtomi diſciplinam ſe receperat. At tunc quoque Betleemitici turis colonus erat Hiernnymus, quinque ad A.C. 426. non obiit, Dextrn teſte, vel vt Proſpero placet 420. Ex quo tandem fit vt *Prima hora* Canonicæ canendæ autor extiterit Hieronymus. Atque ita placet Gazæo docto Caſſiani Commentatori.

103.
Explicatur Caſſianus.

Placuerat prima fonte & mihi ſententia huiuſmodi, verum ſeriò Caſſiani verba introſpiciens, aliter ſentire cogor : videlicet Hieronymum primo omnium conſtituiſſe vt Matutinæ preces vſque ad ſolis exortum differrentur, quæ hactenns ad auroram cani conſueuerant, imo vigiliis nocturnis alicubi immediatè apponebantur : qno tamen facto occaſionem præbuit horam *Primam* à Matutinis diuerſam excogitandi in Eccleſia : nam & ipſe quodammodo duas hnras conſtituiſſe viſus eſt, cum Matutinales Pſalmos ità diuiſerit, vt quidam poſt

Primæ horæ nomine quid olim intellectum.

uerſus Ruffinum lib.2.c.7. vbi ſic eius retuodit calumniam: *Ego ne contra ſeptuaginta Interpretes aliquid ſum locutus, quos ante annos plurimos diligentiſſimè emendatos, meæ linguæ ſtudioſis dedi; Qvos Qvotidie in Conventv Fratrvm Edissero; Quorum Pſalmos iugi meditatione decanto*? Extant ipſi, Commentarij tom. 7. Operum S. Doctoris à Mariano Victorio eidem præmiſſa Apologia vindicati: de autore ſiquidem, ob ſtyli repræſſam maieſtatem, aliqui dubitauerunt: verom quid ei humiliter loqui coëgerit aperuit in Pſ.91. in illa verba. *Et ſenectus mea in miſericordia uberi*: vbi: *Quomodo enim*, ait, *corpora noſtra quando laboramus* (*loquor ſimplicius propter ſimpliciores fratres, qui non poſſunt intelligere ſublimius*) *quomodo corpora noſtra quando laborant non reficiuntur, niſi unctione olei: quomodo oleum quod in lucerna eſt, niſi oleum miſeris extinguitur; ſic & lumen ſenectutis meæ oleo, & miſericordia Dei indiget, ut creſcat.* Quod verò ad Monachos ſint elaborati eiuſmodi Commentarij, ſæpius in eis manifeſtat, ad eos verba dirigens: v.g. in Pſ.107. ad illud. *Exurge Pſalterium & cythara*; inquit: *O pſalterium & cythara; facta es, & creata es, ut pſallas Deo. Exurge, & pſalle; quare iaces? O Monache qui ſtas corpore, quare iacet anima tua & non pſallis Domino? Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter. Si pſalterium es, ſi cythara es, quare ſurdus es, & non glorificas Deum*? Item Pſ.115. non longè à fine. *Sicut Martyres laudant Dominum ſure in regione viuorum, ita & Monachi qui die, & nocte pſallunt Domino, debent eandem puritatem labore Martyrum, ſiquidem ipſi Martyres ſunt. Quod faciunt Angeli in cœlis hoc Monachi faciunt in terris.* Vide & Commentarium in Pſ.91. & 143. vbi multa de Monachis, qoos dicit aues eſſe illas à Domino cõmendatas Matth. 6. *Reſpicite volatilia cœli &c.* & in Pſ. 119. de Horis Caoonicis agit verbis à nobis inferiùs neceſſariò exponendis. Et Betbleem quidẽ editi apparent ex Comment. in Pſ 95. Et ipſe Commentariorom ſuorum io Pſalmos meminit tom in cap. 3. Abacoc; tum in proëmio in Melachiam qoibus adſtipularur Auguſtinus à Mariano relatus Epiſt. 111. Perſeuerat hodieque paleſtræ Hieronymianæ memoria extra portam Eccleſiæ Bethleemiticę verſùs meridiem in loco à Sarracenis alendis pecoribus (ô rerum vices!) accommodato, vti Boitius oculatus teſtis nouiſſimè refert vulgali libello de locis terræ sãctę. c 5.34.

Commentaria in Pſalmos opus eſſe Hieronymi.

67\. 23. Sed quoniam de corporibus labore confectis oleo reficiendis Hieronymo ſermo occurrit in Pſal. 91. nec mos iſte ab eo vſurpatus ſilendus à nobis eſt. Vnctionem atqoe lotionem corporum extra neceſſitatem, penitus prohibet. Vtrumque autem veteribus eſſe receptiſſimum in comperto eſt: vt quærat Ariſtoteles: *Vndenam ſit, quod Medica artis non imperiti æſtiuis laſſitudinibus balneo, hybernis verè vnctionibus mederi ſoleant*? Cui ex eodem occurrit Rodiginios lib. 30. Lect. antiq. cap.3. *Hyberno vtique tempore vnctionem offerri propter mutationes, horroreſque vrgentes: nam per calorem laxari oportet, qui membra tepeſcere faciat; oleum verè calidum eſt. At in æſtate humefaciendum cenſetur, quoniam tempus id ſiccum eſt, nec metus interpellat horroris.* Cæterùm Hieronymus à balneis Monachos abhorrere perpetuò voluit Epiſt.4. ad Ruſticum. *Balnearum fomenta non quærat, qui calorem corporis ieiuniorum cupit frigore extinguere.* Ad Heliodorum Epiſt.1. *Scabra ſine balneis attrahitur cutis? Sed qui in Chriſto ſemel lotus eſt, non illi neceſſe eſt iterum lauari.* Enimverò libidinis incentiua Soli Ethnici, aut hæretici quærunt. lib.4. Commeot. in Hierem. ad c.14. *Contemplemur hæreticos, quomodo ſemel deſperantes ſalutem, gulæ ſe tradant, & deliciis, veſcantur carnibus, frequentes adeant balneas, muſco flagrent, vnguentis varijs delibuti.* Talem aliquando Iouinianum contemplatus eſt lib.1. in ipſum c.25. *Nam cum Monachum eſſe ſe iactitet, & poſt nudos pedes ad nitidam cutem ad balneas quoque popinas ſe conferat, manifeſtum eſt, quod terram cœlo, vitia virtutibus, ventrem præferat Chriſto.*

Unctio, & lotio corporum prohibita.

Si balnearum priſcarum ſpecimen contemplari cupis, lege Statij lib.1. Syluar. *Tiburtinum Hutruſci* alias apud Martialem *Hetruſci thermas* lib.6. Epigr.42. vbi nihil non auro, argento, ebore, marmore radiare non videretur, tecto, parietibus, fundo; & picturis præſtantiſſimis pelluceret oculos amænantibus: vbi fluuius igne arte ſuppoſito euaporet, & emitterentur percuncta cubilia limphæ. 68.

Priſcorum balnea.

vbi *Ritus, ſi placeant tibi, Laconum*
Contentus potes arido vapore,
Cruda Virgine, Martiaque mergi:
Quæ tam candida, tam ſerena lucet,
Vt nullas ibi ſuſpiceris vndas
Et credas vacuam nitere Lygdon.

vbi———————*Si fas eſt componere magnis*
Parua, Neronæa, nec qui modò locus in vnda,
Hic iterum ſudare neget.

Tanto luxuriæ abuſu, vt Iuuenalis Satyra. 11. affectat.

———————*Iam tunc in balnea ſaluâ*
Frõte liceс vadas, quãquã ſolida hora ſuperſit
Ad Sextã: facere hoc non poſſis quinq; diebus
Continuis: quia ſunt talis quoque tædia vitæ
Magna. Voluptates commendat rarior vſus.

24\. Valetudinis tamen recuperandæ prætextu balneis & vnctionibus decenti moderatione Monachis vti permittit; eaſque Hieronymi duo honeſti petebant: nam de Paula Hieronymus epiſt.27. *Balneas niſi periclitans non adiit.* Et Epiſt. 7. nepti eius indulget: *Ante annos robuſtæ ætatis, ſi neceſſitas poſtulauerit, & balneas adeat; & carnis edulio ſuſtentetur. Verùm hoc dico iuxta indulgentiam, non iuxta imperium timens debilitatem, non docens luxuriam.* Qua de re diximus quoque exponentes Regulam S.Pachomij l.3.c.6.n.44 vbi Sanctus Præceptor p.1.c.7. reg.29. *Nec lauabitur* (inquit) *aut aqua omninò nudo corpore perfundetur, niſi languor perſpicuus ſit.* Vnde ſcimus frequentiùs permitti ſolitã lotionẽ extremorum, ideſt pedum, tibiarũ, manuum, brachiorum, & capitis, minimè nudato corpore gratia honeſtatis in quẽ modũ, etiã extrema laſſi corporis oleo vngebantur: nam cauet ibid, Pachomius reg.27. *Ad perũgendas, & molliẽdas ab opere oleo manus, abſq; altero ire non poterit* Monachus. Et 19. *Nullus lauare poterit alterũ, aut vngere, niſi ei fuerit imperatũ.* Conſonaoſq; Hier. *Corpora noſtra quãdo laborant, non reficiuntur niſi vnctione olei &c.* Et in c.5. Amos carpẽtis deſides, quod dormitent lectis eburneis, optimo vnguẽto delibuti, inquit: *Vngemini non ad labores corporis mitigãdos oleo puriſſimo; ſed vnguẽtis pretioſiſſ.* Quaſi dixerit: nã illud honeſtè fit, hoc luxurioſè; ad quã tẽ paupercula plebs vti ſolebat *proſerpinacea*

69\. Ægrotis permiſſa.

Laſſitudo quibus recreanda.

ſerpinacea herba vulgari, uleo mixta, *quô quantalibet laſſitudine reuocari defeſſos*, ſcribit Plinius lib. 27. cap. 12. aut urigano uleo infuſo, apud eumdem lib. 20. cap. 17. vbi & *aniſij ſemine poto laſſitudinis auxilium viatoribus ſpopondit*. & lib. 24. c. 9. amerinam *ſemine poto, cum vngantur oleo, admixtum ſudorem facere, & laſſitudines diſſoluere.* Amerina ſalicis ſpecies eſt. Et lib. 22. c. 13. obolu vno vrticæ *in vino poto laſſitudines recreari*, & libru 24. capite ſextu *laſſitudines perungi aceto & oleo, exiguoque nitro vtile eſt.* Et denique lib. 23. c. 4. *Omni oleo mollitur corpus, vigorem, & robur accipit, & laſſitudinum perfractionumque refectio eſt.* Sed hæc umnia inoluiſſe temporis diuturnitate nun dolemus, nec caſſi uleo vngimur, nec ſudantes balnea petimus.

§. VI.

Reliquæ D. Hieronymi Inſtitutiones ad communem vitam ſpectantes.

70. Cœnobiticæ & Anacoreticæ vitæ comparatio. EXpoſuimus hactenus ea Hieronymi inſtituta, quibus ſe, Cœnobitaſque ſuos adſtringere ſtuduit; ſed verò eiuſmodi fuere, quod etiam ab Anachoretis bona ex parte poterant obſeruari, vt tute, lector, ea diſcutiens perpendes. Nunc de his, quæ neceſſariò multitudinem exigunt, inſtituendus à nobis ſermo eſt.

Anachoreticæ pericula. 25. Et primo omnium, quid de ipſa Cœnobitica vita ad Anachoreticam comparata ſenſerit, perquiramus. *Primumque tractandum eſt* (ait Hieronymus ad Ruſticum epiſt. 4.) *vtrum ſolus, an cum aliis in Monaſterio viuere debeas? Mihi quidem placet, vt habeas Sanctorum contubernium, nec ipſe te doceas, & abſque doctore ingrediaris viam quam nunquam ingreſſus es; ſtatimque tibi in partem alteram declinandum ſit, & errori pateas, pluſque aut minus ambules, quam neceſſe eſt; ne aut currens laſſeris, aut moram faciens obdormias. In ſolitudine cito obrepit ſuperbia, & ſi parumper ieiunauerit, hominemque non viderit, putat ſe alicuius eſſe momenti: oblituſque ſui, vnde & quò venerit, virtus corde, lingua foris vagatur. Iudicant contra Apoſtoli voluntatem alienos ſeruos, quo gula voluerit, porrigit manum; dormit quantũ voluerit nullũ veretur, facit quod voluerit, omnes inferiores ſe putat; crebriuſque in vrbibus, quam in cellula eſt; & inter fratres ſimulat verecundiam, qui platearum turbis colliditur.* En quibus, quantiſque ſyrtibus, ſolitudinis incolatus expoſitus ſit. Verum Hieronymus ſtatim ſe purgat ab his quæ ſibi ubiici, à quoquam poterunt, ſubdens: *Quid igitur? ſolitariam vitam reprehendimus? Minimè:*

Præfertur Cœnobitica. *quippe quam ſæpè laudauimus: ſed de ludo Monaſteriorum huiuſcemodi volumus egredi milites, quos eremi dura rudimenta non terreant: qui ſpecimen conuerſationis ſuæ multo tempore dederint; qui omnium fuerint minimi, vt primi omnium fiant: quos nec eſuries aliquando, nec ſatietas ſuperauit: qui paupertate lætantur: quorum habitus, ſermo, vultus, inceſſus, doctrina virtutum eſt; qui neſciunt, ſecundum quoſdam ineptos homines, dæmonum pugnantium contra ſe portenta confingere, vt apud imperitos, & vulgi homines miraculum ſui faciant, & ex inde lucra ſectentur.* Et poſt multa, *Tibi cum in Monaſterio fueris, hæc facere non licebit.*

Præſertim in fœminis. 26. In hanc ſententiam, quod ad mulieres Anachoreſim arripientes ſpectat, ita epiſt. 8. ſcribit: *Solet inter pleroſque eſſe certamen, vtrum ſolitaria, an cum multis vita melior ſit? quarum prior præfertur quidem ſecunda. Sed ſi in viris periculoſa eſt, ne abſtracti ab hominum frequentia ſordidis, & impiis cogitationibus pateant, & pleni arrogantia & ſupercilij cunctos deſpiciant quanto magis in fœminis, quarum mutabilis fluctuanſque ſententia, ſi ſuo arbitrio relinquatur, ſemper ad deteriora delabitur.*

71. Vitæ Cœnobiticæ ſpiritualia commoda. 27. Quod ſi quænam vitæ Cœnobialis in ordine ad perfectionis profectum commoda ſint, roges, qui quantis periculis exuatur vidiſti; audi Hieronymum Epiſt. 4. *Et ne plura replicando faſtidium legenti faciam, per hæc omnia ad illud tendit oratio, vt doceam te non tuo arbitrio dimittendum; ſed viuere debere in Monaſterium ſub vnius diſciplina patris, conſortioque multorum.* I. *Vt ab alio diſcas humilitatem, ab alio patientiam, hic te ſilentium, ille doceat manſuetudinem.* II. *Non facias, quod vis.* III. *Comedas quod iuberis.* IV. *Veſtiare quod acceperis.* V. *Operis tui penſum perſoluas.* VI. *Subijciaris cui non vis.* VII. *Laſſus ad ſtratum venias, ambulanſque dormites.* VIII. *Et necdum expleto ſomno ſurgere compelleris.*

Solitudinis commoda. 28. Nec Cœnobitis Hieronymianis deerant bona ſulitudinis: nam cum Marcellam ad rus Bethleemiticum inuitat, ait: *Si æſtas eſt, ſecretum arboris vmbra præbebit. Si autumnus, ipſa aëris temperies, & ſtrata ſubter folia locum quietis oſtendunt. Vere ager floribus pingitur, & inter querulas aues Pſalmi dulcius cantabuntur. Si frigus eſt, & brumales niues, ligna non coëmam* (quippe quæ io ſolitudine præſtu ſunt) *& calidius vigilabo, vel dormiam, certè quod ſciam vilius non algebo.*

Cellæ. 29. Planè nun ſulum domus communes intra vnius Monaſterij ambitum, ſed ſeparatas ſingulorum cellulas ædificauit; quibus nimirum quique ſtudiis litterarum, & orationi vacare poſſet. Hinc frequens apud Hieronymum cellularum mentio, & laudatio. Epiſt. 61. aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani: *Eccleſiam ſcindere dicimus, quia extra cellulas noſtras locum Eccleſiæ non habemus?* Et ſequenti 62. *Fratrem meum cauſam eſſe dicit diſcordiæ, hominem, qui quieſcit in Monaſterij cellula, &c.* Et de Paula Epiſt. 27. *Nec multo poſt in ſancta Bethleem manſura, anguſto per triennium manſit hoſpitiolo, donec extrueret cellulas, ac Monaſteria.* Epiſt. 4. *Habeto cellulam pro Paradiſo.* Et: *ſunt qui humore cellularum, immoderatiſque ieiuniis, &c.* Epiſt. 8. *Qui in humectis & frigidis habitauere cellulis, &c.* Epiſt. 15. *Vnius cellulæ clauſa anguſtiis, &c.* Et ni fallor cum de habitatoribus Nitriæ agit Epiſt. 22. ſatis ſe explicat: *nam in eodem loco,* ait, *circiter quinque millia Monachorũ diuerſis cellulis habitant*: vt quæ ſingulariter dicuntur in Nitria diuiſæ inter ſe, ſingulares in eo fuiſſe credãtur: nam & de Cœnobitis Ægyptiis Epiſt. 22. inquit: *Maneant ſeparati, ſed iunctis cellulis,* quas (vt reor) imitarabãtur Hieronymianæ; vtpote quæ intra vnius Monaſterij ambitum extitiſſe, liquidò conſtat: nam hodieque rudera extant ampliſſimæ fabricæ, quæ & nunc arcis vicem gerit, Minores fratres apud Bethleem degentes, aduerſus ſæpiſſimos Arabum incurſus defenſantis: quid ſcribit Buiza de locis ſanctis cap. 2. loco XXX. de quo & nos §. ſequenti.

dita ſententia Saluatoris; Si vis perfectus eſſe, vade. & vende, &c. Verba vertis in opera: & nudam crucem nudus ſequens, expeditior, & leuior ſcandis ſcalam Iacob. Tunicam mutas cum animo, nec plene marſupio glorioſas ſordes appetis, ſed puris manibus, & candido pectore, pauperem te, & ſpiritu, & operibus gloriaris. Et iterum: *Conſiderans; & propoſitum tuum, & ardorem quo ſeculo renuntiaſti*, &c. Et: *Loquor de Monacho, & Monacho quondam apud ſæculum nobili, qui idcirco pretium poſſeſſionum ſuarum ad pedes Apoſtolorum poſuit, docens pecuniam eſſe calcandam; vt humiliter, & ſecretè victitans, ſemper contemnas, quod ſemel contempſit.* Cum ergo aſſereret tantum Monachum præſtantiſſimæ perfectionis auidum, omnimodos oportere ab vrbibus ſecedere, ſubiungit: *Obſecro itaque te, vt quoniam ſanctæ ſororis tuæ ligatus es vinculo, & non penitus expedito pergis gradu, ſiue hic, ſibi* (id eſt, ſiue in ſolitudine, ſiue in vrbe degas) *multitudines hominum, & officia, & ſalutationes, & conuiuia, veluti quaſdam catenas fugias. Sit vilis* (An vilis?) *& Veſpertinus cibus*, *&c.* Subdit leges Monaſticas, quibus intra vrbem ſororis, ſeu veteris vxoris comitatu non dimiſſo, ſé debet aſtringere: & quas itidem ipſa, quæ pari profeſſionis vinculo aſtringebatur, obſeruare debet: *Soror præcipuè tua matronarum declinet conſortia: nec inter ſericas veſtes, & gemmas circum ſedentium fœminarum, ſe ſordidatam aut doleat, aut miretur, quia alterum propoſiti pœnitentias alterum ſeminarium eſt.*

76\. Sanctimoniales fœminæ intra vrbes.

Fuit verò huiuſmodi vitæ inſtitutum frequentiſſimum olim in Eccleſia, & primum quidem ſanctiſſimè, & cum laude excultum; vtpotè quod pleræque ex præſtantiſſimis Virginibus arripuere, quæ paupertatis propoſitum martyrij corona cumularunt, de quarum numero ſancta Eulalia Emeritenſis fuit, & Romæ SS. Flora & Lucilla (vt interim de cœteris taceam) quód eas ſanctimoniales Virgines Acta ſua exprimant: & Doctore Hieronymo Aſella, quæ *in vrbe turbida inuenit eremum Monachorum*. Epiſt. 15. vbi Monaſticas eius exercitationes deſcribit. Et ni fallor Bœtici noſtri Lucinius & Theodora, qui coniugij facultate, voto caſtitatis repudiata, & ex vxore ſorore facta, quod ad caſtitatem ſpectat, ita habet: *Habes tecum prius in carne, nunc in ſpiritu ſociam, de coniuge germanam, de fœmina virum, de ſubiecta parem*, &c. Et de ſubſtantiæ temporalis renunciatione; *Lucinius noſter omnem ſubſtantiam ſuam diſperſit, & dedit pauperibus, vt iuſtitia eius remaneret in æternum.* Et: *Laudanda res, & Apoſtolicorum temporum virtutibus coæquanda, quando venditis poſſeſſionibus ſuis, credentes afferebant pecunias, atque fundebant ante pedes Apoſtolorum.* epiſt. 28. & 29. Cæterùm tepeſcente feruore ſpiritus, in corruptionem vbique abiit, cum manifeſtis violandæ caſtitatis, & paupertatis periculis expoſita eſſet vita, & præcipuè ventris indulgentiæ: eſt enim hoc tertium illud Monachorum genus, quod ipſe Hieronymus deſcribit epiſt. 22. his verbis: *Tria ſunt in Ægypto genera Monachorum*, videlicet primum Cœnobitarũ, ſecundum Anachoretarum: *Tertium genus eſt quod Remoboth dicunt, deterrimum atque neglectum. Hi bini, vel terni, nec multo plures ſimul habitant, ſuo arbitratu, ac ditione viuentes; & de eo, quod laborauerint, in medium partes conferunt, vt habeant alimenta com-*

Tria Monachorum genera.

Remoboth.

munia. Habitant autem quamplurimùm in vrbibus, & caſtellis, & quaſi ars ſit ſancta, non vita, quidquid vendiderint, maioris eſt pretij. Inter hos ſæpè ſunt iurgia, quia ſuo viuentes cibo, non patiuntur ſe alicui eſſe ſubiectos. Reuera ſolent certare ieiunijs, & rem ſecreti victoria faciunt. Apud hos affectata ſunt omnia: laxa manica, caligæ follicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, viſitatio Virginum, detractio Clericorum, & ſi quando dies feſtus venerit, ſaturantur ad vomitum. Creuerat horum in Italia numerus, adeò vt ſcribens Hieronymus hæc Romæ ad Euſtochium Virginem (vt ad calcem epiſt. 2. quæ eſt ad Nepotianum fatetur) dixerit: *Tertium genus eſt quod Remoboth dicunt* (Ægyptij gentili lingua) *deterrimum, atque neglectum; & quod in noſtra prouincia, aut ſolum, aut primum eſt.* Fuere planè eorum germina, quos paulò prius viuis coloribus depinxerat. *Veſtis pulla, cingulum ſacceum, & ſordidis manibus, pedibuſque, & ciliciis veſtiuntur, & cucullis fabrefactis ſed venter ſolus quia videri non poteſt, æſtuat cibo, &c.* Et illi quoque *quos videris catenatos* (intra vrbem ſcilicet) *quibus fœmineì contra Apoſtolum crines, hircorum barba, nigrum pallium, & nudi in pœnitentia frigoris pedes longa ieiunia furtiuis nocturnis cibis protrahunt, &c.* Vide loci huius expoſitionem ſupra n. 23.

Quidni hi fuerint, quos vulgus multo poſt *Sarabaitas* appellitare cœpit? Audi D. Benedictum cap. 1. de quatuor generibus Monachorum: *Tertium vero Monachorum deterrimum genus eſt Sarabaitarum, qui nulla regula approbati experientia magiſtra, ſicut aurum fornacis, ſed in plumbi natura molliti; adhuc operibus ſeruantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini, & terni, aut certè ſinguli, ſine paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi ouilibus, pro lege eſt eis deſideriorum voluptas; & quidquid putauerint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum, & quod noluerint putant non licere.* Eoſdem fuſiùs deſcribit Piamon Abbas apud Caſſianum collat. 18. cap. 7. vbi inter cætera: *Cœnobiorum nullatenus expetunt diſciplinam, nec ſeniorum ſubijciantur arbitrio nec vllam ſanè diſcretionis regulam legitima eruditione ſuſcipiant in ſuis domicilijs ſub priuilegio huius nominis* (Monachus) *perſeuerant bini vel terni in cellulis commorantur hoc præcipuè procurantes, vt abſoluti à Seniorum iugo, quo placuerit euagandi, agendi vt quod libitum fuerit habeant libertatem. Etiam amplius,* Cœnobitis, *in operibus diurnis conſummuntur vt accipiant pecunias, quas recondant, vt quidquid quotidiana ſuperfuerit gula, aut profuſiori proficiat voluptati, aut certè philargiria vitio* (ideſt auaritiæ) *recondatur.* D. Iſidorus lib. 2. de offic. Eccleſ. c. 15. Caſſiani & Hieronymi verbis eos deſcribit, planè docens non alios eſſe *Sarabaitas* Caſſiani, quam Hieronymi Remobitas: aitque: *Sextum genus Monachorum eſt, ipſum deterrimum atque neglectum, quà ab eo quod ſemetipſos à Cœnobiali diſciplina ſequeſtrant, ſuaſque appetunt liberi voluptates, Ægyptiorum lingua Sarabaitæ, ſiue Remobitæ* (corrigo *Remnuitæ*, vel *Remnuitæ*, quod deprauati codices habent) *nuncupantur.* Caſſianus dixit: *Ab eo quod ſemetipſos à Cœnobiorum congregationibus ſequeſtrarent, ac ſigillatim ſuas curarent neceſſitates Ægyptia lingua proprietate Sarabaitæ nuncupati ſunt:* quaſi ea voce ſignificarentur *ſequeſtrati* aut ſingulares.

77\. Sarabaitarũ mores.

7 Vnde dicti *Sarabayta*.

Cæterùm ſi liceat hoc loco in ſuo quemque ſenſu abundare, cum audiam Hieronymum affirmantem hoc genus Monachorum Vrbicorum ab Ægyptiis *Remoboth* dictum, minus aſſentior Caſſiano aſſerenti eos ab Ægyptiis *lingua ſua proprietate ſarabaytas nuncupatos*. Neque enim probabile eſt D. Hieronymum mentitum, & eoſdem duplici æquè nomenclatura vulgo donatos. Et Caſſianus quidem ignorare non potuit, eos *Remobithat* ab Ægyptiis paſſim dici conſueuiſſe: cur ergo id nomen tacuit? Placet quos Ægyptij ex affectato, ac ſuperbo fauſtu, & ſupercilio *Remobithas* nuncuparunt (vt Mariano placet in ſchol.) eoſdem Græci *Sybaritas* dixerint, id eſt *guloſos* ac *delicioſos*, & *ventri deditos*: vulgus vero parum luxata voce *Sabaraytas*. Enimvero *Sybarita* gens fuit in Græcia Crotoniatis vicini, architectura voluptatum operoſiſſimi (Suida teſte) adeo notabilis, vt quidquid effeminatum, quidquid molle, quidquid accurata atque ambicioſa luxuria paratum eſſet, id vulgo *Sybariticum* diceretur. Qua de re multa ſcripſit Athenæus in Dignoſophiſtis lib. præſertim 12. congeſſeruntque Politianus Miſcell. c. 15. Eraſmus in Adag. Chil. 2. Cent. 2. num. 65. 66. 67. & Chil. 1. Cent. 6. num. 56. & Chil. 4. Cent. 7. num. 10. ex Ariſtot. lib. 1. Moral. ad Eudamum. Ouidio lib. 1. Triſt. 2. Martiali lib. 10. Epigr. Philone in vita Moſis, Maximo Tyrio, diſſertatione 3. de volupt. Quintil. lib. 3. Plutarcho in conuiuio ſeptem Sapient. Lampridio in vita Heliogab. Ariſtophane, Suyda, Stephano, Zenodoto, & aliis vbi de vulgatiſſimo illo adagio *Sybaritica menſa*: de conuiuio nimiùm apparato; & altero *Sybarita per plateas*, contra faſtuoſos ingredientes per annum; ſeſeque velut oſtentantes: nam Africanus in Oratione quæ *Coſtis* inſcribitur, *Sybarita*, ait, *faſtu præturgidi*. Quadrat & vox Hebræa, *Sabath*, & *Sibbat*, & *Sobab*, quæ ſacietatem, & ſaturitatem ſonat, vt *Remoboth* ſuperbum inceſſum, vt qui Ægyptiacè Hebræis conſonanter *Remoboth*, à ſuperbo & faſtuoſo inceſſu vocabantur, Græcè vtroque titulo, id eſt à ſaturitate, & faſtu *Sarabayta* dicerentur.

Sibarita gẽs.

79. Non fuere tempore Apoſtolorũ.

Illud vero in Caſſiani Pimone placet quod Sybaritarum originem ab Apoſtolicis temporibus non traxerit, tametſi in Anania & Saphira præfiguratos fuiſſe ſcribat; ait enim: *Illo igitur exemplo quod in Ananiam & Saphiram Apoſtolica diſtrictione punitum eſt, à nonnullorum contemplatione paulatim longa incuria, & temporis obliteratione ſubtracto, emerſit iſtud Sarabaitarum genus.* (Concinit Caſſiano Iſidorus) non quod intra vrbem, & abſque Cœnobio viuere Monachis nouum eſſet; ſed quoniam eorum corruptio, & caſus non ita pridem cæpiſſet; à quo ſanè perditionis exordio *Remobitha*, & *Sybarita* vulgo nuncupati ſunt: cum tamen prius inter eos laudatiſſimorum Monachi morum vbique floruerint: vti exemplis & teſtimoniis D. Hieronymi ſuperius expenſis liquido viſum eſt: & conceptis verbis expreſſit Epiphanius, oculatus eorum quæ ſcribit teſtis in Compendiaria doctrina, inquiens. *Quidam verò ex ſolitariam vitam degentibus* (id eſt Monachis) *habitant in ciuitatibus; aliqui vero in Monaſteriis deſident, & procul ſecedunt.* Aut cui alteri obedientiam in Monachatus ſui profeſſione præſtabant Anachoretæ, omnium lectiſſimi, quam Epiſcopo, vt tertij generis Aſcetæ? aut quo ſe ſolitudinis voto illi deuinciebantur, vt nequirent ſalua profeſſione ad vrbis ſe ambitum trahere? Ego vero præſtantiſſimos Monachorum lego, nulli loco, aut Cœnobio ita ſe deuinxiſſe, vt ſponte ſua inde moueri pro libito non potuerint. Sic Macarius à Scythicis tranſiit ad Gabenneſiotas nullius captata venia, mutato etiam habitu, vt inter tyrunculos ſtatueretur. Sic Hilarion, ſic Epiphanius, ſic Syluanus, ſic Arſenius, vt innumeros primi ordinis Monachos ſilentio tegam, vt libebat, mutabant ſedes. Et Athanaſius in vita Antonij cap. 3. ſcribit: *Nec dum tam crebra erant, I. in Ægypto Monaſteria, II. neque omnino quiſquam auiam ſolitudinem nouerat, III. Sed quicumque in Christi ſeruitute ſibimetipſi prodeſſe cupiebat, non longè à ſua villula ſeparatus inſtituebatur.* Tribus verbis, tria Monachorum quæ diximus, complexus genera.

Olim laudatiſſimi Monachi fuere.

80. Eorũ caſus.

Verum quoniam tepeſcente calore fidei, cuncta in deterius prolapſa ſunt, generalem Chriſtiana Republica morum patiente corruptionem, Monaſtica etiam Religio in deterius prolapſa eſt, ac Monachorum cæpit caſus & corruptio, eorum præſertim qui in vrbibus degebant tot propria voluntatis, diuitiarum, & deliciarum periculis obnoxij: & tandem in deterrimum *Serabaytarum*, & *Remobitharum* hominum genus vrbium Monaſtices incidit. Tanto autem apoſtemati malagmata adhiberi neceſſum fuit, appoſitis nimirum Eccleſiaſticis ſtatutis; iiſque in id pro viribus conari, vt quotquot Monaſticem vellent profiteri, de ſtabilitate loci, ſub certi Abbatis cura promiſſionem emitterent; vt ita deinceps tertium hoc deteſtabile Monachorum genus penitus aboleretur, quod tot tantiſque obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis tranſgreſſionibus expoſitum erat. Id tamen vel primus, vel princeps omnium R. P. N. Benedictus cap. 1. ritè conſtituit, vti omnes ad Monachatum admittendi primo omnium ſponſionem ſolemnem facerent de ſtabilitate ſua in loco certo, & obedientiam eius Abbati promitterent; quò deinceps nec pedem extrahere, nec vagare pro libito Monachus poſſet, nec in vrbibus degere ſuæ directioni relictus, ſed alterius ſubditus voluntati, à quo cum opus foret, cogeretur ſecundum Regulam ſibi præſcriptam viuere. Quo vno, ſi cætera deeſſent, Monachorum omnium parens dici, & prædicari promeruit, vtpotè qui in Eccleſia Dei perfectioni Monaſticæ viam aperuit, & ab arbore paradiſi pulcherrima ſpuria vitulamina docuit reſecari: vt nihil expoſitum putrefactioni deinceps relinquatur.

Remedia ex Regula B. Benedicti deſumpta.

81. Qua Hieronymus eiuſque Monachi obedientia Epiſcopo tenerentur.

Sed verò priuſquam hinc diſcedamus; diſquirere neceſſum eſt, quanta, qualive ex vi ſuæ profeſſionis, Hieronymus, & veteres Monachi obedientia erga Epiſcopos ſuos tenerentur. Ex dictis enim toto hoc opere, nullum videtur dubium ſupereſſe, quin ab eis cogi poſſent ſuis ſtare votis, & tranſgreſſores eorumdem plecti pro maritis. Quamobrem quoſdam Epiſcoporum Monaſteria ſuæ Diœceſis, aut Metropolis viſitaſſe legimus, vt Athanaſium c. 27. vitæ Pachomij, Epiphanium in eius Actis, Helenum in Actis S. Eugeniæ, & alios alibi. Namque cum abſque propriæ voluntatis renuntiatione, quæ per votum obedientiæ completur, perfecta ſtare nequeat ratio Monachatus, inde eſt quod aliquem habere neceſſum fuit exactorem ſuper

ſe,

ſe, à quo reddere Deo vota labiorum ſuorum Monachus volens nolens traheretur: is verò Epiſcopus erat vt lib. 2. c. 8. per totum probatum à nobis eſt. Nunc verò Hieronymus noſter apud Bethleem Monachus commorans, & Monaſteriis præfectus, Ieroſolimitano Epiſcopo ſubiici renuit, ita vt Epiſcopus quæreretur de eo dicens *ſe petiiſſe vt ſubiicerentur Eccleſia Dei.* (Monachi proculdubio) *& non ſcinderent eam*, neque proprium ſibi facerent principatum: planè vt modò beneficio Apoſtolicæ ſedis Religiones ab Epiſcopis exemptæ ſuum principatum facere videntur. Sic ipſe Hieronymus refert Epiſt. 61. reſpondet verò: *De quibus dicas non ſatis intelligo. Si de Pauliniano tibi ſermo eſt, vides eum Epiſcopo ſuo eſſe ſubiectum, verſari Cypri, ad viſitationem noſtram interdum venire, non vt tuum, ſed vt alienum, eius videlicet à quo ordinatus eſt.* Hactenus quod ad Paulinum ſpectat, rectè occurrit, ſed quod ſubiicit, difficilius captu eſt. *Quod ſi hic etiã eſſe voluerit, & in exilio noſtro quietus in ſolitudine viuere; quid tibi debet, niſi honorem, quem omnibus debemus Epiſcopis?* Nonne & obedientia Monaſticæ profeſſionis eius ſpecialiùs iuſſionibus ſtare teneretur, quam aliorum Epiſcoporum, in quorum Diæceſi non degebat? Sed audi ad fauorem Hieronymi hæc proferentem Epiphanium, ſuper eadem ordinati Pauliniani cauſa ipſum Ioannem Hieroſolymitanum Antiſtitem interpellantem (Epiſt. 60. ex Hieronym.) *Nihil tibi nocuimus, nihil iniuria fecimus, nec quicquam violenter extorſimus. In Monaſterio fratrum, & fratrum peregrinorum, qui prouintia nihil tua deberent, & propter noſtram paruitatem, & litteras quas ad eos crebrò direximus, communionis quoque tua ceperunt habere diſcordiam, ne viderentur quadam duritia, & conſcientia noſtra, antiqua fidei ab Eccleſia ſeparari, ordinauimus Diaconum, & poſtquam miniſtrauit, rurſum Præsbyterum.*

82. Aliter Præsbyteri aliter Monachi ſubſunt Epiſcopis.

Cæterum longè maiori, ac ſtrictiori obedientiæ vinculo (ſic nodus ſoluitur) Præsbyteri in Sacris miniſtrantes tenebantur erga Epiſcopos, ac Monachi, cum illi vrbes, & Parrochias ſuas adire cogi poſſent, & Epiſcopo aſſiſtere miniſtranti, hi verò extra cellam trahi nequirent, iuxta cuiuſque illorum profeſſionem: illi legibus bene miniſtrantium eſſent adſtricti, hi bene viuentium, & ſuis dumtaxat inſtitutis. Quod planè innuit Hieronymus Epiſt. illa 61. cum dixit: *Porrò quod dicis te petiiſſe, vt ſubiicerentur Eccleſia Dei* (agebat de Præsbyteris Monachis) *neque proprium ſibi facerent principatum, de quibus dicas, non ſatis intelligo. Si de me, & de Præſbytero Vincentio, ſatis multò dormiſti tempore, qui poſt annos tredecim nunc excitatus hac loqueris.* Tot enim ab ordinatione ſua tranſierant, & tamen nemo Epiſcoporum dixit Hieronymum, & ſocium eius Vincentium, æquè Præsbyterum, proprium ſibi facere conatos principatum, aut Eccleſiam ſcindere, eo quod in Cœnobits non miniſtrantes degerent. Hoc ſiquidem integrum illis fuiſſe illud conuincit, quod nunquam Præsbyteris vetitum fuit ex vrbibus ad Monachatum tranſuolare, vt expreſsè habetur 19. q. 2. c. *Dua ſunt*: illis Vrbani Papæ verbis: *Si quis Clericorum in Eccleſia ſua ſub Epiſcopo populum retinet, & ſeculariter viuit, ſi afflatus Spiritu Sancto in aliquo Monaſterio ſe ſaluare voluerit, etiam Epiſcopo contradicente eat liber noſtra autoritate.* In

Præsbyteri ſemper integrum Monachatum profiteri debet.

quem locum Gloſſa turpiter impegit, negans id abſolutè licere, *ſed excuſamur*, inquit, *à delicto inſtinctu Spiritus Sancti*, *ſicut alij*: vt extra de Diuortiis C. *Gaudemus*: & 14. q. 5. *Dixit.* Monetur verò, quoniam ſub obedientia Epiſcopi eſt. & idololatriæ crimen ſit non obedire. 8. q. 1. *Sciendum*: & quod nec peregrinari poſſit abſque licentia Epiſcopi de Conſectat. diſt. 5. *Non oportet*; nec poſſit res Eccleſiæ alienare: vnde multo minus ſeipſum 12. q. 1. Præcipimus. Audiendus tamen præ Gloſſatore Doctor Angelicus 22. 5. vlt. ar. 7. inquiens: *Obligatio voti perpetui præfertur omni alij obligationi.* (Non ſic Epiſcopo.) *Obligari autem voto perpetuo & ſolemni ad vacandum Diuinis officiis competit propriè Epiſcopis & Religioſis. Præsbyteri autem Curati, & Archidiaconi non obligantur voto perpetuo, & ſolemni ad curam animarum retinendam, ſicut ad hoc obligantur Epiſcopi. Vnde Epiſcopi Præſulatum non poſſunt deſerere quacunque occaſione abſque autoritate Romani Pontificis, vt habetur extra de Regul. & tranſ. c. licet. Archidiaconi autem & Præsbyteri Curati poſſunt liberè abrenuntiare Epiſcopo curam eis cõmiſſam abſque ſpeciali licentia Papa, qui ſolum poteſt in votis perpetuis diſpenſare*: videlicet, vt ſubdit in ſolutione ad 1. quoniam *Præsbyteri Curati & Archidiaconi obligauerunt ſe ad curam agendam ſubditorum, quamdiu retinent Archidiaconatum, vel parrochiam: non autem obligauerunt ſe ad hoc, vt perpetuo Archidiaconatum, vel parochiam teneant.* Et ita *ex dictis manifeſtum eſt, quod Archidiaconis, & Præsbyteris Curatis licet ad Religionem tranſire.* Ex eiſdemque principiis probauerat q. 184. ar. 6. hos non eſſe in ſtatu perfectionis, vt Epiſcopi, & Regulares. Conſule itidem ipſum fuſiùs de his agentem opuſc. 18. c. 25. p. 3. c. 5.

83. Satisfit oppoſitis.

Nec quicquam his obſunt doctrinæ à Gloſſa adductæ cum agant de Curatis, perſeuerare volentibus in cura animarum à qua tamen iure naturali eximitur, qui curæ cedere vult; cum ad id non ſe perpetuo voto obligauerit; & Canonico verbis illis Vrbani I. contento: *Eat liber noſtra autoritate*: quibus mirum eſt Gloſſam aperta fronte contraiiſſe: & Diuino, quoniam *Iuſto non eſt lex poſita.* 1. Timoth. 1. ideſt certa perfectionis lege nemo coarctatur, vt eam non valeat ſi volet, tranſilire. *Vbi enim Spiritus Dei, ibi libertas.* 2. Corint. 3. Et *Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Gal. 5. quibus locis ipſe nititur Vrbanus. Cum ergo integrum omnibus eſſet Præsbyteris ad Monaſticam vitam tranſire, etiã renuente Epiſcopo, iuſtam de Hieronymo & Vincentio quærelam non habet Hieroſolymitanus nec id nouiter ab ipſis attentatum, ſed à 13. annis: *Ob id enim & ego Antiochiam* (ſubiungit ipſe) *& ille Conſtantinopolim, vrbes celeberrimas deſeruimus, non vt te in populis prædicantem laudaremus*) nimirum conabatur Ioannes eos ſibi facere comites ratione Præsbyterij) *ſed vt in agris, & in ſolitudine adoleſcentia peccata deflentes, Chriſti in nos miſericordiam deflecteremus.* Quod pariter de Pauliniano fratre ſentiendum, ſic docet: *Sin autem de Pauliniano tibi ſermo eſt, vides eum Epiſcopo ſuo ſubiectum* (nempe Epiphanio, qui eum ordinauit) *Verſari Cypri: ad viſitationem noſtram interdum venire; non vt tuum, ſed vt alienum, eius videlicet à quo ordinatus eſt*: & hoc quandiu in officio ſuo perſeuerandi voluntas ei inest. Enim verò quamquam

ordinationis tempore Bethleemitica Monaſterij Ioannem parochiæ iure pertinentis incola eſſet, extra territorium tamen illud ordinatus eſt, fortè fortuna ad Eleuteropolitanum accedens, vbi vetus erat Epiphanij Cœnobium, ioxta illud Hieronymi epiſt. 62. *Occidentalium Sacerdotum commonit aures* (Ioannes) *dicens, eum in parochia ſua Bethleem Presbyterum conſtitutum. Si hoc verum eſt, cuncti Paleſtini Epiſcopi non ignorant. Monaſterium enim ſancti Papæ Epiphanij, nomine Vetus dictum, in quo frater meus ordinatus eſt Presbyter, in Eleuteropolitano territorio* (an Spanydrium?) *dictum, non in Helienſi* (ſeu Hieroſolymitano) *ſitum eſt.* Ad quod Epiphanius reſpiciens dixit: *In Monaſterio fratrum peregrinorum qui prouinciæ tuæ nihil deberet, ordinauimus, &c.* illuc enim ille acceſſerat: *Cum enim comprehendere ſeruum Dei non poſſes, qui te, eo quod graue onus Sacerdotij noſset, ſuſcipere, ſæpè fugiebat* (vide eumdem Paulinianum prius quæſitum ſæpè ab ipſo Ioanne, vt ordinaretur) *ſed nec aliquis Epiſcoporum facilè eum reperiret; ſatis miratus ſum, quomodo diſpenſatione Dei ad nos veneris, &c.* Cæterum is ipſe Paulinianus, qui cum vellet Presbyterij exercere munus, Epiſcopum ſuum ſectabatur apud Cyprum, *ſi hic etiam eſſe voluerit* (in Monaſterio etiam Bethleemitico) *& in exilio noſtro quietus in ſolitudine viuere* (abſque cura animarum) *quid tibi debet, niſi honorem, quem omnibus debemus Epiſcopis?* ait Hieronymus Ioanni. Non quod ad Aſceticam obſeruantiam cogi à Ioanne ſpecialius non poſſet, ſi eius tranſiliret leges, & iuribus Monaſticis non ſtaret (ſpecialiùs inquam iure territorij, in quo Monaſterium erat) quam à cæteris alibi demorantibus Epiſcopis; ſed quod quietè & ſanctè agens in Cœnobio ſuo, ad nihil aliud cogi poſſet, quantumcumque Presbyter eſſet, ſi tamen ſemel Presbyteratui renuntiaſſet, nihilque quod eius muneris eſt, amplius exercere quiret. Is itaque nihil, præter generalem Monachi, & ſubditi obedientiam, Epiſcopo ſui territorij præſtare debebat, quod aliis non deberet, & conſequenter ſolum honorem.

Pauliniamus Presbyteratum fugit.

84. Omnis adminiſtratio Presbyterij Epiſcopo ſubdita.

Idem iterato Hieronymus Theophili Alexandrino dixit, in eadem ſententia aduerſus Ioannis iteratam fortè quærelam perſeuerans. *Etiamſi ipſe* (Ioannes) *eum* (Paulinianum) *ordinaſſet, & ſic ſecreti amator quieſcere vellet* (Paulinianus ipſe) *nec quicquam* (Presbyteratus) *exerceret nihil ei deberet præter honorem cunctis Sacerdotibus debitum.* Quod tandem feciſſe ibidem fatetur. *Fratrem meum cauſam dicit eſſe diſcordiæ, hominem qui quieſcit in Monaſterij cellula, & Clericatum, non honorem interpretatur, ſed onus.* Liquet proinde aliquantò poſt præcedentem datam hanc Epiſtolam. Attende quod notanter adiecit, vt Presbyter ab obedientia Epiſcopi recederet; *nec quicquam exercet*, Presbyteratus: planè innuens, nihil, quod Presbyterorum eſt, ſiue ſacrificium, ſiue Sacramentum ſit, liberum ab Epiſcopi iugo poſſe quemquam exercere; vti ipſum feciſſe Hieronymum quo Paulini & Ioannis manus effugeret, ſuperius oſtendimus num. 28. & 39. huius capitis. Quamobrem eos, qui ad eum acceſſerant in Paſchate baptizandi, tingere noluit, ſed ad Presbyteros vrbis remiſit: *Et certè quinque Presbyteri* (inquit) *erant in Monaſterio, qui ſuo iure poterant baptizare, ſed noluerunt quicquam contra ſtomachum tuum facere.*

Cur Cathecumenos baptizari noluerit.

epiſt. 61. Videlicet, quoniam ſi ritè & publicè baptizarent, quod iure Presbyterij præſtare poterant, eo ipſo pleno, & ſpeciali adminiſtrationis iure Ioanni ſubeſſent, quod Hieronymus ſummopere renuebat, Ioannes vero modis omnibus procurabat. Expenſum igitur à nobis eſt qualis olim fuerit Monachorum obedientia erga Epiſcopos ſuos, quanta Presbyterorum; nec ab vtriuſque legibus latum vnquam à Hieronymo Presbytero ac Monacho prætergreſſum. Ad inſtituta Cœnobitica redeat oratio.

31. Humilitatis fuit, quod Præfectum Monaſteriorum, renuit vocari Abbatem: namque lib. 2. Comment. in epiſt. ad Galat. cap. 4. ad illa verba: *In quo clamamus Abba Pater*; ſic ait: *Cum autem Abba Pater Hebræo, Syroque ſermone dicatur, & Dominus noſter in Euangelio præcipiat, nullum Patrem vocandum, niſi Deum neſcio, qua licentia in Monaſteriis vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquieſcamus. Et certè ipſe præcepit hoc, qui dixerat non eſſe iurandum. Si non iuramus, ne patrem quidem quempiam nominemus. Si de Patre interpretabimur aliter, & de iurando aliter ſentire cogemur.* Verum in cap. 23. Math. ſuauius interpretatur Domini præceptum dicentis: *Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter qui in cælis eſt*: ne videlicet Ægyptij, & Paleſtini Monachi Præfectos ſuos Abbates & Patres vocitantes præcepto Dominico contraire videantur, inquiens: *Quæritur, quare aduerſum hoc præceptum vulgato ſermone, maximè in Paleſtina, & Ægypti Monaſteriis ſe inuicem Patres vocant? Quod ſic ſoluitur. Aliud eſt eſſe natura Patrem, aliud indulgentia. Nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus; non autorem noſtræ oſtendimus vitæ. Magiſter quoque dicitur ex conſortio veri Magiſtri. Et ne infinita replicem, quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius non præiudicat cæteris, ne per adoptionem Dei vocentur & filij: ita & vnus Pater, & Magiſter non præiudicat aliis, vt abuſiuè appellentur Patres, & Magiſtri.* Obtinuiſſe autem mos videtur, vt eo mortuo præſes ſui Monaſterij diceretur *Abbas*: nam Diuus Euſebius Cremonenſis eius diſcipulus, cuius ipſe crebrò meminit, *Abbas* nuncupatus eſt, & ſub hoc nomine hodieque à Minoribus fratribus apud Bethleem degentibus celebratur; & quotidie à Conuentu ſtatione facta inuocatur, ſub Commemor. *Similabo, &c.* verſ. *Ora pro nobis B. Euſeb.* Orat. *Interceſſio nos quæſumus Domine B. Euſebij Abbatis commendet, &c.* vt teſtatur Buyza in relation. Terræ ſanctæ prope finem: qui etiam cap. 2. loco 29. eiuſdem ſancti Abbatis meminerat; quod planè ſignum eſt gregem Hieronymianum aliquando rexiſſe. Hieronymus *Prepoſitos* vocitabat Monachorum ſuperiores, vt epiſtol. 4. *Prepoſitum Monaſterij timeas vt Dominum.*

85. Humilitatis ergo Abbatia nomen recuſat.

Euſebius & diſcipulus Abbas nuncupatus.

32. Fuit etiam humilitatis, quod ſe inuicem ſeruirent fratres, iuxta illud Hieronymi epiſt. 4. ad Ruſtic. *ſeruias fratribus*, videlicet in coquinæ officio, & cæteris humilioribus, quorum munia hebdomadatim explebant. Habes ea explicatius dicta ad Pamachium epiſt. 26. cum de Paula & Euſtochio incidit ſermo: *Cum omnia quæ dixi feceris, ab Euſtochio tua, Paulaque vinceris; ſi non opere, certè ſexu. Ego quidem Romæ noueram, & tunc me tenebat attonitumque utinam pertenuiſſet, quando ſocero tuo viuente Toxotio ſæculo ſeruiebant.*

86. Seruiant ſibi inuicem Fratres.

337

bant. Sed tamen audio quæ immunditias platearum ferre non poterant, quæ eunuchorum manibus portabantur, & inæquale ſolum moleſtius tranſcendebant, quibus ſerica veſtis oneri erat, & ſolis calor incendium: nunc ſordidatæ & lugubres, & ſui comparatione forticulæ. I. *vel lucernas concinant,* II. *vel ſuccendunt focum,* III. *pauimenta verrunt,* IV. *mundant legumina,* V. *olerum faſciculos in feruentem ollam deiiciunt.* VI. *apponunt menſas,* VII. *calices porrigunt.* VIII. *effundunt cibos,* IX. *huc illucq; diſcurrunt.* Hæc omnia explentes D. Benedictus cap. 35. *hebdomadarios coquinæ* nuncupat vt ſuo loco dicemus.

87. Hoſpitum lauare pedes.

33. Hoſpitum pedes lauare, Hieronymianis in vſu fuit, vt cæteris eius ævi, & ſequioris: vtpote à ſuo Præceptore ita verbo edoctis Epiſt. 4. *Hoſpitum laues pedes*; & exemplo: de quo ad Ruffinum lib. 3. Apolog. *Nobis in Monaſterio hoſpitalitas cordi eſt: omneſque ad nos venientes læta humanitatis fronte ſuſcipimus. Veremur enim ne Maria cum Ioſeph locum non inueniant in diuerſorio: ne nobis Ieſus dicat excluſus; Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me. Propoſitum nobis quippe eſt, pedes lauare venientium, non merita diſcutere.* Sed quanto putas ſudore, aſſiduoque exercitio in id incumbere opus oportebat? Ea multitudine hoſpitum ſuper viuentium id conſidera: de qua hæc proœmio lib. 7. ſuper Ezechiel habet: *Fateor me explanationes in Ezechiel multo ante tempore promiſiſſe, & occupatione de toto huc Orbe venientium implere non poſſe, dum nulla hora, nullumque momentum eſt, in quo non fratrum occurramus turbis, & Monaſterij ſolitudinem hoſpitum frequentia commutemus; in tantum vt aut claudendum ſit nobis oſtium, aut Scripturarum, per quas aperienda ſunt fores, ſtudia relinquenda.* Vigebat D. P. N. Benedicti ævo hic mos lauandi hoſpitum pedes, vt liquet ex c. 53. Regulæ, de quo & nos ibi Deo dante.

Hæreticos recipere prohibet.

34. Hæreticos adeo abhorrebat Hieronymus, vt neque hoſpitio recipiendos eſſe autem Epiſt. 4. ad Ruſticum docuerit, vbi: *Solos* (inquit) *hæreticos non recipimus, quos vos ſolos recipitis*; impiumque morem ſolos hæreticos recipiendi ſugillet, & reprehendit. Medium autem hoſpitalitatis B P. Benedictus inuenit c. 53. vbi cunctos ſiue domeſticis, ſiue hoſtibus fidei ianuam aperit, ſola differentia ex parte honoris deferendi contentus. *Omnes* (inquit) *ſuperuenientes hoſpites tanquam Chriſtus ſuſcipiantur & omnibus congruus honor exhibeatur, maximè tamen domeſticis fidei, & peregrinis &c.*

Præcipit D. Benedictus.

88. Menſa abſque lectione comitante.

35. Menſa Hieronymi abſque lectione erat: vt reor ſequebatur lectionem more Ægyptiaco, vel potius præcedebat, iuxta illud Epiſt. 10. *Quando comedis, cogita quod ſtatim tibi orandum, illicò & legendum ſit*: aliàs vt attenderet præſentaneæ lectioni ſtatueret. Nec mirum cum Vetuſtiſſimi Therapeutæ apud Philonem poſtquam menſæ accumberent, abſque tamen tibi guſtatu de ſcripturis diſſerebant: & tractationem cibatio ſequebatur. Conſule Regulam 44. & ſequentes, quas dedimus lib. 2. c. 12. §. 6. num. 9. & 63. Et apud Ægyptios id ipſum pro more fuiſſe refert ipſe Hieronymus Epiſt. 22. c. 15. inquiens: *Poſt horam Nonam in commune concurritur & completis orationibus, cunctiſque reſidentibus, medius, quem Patrem vocant, incipit diſputare. Poſt hæc concilium ſoluitur, & vna quæque decuria cum ſuo parente, pergit ad menſam quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt, nemo comedens loquitur.* Conſentit Regula S. Macarij n. 33. vbi ſilentium edentibus imperatur; de lectione altum ſilentium vt etiam fit in Regula S. Pachomij 1. p. c. 3. n. 7. vſque ad 14. Primum omnium auribus comedentium lectionem adhibuiſſe lego Epiſt. 109. ex qua poſtmodum Regula Auguſtiniana, vt, aiunt, conſtructa eſt: vbi cap. 13. de lectione menſæ agitur: & de Auguſtino Poſſidius in eius vita cap. 22. *In ipſa menſa magis lectionem, vel diſputationem, quam epulationem, vel potationem diligebat.* Quamquam diſputaſſe pridem in menſe de rebus ſacris D. Epiphanium ex cap. 18. vitæ ſuæ liquet; & nos ſuperiùs cap. 2. huius lib. n. 16. obſeruauimus. Cæterum Hieronymus ſic Monachum cibo indulgere volebat, vt inter edendum ſtatim ſe lectione reſeruaturum cogitaret: quò temperanter ederet. Cæterùm orationem ante, & poſt cibum captum faciendam ſuos edocebat Epiſt. 22. *Nec cibi ſumantur niſi oratione præmiſſa; nec recedatur à menſa niſi referatur creatori gratia.*

Ab ipſo tamen primû introducta.

89. Leuium & grauium criminum pœna & correctio.

36. Leuiorum criminum pœnas leuiuſculas vt Monachi facerent, edocebat. Quæris quæ? Ea Regula quam in emendationem earum in ſuis ſeruabat Paula ab ipſo edocta, quales ipſe in ſuos ediderit penſare poteris; eaſque trademus c. ſeq. cum cæteris ipſius Monaſticis inſtitutis. Grauiora verò crimina acri increpatione correxiſſe, ac ſeuerè puniuiſſe non eſt dubium. De petulantis Diaconi, ac Monachi increpatione ſeueriſſima ab ipſo facta, lege Epiſt. 48. ad Sabinianum: qui fugiens quidem virum, cuius vitiauerat vxorem, in Bethleem venerat Monaſticem profeſſurus: ſed ibi quoque Virginem quamdam Sacram è Monaſterio Bethleemitico ad ſtuprum fugamque ſollicitauerat, ſed priùs quam crimen patraret deprǽhenſus, acriter increpatus à Hieronymo eſt; vbi inter cætera, *Iaces itaque aduolutus genibus meis, & miſericordiam (vt tuis vtar verbis) ſanguinis deprecaris. Et ô te miſerum, neglecto iudicio Dei, me tantum quaſi vindicem times. Ignoui fateor, quid enim aliud poſſum tibi facere Chriſtianus? Hortatus ſum vt ageres pœnitentiam, & in cilicio & cinere volutareris, vt ſolitudinem peteres, vt viueres in Monaſterio, vt Dei miſericordiam iugibus lachrymis implorares. O funeſtos oculos meos! O diem illum omni maledictione digniſſimum &c.* Cætera apud ipſum legito, quibus & pietatem, & ſeueritatem viri miraberis.

37. Penè oblitus ſilentij ſuis à Hieronymo indicti fueram, tanta loquens. Vna duntaxat ſilentij factura erat Pſalmodia; quod planè indicat Epiſt. 17. & 18. dum ait de ſuo Cænobio: *Extra Pſalmos, ſilentium.* 90. Silentium.

§. VII

Quidnam de Diuinis officiis D. Hieronymus inſtituerit?

38. HOc conſultò in vltimum remiſi locum, vt ſeruarem bonum vinum vſque adhuc. Memineris in ſuperioribus num. 24. huius cap. actum à nobis de autore libri perantiqui *Comitis*, & *Lectionarij* titulo decorati, quem noſtrum fuiſſe Hieronymum Berno Augienſis

91. Comitis & Lectionarij autor.

gienſis Abbas vir magnæ in Eccleſia autoritatis abſqoe hæſitatione promit c. 4. 5. & 6. de ſacrificio Miſſæ: eiqoe ſubſcribunt Mycrologus de Obſ. Eccleſ. c. 25. 28. & 30. Belethus io Petron. c. 57. Rodulphus de Canon. obſeru. Pamelius in Prolog. lection. Seguntinus in vita Hieronymi lib. 4. diſcurſ. 2. & alij. Ex eo autem liquet omnibus penè Diuinis officiis modum & formam aſſignaſſe Hierooymum; videlicet, quis ſacrorum librorum in vna quauis Dominica, aot tempore in Eecleſia legi oporteret: & ad ſacrum altare, quæ Euangeliorum Capitula, quæ Epiſtolarum: cum priùs nihil certum de his definitum eſſet. Item diſtribuiſſe creditur Pſalterium per toram hebdomadam, & ſanctorum feſtiuitates. Crediderim autem lectionarium qui modò extat, multis locis additum, vt aliis quoque vetuſtis libris contigit: euius exemplo ſit Bedæ Martyrologium, cui nimirum recentiores eo nonnulli ſancti affixi ſunt: vt 20. Auguſti Bernardus, & aliis diebus alij. Illud ramen procul eſt omni dubio, Pſalterium Dauidicum à D. Hieronymo ad ſeptuaginta Interpretum correctiſſima exemplaria emendatum Romam canendum tradidiſſe, cum id ipſe eonceptis fateatur verbis lib. 2. Apolog. aduerſus Ruffinum cap. 8. inquiens: *Pſalterium quoque, quod certe emendatiſſimum iuxta Septuaginta Interpretes noſtro labore dudum Roma ſuſcepit, &c.* Suſceptum autem iuſſu Damaſi Papæ, qoi de eo vbique in Eccleſiis canendo Conſtitotionem edidit, aotoribus VValafrido Strabone lib. de Diuin. offic. c. 25. Mariano Scoto lib. 2. Chron. Martino Polono ad A.C. 370. Actis ipſius Damaſi in Eccleſia legi ſolitis apud Baronium tom. 4. A.C. 384. Anaſtaſio Biblioth. in Pontific. Luitprando itidem in Pontif. & his omnibus vetuſtiore Beda in Martyrol. 3. Idus Decembris, aiente: *Hic conſtituit, vt Pſalmi die noctuque canerentur per omnes Eccleſias.*

Euangelia & Epiſtolas diſtribuit.

Pſalterium emendatum Romæ tradit.

91. Explicatur Damaſi decretum.

Cæterùm cum à tempore ipſo Apoſtolorum iiſdem à Catholicis cani ſoliti fuerint, Damaſi conſtitutum ita intelligo, vt decreuerit, quod à Hieronymo correcti dumtaxat in vocibus Eccleſiaſticis reciperentur. Rurſus vt ad id deinceps penſi omnes Eccleſiæ tenerentur miniſtri: nam eam vim Damaſi conſtitutioni ineſſe credendum eſt, cum noui aliquid per eam neceſſariò decerneretur: & certum ſit hactenus voluntariè cani ſolita Pſalmodiæ officia. Denique in eum ſenſum itidem ea Damaſi Conſtitutio accipitur à Romano Breuiario Pij V. iuſſu edito, vt inſtituerit, qood *in Eccleſia Pſalmi ab alternis canerentur*: quandoqoidem Caſſiano lib. 2. de Inſtit. Monach. c. 8. moris fuerit vno alta voce pſallente, cæteros audire ſilentes, quouſque Pſalmo finito, omnes aſtantes cum clamore accinerent glorificationem ſanctiſſimæ Trinitatis. Ceciniſſe verò Damaſum tunc temporis Dauidis laudes Exametris verſibus, teſtis eſt Codex peruetuſtus M.S. Baſilicæ S. Petri, & alter Vaticanæ Bibliothecæ, vnde eos deſumpſit Baronius, & publicæ reſtituit luci; quibus quidem affixierant alij noſtri Doctoris, ſub hoc titulo.

Verſus Domni Hieronymi Presbyteri.

Pſallere qui docuit dulci modulamine Sanctos
Nouerat iſti, decem legis qui verba dediſſet:
Quot digitis cytharam, chordis, totidemque dicauit;
Nomina, vel ſignum numerum Crux ipſa notaret.
Credere quid dubitas? Virtus regit omnia Chriſti,
Qui varias iunxit vno ſub carmine linguas,
Vt pecudes, volucreſque Deum cognoſcere poſſint.
Hic ſonus eſt fidei, mentes qui mulcet amaras.
Sic creatura prior tanto de munere gaudet,
Offerat vt Domino, ſaluat quos gratia vocis.
Quiſque ſitit, veniat cupiens haurire fluenta,
Inueniet latices, ſeruant qui dulcia mella.

Subſcripſit dicens ad B. Damaſum miſſos.

Oret pro nobis Beatitudo tua Beatiſſime Papa.

Scitum etiam eſt decreuiſſe Damaſum, *vt in fine cuiuſque Pſalmi diceretur, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.* Ita Rom. Breuiarij hiſtoria Damaſi, & liber Pontificalis, cæterique ſcriptores & Veteres & Neotberici. Cæterum opportunè admodum Baronius hic admonuit, *nequaquam fluxiſſe ab Oriente (quod multi putarunt) vt in fine cuiuſque Pſalmi caneretur Gloria Patri, &c. licèt enim iſtiuſmodi glorificatio Trinitatis, quæ à Maioribus appellata eſt Hymnus glorificationis, ab exordio naſcentis Eccleſiæ ipſis Apoſtolorum temporibus in Eccleſia à Chriſtianis cani ſoleret; nondum tamen vſu receptum erat in Oriente, vt caneretur in fine Pſalmi, ſed in fine Hymnorum recens conſcriptorum* (quos quotuſquiſque componebat) *vt in Eccleſia Mediolanenſi fecit S. Ambroſius more Orientalium, vti Auguſtinus affirmat.* Citat Auguſt. lib. 9. Confeſſ. c. 7. vbi de his agit. Verùm miror quod tantus vir imponat Auguſtino, quod à mente illius alienum eſt. Verba eius ſunt recèns baptizati, c. 6. *Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis ſuanè ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter?* Et rurſus cap. 7. *Non longè cœperat Mediolanenſis Eccleſia genus hoc conſolationis, & exhortationis celebrari, magno ſtudio fratrum concinentium vocibus, & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multò amplius, cum Iuſtina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambroſium perſequeretur hæreſis ſuæ cauſa. Tunc hymni & Pſalmi, vt canerentur, ſecundum morem Orientalium partium, ne populus mæroris tædio contabeſceret* (qui ſcilicet cum Epiſcopo ſuo mori paratus excubabat in Eccleſiis) *inſtitutum eſt: & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, & per cætera Orbis imitantibus.* Vide, qoæſo, nullum aſſignate diſcrimen inter Pſalmorum & Hymnorum cantum; *Tunc Hymni, & Pſalmi vt canerentur ſecundum morem Orientalium, &c.* nec quicquam de glorificatione Trinitatis ibi dici. Non me latet Ambroſium tunc ob Beatæ Trinitatis confeſſionem ab Ariana fœmina perſecutionem paſſum, congruumque fuiſſe vt tunc temporis in Eccleſia Mediolanenſi ad tanti erroris deteſtationem S. Trinitatis glorificatio reboaret. Verùm, vt omittam id ab Auguſtino non exprimi, (vt oportebat ad faoorem Baronij) certum eſto cum veritate id ſtare non poſſe; quandoquidem ab Orientali Eccleſia nequiuit Ambroſius eum mutuare morem, hymnos ſcilicet aut Pſalmos cum Trinitatis glorificatione terminandi, quem ipſa non habuit. Enimvero teſtatur Caſſianus oculatus teſtis c. illo 8. lib. 2. *Illud etiam quod in hac prouincia vidimus*

92. Verſum Gloria Patri Damaſus inſtituit.

An ab Oriente fluxerit.

(Gallia

(Galliarum) *vt in clauſula Pſalmi omnes aſtantes concinant, cum clamore Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, nuſquam per omnem Orientem audiuimus: ſed cum omni ſilentio ab eo qui cantat, finito Pſalmo orationem ſuccedere. Hac vero glorificatione Trinitatis tantummodo ſolere Antiphonam terminari.* In Oriente igitur nec Pſalmi, nec Hymni eiuſmodi glorificatione ſub Ambroſio terminabantur, ſed dũtaxat Antiphonæ.

94.
Muſica in Diuinis laudibus ab Orientalib. accepta.

Quod verò ab Orientalibus Ambroſium accepiſſe eo loci ſcribit Auguſtinus, Muſicæ Eccleſiaſticæ ratio eſt, videlicet, vt viua voce, & armonia ſingulari laudes Deo Chriſti fideles in Eccleſia canerent, vt ex contextu liquet, & manifeſtant illa Auguſtini verba: *Suauè ſonantis Eccleſia tua, vocibus commotus acriter. Voces illa influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea aſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lacryma, & bene mihi erat cum eis.* Et verè quidem; nam hunc fuiſſe Orientalibus morem, fuſè docet Baſilius epiſt. 63. contra Neoceſarienſes, qui inter cætera ei opponebant, quod *veterem immutaſſet Pſalmos canendi conſuetudinem, & modum melodia.* Sed huic quæſtioni reſpondet: *Ad id vero quod propter Pſalmodias accuſamur habeo quod dicam: quod videlicet qui iam obtinuerunt ritus omnibus Eccleſiis Dei, concordes ſunt, & conſoni.* Morem verò melodiæ ſic deſcribit: *Et nunc quidem in duas partes diuiſi alternis ſuccinentes pſallunt: atque ex eo ſimul eloquiorum Dei, excitationem, ac meditationem corroborant, & cordibus ſuis attentionem: & reiectis vanis cogitationibus mentis, ſoliditatem ſuppeditant. Deinde vni ex ipſis hoc muneris dato, vt quod canendum eſt, prior ordiatur, reliqui ſuccinunt; atque ita Pſalmodia varietate precibuſque ſubinde interſertis, noctem ſuperant.* Quam verò latè mos hic ſuccurriſſet, ſubiungit: *Horum gratia ſi nos fugitis, fugietis ſimul & Ægyptios, fugietis Lybiam vtramque, Thebaos, Paleſtines, Arabes, Phenicas, Syros, & qui ad Euphratem habitant: & vt ſemel dicam, omnes, apud quos vigilia, ac preces communeſque Pſalmodia in pretio ſunt.*

95.
Orientales Monachi Muſica vſi.

Accipe etiam quid de Monachorum Orientalium cantu ſcribat Chryſoſtomus hom. 59. ad pop. Antioch. *Mox ſtatim ſurgentes, ſtant, Hymnos cantantes propheticos multa cum vocis conſonantia, cum aptè compoſitis concentibus. Neque cythara, neque fiſtula nec aliud muſicum inſtrumentum talem emittit vocem.* Quod iterat ſerm. de laudibus Monachorum. *Hymnos propheticos concinitate ſumma, & modulatis carminibus decantant, eo modulatu, & ſymphonia, vt neque cythara, neque fiſtula vlla talem edant ſonum.* Neque id mirum, cum à primitiuis illis Monachis Therapeutis, qui ſub Apoſtolis in Oriente floruerunt, ita canendum acceperint: de quibus Philo inter cætera: *Cantant hymnos in laudem Dei compoſitos variis metrorum, carminumque generibus, nunc ore vno, nunc alternis.* Et infra: *Hic Therapeutarum, Therapeutridumq; chorus compoſitus, & mixtis ad graues virorum ac tis fœmineis vocibus concinè temperatus, concentum reddit ſuauiſſimum verèque muſicum.* Et quod amplius mireris à Monachis Eccleſiaſticus concentus ad agricolas vſque pertranſierat; vti Paleſtinis ſuis in vſu fuiſſe docet Hieronymus epiſt. 17. *In Chriſti villa tota ruſticitas, & extra Pſalmos ſilentium eſt. Quocumque te verteris, arator ſtiuam tenens Alleluia decantat. Sudans meſſor Pſalmis ſe auocat, & curua attondens vitem falce vinitor, aliquid Dauidicum canit. Hac ſũt in hac prouincia carmina, ha, vt vulgo dicitur, amatoria cantationes: hic paſtorũ ſibilus, hac arma cultura.* Quo videas celeuma vindemiatorum, & meſſorũ in pſalmorũ armoniam verſa tunc fuiſſe. Adde Monachos ſenſim etiã ſub arbore conſiſtentes, alta voce pſallere cõſueuiſſe: nam ad id Hieronymus ipſe inuitabat Marcellã inquiens ep. 18. *Si æſtas eſt, ſecretũ arboris vmbra prabebit & inter querulas aues pſalmi dulcius cantabuntur.* Ab Orientalibus igitur muſicũ Pſalmorum cõcentũ ad ſuã Eccleſiam tranſtulit Ambroſius, ea præſertim neceſſitate motus, *ne populus mæroris tadio cõtabeſceret:* qui nimirũ de perſecuto paſtore ſuo preſſiùs triſtabatur: & hoc Auguſt. vocat *genus conſolationis, & exhortationis.*

Therapeutæ.

Agricolarũ celeuma Pſalmorum concentus.

96.
Cantum Diuini officij Hieronymus ſtatuit.

40. Placuit verò aliquãtiſper in his immorari, vt obiter moris fuiſſe Hieronymo notaremus alta voce Pſalmos occinere pro more patriæ: nã & de ſe ipſo, cũ aduerſus Ruffinũ ageret lib. 2. c. 7. *quos ante annos plurimos* (ait) *diligẽtiſſimè emendatis mea lingua ſtudioſis dedi, quos quotidie in Cõuentu fratrũ ediſſero: quorũ pſalmos* (Septuaginta Interpretũ) *iugi meditatione decanto.* Et Paulinis ſororibus ep. 27. *Per ordinẽ Pſalteriũ cantabãt.* Et de Bleſilla ep. 23. *Ad orandũ feſtina conſurgis, & tinnula voce cateris Alleluya praripiens, prior incipit laudare Dominũ ſuũ.* Sed exceſſum quoq; in his quandoq; interuenientẽ taxat lib. 2. Cõmẽt. ep. ad Epheſ. c. 5. ad illa verba Apoſtoli: *Cantãtes & pſallẽtes in cordibus veſtris Domino:* vbi ait: *Audiant hac adoleſcentuli, audiant hi, quibus pſallẽdi in Eccleſia officiũ eſt, Deo non voce, ſed corde cantandũ.* Hoc vero exponens ſubiũgit: *Nõ in Tragadorũ modum guttur, & fauces dulci medicamine colliniẽdas, vt in Eccleſia Theatrales moduli audiãtur, & cantica, ſed in timore, in opere, in ſcientia ſcripturarum. Quãuis ſit aliquis, vt ſolent illi appellare, κακόφωνος* (id eſt *melius canter*) *ſi bona opera habuerit, dulcis apud Deum cantor eſt. Sic cantet ſeruus Chriſti, vt non vox canentis, ſed verba peccant, qua leguntur: vt ſpiritus malus, qui erat in Saule, eiiciatur ab his, qui ſimiliter à Deo poſſidẽtur; & non introducantur in eos, qui de Dei domo ſcœnam fecere populorum.* Vnde etiam Monachum monet Ruſticum epiſt. 4. *Dicas Pſalmum in ordine tuo: in quo non dulcedo vocis, ſed mentis affectus quaritur, dicente Apoſtolo: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* Nec diffitebor hunc ipſum morem modulatè canendi Pſalmos, & ordine quemq; ſuo in Eccleſiã Romanã Damaſum, inuentore Hieronymo, aut denuò induxiſſe, aut perfeciſſe, ſi iã erat: cuius itidẽ opere, & conſilio factũ, vt omnes Pſalmos terminãdos decerneret glorificatione S. Trinitatis, graues ſcripturæ produnt, præſertim Albinus Flacus lib. de Diuin. offic. contendens priorẽ verſus illius partẽ, id eſt *Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſancto,* Damaſũ ad calcem Pſalmorum apponendam duxiſſe, à S. Hieronymo rogatum: eum verò aliquid huic adiiciendum decreuiſſet, ſequentem excogitaſſe: *Sicut erat in principio, &c.* Ad id autem vtrumq; motum hortatu Magni Theodoſij, refert Honorius Auguſto-dunenſis lib. de Gemma Animæ, & Diuinorum Officiorum concordia: cui ad verbũ ſubſcripſit Ioannes Belethus in Rationali c. 19. & 57. quem tu conſulas. Reperitur eadem S. Trinitatis glorificatio integra & immutatis verbis apud Chryſoſtomũ in Liturgia, forſam à Romana Eccleſia accepta. Per Hiſpanias ſtatutũ erat in

Exceſſum taxat.

Qualiter canendum.

Terminationis Pſalmorum cum Gloria Patri, autor.

Verſus *Sicut erat.*

rot in luce tanta iterum lapſum doctum Loayſam aientem : *Erat Alleluya carmen muſicum ruſticorum,& cum operi agreſti incumberent, Alleluya cantabant : inde in tonis muſicis Eccleſia vſurpatum.* Vnde id acceperit, non prodit, nec poſſet, cum liqueat à Pſalmorum modulationibus Regij Pſaltis ortum habuiſſe. Nobis concinit Cardin. Baronius tom. 4. ad A.C. 384. Illud tamen quod ait Hieronymus epiſt. 30. in Fabiolæ funere : *Sonabant Pſalmi, & aurata tecta templorum reboant in ſublime quatiebat Alleluya:* dubius ſum an credam præter Eccleſiaſticam conſuetudinem attentatum ob elatæ fœminæ ſanctitatem : an verò Hieronymus ipſe hoc loco vocem Hebraicam pro Latina acceperit, vt dicere vellet. Reboans in ſublime quatiebant deaurata templorum tecta *laudes Dei*, videlicet Orationes & Pſalmi in funere cani ſoliti : nam ex ſuperiùs dictis liquidum eſt *Alleluya* laudantium cum iubilo & lætitia Dominum, & omni mœſtitate abiecta vocem eſſe : Sed de ea ſatis.

101. Hieronymi horæ Canonicæ.

42. Quod ad numerum Canonicarum Horarum ſpectat, quæ Hieronymi temporibus canebantur, ſex ipſe perpetuo enumerat, id eſt *Nocturnas Vigilias, Matutinas preces; Tertiam Sextam & Nonam*, ac denique *Veſpertinas.* Lubet verba eius producere, vt videas duas poſtmodum additas fuiſſe Diuinis officiis. epiſtol. 7. *Aſſueſcas ad Orationes & Pſalmos Nocte conſurgere, Manè Hymnos canere; Tertia, Sexta, Nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti : accenſaque lucerna reddere ſacrificium Veſpertinum.* Cui proximum eſt, quod ait Comment. in Pſal. 119. *Monachi dicimur : Et licet non ſimus quales eſſe debemus, tamen dicimur. Hora Tertia oramus, hora ſexta oramus, & Nona. Lucernarium facimus* (nimirum *Veſperarias preces* accenſa lucerna. De lucernario vide dicta cap. 2. huius lib. à numero 12.) *Media nocte conſurgimus, & gallicinio oramus. Videte quibus horis ſemper ad obſequium Dei ſuſcitamur. Videte quid dicat : hora, Tertia, Sexta, Nona, lucernarium, medio Noctis gallicinio, Mane primo.* Rurſus epiſt. 8. *Præter Pſalmorum, & Orationis ordinem, quod tibi hora Tertia, Sexta, Nona, ad Veſperum, Media nocte, & Mane ſemper eſt exercendum; ſtatue quot horis ſanctam Scripturam ediſcere debeas.* epiſt. 22. *Quamquam Apoſtolus orare nos ſemper iubeat & ſanctus etiam ipſe ſit ſomnus oratio; tamen diuiſas orandi horas debemus habere, vt ſi quando fuerimus opere detenti, ipſum nos ad Officium tempus admoneat. Horam Tertiam, Sextam, Nonam, Diluculum quoque, & Veſperam, nemo eſt qui neſciat. Noctibus bis, terque ſurgendum.* Hæc ille Euſtochium admonens: ſed ſi epiſt. 27. conſuetudines ſororum Paulæ Matris recenſens inquit : *Poſt Alleluya cantatum quo ſigno vocabantur ad Collectam Mane hora Tertia, Sexta, Nona, Veſperè Noctis medio per ordinem Pſalterium cantabant.* Videas igitur nuſquam *Completorij* mentionem fieri, nuſquam *Primæ.* Sed vero acceperat id Hieronymus à Maioribus, qui prædictas ſex dumtaxat horas publicæ precationi ſtatuerant, vt apud Athanaſium videre eſt in Regula Monachorum à nobis data lib. 3. cap. 4. à num. 29. & apud Baſilium ſerm. 1. de Inſtitutionibus Monachorum. Concinit cæteris Chryſoſtomus ſæpius ſex tantum horas precandi recenſens, cit. homil. 59. ad popul. Antioch. vbi cum præmiſiſſet de Monachis : *Poſtquam gallo cantauit mox ſtatim ſurgentes, ſtant, hymnos cantantes propheticos* : ſubiungit. *Facto autem die illi cum rurſus Matutinas Orationes celebrauerint, & hymnos; ad ſcripturarum lectionem conuertuntur.* Et rurſus : *Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſpertinas orationes celebrant, & in quatuor partes diem diſpertiti dum ſingula partes implentur, pſalmodiis & hymnis Deum venerantur.* In quatuor, inquam, diem à ſolis ortu ad occaſum vſque quater trinis horis diſſecantes. Præceſſere tamen duæ illæ, id eſt ad galli cantum, & ad Matutinas preces.

102. An prima hora autor Hieronym.

Cæterùm dictis contraire videtur Caſſianus, dum lib. 3. de *Canonico Diuinarum Orationum, & Pſalmorum modo*, cap. 4. autor eſt, ſuo tempore *Prima hora* precationem in Monaſterio Bethleemitico D. Hieronymi inſtitutam fuiſſe : ſic enim habet capitis eius titulus : *Matutinam quam nos Prima hora ſolemnitatem appellamus non antiqua traditione ſtatutam, ſed noſtro tempore adinuentam eſſe.* Et in textu : *Sciendum tamen hanc Matutinam, qua nunc obſeruatur in occiduis vel maximè regionibus, canonicam functionem, noſtro tempore, in noſtroque Monaſterio primitùs inſtitutam, vbi Dominus noſter Ieſus Chriſtus natus ex Virgine, humana infantia ſuſcipere incrementa dignatus, noſtram quoque adhuc in religione teneram, & lactentem infantiam ſua gratia confirmauit.* Alibi etiam, & paſſim, illud ſuum eſſe Cœnobium teſtatur, id eſt, lib. 4. capite 31. & Collat. 21. cap. 1, & 5. & Collat. 17. cap. 2. 4. & 5. Nemo verò ipſum ab Hieronymo tum ſuis, tum D. Paulæ expenſis extructum inficiabitur, cum id ipſe conceptis exprimat verbis epiſt. 26. & 27. Nec cauſare poterit Caſſianum nonniſi Hieronymo ad ſuperos tranſlato inibi deguiſſe; cum liqueat, ex prologo ad lib. de Inſtitut. renunt. Caſſianum à pueritia ſua Monachatum profeſſum fuiſſe, nec alibi niſi in eo Syriæ Monaſterio, vt teſtatur ipſe in exordio vndecimæ Collationis. Vnde poſt prima fidei rudimenta (id eſt Decalogi præceptis rectè imbutus, & votis Monaſticis) maiorem perfectionem ambiens ad Ægyptios Monachos profectus fuit. Oportuit verò id ante A.C. 404 accidiſſe, quod tunc ipſe Conſtantinopoli egreſſus, legatione funxerit ad Rom. Pontificem in cauſa S. Chryſoſtomi, cuius iam Diaconus fieret conſtitutus; videlicet poſtquam à Scithiotis, ad quos ſecundo migrauerat (Collat. 17. c. 31.) Conſtantinopolim ad Chryſoſtomi diſciplinam ſe receperat. At tunc quoque Betleemitici turis colonus erat Hieronymus, quinque ad A.C. 426. non obiit, Dextro teſte, vel vt Proſpero placet 420. Ex quo tandem fit vt *Primæ hora* Canonicæ canendæ autor extiterit Hieronymus. Atque ita placat Gazæo docto Caſſiani Commentatori. Quo anno mortuus.

103. Explicatur Caſſianus.

Placuerat prima fonte & mihi ſententia huiuſmodi, verum ſeriò Caſſiani verba introſpiciens, aliter ſentire cogor : videlicet Hieronymum primo omnium conſtituiſſe vt Matutinæ preces vſque ad ſolis exortum differrentur, quæ hactenus ad aurotam cani conſueuerant, imo vigiliis nocturnis alicubi immediatè apponebantur : quo tamen facto, occaſionem præbuit horam *Primam* à Matutinis diuerſam excogitandi in Eccleſia : nam & ipſe quodammodo duas horas conſtituiſſe viſus eſt, cum Matutinales Pſalmos ità diuiſerit, vt quidam poſt

Primæ horæ nomine quid olim intellectum.

Canonicas Vigilias, quidam verò exoriente ſole dicerentur: nihil tamen penſo ſolito ſuper addens. Ita prorſus ipſe Caſſianus expoſuit cap.6. ſequenti inquiens: *Illud quoque noſſe debemus, nihil à ſenioribus noſtris, qui hanc eandem matutinam ſolemnitatem addi debere cenſuerunt, de antiqua Pſalmorum conſuetudine immutatum, ſed eodem ordine miſſam, quo prius in Nocturnis conuentibus perpetuo celebratam* (*Miſſam* pro *miſſione* ponit, & eſt ſenſus, Monachos vt ante, nunc etiam dimiſſos; ideſt non plus detentos in Collecta) *Etenim Hymnos, quos in hac regione ad matutinam excepere ſolemnitatem, in fine Nocturnarum Vigiliarum, quas poſt gallorum cantum ante auroram finire ſolent, ſimiliter hodieque decantant; ideſt* 148. *Pſalmum, cuius initium eſt, Laudate Dominum de cœlis, & reliquos qui ſequuntur* (videlicet 149. & 150. quos ſub vnu *Gloria Patri*, finire ſolemus) *Quinquageſimum vere Pſalmum*, Miſerere mei Deus, *& ſexageſimum ſecundum* Deus Deus meus, *& octogeſimum nonum*, Domine refugium, *huic nouella ſolemnitati nouimus eſſe deputatos*: qui tamen ſimul cum, *Laudate Dominum de cœlis*, etiam olim matutinalibus precibus aſcripti erant, vt ex Athanaſio, Baſilio & Chryſoſtomo liquet. Atque in hunc modum Caſſianum intellexit Iſidorus lib. 1. de offic. Eccleſ. c. 23. cuius titulus eſt, *de Matutinis*, qui tamen ſuperiori cap. 22. egerat *de Nocturnis, vigiliis*, & cap. 19. *de Tertia, ſexta & Nona hora officiis*, nullibi *de Prima* differens, ſed etiam cum *Matutinis* confundens. Caſſiani autoritate vſus. Cauſam autem tranſlationis horæ his verbis aſſignat Caſſianus cap. illo 4. *Vſque ad illud tempus hac ſolemnitate Matutina cum quotidianis Vigiliis pariter conſummata, reliquas horas refectioni* (ſomno videlicet) *corporum deputatas à Maioribus noſtris inuenimus. Verùm cum hac abutentes indulgentia, negligentiores quoque inducias ſomni longiùs protelarent quorundam illic fratrum feruentium ſpiritu, quibus hoc negligentia genus haud leuiter diſpliceret, ad ſeniores querela delata, decretum eſt ab eis diutino tractatu, & conſultatione ſollicita, vt vſque ad ſolis ortum, quo iam ſine offenſione, vel lectio parari vel opus manuum poſſet aſſumi, feſſis corporibus refectione conceſſa, inuitati poſt hac religionis huius obſeruantia, cuncti pariter è ſuis ſtratis conſurgerent, ac tribus Pſalmis, & orationibus celebratis, ſecundum modum, qui antiquitus in obſeruatione Tertia, vel Sexta, trina confeſſionis exemplo ſtatutus eſt, & ſomno deinceps finem, initium operationi, æquali ſimul moderamine facerent.* Itaque propter ſomnolentorum nimiam indulgentiam taxandam, hora mutata eſt. Sed quoniam Pſalmi Laudum 148. 149. & 150. ad auroram ſpectare, ſemper à Patribus iudicati ſunt; idcirco à reliquis ſeparari congruum viſum eſt. Vnde & quodammodo à Caſſiano ſeptem iam tunc Horæ Canonicæ cæpiſſe creditæ ſunt: ideſt *Vigilia, Laudes*, ſolo *Laudate* contextæ, & *Matutina, Tertia, Sexta, Nona & veſpertina hora*; & illud Dauidicum ad verbum adimpletum Pſ. 118. *ſeptiee in die laudem dixi tibi*. Verum hac nouella mutatione nihil veteri horarum penſo additum fuiſſe, ex ipſius conteſtatione probauimus.

Miſſa quid.

104. Neque his contraire titulus illius 4. capitis poteſt, vbi de *Prima hora mentio* fit, quandoquidem Caſſiani opus non eſt, ſed potius à Recentioribus nouatus; nam veteres Codices habent: nimirum in Caradignenſi Gothico ſic c.4. *Quod Matutina ſolemnitas non antiqua traditione ſtatuta ſit, ſed noſtro tempore procurata ſit, & adinuenta.* Et caput ipſum non ab illis verbis exorditur. *Sciendum tamen &c.* Sed à Paulò ſuperioribus, quæ nunc in tertio capite extant: *De Matutina vere ſolemnitate, &c.* Ex quo liqueat, capitum diuiſiones Caſſiani opus non fuiſſe, nec ipſum titulos capitibus affixiſſe. Denique ſententia noſtra ipſius Hieronymi Caſſianæi Cœnobij magiſtri teſtimonio comprobatur, qui videlicet nunquam ſex horarum meminit, ſed quinque duntaxat, cum quædam ex ſuperiùs relatis ſcripſerit poſt Caſſiani ab eo exceſſum, videlicet A.C. 404. quo B. Paulam ad Deum migraſſe contigit, cuius ſcilicet Epitaphium Epiſt. illa 27. deſcripſit, vbi quinque itidem vt prius Horas Canonicas recenſet, & de mutatione Matutinalis, quod mirum eſt, altum ſilentium. Vt videas, ea nihil ſibi fuiſſe de Diuino opere immutatum. Sed ad alia transeamus.

De Caſſianæo libro iudicium.

43. Vbi duo adhuc notanda ſunt Hieronymi Inſtituta: alterum Nocturnalem Synaxim ſpectat, ad quam quidem non ſemel, vt aliis moris erat, ſurgere Monachos ſtatuerat, ſed iterum & tertio, vt ego reor, variè iuxta Nocturnorum numerum; nam aliquando Nocturnos duos, aliquando tres in eiſdem Vigiliis facimus pro feſtorum ingruentium diuerſitate. Ita ille ad Euſtochium Epiſt. 22. *Noctibus bis terque ſurgendum*: ita ad Paulinum Epiſt. 13. *Crebra Vigilia, & ventre vacuo ſæpiùs dormiendum.* Nimirum ieiuni id facile obſeruare poſſent, non faturi. Ita quoque Antonij diſcipulos feciſſe reor, vt coniicio ex Regula Macarij nu. 29. illis verbis; *Tempore quo miſſa fiunt in Vigiliis &c.* Ergo in Nocturnis Vigiliis non vna *Miſſa*, aut *miſſio* Fratrum fiebat, ſed plures vide lib. 3. cap. 3. numer. 16. & num. 103. huius capitis. 105.

Quotica Nocte ſurgendum.

44. Alterum cæremonias chori reſpicit; & & modum ſtatuendi corporis in oratione de quo Epiſt. 13. *Frequenter orandum, & flexo corpore mens erigenda ad Dominum*: Et Epiſt. 23. *Ad orandum feſtina conſurgit, & tinnula voce cæteris Alleluia præripiens, prior incipit laudare Dominum. Flectuntur genua ſupra nudam humum.*

Chori cæremoniæ.

45. Quibus tandem pietate ſua iungendus eſt conſuetiſſimus Hieronymi mos ſigno Crucis ſe muniendi, vtque cæteros eo ſe muniendi adhortantis Epiſt. 22. *Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat crucem.* Epiſt. 8. *Claudas cubiculum pectoris, & crebro ſignaculo Crucis munias frontem tuam.* Inde de Paula ad mortem ægrotante Epiſt. 27. ait: *Et cum os, Stomachumque ſignaret, & matris dolorem Crucis niteretur impreſſione lenire.* Sed tranſitum iam ad alia diſponamus. Magni namque Monachi ac Monachorum Magiſtri Hieronymi opera penè omnia Monaſticis ſcatent documentis, quæ capite ſequenti proſequemur.

Cruce ſignatio.

§. VIII.

§. VIII.

De duratione Inſtituti Hieronymiani.

96. Inſtituti huius caſus. HOs flores, Lector, ex Hieronymi horto libo it colligere, noſtræ eruditionis gratia, & qui plures ſibi imprimendos curauerit, ſciat proculdubio ſe plus eius diſciplinis adhæſurum. Sed de duratione eius inſtituti ſatis anxiè perquiri ſolet, vt liqueat, an RR. PP. Hieronymiani, qui tunc temporis extant moribus quidem ac Religione præſtantes, perpetua ſucceſſione ab eius magiſterio deſcenderint? Sunt qui velint omnimodis defeciſſe poſt annos plus minus 200. à Hieronymi obitu, nimirum occiſis & diſperſis à Sarracenis eius diſcipulis, cum Paleſtinæ ad impiorum Agarenorum manus deuenit A.C. 632. Ita ex communi ſententia refert ac ſequitur Ioſephus Seguntinus Hieronymianus 2.p. Hiſtoriæ ſui Ordinis lib.1.c.1. Aliquot nihilominus diſcipulorum eius perſeueraſſe vſque ad ſacri corporis tranſlationem, quod trina reuelatione præmonitus Monachus eidem aſſiſtens, cum duobus comitibus Romam detulit, & in Eccleſia S. Mariæ ad Niues, ſeu Maioris, iuxta Dominicum præſepe recondidit; ex his quæ de ea refert Equilinus lib. 4. cap. 145. conijcio. Nec inficiabor multos alios diſcipulorum ad alia Paleſtinæ Cœnobia Diuo Magiſtro extincto tranſiiſſe, & ibidem inſtituta ipſius propagaſſe, aliis Monachis: & ita demum ſanctam eius diſciplinam perpetuo in Eccleſia perſeueraſſe, tametſi Hieronymi nomine diſſimulato, cui videlicet non tam cordi fuit nouam ſcholam in Eccleſia erigere, quam Monachatum vniuerſum puriſſimum reddere.

96. An ad Occidentem tranſierit? Cæterùm adhuc quidam contendunt ad Occidentem ſcholam Hieronymi tranſlatam, tum in Italiam Doctore S. Euſebio Cremonenſi eius diſcipulo, vbi ſine intermiſſione vſque ad nouum eius in Hiſpania exortum ſub A.C. 1350. perſtiterit, quod contendit Sabelicus, & cum eò Morigia, & Tarcagnota, citati à R.P.F. Hieronymo à Cruce ſacræ Theologiæ profeſſore in Regio Matricenſi Cœnobio, in ſpeciali, ac pereruditо opuſculo, eius rei gratia elaborato, quod cum aliis eiuſdem auctoris operibus prope diem prodire in lucem ſperamus: tum vero in Gallias labore ac ſcriptis Ioannis Caſſiani Hieronymi eiuſdem diſcipuli celeberrimi, qui Maſſiliæ *condidit duo, id eſt virorum & mulierum Monaſteria* (ait Gennadius in Catena Illuſtr. vir.) *quæ vſque hodie extant*. Nec deſunt qui velint extare adhuc Eremicolas in Galliis, qui de Caſſiani Magiſterio, ab eius temporibus vſque in præſens tracto glorientur. Sed quidquid ſit de his, quæ non vſque quoque explorata ſunt: illud mihi dubio procul eſt, Caſſianum nequaquam voluiſſe mores ſui Bethleemitici Cœnobij ad Gallias transferre, ſed Ægyptiorum inſtitutum, nonnihil ob Gallicana frigora temperatum; atque ad inſtar Paleſtinorum obſeruationes à ſe excogitatas quaſi de nouo plantare: vt conceptis ipſe verbis exponit in Prologo ad libr. de Inſtitut. renunt. vbi cum ſibi ab oculos poneret, *quod ſuper hac re viri de vita nobiles, & ſermone, ſcientiaque præclari multa iam opuſcula deſudarunt; Sanctum Baſilium, & Hieronymum dico, alioſque nonnullos, poſt quorum* (ait) *tam exuberantia eloquentiæ flumina, poſſem non immeritò præſumptionis notari, ſi aliquid ſtillicidij huius inferre tentaſſem, niſi me ad hæc fiducia tuæ ſanctitatis animaret*. Et cap. 1. Procœmiali. *Conditiones* (ait) *quibus hi, qui ad Dominum conuerti cupiunt, recipiantur in Cœnobiis, breui quantum poſſumus ſtudentes ſermone complecti; quædam ſcilicet de Ægyptiorum, quædam de Tabenneſiotarum regulis admiſcentes*. Quo videas, nequaquam Hieronymi doctrinis ſe confirmari voluiſſe, ſed diuerſam Regulam conſtitueres?

Sed enimverò fateamur nihilominus, non aliam ab antiqua exiſtere nouellam Hieronymi plantationem, cum ad eius reſtaurationem oracula præceſſerint Diuina; tum S. Brigidæ id Gregorio XI. verbo tenùs indicantis, tùm pietate inſignis Cardinalis eidem ſubinferentis. *Sanctiſſime Pater, ſuſcita dormientem Hieronymum*: tum etiam bonæ memoriæ Thomæ Suchi Senoenſis prophetiæ dono clari ſæpiùs clamantis: *O fratres, video Spiritum Sanctum in Hiſpaniam deſcendere*: quò tunc quidam ex ſuis deſcendentes Ordini ſe nouo incorporarunt: tum denique eius rei teſtimonium reddidit Spiritus ſanctus, qui eodem tempore multis, & à ſe inuicem remotiſſimis locis, nulla de his inter ſe collatione facta Eremitas pietate conſpicuos excitauit, qui haberent in votis Hieronymi Inſtitutiones renouare. Atque licet nihil de iis in libris S. Brigittæ, aut apud D. Antonium 3.p. tit. 22. cap. 1. §. 6. de rebus Thomæ Suchi agentis reperiatur; extare nihilominus in Archiuo primarij Sancti Bartholomæi Cœnobij Codicem M.S. 200. annos ſuperantem, cuius & ipſe inſpector fuerit, refert Seguntinus citato loco fol. 9. citatque de his Petrum de Vega lib. 1. cap. 7. Id verò ita intelligendum puto, vt fluuius perſpicuarum aquarum, qui ſub terra diù latuerat, nouiter alibi emerſionis; nihil de identitate ſua diminutionis paſſus: velut Iordanis, cui aliquoties detineri, & diſſecari contigit; & iterum nihilominus fluxerit: perſeuerante ſiquidem eodem fonte, idem flumen perſiſtere neceſſum eſt: ſi tamen id in pietatis argumentum, non ad iura venuſtatis expoſcenda remittamus. Sed iam ad Hieronymi diſcipulas tranſeat oratio. 97. Oracula præcedentia Hieronymiani inſtituti reſtaurationem.

CAPVT V.

De Monachatu S. Paulæ, aliarumque perilluſtrium fœminarum D. Hieronymi Regulis informatarum.

§. I.

Diſcipularum Diui Hieronymi conſecratio velatio, & detonſio, earumque ſyllabus.

DVo vtriuſque ſexus Monaſticæ vitæ ſectatorum genera æuo Hieronymo in Eccleſia floruiſſe cap. præcedenti à n. 73. & deinceps eius præcipue teſtimoniis ſtatuimus. Alij enim I. Duo Monachorum genera.

voto perpetuæ caſtitatis,& paupertatis adſtricti, tum intra vrbes, tum intra proprias domos ex cooiugibus ſocij facti, coniugij, ac dominij rerumfacultatibus tenuntiabant,atque, vt perfectam Monaſticem colereut,ſub Epiſcopi obedientia viuebant. Alij hominum conſortia fugientes, ſolitariam, & Aoachoreticam ſeorſim, vel Cœnobiticam ſub Præpoſiti obedieotia,atque ſpecialis Regulæ præſcripto vitam agebant. Vtriuſque generis diſcipulos inſtruxiſſe Hieronymum, nemo eſt, qui oeſciat ex his, qoi ipſius ſcripta, vel à limine ſalutauerint: cuius Anachoretica, ac Cœnobitica Ioſtituta,vtrumque ſexum æquè ſpectantia dedimus toto capite præcedeoti; eiuſque inſigniores diſcipulos num.11. Sed cum plura ſpeciatim fœmioarum eruditionem continentia,ſexuſque ptopria tam in Vrbe, quàm io Cœnobio degentium Aſcetica ſcripſerit documenta, ſpecialem de eis tractationem adire opera pretium duxi, eoqua in caput præſens teiicere, quò clarius procedamus.

2. *Monachi nomen Romæ vile Hieronymi æuo.*

Monachi, & *Sanctimonialis* nomina tnto iam orbe Hieronymi temporibus cum bonore difuſa Romæ adeò vilia,& abiecta eadem tempeſtate fuere, vt nemo præ ignominia *Monachum*, nulla (nobilium præcipuè fœminarum) *Sanctimonialem* publicè ſeſe dicera auderet,quouſque Marcella vidua ſanctiſſima, eiuſque amicitiis fruita Paula,filia buius Euſtochium,& aliæ matronæ genere ſpectabiles Aſceticum arreptæ præſcriptum Chriſti famulatum ſummam reputauere ingeouitatem: quod paſſim vbique deplorabat Hieronymus, ac verbis conceptis refert Epiſt. 16. de Vita Marcellæ ad Principiam, c.4.vbi ait: *Nulla eo tempore nobilium fæminarum nouerat propoſitum Monachorum,nec audebat propter rei nouitatem ignominioſum, vt tunc putabatur, & vile in populis nomen aſſumere. Hac* (nempe Marcella) *ab Alexandrinis prius Sacerdotibus, Papaque Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſecutionem Arriana hereſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſua portum Romam confugerant,vitam B. Antonij adhuc tunc viuentis, Monaſteriorũque in Thebayde Pachumij,& Virginum,ac viduarum didicit diſciplinam. Nec erubuit profiteri, quod Chriſto placere cognouerat: Hanc multos poſt annos imitata eſt Sophronia,& alia, quibus rectiſsimè illud Enianum aptari poteſt: Vtinam ne innemore Pelio* (huius adagij ſenſom vide lib.3. cap.3.num.7.) *Huius amicitiis fruita eſt Paula venerabilis,in huius cubicule nutrita Euſtochium virginitatis decus,vt facilis æſtimatio ſit, qualis magiſtra, vbi tales diſcipula.* Quibus autem probro,

Marcella nobilium prima monachatum arripit.

3. atque ignominiæ nomen *Monachi* erat,mitum non eſt rem ipſam Monachatus publicè profiteri integrum nullatenos fuiſſe:vnde ortum nondum eo tempore exorta Romæ Sanctimonialium Monaſteria; ſed quibus ex cauſis vide Romanis *Monachi* nomen celabatur, latibola atiam quærere,petere ſolitudinem, ac fugam ab oculis hominum Monaſticem profitentes inire cogebantor: quatenus eremi, & ſeceſſus ſacra protecti quiete, Antonij, Pachumij, Thebaydenſium quæ Virginum vitam pacato animo imitarentur;quod ibidem expreſſit Hieronymo. cap. 7. *Suburbanum* (inquit) *ager vobis* (nempe Marcellæ,Paulæ,Euſtochio,Principiæ, & aliis) *pro Monaſteria fuit, & rus electum pro ſolitudine:*

Romæ Monaſteria à Marcella cœpere,

multeque ita vixiſtis tempore? Sed quo fructu? quanto profectu? *ex imitatione veſtri* (Subdit) & *conuerſione multarum, gauderemus Romam factam Hiereſolymam. Crebra Virginum Monaſterio, Monachorum innumerabilis multitudo, vt pro frequentia ſeruientium Deo, quod prius ignominia fuerat, eſſet poſtea gloria.*

Rem igitur nomenque *Monachatus* vilipendente Roma, conſequens fuit vetuſtiſſimum 4.
velationis virginum motem flocci etiam in Vrba reputatum, ac ſimul cum Monacharu exoſſum, atque deſpectum extitiſſe, donec ſpectatiſſimæ virtuta virginas Euſtochium, & Demetrias Hieronymi diſcipulæ, primæ nobilium virginitatis propoſitum arripientes, cæteria ianuam aperirent. De Euſtochio id fatetur apertè Hieronymus Epiſt. 26. ad Pamachium, vbi: *Quid* (inquit) *Euſtochio fortius, qua nobilitatis portas, & arrogantiam generis Conſularis virginali propoſito fregeris, & in Vrbe prima primum genus ſubiugaueris pudicitia?* de quo S. Cyprianus lib. Quod Idola dij non ſint. *Eſt, & gradus ſummus in Romanis honoribus Conſulatus, ſic Conſulatum cœpiſſe videmus, vt Regnum.* Rurſus Epiſt.22.eandem alloquens Hieronymus *Prima* (inquit) *Romana Vrbis Virgo nobilis eſſe cœpiſti.* Quid autem Prætextata eius amitæ eam à ſuſcepto propoſito diſſuadere conanti acciderit natrat Epiſt. 7.ad Lætam cap.3. his *Pratextata nobiliſsima quondam fæmina iubente viro Hymetrio, qui patruus Euſtochij virginis fuit, habitum eius cultúmque mutauit, & neglectum crinem mundano more ctexuit ſibi, vincere cupiens, & virginis propoſitum, & matris deſiderium. Et ecce tibi eadem nocte cernit in ſomnis veniſſe ad ſe Angelum terribili voce minitantem pœnas, & hac verba frangentem: Tu ne auſa eſt viri imperium praferre Chriſto? tu caput Virginis Dei tuis ſacrilegis attrectas manibus? qua iam nunc areſcent, vt ſentias excruciata quid feceris; & finito menſe quinto ad inferna duceris; ſin autem perſeueraueris in ſcelere, & marito ſimul orbaberis, & filijs. Omnia per ordinem expleta ſunt, & ſeram miſera pœnitentiam velox ſignauit interitus.*

Euſtochium prima nobilium ſanctimonialis Virgo.

Quid prætextatæ eius amitæ acciderit.

Demetriadem verò inter primas enumerandam nobilium Romanorum virginitatem 5.
ſuam Chriſto deſponſantium, argumento ſunt feſtiui plauſus, quibus ipſius velationem tanquam rem nouam in Vrbe, à Sanctis Patribus Hieronymo, & Auguſtino auditam, ac decantatam inuenio. Audi Hieronymum Epiſtola 8. capite 3. *Obſtripuit ſancta, & grauis fæmina* (Proba Demetriadis auia) *alienum habitum in nepti conſpiciens; mater* (Iuliana) *gaudio ſtabat attonita; vtraque verum non credere, quod verum eſſe cupiebat: haſit vox faucibus, & inter ruborem, & pallorem, metúmque, atque lætitiam, cogitationes varia mutabant. Succumbendum eſt huic loco; neque narrare aggrediar: quod dicendo minus faciam. Ad explicandam incredibilis gaudij magnitudinem, & Tulliani fluuius ſiccaretur ingenij, & contorta Demoſthenis, vibrataque ſententia tardiùs, languidiuſque ferrentur. Quidquid poteſt cogitare animus, quidquid ſermo poteſt explicare, illo tempore factum eſt, Ieſu bone; quid illud in tota domo exultationis fuit?* Et Auguſtinus, qui rei huius cauſa fuerat, cum Romæ eſſet occaſiona publicæ diſputationis cum Donatiſtis,

Demetriadis velatio.

Donatiſtis, cuiuſque ſuaſu Demetrias ſanctum velandæ virginitatis fuerat amplexata propoſitum; cum de his, eum in Africam iam reuerſum certiorem quaſi adgauiſurum, Iuliana Virginis mater feciſſet; ſic eam alloquitur epiſtol. 179. *Impleſtis gaudio cor noſtrum, tanto iucũdius quantò carius, tantò grauius, quantò citius, &c.* Et in fine: *Velationis apophoretum gratiſſimè accepimus.* Erant apophoreta munuſcula quædam, quæ in ſplendidiſſimis, valdeque feſtiuis nuptiarum conuiuiis, conferebantur iouitatis poſt cœnam domos ſuas afferenda. Vnde Suetonius in Domit. *Dabat ſicut Saturnalibus viris apophoreta, ita per Calendas Martias* fœminis, & Martialis in Apophor.

Apophoretũ quid?

Præmia conuiuæ dat ſua quiſque ſuo.

Et quidem congruè in velatione ſacrarum Virginum *apophoretorum* celebritas introducta, quæ vno ore à Patribus *nuptiarum* nomine aptè ſignificatur: eoque vſus eſt, Tertull. de Virgin. Veland. vbi. *Nupſiſti* (inquit) *Chriſto illi tradidiſti carnem tuam, illi deſponſaſti maturitatem tuam. Incede ſecundùm ſponſi tui voluntatem.* Et Innocentius Papa epiſtol. 2. ad Viatricium capite 12. *Quæ Chriſto ſpiritualiter nubunt, & à Sacerdotibus velantur, &c.* & Hieronymus nuptiarum harum conſequentia ductus viduam alloquens matrem Virginis Chriſto deſponſatæ epiſtol. 8. capite 8. inquit: *Indignaris* (ô vidua) *quod* (filia tua) *noluit militis eſſe vxor, ſed Regis? Grande tibi beneficium præſtitit. Socrus Dei eſſe cœpiſti*: in quem modum loquendi Hieronymi ex amico infenſus hoſtis Ruffinus ſtultè ſatis inuehitur.

6. Viduitatis propoſitum Romanis execrabile.

Porrò obſeruantiam continentiæ vidualis Religionis prætextu probatam Romanis nobilibus non minus exoſam eo tempore fuiſſe, quam Virginalem, exprimit luculenter Hieronymus epiſtol. 10. ad Furiam nobiliſſimam Romanam ex læto Conſulari, & Patricio Camillorum generis Patre, & Titiana matre natam, Probi præterea Conſulis nurum, quam poſt amiſſum virum ſic alloquitur cap. 1. *Obſecras literis, & ſuppliciter precaris, vt tibi reſcribam, imò ſcribam, quomodo viuere debeas, & viduitatis coronam illæſo pudicitiæ nomine conſeruare. Gaudet animus, exultant viſcera, geſtit affectus, &c.* Et Aſcetica viduitatis Inſtituta traditurus, ſic præloquitur. *Sciens, & videns in flammam mitto manum, adducentur ſupercilia, extendetur brachium. Iratuſque Chremes tumido deſæuiet ore. Conſurgent proceres, & aduerſus Epiſtolam meam turba Patricia detonabit me Magum, me ſeductorem clamans, & in terras vltimas deportandum. Addam, ſi volunt, & Samaritem, vt Domini mei titulum recognoſcam.* Solum verò continentiæ propoſitum Religionis titulo, ſeu Monachatus nomine vile, & execrabile fuiſſe proceribus, non vero viduitatem ipſam aliis de cauſis, abſque Monaſtico prætextu diu, & à pluribus conſeruatam, exprimit paulò ſuperiùs his: *Habes præterea generis tui grande priuilegium, quod ex inde à Camilo, vel nulla, vel rara veſtræ familiæ ſcribitur, ſecundos noſſe concubitus, vt non tam laudanda ſis, ſi vidua perſeueres, quam execranda, ſi id Chriſtiana non ſerues, quod per tanta ſæcula gentiles fœminæ cuſtodierunt.* Idem habet epiſtol. 11. ad Ageruchiam de Monogamia. Tota autem procerum Romanorum inanis gloria, Conſulum ſuperba arrogantia, atque in Monaſticum viduitatis propoſitum acris indignatio, Marcellæ nobiliſſimæ viduæ humilitate, non ſine magna Hieronymi eius Magiſtri gloria, proſtrata eſt, atque ex inde in poſterum Romanis nobilibus ſplendori eſſe cœpit, quid prius fuerat ignominiæ: quod perſpicuè tradit epiſt. 16. ad Principiam, communiter *Marcellæ Epitaphium* dicta. *Ab hac primum* (inquit cap. 2.) *confuſa gentilitas eſt, dum omnibus patuit, quæ eſſet viduitas Chriſtiana, quam & conſcientia, & habitu promittebat.* En gentilitatem totam Euſtochij, & Demetriadis, virginitate miratam, velatione attonitam: en Marcellæ viduitate confuſam; ſed quali viduitate? non qualibet, ſed Chriſtiana, ſed Monaſtica, *quam & conſcientia & habitu promittebat.*

Marcella prima viduarum Monaſticum habitus Romæ induit.

7. Conſecrationis Virginum ritus ſolemnis.

Sed iam quà ritus ſolemnitate intra Vrbem, domoſque proprias Virginitatem profitentes velarentur, ſcire cupis. Audi Hieronymum epiſt. 8. celebrem Demetriadis velationem referentem cap. 1. his verbis. *Scio quod ad imprecationem Pontificis flammeum virginale ſanctum operuerit caput, & illud Apoſtolicæ vocis inſigne celebratum ſit: Volo autem vos omnes Virginem caſtam exhibere Chriſto. Quando aſtitit Regina à dextris eius in veſtitu deaurato circumdata varietate, qua veſte polymita, & multarum virtutum diuerſitate contexta indutus fuit & Ioſeph, & Regum quondam vtebantur filiæ. Vnde, & ipſa ſponſa* (ipſa ſcilicet quæ velatur Virgo) *lætatur ac dicit: Introduxit me Rex in cubiculum ſuum. Sodaliumque reſpondet chorus: Omnis gloria filiæ Regis intrinſecùs.* Nec mirum in prima huius tunc Romæ naſcentis nobilium fœminarum conſecratione, quæ proculdubio intra Demetriadis domum clàm à Pontifice præſentibus tantummodò Proba auia, matre Iuliana, atque ancillarum familia chori vicem gerentibus agebatur, prolixiorem adhibitum non fuiſſe ceremoniarum apparatum, quo poſtmodum in Monaſteriis recentior vſa eſt Eccleſia. Fuſiùs eundem conſecrationis ritum, & politiori formæ redactum memorat D. Ambroſius eiuſdem ſæculi Doctor, ab ipſo, vt reor, in ſua Mediolanenſi Eccleſia ſtatutum, & celebratum: ſic enim ad Virginem lapſam alloquitur cap. 5. *Non es memorata diei ſanctæ Dominicæ reſurrectionis, in quo Diuino altari te obtuliſti velandam? In tanto itaque ſolemni conuentu Eccleſiæ Dei, inter lumina illa ſplendida, inter candidatos Regni cæleſtis, quaſi Regina Regi nuptura proceſſeras. Non es memorata qualis allocutio facta eſt ea die ad te: Aſpice filia, & intuere, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcat Rex decorem tuum; quia ipſe eſt Dominus Deus tuus? Reminiſcere ergo quantus ad ſponſi tui, & Domini nuptias conuenit populus. Seruare te oportuit fidem, quam ſub tantis teſtibus pollicita es. His tunc in illo die conſecrationis tuæ dictis, & multis ſupra caſtitatem tuam præconiis ſacro velamine tecta es, vbi omnis populus dotem tuam ſubſcribens, non atramento, ſed ſpiritu pariter clamauit, AMEN.* Quibus luculenter promit ſolemniſſimum conſecrationis diem, vtpotè reſurrectioni Dominicæ ſacrum (quibus autem diebus ſolemnibus Virginũ conſecratio eſſet celebranda, monuit Gelaſius Papa in ep. ad Epiſc. Luc. & alias c. 14. 20. q. 1. C. *Deuotis*) populi totius concurſum, luminariũ ſplendorem, Regali pompa procedentem ad ſponſi thalamũ Virginẽ, ſermonem (ni fallor) ad populũ

Digitized by Google

ſhabitum, multaque de caſtitate à Verbi Dei præcone expoſita, ac denique populum nouæ nuptæ fælicitatem exultanti voce precantem.

8. Velum multiplex.

Diuerſum tamen diuerſis exhibitum fœminis velom, alĭis aliiſque ritibus, virgines, & viduas ſanctum profitentes propoſitum eo iam tẽpore fuiſſe velatas, haud obſcurè ex vtriuſque verbis apparet. Hieronymus namque flãmeum virginale Sãctum caput operiens Demetriadem à Pontifice accepiſſe promit; Ambroſius virginem ſuam fuiſſe conſecratam: neutrum autem in profeſſione, & velatione viduarum erat requiſitum: neque enim vnquam viduis conſecratio licuit, neque à Pontifice velum accipere, cum tamen vtrumque de Virginibus decreuerit Eccleſia: nam 20. q. 2. c. *Puella*, erat quoddam velum, qood dabatur virginibus duodecimo ætatis ſuæ anno: & ibidem c. *Placuit*, dicitur: *Placuit, vt ante 25. annos ætatis, nec Diaconi ordinantur, nec Virgines conſecrantur*: & 27. q. 1. c. *Diaconiſſam* ſtatuitur velum Ordinationis 40. ætatis anno dari Diaconiſſæ, quo accipiat officium inchoandi horas Canonicas in choro, & legendi homiliam, quod cæteris ad hoc miniſterium non velatis, non licebat: vnde in velatione dabat ei Epiſcopus Breuiarium, in quo ſunt homiliæ Matutinorum in Eoangelia. Et eadem 20. q. 1. c. *Iuuenculas.* prohibetur, ne niſi ſexagenaria virgo velari in Abbatiſſam permittatur. Rurſus: non niſi à Pontifice Virgines velari poſſe decernitur, eadem 20. q. 1. c. *De votis*, Et *niſi Epiphaniorum die, aut Albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalitiis, ſacrum velamen minimè imponatur, niſi forſan graui, languore conceptis.* Hactenus de velatione & conſecratione Virginum. De viduis autem ſtatuitur eadem 27. q. 1. c. *Viduas*, velum continentiæ, & obſeruationis poſſe ſuſcipere, & hoc eſſe velum viduarum, & eadem 20. q. 1. *Viduas autem velare Pontificum nullus attentet.* Vide plura apud Baronium de vetuſtiſſima conſuetudine velandi fœminas, Iudæis, Gentibuſque communi tom. 1. A. C. 57. & in Nor. Mart. Rom. 27. Maij B. & C.

Virginis. — Viduarum.

9. Virginum & viduarũ detonſio.

Cæterùm etſi conſecratio, & velatio ſolemnis ab Epiſcopo in ſolis Virginibus celebrata inueniatur, eaque prohibita viduis perpetuò ab Eccleſia fuerit, crediderim tamen à Hieronymo præcellenti Monachatus magiſtro, crinium diſſecationem in vtrarumque velatione eodem ſæculo obſeruatam. Eam in Ægypti & Syriæ Monaſteriis receptam teſtatot epiſt. 48. ad Sabinianum his verbis. *Moris eſt in Ægypto, & Syria Monaſteriis, vt tam Virgo, quàm vidua, quæ ſe Deo vouerint, & ſæculo renunciantes, omnes delicias ſæculi conculcarint, crinem Monaſteriorum matribus offerunt deſecandum, non intecto poſtea contra Apoſtoli præceptum inceſſura capite, ſed ligato pariter, ac velato. Nec hoc quiſpiam præter tondentes nouit, & tonſas, niſi quod, quia ab omnibus fit, penè ſcitur ab omnibus.* Idem conſueuiſſe Tabenneſiotas Virgines à S. Pachomio inſtitutas, autor eſt Palladius cap. 41. Lauſ. Bethleemiticas vero Virgines Hieronymi, ſeu potius Paulæ, diſcipulas eundem obſeruaſſe morem, haud obſcurè colligitur ex iis, qoæ ibidem ſubdit Hieronymus Sabinianum Monachum lapſum repræhendens, eò quod Virginem quandam Deo ſacram è Monaſterio Bethleem ad ſtuprum, fugamque ſollicitauit, quem ſic alloquitur. *Quaſi quoſdam obſides accipis* (à Virgine à te ſeducta) *capillos.* En Sabinianus rinalium more capillos, aliaque xeniola ab Amaſia in ſignum amoris accipit. Sed ais: Ergo ſi accipit ab ipſa capillos, virgo illa, vel nondum velata, vel detonſa in velatione non fuit. Nequaquam; ſed dedit Sabiniano capillos: qui quidem velationis die detonſi, vbertim iam in dies ſuccreuerant: nam paulò poſt procum eundem increpans ſubdit Hieronymus. *Poſt Apoſtoli Petri Baſilicam, in qua Chriſti flammeo conſecrata es audes crinem accipere tecum noctibus dormitura, quem Chriſto meſſueras in ſpelunca?* Meſſui ergo virgo lapſa in conſecratione crinem tradiderat. Cum autem vidois conſecratio non licuerit, capillorum autem meſſio nec virginitatis, nec viduitatis ſtatui repugnet, conſequens mihi eſt, Virgines quidem poſt Eoſtochium, & Demetriadem, detonſas, ac conſecratas, viduas verò ſaltem detonſas, ligato tamen, & velato, non intecto capite inceſſiſſe; quod vſque in præſens obſeruatur io vtrarumque profeſſione, differentia tamen nuper tradita in velis, & velatione ſeruata. Et quidem crinium meſſio non ſine magno Sacramento in Chriſto deſponſatis ſtabilita eſt ab Eccleſia: cùm enim capilli fœminis in ſignum ſubiectionis fueriot ab autore naturæ dati, Chriſto autem deſponſata, in libertatem iam vendicata ſit, comam nutrire ad gloriam non eget, qua potius cœleſti diſplicèret ſponſo: ſecùs verò nupta, cui cura eſt viro caduca crinium gloria placere ipſique iuxta Apoſtolorum eſſe ſubiecta.

Nec defuit Romæ atra gentilitatis caligine illumini Inſtitutionis huius illuſtre ſatis exemplar in ſuis Virginibus veſtalibus, quæ Plinio teſte l. 16. c. 44. crines tondebant, lotoſque in Vulcanali, quod Romulus conſtituit ex victoria de decumis, ad arborem ſuſpendebant. Miror valde adeò apud gentes vanitatis, ſeu potius dæmonis, cultum viguiſſe, vt pulchritudinis tantæ diſpeodio ethnicæ virgines detonſi capitis deformitate placere geſtierint: imò nec defuiſſe Scythicĳ Oceani barbaram nationem, quæ probro capillaturam vtrique dederit ſexui, vt teſtis etiam eſt Plinius ipſe lib. 6. c. 13. Turpe quidem mulieri eſſe detonderi, aut decaluari docuit Apoſtolus 1. Corinth. 11. quapropter comam eis in gloriam outrire permiſit. Quam vero id apud gentes ignominioſum extiterit luculenter paucis promit Cyprianus lib. Quod Idola dij non ſont his verbis: *Eſt &* (apud Romanos) *Venus calua, multò hic turpius calua, quam apud Homerum vulnerata.* Turpem quidem, ac deformem vulneratam Venerem à Diomade profert Homerus Iliad. 5. perfoſſam ſcilicet haſta. 10.

Veſtales Virgines crines tondebant.

Venus calua deformis.

Diuinum per peplum, quem ei Charites elaborauerant ipſa
Extremam ſub volam, fluebat autem ſanguis diuinis dea
Cruor, qualis nempe fluit à beatis Diis

Et poſt pauca.

Hæc vero mæſta abiit, laborat vero grauiter
Hanc quidem Iris accipiens ventipes, eduxit è turba
Grauatam doloribus; nigreſcebat autem corporis pulchrum &c.

Caluam vero turpiſſimam depingit Apoleius de Aſin. aur. l. 2. his verbis, quæ quia lepidiſſi-

Capillus mulierũ ornamentum.

ma

ma ſunt, appoſui: *Si cuilibet eximia, pulcherrimaque famina caput capille ſpoliaueris, licèt illa de calo eiecta, mari edita, fluctibus educata, licet inquam Venus ipſa fuerit, licet omni Gratiarum choro ſtipata, & toto Cupidinũ populo comitata, & baltheo ſuo cincta cinnamoma flagrans, & balſama rorans; ſi calua proceſſeris, placere non poteris ne Vulcano ſuo.* Vnde non minus lepidè Ouidius lib. 3. de Arte am.

Qua malè crinita eſt, cuſtodem in limine ponat:
Orneturuè bona ſemper in ade Dea
Dictum eram ſubitè, cuidam veniſſe, puella;
Turbida peruerſas induit illa comas.
Hoſtibus eueniat tam fadi cauſa pudoris:
Inque mirum Parthas dedecus illud eat.
Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus,
Et ſine frõde frutex, & ſine crine caput:

11. Capillorum raſio ignominioſa.

Hinc apud Iſidorum Pelnſiotam lib 2. ep. 53. Cum ſciret Chriſtiana Virgo adoleſcentem quendam eius deperire pulchritudinem, cutè tenus ſuos amputauit crines, cumque ſic abraſa eiſſe inſpiciendam exhiberet, omnem mox in iuuene concupiſcentiæ flãmam extinxit: Quodque in nurus Parthas dedecus optabat Ouidius, inimicorum Romæ odio correptus; id Chriſtiani nominis perſequutores in Chriſtianarum virginum cõmiſere ludibrium: Fauſtamque virginem ab Euilaſio Idolorum Sacerdote decaluatam, & ad turpitudinem raſam ſancta colit Eccleſia 20. Decemb. Vnde D. Ambroſ. non niſi lapſam virginem crinem deponere in ſignum pœnitentiæ ſuadet c. 8. ad ipſam: quin etiam capillorũ abraſio in ſupplicium mulierum, fornicationis crimen committentium, deuenit, tum in noſtra Hiſpania, tum etiam apud Francos, vt ex eorumdem Capitular. ibidem refert Baronius. Plura etiam de hac re vide notata à Loayſa in Not ad. c. 6. Concil. VI. Tolet. At quæ ludicra, & contemptibilia hominum opinione tam apud Chriſtianos quam apud gentes reputantur, veræ Religionis cauſa introducta, non tantum honeſta, verum & ſacroſancta haberi, vſos probauit. Recole dicta l. 2. c. 10. n. 3. & lib. 3. c. 4. n. 34.

12. Obiicitur Canon Synodi Gangrenſis.

Obiiciunt nobis Fidei, & Monachatus hoſtes validum (putant) argumentum, Canonem ſcilicet 17. Concilij Gangrenſis, quo Sancti Patres crinium meſſionem in fœminis generaliter damnare videntur his verbis: *Quacumque mulier religioni indicans conuenire, comam ſibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius, ad memoriam ſubiectionis illi dedit, tanquam reſoluens ius ſubiectionis; anathema ſit.* Quod adeò validum aliqui Catholicorum reputauere telum, vt vi difficultatis oppreſſi vim nõ habere Concilium Gangrenſe reſpondeant vltra Paphlagoniam Prouinciam, in qua celebratum eſt, cum enim Prouinciale ſit, in ſua tantum Prouincia autoritatem ſibi vendicare contendunt. Sed, vt rectè notat Baronius Mart. Rom. 20. Sept. E. conſilij inopes aliqui ad hoc vnum confugiunt remedium, quod potius bella quædam tergiuerſatio eſt, quam nodi ſolutio: cum conſtet complures Synodi huius Canones in Decretorum libro, quo Eccleſia vtitur eſſe contextos, & Symachi Papæ Apoſtolica autoritate in VI. Synodo Romana tunc temporis celebrata probatos, & à Leone IV. diſt. 2. C. de libellis. Et quidem iure probantur: quia vt doctè probat Bellarminius to. 1. Controu. l. 1. de Conciliis c. 19. Concilium illud Apoſtolica autoritate gaudet, cui Summus Eccleſiæ Præſul per ſe, vel per legatos ſuos præſidet. Gangrenſi autem Oſium Cordubenſem Romani Pontificis in Oriente legatum præfuiſſe, probat Baronius A. C. 361. tametſi de anno celebrationis dubitet. Eo autem celebratum tenet Gualterius in Chronol. ex Onuphrio in Chron. & Azorio Inſtit. Mor. 1. p. l. 5. c. 19. à quibus non parum diſtat Dominicus Nicolinus ſecundæ editionis Concil. compilator to. 1. circa A. C. 324. celebratum aſſerens. Cæterum licet ſummus Pontifex nunquam Conciliis Orientalibus præfuerit, ac per conſequens neque Gangrenſi in Oriente coacto id tamen non caſu, ſed certa ratione factum notat ibidem Bellarmin. ex Epiſt. Leonis 17. ad Theodoſium, & 47. ad Concilium Chalcedonenſe: vbi ait ſe ad Synodum non venire, quoniam id non patitur conſuetudo, nec vlla prædeceſſorum habet de hac re exempla. Imo cum Vigilius Papa intra Conſtantinopolim conſiſteret, quo tempore ibi Concilium V. generale celebrabatur, ei tamen intereſſe noluit, ſed per libellum Concilij Acta confirmauit, vt ſcribit Photius in lib. de Septem Synodis. Aliundè ergo germanus illius Canonis ſenſus habendus eſt.

Aliquorum euaſio.

Gangrenſis Synodus probata ab Eccleſia.

13. Vera ſolutio

Baronius loco cit. in Not. Rom. Mart. genuinam Canonis huius intelligentiam ex Sozomeno haurit lib. 3. c. 13. vbi de Euſtachio Sebaſteno Epiſcopo hæreſiarcha, cuius S. Synodus Gangrenſis deliria damnauit, hæc habet: *Mulieres non pauca adducta in fraudem primum viros ſuos deſeruerunt: nonnulla pietatis ſimulatione caput tondere, & contra quam ſexum muliebrem deceret, virilem habitum induere. His de cauſis &c.* En quibus de cauſis Canonem illum Patres edidere: vnde manifeſtum eſt, non in ſacras Virgines religionis cauſa detonſas, ſed aduerſus coniugatas, falſa ſimulataque pietate viros ſuos deſerentes, comamque radentes anathematis ſententiam tuliſſe Concilium. Rurſus generaliter aduerſus mulieres omnes cuiuſq; ſtatus temerè, & pro libito crinem tondentes, mulierem habitum deponentes, idque ſibi abſque Eccleſiæ autoritate licere exiſtimantes: quod expreſſiùs patet ex textu primæ editionis Conciliorum, quæ ſic habet: *Si qua mulier propter diuinum cultum (VT ÆSTIMAT) crines attendeat &c.* Et ex verſione Gentiani Horueti ſic Græcum textum latinitati reddentis: *Si qua mulier, propter eam QVÆ EXISTIMATVR, pietatem, tondebat comam &c.* vndè palam fit, quod non religioſa pietas Eccleſiæ, autoritate probata, ſed amentium quarumdam muliercularum, falſa, & exiſtimata damnatur.

Quæ crinium detonſio damnata?

14. Hieronymi diſcipulæ.

Iam ad diſcipulas Hieronymi, vnde digreſſa eſt, redeat oratio: & quia pro ratione ætatum Inſtituta eis data reddituri ſumus, eadem habita ratione fas ſit eas breuiter enumerare ex Mariano Victor. in noua edit. Oper. Hieron.

Pacatula.

Pacatula infantula prima ſeſe offert, cuius rudem adhuc, tenerem, & necdum balbutientem ætatem inſtruit Epiſt. 12. ad Gaudentium.

Paula infans

Paula Lætæ filia infantula itidem, Paulæ Sanctiſſimæ ex Toxotio filio nepotis, quam Pau

[il]la auia virginitati ante ortum deſtinarat, qusmque ea de cauſa Hieronymus Epiſt. 7. ad lætam de ipſius inſtitutione, *de repromiſſione natam* appellat, *prius conſecratam, quam genitam; ante votis, quam vtero conceptam.*

Euſtochium.

Euſtochium Paulæ ſenioris filia, aliàs Iulia Euſtochium, Paulæ matris itinerum, & Monaſtici propoſiti comes, nũquam ſatis, à Hierouymo Laudatæ: in ſanctis locis *Virginitatis, & Eccleſiæ monile pretioſum*, vt ipſe ait Ep. 7. prima in Vrbe nobilium virginitatis ſectata propoſitum, ad quam Epiſt. 22. de Cuſtodia virginitatis 27. Epitaphium Paulæ matris, pluresque alios tractatus & Epiſtolas dedit.

Demetrias.

Demetrias nobilitate, & diuitiis prima in orbe Romano ad quam ſcribit Epiſtolam 8. de Seruanda virginitate; tantæ perfectionis virgo *vt inde cœperit, vbi aliæ deſiiſſe, perfecta, conſummataque virtutis eſt.* vt ipſe ait ib. c. 1.

Principia.

Principia eximiæ ſanctitatis Virgo, ad quam Hieronymus ſuggerente ipſa ſcripſit Epiſtolam 16. de vita Marcellæ viduæ alias *Epitaphium Marcellæ*, ibique de Principia: *Audiuimus* (inquit) *te illius* (nempe Marcellæ) *adhæſiſſe conſortio, & nunquam ab illa nec tranſuerſum quidem vnquam, vt dicitur, receſſiſſe.* O quale elogium.

Aſella.

Aſella Virgo ante natiuitatem in vtero benedicta, patrique in vitrea phiala per ſomnium à Deo monſtrata, Romæ ſolitariam, ac Monaſticam vitam velut in eremo agens: laudata à Hieronymo Epiſt. 15. ad Marcellam.

Hermonenſes virgines.

Virgines Hermonenſes, in monte *Hermon* degentes, ad quas dedit Epiſt. 59. conqueſtus, quòd ſæpè ab eo literis prouocatæ, nunquam reſcripſerint: fuſam quia apud illas Hieronymus ab obtrectatoribus ſuis fuerat diffamatus, vt ipſe haud obſcurè innuit, cum ait: *Aliter ſorores chariſſimæ hominum liuor, aliter Chriſtus iudicat. Non eadem eſt ſententia tribunalis eius, & anguli ſuſurronum.* Et in fine. *Amice, ſi ego bonus ſum, quare oculus tuus nequam eſt?* Matth. 20.

Paulinæ virgines.

Paulinas Virgines Bethleemi in Monaſteriis à Paula extructis degentes Paulæ potius ipſas Inſtituentis diſcipulas eſſe, infrà dicemus; non tamen ideò à diſcipularum Hieronymi gloria & numero expurgandæ ſunt.

15.
Paula ſenior.

Paula Senior vidua ſanctiſſima, diſcipularum Paulæ longè præcipua, Romanæ nobilitatis ſpendor, Monaſtici Inſtituti Magiſtra, cuius Aſcetica Inſtituta verbo, & opere ab ipſa tradita dabimus. §. 4.

Marcella.

Marcella vidua, Paulæ amica, imò magiſtra, vt inqnit Hieronymus Epiſt. 16. ad Principiam elegantiſſimè ibi ab ipſo laudata; & penè innumeris ad ipſam datis nobilitata tractatibus.

Bleſilla.

Bleſilla, Paulæ filia, & Euſtochij ſoror, quæ amiſſo viro valida febri admonita Monaſticam vitam profiteri cœpit: eiuſque obtrectatoribus reſpondet Hieronymus Epiſt. 23. eaque & 25. quæ matrem Paulam ſuper filiæ obitum intemperanter dolentem conſolatur, huius vitam commendat.

Paulina.

Paulina, Paulæ item filia, quæ vita decedens ſanctum, & admirabilem virum Pamachium propoſiti, & rerum ſuarum reliquit hæredem, ad quem ſuper obitu eius libellum edidit Hieronymus, quo eam laudat Epiſt. 26.

Læta.

Læta, Paulæ nurus, Toxotij vxor, ad quam Hieronymus ſcribit Epiſtolam 27. de Inſtitutione filiæ, de qua ſupra; eamque, Toxotio vita functo, docet qualiter infantulam inſtruere debet.

Saluina.

Saluina, nobiliſſima Gildonis filia, qui Africam tenuit, Nebridio marito Auguſtorum contubernali amiſſo ſuperſtes, Epiſt. 9. inſtruitur à Hieronymo, qualiter filios regere, vitamque traducere debeat, eamque à ſecundis nuptiis dehortatur.

Furia.

Furia, Læti Conſularis, & Titianæ filia, florenti adhuc ætate vidua, late, atque eleganter ſuadetur à Hieronymo, ne ad ſecundas nuptias tranſeat, qualiterque pudicitiam, & famam cuſtodire debet. Epiſt. 10.

Ageruchia.

Ageruchia, Celerini nobiliſſimi Romani filia, quam Epiſt. 11. mundi calamitatibus ante oculos eius poſitis ſecundas ſuadet fugere nuptias.

Celantia.

Celantia, nobilis matrona, Epiſt. 14. edocetur, quomodo inter honores, diuitias, & matrimonij onera, vitam Deo placentem degere debeat. Paulini autem eſſe eam Epiſtolam credit in eius argumento Marianus Victorius.

Lea.

Lea, fœmina religioſiſſima, Monaſterij cuiuſdam Præpoſita, cuius felicem exitum laudat Hieronymus Epiſt. 24.

Caſtorina.

Caſtorina, ipſius Hieronymi Matertera, quam ad concordiam cum ſeipſo, & pacem hortatur Epiſt. 36.

16.
Fabiola.

Fabiola, nobiliſſima, quæ viro ob adulterium dimiſſo, alteri perperam nupta, errore cognito, publicam egit pœnitentiam: & facultatibus ſuis pauperibus diſtributis, virtutibus admirandam traduxit vitam. Laudatur Epiſt. 30. ad Occeanum, aliis *Epitaphio Fabiolæ*. Ea verò ad ſuperos tranſlata, ipſius memoriæ reddit Epiſtolam 127. opus quod viuenti promiſerat de 42. manſionibus populi Iſraël ab Ægypto ad terram promiſſionis, ſpiritualiter eas exponens pro itinere, quo ex hoc mundo ad regnum cœlorum peruenitur.

Hedibia.

Hedibia, Paterij Rerboris Galli nobilis filia, quæ doctrinæ Hieronymi auida miſit ad eum in Betbleem Apodemium 12. quæſtionum ab ipſo explicandarum eaſque enucleat Epiſt. 150. ipſa laudata.

Algaſia.

Algaſia, nobilis fœmina, ex vltimis Galliarum confinibus exorta, quæ eodem, ac Hedibia deſiderio ducta, vndecim quæſtiones ad Hieronymum Bethleemi commorantem mittit ab eoque laudatur, & eruditur Epiſt. 151.

Paula vrbica.

Paula Vrbica, ad quam Hieronymus doctam mittit Alphabeti Hæbrei Interpretationem Epiſt. 155 *Sunia* & *Fretela* ex Gerarum, & Germaniæ oris, quas Epiſt. 135. inſtruit de conſenſu quorumdam locorum Græcorum & Latinorum exemplarium.

Aliæ diſcipulæ.

Aliæ ad alias nobiles fæminas inter opera Hieronymi extant Epiſtolæ, eruditione plenæ, aliique tractatus, tam Virginum, quàm viduarum grauia continentes inſtituta, & morum eruditionem: ſed quia inter falsò Doctori noſtro adſcripta reiiciuntur à Mariano Victorio ſcriptorum eius diligentiſſimo recognitore, ideò nec diſcipularum nomina promo, nec proferam Inſtituta; his contentus quæ nullo dubitante Hieronymum vel Magiſtrum, vel autorem cognoſcunt; copia ipſa inops: quandoque enim vt cum Naſone loquar, Eleg. de Nuce.

Fructus abeſt : peperiſſe nocet eſſe feracem,
Quaque fuit multis, eſt mihi præda, malo.
adeò, vt cum ipſo Faſt. 5. faſtidioſam coacto (vt Horatio contigit l. 3. od 27.) deſerere copiam
Quo ferar ignoro : copiaque ipſa nocet.

§. II.

Infantularum Virginitati, vitaque Monaſtica deſtinatarum Inſtituta.

17. Infantulam docere difficile.

GAudentij precibus flexus Hieronymus, qualiter Infantilis ætas perpetuæ virginitati, ac vitæ Monaſticæ à crepitaculis dicata frugaliter ſit inſtruenda, docet Epiſt. 12. vltro autem Epiſt. 7. ſeſe nutritium ac Magiſtrum fore pollicetur Paulæ adhuc infantulæ, Toxotij, & Lætæ filiæ, quam Paula auia nondum conceptam. Chriſto promiſerat deſponſandam. *Cauſa* quidem *difficilis* (inquit Epiſt. 12.) *paruula ſcribere, quæ non intelligit, quid loquaris, cuius animum neſcias, de cuius voluntate periculosè promittas, vt ſecundum præclari oratoris exordium, ſpes in ea magis laudanda ſit, quam res. Quid enim horteris ad continentiam, quæ placentas deſiderat : quæ in ſinu matris garrula voce balbutit ? Cui dulciora ſunt mella, quam verba ? Audiat profunda Apoſtoli, quæ anilibus magis fabulis delectatur. Prophetarum ænigmata ſentiat, quam triſtior garrula vultus exagitat ? Euangelij intelligat maieſtatem, ad cuius fulgura omnis mortalium ſenſus hebetatur ? Vt parenti ſubiiciatur horter, quæ manu tenera ridentem verberat matrem ?* His reiicere videtur Gaudentij præces importunè flagitantis Aſceticum Epiſtolium, quo tenera Pacatulæ erudiatur infantia, eiſdemque excuſari, quibus Perſius Satyr. 2. ad Plotium Macrinum.

Omnis ætatis doctor Hieronym.

Aſt ego nutrici non mando vota : negate.
Iupiter hæc illi, quamuis te albata rogarit.
ſed tamen vt omnium ſeſe Magiſtrum oſtẽderet Hieronymus, nullaque ab vtero ad tumulum excuſaretur ætas, quaſi ab ipſo non edocta, hæc ab infantulis ſtatuit obſeruanda.

18. Quibus alliciẽda infans vt diſcat.

Itaque Pacatula noſtra hoc Epiſtolium poſt lectura ſuſcipiat : interim modo literarum elementa cognoſcat, iungat ſyllabas, diſcat nomina, verba conſociet, atque vt voce tinnula iſta meditetur, proponatur ei cruſtula, mulſa præmia, & quidquid gutturi ſuaue eſt; quod vernat in floribus, quod rutilat in gemmis, quod blanditur in pupis, acceptura feſtinet. NOT. *Cruſtula* vt bene notat Marianus Victorius in Schol. Melliti panis genus eſt in ſubtiles, & variegatas laminas inciſi, Reatique nomen ſeruare ait cui conſonat Ælias noſter addens, operis piſtorij edulia eſſe, in cruſta, Hiſpanè *cortezus* redacta, quibus puerorum allicitus animus vnde Horatius.

Cruſtula quid ?

Et pueris quondam dant cruſtula blandi Doctores,
Elementa velint vt diſcere prima.

Mulſum.

Mulſum nequaquam ex vino, & melle potionem cum Mariano intelligas de qua potione ita confecta Martialis.

Attica nectareo turbatis mella Falerno;
Miſceri debet hoc à Ganimede merum.
cum diſtrictè Hieronymus vini vſum, maximè vetuſtiſſimum, atque optimum quo *mulſum* conficitur, virginibus vbique prohibeat, & infantulis Epiſt. 7. Vbi *Diſcat* iam (Paula infans) *Vinum non bibere, in quo eſt luxuria.* Mulſum ergo genericè dicitur de omni ſuaui, ac blandiente; puerorum præſertim guſtui placido : qua acceptione vtitur Plautus in Rud. Idem Caſin. *Mea mulſa* dixit blandientis affectu, pro eo quod eſt, *mea ſuauitas*, vel cum Plinio l. 21. c. 24. pro condituta ex aqua & melle confecta, quæ apud noſtros, *aqua miel* complexum retinet nomen. *Pupa*, paruulæ, ac tenellæ puellæ, quo ſenſu Martialis lib. 4.

Pupa quid ?

Pupam ſe dicit Gallia cum ſit anus.

In præſenti vero *pupis*, imagunculæ quædam puellares ſignificantur, quibus in infantili ætate puellas luſitare videmus (noſtris *munecas*) quas olim Virgines, penè nubiles, & pubertati vicinæ. Veneri offerebant, Perſio teſte Satyr. 2. vbi,

Dicite Pontifices, in ſacris quid facit aurum ?
Nempe hoc quod Veneri donata à Virgine pupa.

2. *Interim, & tenero teneat pollice fila ducere; rumpat ſæpè ſtamina, vt aliquando non rumpat : poſt laborem luſibus geſtiat; de matris pendeat collo; rapiat oſcula propinquorum, pſalmos mercede decantet, amet, quod cogitur diſcere, vt non opus ſit, ſed delectatio; non neceſſitas, ſed voluntas.* 19.

Quibus occupanda vſque ad ſeptennium.

3. *Solent quidam, cum futuram Virginem ſponderint, pulla tunica eam induere, & fuluo operire pallio, auferre linteamina, nihil in collo, nihil in capite auri ſinere : reuera bene conſilio; ne habere diſcat interere, quod poſtea ponere compellatur.* NOT. Noſtri temporis morem probat Hieronymus, quo pluries videmus, puellas in Monaſteriis Virginum nouitiarum habitu ab infantia indui, cumque vſque profeſſionem geſtare, ita vt præter Monaſticas veſtes aliis ſeſe ornatas non viderint, nec pedem à clauſura diſceſſerint. Verum etſi piè Hieronymi, noſtroque æuo, id fuerit introductum: aliter tamen de hac re ſentientium opinionem hoc loco ſubdit, nec omnino refellere videtur: *multos namque reperies facilius carere experta corporis voluptate, quam eos, qui à pueritia libidinem neſciant: ab aliis enim nota calcari, ab aliis ignota appeti : illos vitare pœnitendo ſuauitatis inſidias, quas fugerunt, hos carnis illecebras dulci titillatione corporis blãdientes dum mella putant, venena noxia reperire.* Attamen Epiſt. 7. ad Lætam de educatione Paulæ filiæ, itidem infantulæ, apertiùs ſuam promit ſententiam. c. 4. inquiens: *Et licet alij putent maioris eſſe virtutis, præſentem contemnere voluptatem : tamen ego arbitror ſecurioris continentia eſſe, neſcire quod quæras.* Pium igitur morem à Hieronymo laudatum libens laudo : ſi tamen prudenti maturitate id fiat. Vereor namque ne parentum indiſcreta pietate fallente, puellæ abſque ſui deliberatione toties Eccleſiæ Decretis, Patrumque doctrina commendata, Religioni tradantur. Nam vnde, obſecro, parentibus notum, infantulæ pro eorum libito virginitati ab incunabilis deſtinatæ, Monaſticem in ætate adulta plus expeditum, quam nuptias ? *Rectius fuerat* (ait Hieronymus ipſe Euſtochium virginem inſtruens Ep. 22. c. 2. *ſubiiſſe coniugium, ambulaſſe per plana, quam ad altiora tendentem in profundum inferni cadere.* Faxit Deus, ne edentulæ pullis indutæ, & abſque ſecula-

Qualiter eas induere Monaſticis veſtibus, liceat.

Libertas profeſſionis cõmendatur.

rium

rium experientia ad profeſſionem Monaſtici ſtatus tranſlatæ in adoleſcentia flentes, & eiulantes dicant, cum Apoſt. Cor. 7. *melius fuiſſe nubere, quam vri*: & cum Ouidio epiſt. Phedræ Hipolito,

Venit amor grauius, quo ſeriùs vrimur; intus
Vrimur, & cæcum pectora vulnus habent.

Vide lector eadem epiſt. 7. c. 3. adducta num. 4. huius cap. quid Prætextatæ acciderit Euſtochij Virginis habitum Monaſticum, quem ab infantia gerebat, mutare geſtienti; ſed nota, amabo te, quod à Deo percuſſa eſt, *vincere cupiens, & Virginis propoſitum* (en Virginis libertas ante omnia expectanda) *& matris deſiderium*; en matris pietas filiæ deliberationi ſubſequuta: vtrũq; nefas Prætextatæ facinus, ſed proh nefarium facinus prætextu pietatis temerè puellam cogere eique vim afferre, quam ſpontaneam ſibi Christus deſponderi voluit, v. infra l. 5. c. 4. o. 70.

10. Quæ colloquia vitãda.

4. *Virgo es: quid te mulieris delectat ſocietas?* N O T. Hic multa ſubiungit de honeſtate à Virginibus ſeruanda, priuatiſque virorum cuiuſque ſtatus vitandis alloquiis; quæ ad inſtitutionem adultarum (de quibus infra) ſpectant, vt ipſe notat ſubiiciens: *Declinaui parumper de mea diſputatione aliorum occaſione: & dum infantem Pacatulam inſtituo, imò te nutrio, multarum ſubitò mihi malè pacatarum bella ſuſcepi. Reuertar ad propoſitum.*

Cum pueris non ludat.

5. *Sexus fœmineus ſuo iungatur ſexui; neſciat, imò timeat cum pueris ludere.* N O T. *ſemper in adiunctis, æuoque morabimur aptis.* Horat. de Art. Poët.

Matri obediat.

6. *Matris nutum pro verbis, ac monitis, & pro imperio habeat: amet, vt parentem, ſubiiciatur, vt dominæ, timeat vt magiſtram.* N O T. Paucula hæc Inſtituta (quæ penè ad Verbum repetit epiſt. 7. ad lætam, de educatione Paulæ) ſufficere Hieronymo viſa ſunt pro infantula educanda toto eo tempore, quo rem aliquam nouit, nec tamen explicare poteſt: quod regulariter vſq; ad ſeptennium protenditur, ætaſque infantilis dicitur ab eo, quod natus nondum fari cœperit. Nunc ad puellæ ſeptennis inſtructionem ſubdit.

Infantibus ætas.

21. Quibus à ſeptennio occupanda.

7. *Cum autem virgunculam rudem, & edentulam ſeptimus ætatis annus exceperit, & cœperit erubeſcere, ſcire quid taceat, dubitare quid dicat; diſcat Pſalterium, & vſque ad annos pubertatis libros Salomonis, Euangelia, Apoſtolos, & Prophetas ſui cordis theſaurum faciat.* N O T. Pubertatis anni in pueris, à 14. in fœminis, à 12. computari paſſim apud autores reperies: his enim ætatibus vnuſquiſque ſexus pubeſcere incipit, & eovſque à ſeptennio protenditur pueritia. Vide nunc, quibus eo quinquennio puellam occupari deſiderat, quæ reddere voces iam ſcit,

Pubertas.

——— ——— & pede certo.
Signat humum, geſtit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas.

Horat. in Arte Poëtic. Et Tullius a. Tuſcul. *A pueritia legimus, & diſcimus.* Et orat. pro Pompeio: *Pompeius è ludo, atque pueritiæ diſciplina, in militiæ diſciplinam profectus eſt.* Idem in ſpirituali militia euenit.

8. *Nec liberiùs procedas in publicum.*

9. *Nec ſemper Eccleſiarum quæras celebritatẽ:*

10. *In cubiculo ſuo totas delicias habeat:*

11. *Nunquam iuuenculos, nunquam cincinnatos videat.*

12. *Vocis dulcedine; per aurem animam vulnerantes, puellarumque laſciuia repellantur, quæ quanto licentiùs adeunt, tanto difficiliùs euitantur: & quod didicerunt, ſecreto docent, incluſamque Danaem vulgi ſermonibus violant.* Et epiſt. 7. *Surda ſit ad organa; Tybia Lyra, cythara, cur facta ſint, neſciat.* N O T. Acriſius Danaëm filiam ſuam ærea turri, ne violaretur incluſit. Fabula autem eſt (Ouid. 2. de Triſt.) Iouem imbre aureo in ſinum eius infoſum eam ſtupraſſe: eoque vſus exemplo Hieronymus, puellæ celebritatem frequentiam, licentiamque interdicit procedendi in publicum; & in ſequentibus, comitem ei optat adiungi magiſtram, pedagogam, cuſtodem, ſobriam, grauem, tacitam, lanificam, ne forte nutricum, ac famularum auaritia, incluſam Danaim auro violari contingat. Addit ſequentia Hieronymus ep. 7. Paulam ſenioris Paulæ neptim mille ſibi titulis chariorem curioſius inſtruens.

13. *Diſcat iam vinum non bibere, in quo eſt luxuria.* NOT. v. dicta n. 18. 22. Abſtinentia à vino.

14. *Ante annos robuſtæ ætatis periculoſa eſt teneris grauis abſtinentia. Vſque ad id tempus, ſi neceſſitas poſtulauerit, & balneas adeat, & vino vtatur modico propter ſtomachum, & carnium edulio ſuſtentetur, ne prius deficiant pedes, quam currere incipiat.* Ieiunia.

15. *Diſplicent mihi, in teneris maximè ætatibus, longa, & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades, oleum in cibo, ac poma vetantur.* Vide notata de ieiuniis Hieronymi ſupra cap. 4. à n. 53.

16. *In Quadrageſima continentiæ vela pandenda ſunt, & tota aurigæ retinacula equis laxanda properantibus, quamquam alia ſit conditio ſecularium, alia Virginum, & Monachorum.* NOT. D. Benedictus c. 49. Reg. de obſeruatione Quadrageſimæ ſic loquitur. *His diebus augeamus nobis aliquid ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ orationes peculiares, ciborum & potus abſtinentiam: & vnuſquiſque ſuper menſuram ſibi indictam aliquid propria voluntate cum gaudio S. Spiritus offerat Deo, id eſt, ſubtrahat corpori ſuo de cibo: de potu, de ſomno, de loquacitate, &c.* Quadrageſimæ.

17. *Cibus eius oluſculum ſit, & ſimila, raroque piſciculi.* NOT. v. Notatas v. c. 4. o. 56. Cibus.

18. *Sic comedat, vt ſemper eſuriat, vt ſtatim poſt cibum poſſit legere, orare, & pſallere.*

19. *Aſſueſcat ad orationes, & pſalmos nocte conſurgere, Manè hymnos canere, Tertia, Sexta, Nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti, accenſaque lucerna reddere ſacrificium Veſpertinum.* NOT. De horis Canonicis quid Hieronymus ſtatuerit, fusè tradidimus cap. præced. à n. 91. De *lucernario*, & hora Veſpertina v. dicta c. 2. à n. 12. Horæ canonicæ.

20. *Reddat tibi penſum quotidie de ſcripturarum floribus cantum.* Studium ſanctiſſimũ.

21. *Pro gemmis, & ſerico diuinos codices amet.*

22. *Sic dies tranſeat, ſic nox inueniat laborantem. Orationi lectio, lectioni ſuccedat oratio.* 23. Oratio.

23. *Diſcat lanam facere, tenere colum, ponereque in gremio calathum, rotare fuſum, ſtamina pollice ducere.* NOT. *Colus* inſtrumentum eſt penſa Labor manuum.

conti

continens, à quo ſtaminis fila ducuntur, Hiſpanè *rueca*, de quo Ouidius Metamorph. 4.

Et colus, & fuſus digitis cecidere remiſſis.

Calathum vas vimineum, ſeu ciſtella, vbi penſa, trama, fila, ſtamina, cæteraque fœmineo manuum labori neceſſaria ponuntur.

Veſtes. 24. *Spernat bombycum telas, Serum vellera, & aurum in filo lenteſcens: talia veſtimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus veſtita corpora* Bombicinæ. *nudentur.* NOT. *Bombyces*, ij ſunt Vermiculi, qui mori fronde apud nos nutriuntur. Plinius in Co inſula naſci tradit *cupreſſi, terebynthi, fraxini, quercus florem imbribus decuſſum terra halita animante.* lib. 11. c. 23. Hi in aranearum morem tenuiſſima fila ducunt, quæ humore lenteſcentia fuſo tenuantur, & in lanificia veſtibus conficiendis trahuntur, quibus Taxantur in viris. olim mulieres tantum vtebantur. *Prior eas redordiri* (inquit Plin. ib. c. 22.) *rurſus que texere inuenit in Co mulier Pamphila, Latoi filia non fraudanda gloria excogitata rationis, vt denudet fœminas veſtis.* Sed vt ipſe rectè notat c. 23. *Nec puduit has veſtes vſurpare etiam viros, leuitatem propter æſtiuam. In tantum à lorica gerenda diſceſſere mores, vt* Serum vellera. *oneri ſint etiam veſtes.* Serum vellera ſic dicta, eo quod Seris Scythiæ populis, ex quarumdam arborum foliis lanugo tenuiſſima generatur, quam ad veſtes texendas habitatores depectunt, de quibus Virgil. 2. Georg.

Seres. *Velleraque in foliis depectunt tenuia Seres.*

De eiſdem Plinius lib. 6. c. 17. *Primi ſunt homines qui noſcantur Seres lanicio ſyluarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem, vnde geminus fœminis noſtris labor redordiendi fila, rurſumque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona tranſluceat.* Hinc bombycinas veſtes cum ſericis confuſas crediderim ex vtrarumque affini ſubtilitate, & tenuitate. Eadem lanificij arte elebratas *goſſipinas* veſtes Goſſipium. inuenio apud eumdem Plin. l. 19. c. 1. vbi: *Superior* (inquit) *pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fructicem, quem aliqui goſſipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Paruus eſt, ſimilemque barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiori bombyce lanugo netur. Nec vlla ſunt eis in candore mollitiane præferenda:* Has vulgus *coroneas* vocat; Hiſpani *de algodon*: fructicem ſe in Italia vidiſſe inquit Calepinus verbo *Goſſipion.* Quia vero qualis Magiſter, talis diſcipulus, quales contubernalium & ancillarum mores, tales, & dominæ, ſyllabum ſubdit virtutum, quibus puellæ impuberis Magiſtra debet eſſe probata.

24. Qualis debet eſſe infantis magiſtra. 25. *Sit ei Magiſtra comes, pedagoga cuſtos:*

26. *Non multo vino dedita:*

27. *Non iuxta Apoſtolum otioſa, atque verboſa*

28. *Grauis.*

29. *Lanifica.*

30. *Ea tantum loquatur, quæ animum puellarem ad virtutem inſtituant.* NOT. Reddit S. Doctor Inſtitorem Magiſtræ, ac Pedagogæ grauem rationem his verbis: *Solent laſciui, & comptuli iuuenes, blandimentis, affabilitate, munuſculis aditum ſibi per nutricas, aut alumnas* (an *ad alumnas*?) *quærere, & cum clementer introierint, de ſcintillis incendia concitare, paulatimque proficere ad impudentiam, & nequaquam poſſe prohiberi; illo in ſe verſiculo comprobato.*

Ægrè reprehendas, quod ſinis conſueſcere.

Subdit de ancillis.

31. *Nolo de ancillulis ſuis aliquam plus diligat, cuius crebro auribus inſuſurret; quidquid vni loquitur, hoc omnes ſciant.* NOT. Nunc ad matrem. Nullam plus alia diligat ancillam.

32. *Si quando ad ſuburbana pergis, domi filiam non relinquas: neſciat ſine te, nec poſſit viuere; & cum ſola fuerit, pertimeſcat.* Domi non relinquatur à matre.

Plura ſubiungit Hieronymus, vel dictis coincidentia, vel omni ætati communia, quæ commodiùs in ſequentibus tradentur. *Felix virgo,* inquit, felix *Paula Toxotij, quæ per auia, amitaque virtutes* (Paulæ ſcilicet, & Euſtochij) *nobilior eſt ſanctitate, quàm genere.* Felix, inquam, Paulæ & Pacatulæ rudis balbutientium infantia, tanto Magiſtro edocta, tanto Pedagogo nutrita.

§. III.

Virginum intra vrbes, domoſque proprias, Monaſticem colentium Inſtituta.

ITerum rogatus Hieronymus à Iuliana matre Probaque auia Demetriadis Virginis genere, & ſanctitate nobiliſſimæ, iterumque ſpontaneus erga Iuliam Euſtochium, Paulæ ſenioris filiam cuius domui innumeris pene titulis addicebatur, & alebatur facultatibus, illam Epiſt. 8. hanc verò Epiſt. 22. fusè inſtruit de cuſtodia virginitatis: cæteraſque edocet virtutes, quæ puberibus pro muro ſunt, quo intemeratum pudicitiæ virginalis theſaurum in vaſis fictilibus repoſitum magnis inimicorum circumdatum agminibus, defendere queant. Res quidem difficilis: *inter omnes* namque *materias* (inquit epiſt. 8. ad Demetriadem) *quas ab adoleſcentia vſque ad hanc ætatem, vel mea, vel notariorum ſcripſi manu, nihil præſenti opere difficilius. Quid igitur faciam? quod implere non poſſum, negare non audeo.* Ne autem, quod in hac materia præcipuum iudico, memoria labatur; infantularum reſidua ex Epiſt. 12. c. 2. primo loco adoleſcentulis demus. 25. virginum inſtructio difficilis.

1. *Virgo es: quid te mulieris delectat ſocietas? Quid fragilem, & ſubtilem ratem magnis committis fluctibus? Elige probata in Domino continentia. Quid te adoleſcentula, quid pulchra, quid luxurioſa delectat? At non habitas in eodem hoſpitio. In nocte duntaxat. Cæterum totos dies in huius confabulatione conſumis.* Quorum ſocietas fugienda.

2. *Nolo habeas conſortia matronarum*

3. *Nolo ad nobilium domos accedas:*

4. *Ad hominis coniugem Dei ſponſa quid properes? diſce in hac parte ſuperbiam ſanctam; ſcito; te illis eſſe meliorem.*

5. *Neque vero earum tantum te cupio declinare congreſſus, quæ maritorum inflantur honoribus, quas Eunuchorum greges ſepiunt, & in quarum veſtibus attenuata in filum auri metalla texuntur; ſed etiam eas fuge, quas viduas neceſſitas fecit, non voluntas: non quod mortem optauerint maritorum, ſed quòd datam occaſionem pudicitiæ, non libenter acceperunt.*

6. *Si ad Imperatoris vocem concurrit ambitio ſalutantium, cur tu facis iniuriam viro tuo?*

7. *Eas*

7. *Eas Virgines, & viduas, quæ otioſæ, & curioſæ domos circumeunt matronarum, quæ rubore frontis abſtricto paraſitos vincunt mimorum, quaſi quaſdam peſtes abijce. Corrumpunt mores bonos confabulationes peſſimæ.* Not. ſubiicit horum omnium rationem.

Nolo te frequenter videre, quod contemnens Virgo eſſe cœpiſti. Not. Adhuc de eiuſdem ſexus ſocietate, enixè Virginem cautam reddit: eovſque verum oſtendens illud Martialis Epigr. 31. ad Iulium.

Nulli te facias nimis ſodalem;
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Nunc de virorum colloquiis.

26. Virorum alloquia vitanda. 9. *Tu quoque Virgo, vel vidua, cur tam longo ſermone viri retineris? Cur cum ſolo relicta non metuis? ſaltem alui te, & veſicæ cogat neceſſitas, vt exeas foras, vt deſeras in hac re eum, cum quo licentiùs, quam cum marito egiſti. Sed de Scripturis Sanctis aliquid interrogas. Interroga publicè, audiant pediſſequæ, audiant comites tuæ.*

Egreſſus in publicum. 10. *Rarus ſit egreſſus in publicum. Martyres tibi quærantur in cubiculo tuo: nunquam cauſa deerit procedendi, ſi ſemper, quando neceſſe eſt, proceſſura ſis.*

27. Virginitas aurum, & theſaurum. 11. *Semper te cubili tui ſecreta cuſtodiant. Caue, ne domo exeas, & velis videre filias regionis alienæ, quamuis fratres habeas Patriarchas, & Iſrael parente læteris. Dina egreſſa corrumpitur.* Geneſ. 34.

12. *Nolo te ſponſum quærere per plateas, nolo te circumire angulos ciuitatis. Sponſus in plateis non poteſt inueniri. Sequitur: Quæſiui eum, & non inueni.* Cant. 5.

13. *Zelotypus eſt Ieſus; non vult ab aliis videri faciem tuam.*

14. *Foris vagentur Virgines ſtultæ: tu intrinſecus eſto cum Sponſo: quia ſi oſtium clauſeris, & ſecundum Euangelij præceptum in occulto oraueris patrem tuum, veniet, pulſabit, & dicet. Ecce ego ſto ante ianuam, & pulſo, &c.* Math. 6. & 25.

15. *Onuſta incedis auro: latro tibi vitandus eſt.* Not. Hoc vno verbo rationem omnium hactenus Inſtitutorum reddit S. Doctor. Hac cauſa Virginum, ac matronarum ſodalitatem, virorum alloquia, & egreſſus in publicum, puberi tantopere vitanda proponit. Aurum virginitatem appellat: & D. Gregorius parabolam decem Virginum Matth. 25. memoratam exponens; *Notandum* (inquit) *eſt, quod inuentus theſaurus abſconditur, vt ſeruetur. Maligni autem ſpiritus iter noſtrum, quidam latrunculi obſident. Deprædari ergo deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via.* At Hieronymus cautior adhuc virginitatis, & pudicitiæ diſcipularum zelator, periculoſiùs inſidiantes, vt potè domeſticos, detegit hoſtes, prodit latrunculas epiſt. 22. cap. 3. *Pudet* (inquit) *dicere, & tamen dicendum eſt. Nobiles fœminæ, quæ nobiliores habuere neglectui procos, vtiliſſimæ conditionis hominibus, & ſeruulis copulantur, ac ſub nomine religionis, & vmbra continentiæ interdum deſerunt viros Helenæ, ſequuntur Alexandros, nec Menelaos pertimeſcunt.* Helenam in exemplum adducit, quam à multis, vix puberem, virgunculam amatam, & adultam Menelao Regi nuptam, Paris Priami filius, abſente Menelao, à quo prius benignè fuerat exceptus, iniurioſè rapuit; eamque ob cauſam Troiam dirutam cecinit Homerus. Hinc pericula pudicitiæ inter domeſticos, piè exceptos, ſeruulos pertimeſcens Hieronymus, imo virginum caſus frequentes inter has diſcipulas expertus, ſubinfert.

16. *Memento, quia in medio laqueorum ambulas, & multæ veteranæ virgines caſtitatis indubitatæ in ipſo mortis limine coronam perdidere de manibus.* Not. Huc vſque de caſtitatis, & virginitatis propoſito. Nunc de obedientia, cæteriſque virtutibus Monaſticis.

17. *Eſto ſubiecta parentibus, imitare ſponſum tuum.* Not. de quo dicitur Luc. 2. *Et erat ſubditus illis*: haud dubium quin Mariæ, & 28. Obedientia.
Ioſeph. obedientia eorum qui Monaſticem extra clauſtra profitebantur. vide dicta, cap. præced. à num. 81. vbi de obedientia ad eorum Monachatum eſſentialiter requiſita. Hic perfectior ſtatuitur. Iam ad paupertatem deueniamus.

18. *Auaritia tibi quoque vitandum eſt malum, non, vt aliena non appetas, (hoc enim, & publicæ leges puniunt) ſed quo tua, quæ tibi ſunt aliena non ſerues. Cogitatio victus ſpinæ ſunt fidei.* Paupertas.

19. *Aliena nobis auri, argentique ſunt pondera; noſtraque poſſeſſio ſpiritualis eſt de qua dicitur: Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ.*

20. *At dicis: Puella ſum delicata, quæ manibus meis laborare non poſſum: ſi ad ſenectam venero, ſi ægrotare cœpero, quis mei miſerebitur? Audi de Apoſtolis loquentem Ieſum: Ne cogitetis in corde veſtro, quid manducetis, &c. Si veſtis deſieris, lilia proponantur, ſi eſurieris, audias, beatos pauperes, & eſurientes.*

21. *Illa tibi ſemper in ore vox reſonet: Nudus exiui de vtero matris meæ; nudus reuertar: Et Nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre quid poſſumus.* Not. Subdit plurima de hac re Sacræ Scripturæ teſtimonia, & infinita ſuppetere inquit vtque diſtrictius Monaſticam commendet paupertatem, refert ſententiam à Patribus Nitriæ latam aduerſus Monachum quemdam, (de qua ſupra lib. 3. cap. 4. n. 9.) qui parcior cæteris ploſquam auarus, centum ſolidos, quos lina texendo acquiſierat, moriens dereliquit: circa quod inito fratrum concilio; aliiſque dicentibus pauperibus diſtribuendos, aliis parentibus defuncti remittendos, tandem Macharius, Pambo, & Iſidorus infodiendos eſſe cum eo decreuere, dicentes circunſtantium cœtu. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Act. 8. Nunc iam ad alias virtutes Monaſticas accedamus.

22. *Maria optimam partem elegit quæ non* 29.
auferetur ab ea. Luc. 10. *Eſto & tu Maria; cibis præferto doctrinam. Sorores tuæ curſitent, & quærant, quomodo Chriſtum hoſpitem ſuſcipiant. Tu ſemel ſæculi onere proiecto, ſede ad pedes Domini & dic: inueni eum, quem quærebat anima mea.* Cant. 3. Vita contemplatiua.

23. *Crebrius lege, diſce quamplurima. Tenenti codicem ſomnus obrepat & cadentem faciem pagina ſancta ſuſcipiat.* Lectio.

24. *Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio ſatietatem fugiens. Nihil prodeſt biduo, triduoque tranſmiſſo vacuum portare ventrem, ſi pariter obruatur, ſi compenſetur ſaturitate ieiunium.* Not. V. Notata cap. præc. n. 56. Ieiunium.

25. *Laua per ſingulas noctes lectum tuum, lachrymis tuis ſtratum tuum riga.* Lachrymæ.

26. *Illud*

fugienda. Vana gloria

26. *Illud quoque tibi vitandum eſt cautius, ne inanis gloria ardere capiaris.*

27. *Ne ſatis religioſa velis videri, nec plus humilis, quam neceſſe eſt; ne gloriam ſugiendo quæras.*

Ancillæ quomodo tractandæ. Menſa communis.

28. *Ne hoc tibi iactantiam generet, quod ſæculi iactantiam contempſiſti, ne cogitatio tacita ſubrepat; vt quia in auratis veſtibus placere deſiſti, placere coneris in ſordibus.*

29. *Si quæ ancillulæ ſunt comites propoſiti tui, ne erigaris aduerſus eas, ne infleris, vt domina. Vnum ſponſum habere cœpiſtis, ſimul pſallitis, Chriſti ſimul corpus accipitis; cur menſa diuerſa ſit?*

30. *Pronocentur & aliæ. Honor Virginum ſit inuitatio cæterarum: quod ſi aliquam ſenſeris infirmiorem in fide, ſuſcipe, conſolare, blandire, & pudicitiam illius ſac lucrum tuum.*

31. *Si qua ſimulat fugiens ſeruitutem: huic apertè Apoſtolũ lege: Melius eſt nubere, quam vri.*

30. Pudicitiæ pericula fugienda.

32. *Si quid ignoras, ſi quid de Scripturis dubitas, interroga eum, quem vita commendat, excuſat ætas, fama non reprobat, qui poſſit dicere, Deſponſaui enim vos vni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto, aut ſi non eſt qui poſſit exponere, melius eſt aliquid neſcire, quam cum periculo diſcere.*

Virginem Deus ſuſcitare non potest.

33. *Caue, quæſo, ne quando de te dicat Deus: Virgo Iſraël cecidit, & non eſt, qui ſuſcitet eam. Audenter loquor; cum omnia poſſit Deus, ſuſcitare Virginem non poteſt poſt ruinam. Valet quidem liberare de pœna, ſed non vult coronare corruptam.*

Virgines bonæ, & malæ.

34. *Timeamus illam prophetiam, ne in nobis etiam compleatur; Virgines bona deficient.* Amos 8. Not. ſubiicit orationem Hieronymus. Obſerua, inquit, quid dicat: *Et Virgines bonæ deficient:* Quia ſunt Virgines malæ. Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Perit ergo & mente virginitas. Iſtæ ſunt Virgines malæ, virgines carne, non ſpiritu; Virgines ſtultæ, quæ oleum non habentes excluduntur à ſponſo. Hæc ille

Siren auis.

35. *Ne fiat obſecro ciuitas meretrix fidelis Sion: ne poſt Trinitatis hoſpitium, ibi dæmones ſaltent, & Sirenæ nidificent, & hericij.* Not. Locus eſt Iſai. 34. vbi Interpretes (vt notat hic Marianus Victorius in Schol.) variè textum Hebræum tranſtulere: nam pro *Sirena* Symachus *lamiã*, alij *lares*, alij *furiã*, alij *ſpectrum*, nonnulli noctẽ *clamantẽ*, bubonem ſcilicet; quod ipſi magis placet. Sed gratis ſanè, & pro libito. Loquitur namque Hieronymus de Sirenis fabuloſis quibuſdam auibus, quæ neque apud Plinium impetrauere fidem: *licet affirmare Dino, Clitarchi celebrati auteris patet in India eſſe, mulcerique earũ cantu, quos grauatos ſomno lacerent.* lib. 10. c. 49. quæ quidem licet Plinio non minus fabuloſæ ſint quam *Sirenes* monſtra illa marina Poëtarum verſibus celebrata, quæ proculdubio occaſionem ſecundæ huic fabulæ dedere, ad metaphorã tamen, qua vtitur Hieronymus, vtriuſque fabulæ conſcius, nõ magis vera, quã conficta *Siren* conferebat.

31. Tentatio carnis qualiter vincenda.

36. *Non ſoluatur faſcia pectoralis: ſed ſtatim, vt libido titillauerit ſenſum, aut blandũ voluptatis incendium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in vocem: Dominus auxiliator meus: non timebo quod faciat mihi caro.*

37. *Si quando ſenſeris exteriorẽ hominẽ florem adoleſcentiæ ſuſpirare, & accepto cibo, cum te in lectulo compoſitã dulcis libidinum pompa concuſſerit, arripe ſcutũ fidei, in quo ignita diaboli extinguuntur ſagitta.* Not. Ibi Marianus Victorius: ſicut nuptiarum, funerum, ſacrorũ, ac ſpectaculorũ pompas, dicitur ſolennis quidam apparatus, ita Hieronymus libidinum pompam dixit: qui qualem vtique deſcribit Catullus in Hymenæo nuptiarũ Iuliæ, & Manlij, & carmine de nuptiis Pelæi & Thetidos his.

Libidinum pompa.

Ipſius at ſedes, quacunque opulenta receſſit,
Regia, fulgentiq; ſplendent auro, atq; argento
Candet ebur ſoliis; collucent pocula menſæ,
Tota domus gaudet regali ſplendida gaza;
Puluinar vero Diuæ geniale locatur
Sedibus in medijs, Indo dente politum
Tincta tegit roſeo conchilis purpura fuco, &c.

Quanta in eremo paſſus Hieronymus incitamenta libidinum.

O quoties ego (inquit Hieron. epiſt. 22. c. 3.) in eremo conſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine (nempe Chalcidis, de qua cap. præced. n. 9.) quæ exuſta ſolis ardoribus horridum monachis præſtat habitaculum, putabam me Romanis intereſſe deliciis. Ille ego, qui gehennæ metu, tali me carcere ipſe damnaueram, Scorpionũ tantum ſocius, & ferarum, ſæpe choris intereram puellarũ: pallebant ora ieiuniis, & mens deſideriis æſtuabat in frigido corpore, & ante hominem ſua iam carne præmortuum ſola libidinum incendia bulliebant. Si autem hoc ſuſtinent illi, qui exeſo corpore ſolis cogitationibus oppugnentur: quid patitur puella, quæ deliciis fruitur? nempe illud Apoſtoli: Viuens mortua eſt. Hæc ille. En libidinum pompa mentem Hieronymi concutiens.

32. Virginitatis regio paradiſus.

38. *Eua in paradyſo virgo fuit: poſt pelliceas tunicas initium ſumpſit nuptiarum: Tua regio paradyſus eſt; Serua, quod nata eſt, & dic: Reuertere anima mea in requiem tuam.*

Secularium cura non habenda.

39. *Vbi in pectore virginali ſæcularium negotiorum cura æſtuat, ſtatim velum templi ſcinditur: Sponſus conſurgit iratus, & dicit: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Matth. 27.

Vanæ laudes.

40. *Ne declines aurem tuam in verba malitiæ. Sæpè enim indecens aliquid loquentes tentant mẽtis arbitrium. Si libenter audias virgo, quod dicitur, ſi ad ridicula quæque ſoluaris, quidquid dixeris, laudant; quidquid negaueris, negant; facetam vocãt, & ſanctam, in qua nullus ſit dolus: Ecce verè ancilla Chriſti dicentes. Ecce tota ſimplicitas; non, vt illa horrida, turpis, ruſticana, terribilis, & quæ ideo forſam maritum non habuit, quia inuenire, non potuit.*

Sermonis elegantia.

41. *Nec tibi diſſuta multum velis videri, aut lyrici feſtiua carminis metro ludere. Quæ enim communicatio luci ad tenebras? qui conſenſus Chriſti cũ Belial? Quid facit cum Pſalterio Horatius? cum Euangeliis Maro? cum Apoſtolis Cicero?* Not. Subdit hoc loco Hieronymus infœlicitatis ſuæ hyſtoriam: nempe cum ſancto arrepto propoſito Hieroſolymam pergeret, & poſt ieiunia, lacrymari, atque Vigilias quandoque Tulliũ, aut Plautum ſumeret in manus; & in ſe reuerſus, Prophetas legere cœpiſſet, ſermo ei ſacræ Scripturæ horrebat incultus, culpá Solis eſſe putans, non oculorum. Cumque media Quadrageſima aſperitatum, ac ieiuniorum rigore mẽbrorũ eius caro depacta eſſet, adeò vt oſſibus vix hæreret, calor deficeret, eiq; pararentur exequiæ; ſubitò ad tribunal Chriſti raptus, interrogatus de conditione, Chriſtia-

Quid Hieronymo Ethnicorum libros legenti acciderit.

num ſe eſſe reſpondit, Cui qui præſidebat: *Mentiris,ait,Ciceronianus es, non Chriſtianus: vbi enim theſaurus tuus eſt,ibi & cor tuum.* Iubetur cædi;flagellatur acriter;clamat,& dicit; *Miſerere mei Domine.* Ad genua Præſidentis, qui adſtabant prouoluti, veniam Hieronymi adoleſcentiæ precabantur,& emendationi locum:atque in tanto conſtrictus articulo, obteſtatur dicens:*Domine, ſi vnquam habuero codices ſæculares,ſi legero,te negaui.* Reuertitur: oculos aperit: at non ſopor illi fuerat, aut ſomnium,quo deludimur, *liuentes*(inquit)*fateor habere me ſcapulas, plagas ſenſiſſe poſt ſomnium.*

33. De qua dubitandum an Virgo ſit.

42. *Ne dicas: illa, & illa ſuis rebus fruitur: honoratur ab hominibus:fratres ad eam conueniũt, & ſorores,numquid ideò Virgo eſſe deſiit?Primum dubium eſt,an virgo ſit talis:non enim,quomodo videt homo,videt Deus: Homo videt in facie, Deus autem in corde. Dehinc, etiamſi corpore virgo eſt, an ſpiritu virgo ſit,neſcio. Apoſtolus autem ita virginem definiuit,vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu.*

Maria virginum exẽplar.

43. *Propone tibi B.Mariam, quæ tantæ extitit puritatis,vt mater Domini eſſe mereretur:ad quam cum Angelus Gabriel in viri ſpecie deſcendiſſet, dicens Aue gratia plena;conſternata,& perturbata reſpondere non potuit, numquam enim à viro fuerat ſalutata.*

Qualiter quælibet Virgo Domini mater eſſe poſſit.

44. *Potes & tu eſſe mater Domini, Accipe tibi tomum magnum,& ſcribe in eo ſtylo hominis: Velociter ſpolia detrahe: & poſtquam acceſſeris ad propheteſſam, & conceperis in vtero, & pepereris filium,dic: A timore tuo Domine concepimus, & doluimus, & peperimus ſpiritum ſalutationis tuæ, quem fecimus ſuper terram.Tunc & filius tuus tibi reſpondebit,& dicet:Ecce mater mea.*

Manichææ Virgines.

45. *Virgines,quales apud diuerſas hæreſes, & quales apud Impuriſſimum Manichæum eſſe dicuntur,ſcorta ſunt æſtimanda,non virgines: ſi enim corporis earum autor eſt diabolus, quomodo poſſunt honorare plaſmationem hoſtis ſui? Sed quia ſciunt virginale vocabulum glorioſum, ſub ouium pellibus lupos tegunt. Chriſtum mentitur Antichriſtus, & turpitudinem vitæ falſo nominis honore coaneſtiunt. Gaude ſoror,gaude filia,gaude mea Virgo,quia quod aliæ ſimulant,tu verò eſſe cœpiſti.* NOT. Vide Auguſtinum lib.de Hæreſib. ad Quod vult Deũ, & lib.de Moribus Manichæorum:pudet namque delyria Manetis penitùs inſanientis hic referre,digna potius exſibilatione, quàm nedum Chriſtiano, ſed neque Ethnico ſtylo exarentur. Neque enim Samatithæ magis Athei, neque Iudæi,magis impij, nec Græci impuriores.

46. *Quotieſcumque te vana ſæculi delectauerit ambitio, quoties in mundo aliquid videris glorioſum,ad paradiſum mente tranſgredere: eſſe incipe, quod futura es, & audies à ſponſo tuo: Pone me ſicut ſignaculum in corde tuo,&c.*

34. Nuptiarum incõmoda.

His,aliiſque paſſim Hieronymus ſacras Virgines inſtituit de requiſitis ad cuſtodiam Virginitatis,quæ ex epiſt.8.12.& 22.non,vt ibi iacent, ſed carptim,& ſpectato Monaſticarum virtutum ordine tradidimus:ipſe autem,quo plus diſcipularum mentes ad virginitatis amorem alliciat, non ſemel nuptiarum incommoda data opera pingit:præſertim eadem epiſt.22.c.1. vbi. *Hæc* (inquit)*idcirco,Domina mi Euſtochiũ ſcribo,vt ex ipſo principio lectionis agnoſceres,non me nunc laudem virginitatis eſſe dicturum, quam probaſti optimam, & conſecuta es;nec enumeraturum moleſtias nuptiarum,quomodo vterus intumeſcat, infans vagiat,cruciet pellex;domus cura ſollicitet,& omnia, quæ putantur bona,mors extrema præcidat.* Et lib. 1.aduerſus Iouinian.ad illud Apoſtoli 1.Corint. 7.*Tribulationẽ carnis habebunt huiuſmodi:*inquit: *Qui ſunt iſti, qui tribulationem carnis habebunt? Quibus ſupra indulſerat:Si acceperis vxorem, non peccaſti,& ſi nupſerit virgo,non peccauit: Tribulationem tamen carnis habebũt huiuſmodi.Nos ignari rerum putabamus, nuptias ſaltem carnis habere lætitiam;ſi autem nubentibus etiam in carne tribulatio eſt,in qua ſolũ videbantur habere delicias,quid erit reliquum propter quod nubent,cum & in ſpiritu,& in anima,& in ipſa carne tribulatio ſit? Ad maritos venio: Tempus breue eſt: Dominus propè eſt:etiam ſi nongentis vineremus annis, vt antiqui homines;tamen breue putandum eſſet; quod haberet aliquando finem, & eſſe ceſſaret: nunc verò cum breuis ſit,non tam lætitia, quàm tribulatio nuptiarum:quid accipimus vxores,quas cogemur cito amittere?* Sed, vt cum ipſo ibidem loquamur,non eſt huius loci nuptiarum anguſtias latiùs deſcribere:ac proinde lectorem cum ipſo remitto ad librum, quem contra Heluidium ſcripſit de perpetua virginitate Beatiſſimæ Virg. Mariæ; ad luſus Tertulliani in hac materia, & verſus D. Gregorij Nazianzeni Præceptoris Hieronymi de virginitate,& nuptiis diſſerentis, & ad epiſt. 22. ad Euſtochium, vnde præcipua Virginum hauſimus Inſtituta.

Ex his rectè Baronius A.C. 382.infert, Hieronymum Romæ ſcripſiſſe epiſtolam hanc 22. 35. Qui Patrum huiuſ ævi de Virginitate ſcripſerint.
poſt editum Commentarium aduerſus Heluidium,vt ipſe conceptis verbis cap. 9.ipſius epiſt. tradit:ſimulque addit cap.10. Damaſum Papam ſuper hac re verſu, proſaque compoſuiſſe volumen, & nuper Ambroſium *ad ſororem* opuſcula alia, *in quibus tanto ſe effudit eloquio, vt quidquid ad laudes Virginitatis pertinet, exquiſierit, expreſſerit, ordinarit*: quod ipſum paulo ante in Oriente Baſilius, & Nazianzenus, & paulo poſt Chryſoſtomus præſtitere. Quo videas lector inſtinctu planè Diuino eodem tempore egregios Eccleſiæ Patres, tam Orientis, quam Occidentis, in eadem ac nos, verſatos materia,atque laudibus, & commendatione virginitatis diffuſos, cum hæreticorum monſtra diabolus eſſet editurus, qui nobile virginitatis theſaurum diſperdere conarentur. Cum enim duo Hieronymi libri aduerſus Iouinianum, quibus tantopere virginitatem ſupra nuptias extollit Romam perlati, ibique lecti fuiſſent; non leuiter, nec ab infimæ conditionis hominibus, fuere impugnati; eo præſertim prætextu, quod cum totus eſſet Hieronymus in commendatione virginitatis, viſus fuerit nuptias deſpexiſſe. Sed hos ſciolos, de iniuria certior factus, acriter carpit epiſtol. 50. ad Pammachium, quod verba tantum aucupati cauillentur, non conſiderantes, à quo, cur, quando, qua occaſione, quibuſve antecedentibus, & conſequentibus ſcripta fuerint: & epiſtol.51. ad Domnionem,adeò in Monachum quendam inuehitur; qui libros ſuos contra Iouinianum, quaſi in eis nuptiis detraxiſſet, cauillabatur, vt inde animi vehementia, qua natura Hieronymus erat comparatus; ſatis appareat: vbi de ſe ipſo loquens lepido illo vti- Fœnum in cornu habere quid.
tur adagio *Fœnum habet in cornu, longe fuge* in

homines

homines maledicos ac feroces (Eraſmo teſte) ab Horatio in ſermonibus iactato, indeque tranſlato, vt Acroni placet, quod antiquitùs bobi cornuperæ fœnum pro ſigno appenderetur, qoo ſibi cauerent, qui forte occurriſſent. Vtrumque conſule: Noſtra autem ad Paulam tranſeat oratio.

§. IV.

Sanctæ Paulæ Romanæ, & aliarum vidualem continentiam profitentium Monaſtici mores.

CONTINVATOR.

PEruenit hucuſque feliciter Biuarius noſter; & Paula Monachatui, vt vides lector, titulo praiecto, titulum ſubiit ſepulchri. Proh dolor, quanta Monachatus, atque omnimoda hiſtoria vnius Biuarij occubitu lumine extincta ſunt, defecere ſiucuta! Praloquebar in limine Operis huius nondum ſatis tanti Indagatoris ſpiritum inſequendi defficultate perpenſa, & iam iam vacillabant greſſus, mutabat animus, cum narrationis huius continuationem arripere promittebam. Verum poſtquam autographum lento tranſcriptoris gradu percurri, ac ſedula continuatoris cura ſingulis detentus fratris & amici mei, Biuarij, lucubrationes cunctis in poſterum ſaculis mirandas introſpexi, lacrymis, fateor, pluries ora compleui, iuſtius reputans immaturum hunc florem mortis ictu deflere pracisum, quam continuationis ſperare prouentum. Et quidem quoties, vt promiſſis ſtarem, ſtylum figere volui toties obriguere digiti, cecidit manus, ſenſus elanguit, nec potui ſine gemitu eloqui. Vires tamen, quas proterit dolor, atque operi tanto denegat imperitia, faxit Deus, impetret oratio, & charitas miniſtret. Sed ad rem.

36. Paulæ laudes. NObilitatis, & ſanctitatis iure inter diſcipulas Hieronymi ab Epigraphe capitis huius, prima ſeſe offert Paula Romana, ſenior dicta, vtpote auia infantulæ Paulæ (cuius à numer. 16. crebrò meminimus) Romanæ oobilitatis ſplendor, virtutum omnium exemplar, Monachatus magiſtra, Magiſtri ſui gloria; *nobilis*, inquam, *genere* (vt verbis Magiſtri vtar c. 1. vitæ ipſios) *ſed multo nobilior ſanctitate; potens quondam diuitiis, ſed Chriſti paupertate inſignior: Gracborum ſtirps; ſoboles Scipionum; Pauli heres, cuius vocabulum trahit, Marcia Papiria matris Africani vera, & germana progenies; Toxotij vxor, qui Ænea, & Iuliorum ſanguinem trahit*: quæque inter cæteras Romanas matronas genere, & ſanctitate perilluſtres, *ſicut inter multas gemmas, pretioſiſſima gemma micat, & vt iubar ſolis, paruos igniculos ſtellarum obruit: & obſcurat*: ac tandem (vt eiſdem verbis concludam, quibus ipſius laudes exorditur Hieronymus) *ſi cuncta corporis membra verterentur in linguas, & omnes artus humana voce reſonarent, nihil dignum ſancta, ac venerabilis Paula virtutibus diceram.* Hæc igitur clariſſima Monachatus gemma, totiuſque Romanæ nobilitatis ſplendida mater, tum fœcunditate, tum pudicitia probata, cum ſex li-

beros edidiſſet, Bleſillam ſcilicet, Paulinam, Pamachium, Euſtochium, Rufinam, & Toxotium (Theochium Equilino l. 3. Cathal. cap. 29. & Paulinum pro Paulina mutare ſexu. ſed vnde id hauſerit, non promit) Toxotio viro ſuo vita functo, domus, liberorum, familiæ, poſſeſſionem, rerumque omnium ad ſæculum pertinentium immemor, Marcellæ ſanctiſſimæ etiam, & nobiliſſimæ viduæ Romanæ comes, imò diſcipula facta, vt ſupra num. 3. notauimus) vidualis continentiæ Aſceticum propoſitum Romæ intra propriam domum, vel in ſuburbano agro, qui (teſte Hieronymo ibidem citato) eis erat pro Monaſterio, eiuſdem S. Doctoris diſciplina erudita, frugali conuerſatione per quinquennium profeſſa eſt. Sed adhuc vitæ Monaſticæ non contenta profectu, inuiſendi ſacra loca incredibili tenebatur ardore. Prius tamen quam ad peregrinationem deueniamus, & ventis cum Paula carbaſa demos, Inſtituta, quibus Romæ à Toxotij deceſſu, quinquennio illo vſque ad ſeceſſum ab Vrbe vitam egit, operæ pretium eſt tradidiſſe, quo ſatisfaciamos & noſtro.

Vt autem dicendi ordinem ſeruemos, Epiſtolam 27. D. Hieronymi (aliàs Epitaphium Paulæ) qua ipſius admirandam vitam, & mores Sanctus Doctor viois coloribus reddit, methodo, & diuiſione Roſinardi percurramus; quod niſi fallor) Biuario noſtro erat in animo, vt ex pluribus locis haud dubiè coniicio: neque aliud me iudice, cunctarum Aſceticæ vitæ virtutum, & continentiæ vidualis vndequaque exactius exemplar efferri poteſt: quidquid enim Epiſt. 9. 10. & 11. de viduitate ſeruanda ad Saluinam Furiam, & Ageruchiam, aliaſque diſcipulas ſcriptum reliquit; hæc vna Paula operum viuo ſermone factibile eſſe probauit. Reliqua verò, ſi quæ fuerint, vitæ huius Inſtituta notatione digna, ex earum Epiſtolarum monumentis petemus. 37. Ordo dicendi. Paulæ vita viduarũ regula.

1. Et imprimis tandiù Paula ſe verè peregrinam arbitrata eſt, quandiù in corpore vixit, & quam habebat in voto, diſtulit peregrinationem. *Roma pratulit Bethleem* (inquit Hieronymus cap. 1.) *& auro tecta fulgentia informis luti vilitate commutauit. Quandiù in corpore fuit peregrinata eſt à Domino, & voce ſemper flebili querebatur dicens. Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata eſt, habitaui cum habitantibus Cedar; multum peregrinata eſt anima mea. Aduena ſum, & peregrina, ſicut omnes Patres mei.* Hæc ipſa adhuc Toxotij vxor, corpore quidem nupta, ſed animo Sanctimonialis. Corpore nupta, animo Sanctimonialis.

2. Sed ad viduitatis eius ſtatum deueniamus: *Poſtquam vir mortuus eſt, ita eum planxit, vt propè ipſa moreretur: ita ſe conuertit ad Domini ſeruitutem, vt eius mortem videretur optaſſe.* cap. 1. Hæc proculdobio prima arripientis vidoæ Monaſticem meritò virtus celebratur: qoo videas, qoàm verè dixerit cap. 3. *eam* Toxotio noptam, *non diù ſeruire voluiſſe officio coniugali, ſed mariti deſiderio, qui marem optabat.* Qualiter maritum defleuit.

Qoæ autem viro iuncta gemma pudicitiæ fuit, quanto putas poſt viri obitum caſtitatis amore correptam? *Si inter tales, tantaſque virtutes caſtitatem in illa voluero prædicare, ſuperfluus videar; in qua* 38. Caſtitas.

F 2 etiam,

etiam, cum ſecularis eſſet (ideſt viro iuncta) *omnium Romæ matronarum exemplum fuit: quæ ita ſe geſſit, vt nunquam de illa maledicorum quidquam auderit fama confingere.* c. 14. Conſonat Auſonius in Bia Prieneo.

Quæ dos matronis pulcherrima? Vita pudica.
Quæ caſta eſt? De qua mētiri fama veretur.

Nota dictum, *cum ſæcularis eſſet*: Toxotio namque vota functo, iam Paula ſecularis non fuit, ſed Deo per Monaſticam profeſſionem ſacrata.

Paupertas. 4. Paupertati adeò ſtuduit, *vt vnum nummum filiæ* (Euſtochio ſibi indiuiduæ comiti) *non dimitteret, & in funere ſuo aliena ſindone inuolueretur. Ad extremum ſic inferebat: Ego ſi petiero, multos inueniam qui mihi tribuant: iſte mendicans, ſi à me non acceperit, quæ ei poſſum etiam de alieno tribuere, & mortuus fuerit, à quo eius anima requiretur?* Ego Hieronymus, *cautiorem in re familiari eſſe cupiebam, ſed illa ardentier fide, toto Saluatori animo iungebatur, & pauperem Dominum pauper ſpiritu* (*en Monaſtica paupertas*) *ſequebatur, reddens ei, quod acceperat, pauper pro ipſo effecta. Denique conſecuta eſt quod optabat, & in grandi ære alieno filiam dereliquit quod hucuſque debens, non ſuis viribus, ſed Chriſti ſe confidit miſericordia redituram.* ibid.

Liberalitas. 5. Liberalitatem, & largitatem, Paulæ paupertati ſpiritus affinem, nunquam ſibi ſatis afferre videtur Hieronymus, *Liberalitas ſola* (inquit c. 14.) *excedebat modum, & vſuras tribuens,* Verſuram facere quid? *verſuram quoque ſæpius faciebat* (hoc eſt, æs alienum alieno diſſoluebat ære, quod ita creditor non auferatur, ſed commutetur potius, vertaturque: vt rectè explicat Marian. Vict. ibid. c. 7.) *vt nulli ſtipem rogantium denegaret. Fateor errorem meum: cum in largiendo eſſet profuſior, arguebam; illud proferens de Apoſtolo: Non vt aliis ſit refrigerium, vobis autem tribulatio; ſed ex æqualitate in hoc tempore, vt veſtra abundantia ſit ad illorum inopiam, & illorum abundantia, ſit ad veſtram inopiam. Et hoc de Euangelio Saluatoris: Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti: Et prouidendum eſſe, ne quod faceret, ſemper facere non poſſet; multaque huiuſcemodi: quæ illa mira verecūdia, & ſermone parciſſimo diſſoluebat, teſtem inuocans Deum, ſe pro illius nomine cuncta facere: & hoc habere voti vt mendicans ipſe moreretur; vt vnum nummum filiæ non dimitteret, & in funere ſuo aliena ſindone inuolueretur.*

39. Eleemoſinæ. 6. Sed numquid vltra modum larga, & liberalis matrona more potentum huius ſæculi in vanos, & prophanos vſus pecunias profundebat? Abſit. *Quid ego referam* (inquit Hieronymus c. 4.) *ampla, & nobilis domus, & quondam opulentiſſima, omnes penè diuitias in pauperes erogatas? Quis inopum moriens non illius veſtimentis obuolutus eſt? Quis clinicorum* (vbi doctè Marianus, & Roſuueydus *clinicorum* pro *clericorum*, vt olim legebatur reſtituunt: *Clinicus* enim à κλίνη, ideſt lectus, dicitur, qui lectulo iacens, inde præ ægritudine ſe mouere non poteſt) *non eius facultatibus ſuſtentatus eſt? quos curioſiſſimè tota vrbe perquirens, damnum putabat, ſi quiſquam debilis, & eſuriens, cibo ſuſtentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem ſe eis hæreditatem, Chriſti miſericordiam dimittere loquebatur.* Et c. 5. *Omnia illius regionis* (nempe Cypri) *luſtrans Monaſteria, prout potuit, refrigeria ſumptuum fratribus dereliquit, quos amor ſancti viri* (Epiphanij) *de toto illuc orbe conduxerat.* Et c. 7. *Deinde per ſanctulentula ſua pauperibus, atque conſeruis pecunia diſtributa &c.* Et c. 26. *viduæ, & pauperes in exemplum Dorcadis veſtes ab ea præbitas oſtēdebant. Omnis inopum multitudo matrem, & nutritiam ſe perdidiſſe clamabant.* Et c. 27. *Iactent alij pecunias, & in corbonam Dei æra congeſta, funalibuſque aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus, quam quæ ſibi nihil reſeruauit.* Nec mirum quod ita Hieronymus Paulæ largitatem ad cœlum vſq; extollat, quippe qui poſt Damaſi mortem inuidorum fugiens calumnias, & Bethleemi ſacro exilio protectus, Principium totius Orbis tam ſæcularium, quàm Eccleſiaſticorum tanti viri oblitorum probro, Paulæ facultatibus ſuſtentatus eſt; vt rectè notauit Marianus Victorius in Indice Operum ipſius V. *Paula* his verbis *Hæc eſt Paula illa Euſtochij mater tot laudibus vbique ab Hieronymo celebrata, & merito: illum quippe ſuis facultatibus aluit, & extructis in Bethleem duobus Monaſteriis* (imo quatuor) *vno, in quo viri; altero* (imò tribus, vt infra dicemus) *in quo mulieres virgines Deo inſeruirent; & tertio pro ſuſcipiendis peregrinis* (xenodochio ſcilicet, quod non parum ad rem, de qua loquimur attinet) *qui eò ad viſenda loca ſancta vndique confluebant, perpetuam Hieronymo ſedem locauit, non ſine magno Eccleſiæ hominum, Principumque dedecore, tam præcellentem virum, cui nec Græca, nec latina lingua, me indice, parem habuit, ab illis derelictum, vnius mulieris ſubſtantiis, fortuniſque vſque ad obitum ſuſtentatum.* Hieronymus Paulæ facultatibus alitus.

7. Non abſre ab eleemoſinis gradum ad ieiunia faciemus. *Sumus* (inquit c. 15.) *plerosq; dediſſe eleemoſinam; ſed de proprio corpore nihil dediſſe: porrexiſſe egentibus manum, ſed carnis voluptate ſuperata, dealbaſſe ea, quæ foris ſunt, & intus plenos fuiſſe oſſibus mortuorum. At non Paula talis: quæ tanta continentia fuit, vt propè menſuram excederet, & debilitatem corporis nimiis ieiuniis, ac labore contraxerat* c. 15. Temperantiùs cum cæteris egit Hieronymus: nam Epiſt. 10 ad Furiam c. 4. inquit. *Parcus cibus, & venter ſemper eſuriens tridnanis ieiuniis præfertur. Et multo melius eſt quotidie parum, quàm rarò ſatis ſumere. Pluuia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terram. Subitus, & nimius imber præceps in arua ſubuertit.* Vide notata cap. 4. à n. 53. 40. Ieiunia.

8. Victus ad eo tenuis, *vt exceptis diebus feſtis, vix oleum in cibo caperet, vt ex hoc vno æſtimetur, quid de vino, & liquamine, piſcibus, & lacte, & melle, & ouis, & reliquis, quæ guſtui ſuauia ſunt iudicarit. In quibus ſumendis quidam ſe abſtinentiſſimos putant, etſi his ventrem ingurgitauerint.* De his vide notata l. 3. c. 6. n. 31. & cap. præced. nu. 60. 61. & 62. Hanc ſibi Paula victus præſcripſerat regulam, cuius occaſione refricant Hieronymus datam à ſeipſo cæteris ſub viduitatis præſcripto conuerſantibus Epiſt. 10. c. 4. His verbis. *In ipſis cibis calida quoque de vita: Non ſolum de carnibus loquor ſuper quibus Vas electionis profert ſententiam: Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, ſed etiam in ipſis leguminibus inflantia quæque, & grauia declinanda ſunt: nihilque ita ſcias conducere Chriſtianis adoleſcentibus, vt eſum olerū. Vnde & in alio loco: Qui infirmus eſt, ait olera mãducet, ardorq; corporū frigidioribus epulis tēperandus eſt. Inde eſt, quod nõnulli vitã pudicam appetentiũ in medio itinere corruunt, dũ ſolã abſtinentiam carniũ putant, & leguminibus onerant ſtomachum* Victus.

A Vino abſtinendum.

machinam, quæ moderatè, parcéque ſumpta innoxia ſunt. Et, vt quod ſentio loquar, nihil ſic inflammat corpora, & titillat membra genitalia, ſicut indigeſtus cibus, ructuſque conuulſus. Quanta fuerit Paulæ Monaſterium Bethleemiticum ingreſſæ abſtinentia à vino, palam eſt ex dictis in hoc libro cap. 2. num. 21. & cap. 4. num. 60. & ex dicendis §. ſeq. Quàm verò diſtrictè viduis, præſertim adoleſcentibus, vini vſus interdicatur ab Hieronymo, accipe ex eodem, epiſt. 10. ad Furiam cap. 3. vbi hæc habet. *Neque vero hæc dicens condemno cibos, quos Deus creauit ad vtendum cum gratiarum actione, ſed iuuenibus, & puellis incentiua aufero voluptatum. Non Æthnei ignes, non Vulcania tellus, non Veſeuus, & Olympus tantis ardoribus æſtuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapibus inflammatæ. Auaritia calcatur à pleriſque, & cum marſupio deponitur. Maledicam linguam indictum emendat ſilentium. Cultus corporis, & habitus veſtium vnius horæ ſpatio commutatur. Omnia alia peccata extrinſecùs ſunt, & quod foris eſt, facilè abiicitur. Sola libido inſita à Deo ob liberorum procreationem ſi fines ſuos egreſſa fuerit, redundat in vitium, & quadam lege naturæ in coitum geſtit erumpere. Vnde ſaluator: Attendite, inquit, vobis ne fortè grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate; & Apoſtolus: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Nec mirum hoc figulum ſenſiſſe de vaſculo, quod ipſe fabricatus eſt, cum etiam Comicus, cuius finis eſt humanos mores noſſe atque deſcribere dixerit: ſine Cerere, & libero friget Venus;* Æthnam Siciliæ montem perpetuo clarum incendio, Vulcaniamque tellurem (quæ Theraſia inſula eſt inter Lyparam, & Siliciam ſita) flammas etiam noctu euomentem, nemo eſt qui ignoret *Veſeuus* autẽ mõs, vt notat hoc loco Marian. Victorius, vicinus Neapoli eſt, vini bonitate percelebris, interdum flammas, & cineres emittens, Strabone teſte. De Olympo Theſſaliæ monte Hieronymo ſermonem non eſſe ex eo palam fit Mariano quod is certè non flagrat: eumque locum intelligit de quodque Olympo Æthyopico ad mare Rubrum Heliopoli oppido vicino, *quem ab ortu ſolis* (inquit) *ad quintam vſque diei horam flammas euomere à veteribus ſcribitur*: ſed à quibus id hauſerit; non promit. Forſam Olympus iſte, is ipſe eſt, de quo Plinius l. 5. c. 27. inquit. *In Lycia igitur à promontorio eius mons Chimera noctibus flagrans. Hephæſtium ciuitas, & ipſa ſæpe flagrantibus iugis, Oppidum Olympus ibi fuit, nunc ſunt montana Gago Cerdylia, &c.* Quibus innuit in iugis flagrantibus Hepheſtij ſitum *Olympum* oppidum; eiuſq; nomen iuga montanarum vſurpaſſe, ac poſtea diruto oppido ignobili, *Olympi* etiam nomen periiſſe. Sed perperam quidem, & ineptè pro huius loci luce à Theſſalico Olympo recedimus, qui licèt flammas, vt Æthna, & Veſuuius non euomat, flammiger tamen, ſplendens, ignifer, fulgens, flammans, radians paſſim vbique à Poëtis appellatur: & vt alios omittam; ſic Ruſt. Feſt.

Vesuuius mons.

Olympus.

Scãdere flammigerum victor permiſit, Olympum

Et Seneca. *Tuque igniferi rector Olympi*

Et Mirand. *Deque flammifero Princeps labaris Olympo.*

Et Mant. *Namq; flãmantis meditãs Olympi lumẽ.*

Neque ad habendam Hieronymi mentem alios cõfingere opus eſt flãmas euomentes Olympos.

51. Balnea non adiit.

9. *Balneas niſi periclitans non adiit.* ibid. De balneatum vſu Monachis interdicto vide dicta l. 3. c. 4. n. 55 & c. 6. n. 44. & lib. 4. cap. 4. à n. 67.

Status eius cilicia.

10. *Mollia etiam in grauiſſima febre ſtrata non habuit, ſed ſuper duriſſimam humum ſtratis ciliciolis quieſcebat.* ibid. De his vide lib. 2. c. 12. n. 59. & lib 3 c. 5. n. 30.

Oratio.

11. *Si tamen illa quies dicenda eſt, quæ iugibus penè Orationibus dies noctesque iungebat.* ibid. Vno verbo Orationis aſſiduitatem commendat.

Lacrymæ.

12. *Illud autem de Pſalterio: lauabo per ſingulas noctes lectum meum; lacrymis meis ſtratum meum rigabo, adeo frequenter implebat, vt oculos Paulæ fontes crederes lacrymarum.* ibid.

Leuiſſ fletus.

13. *Ita leuia peccata plangebat, vt illam grauiſſimorum criminum crederes ream. Cumque à nobis crebriùs moneretur, vt parceret oculis: & eos ſeruaret Euangelicæ lectioni, aiebat:*

Aſperitas.

14. *Turpanda eſt facies, quam contra Dei præceptum purpuriſſo, & ceruſſa, & ſtibio depinxi. Affligendum corpus, quod multis vacauit deliciis. Longus riſus perpeti compenſandus eſt fletu. Mollia linteamina, & ſerica pretioſiſſima aſperitate cilicij commutanda. Quæ viro, & ſæculo placui, nunc Chriſto placere deſidero.* Idemq; pene ad verbum repetit ep. 30. ad Oceanum de Fabiola loquens.

Humilitas.

15. Humilitatis ima tenuit, *quæ prima Chriſtianorum virtus eſt.* (cap. 13.) ſeruos namque, & ancillas, quorum deſpectu nobilitatis arrogantiam mundus oſtentat, *ia fratres, ſororeſque mutauerat* c. 1. Vide dicta num. 29. Regula 19. *Tanta ergo ſe humilitate deiecit, vt qui eam non vidiſſet, & pro celebritate nominis videre geſtiſſet, ipſam eſſe non crederet, ſed ancillarum vltimam: & cum frequentibus choris virginũ cingeretur, & veſte, & voce, & habitu, & inceſſu minima omniũ erat.* c. 15.

52. Separatio à viris.

16. Modeſtiam, & ſeparationem à viris adeo viduitatis tempore coluit; *vt nunquam poſt viri mortem, vſque ad diem dormitionis ſuæ, cum vllo comederit viro, quamuis eum ſanctum, & in Pontificali ſciret culmine conſtitutum* ibid. Mirum eſt quantus ſit vbique Hieronymus in commendatione huius virtutis, & prohibendis virorum alloquiis. Saluinam viduam ſic monet ep. 9. cap. 5. *Quid facit vidua inter familiæ multitudinem? inter miniſtrorum greges? quos, nolo contemnat, vt famulos, ſed vt viros erubeſcat. Certè ſi ambitioſa domus hæc officia flagitat, præficias his ſenem honeſtis moribus, cuius honor dominæ dignitas ſit. Scio multas clauſis ad publicum foribus, non caruiſſe infamia ſeruulorum, quos ſuſpectos faciebat, aut cultus immoderatus, aut craſſi corporis nitor, aut ætas apta libidini, aut, ex conſcientia amoris occulti, ſecurus animi tumor; qui etiam benè diſſimulatus, frequenter erumpit in publicum, & conſeruos quaſi ſeruos, deſpicit. Hoc ex abundantia dictum ſit, vt omni diligentia cuſtodias cor tuum, & caueas quidquid de te fingi poteſt. Non ambulet iuxtà te calamiſtratus procurator, non hiſtrio fractus in fœminam, non cantoris diabolici venenata dulcedo, non iuuenis cultus, & nitidus. Hominem te eſſe noueris, & paſſionibus humanis, niſi caueris, ſubiacere. Difficile eſt, quin potius impoſſibile perturbationum initiis carere quempiam, quas ſignificantiùs Græci προπαθείας vocant: nos, vt Verbum vertamus è verbo, antè paſſiones poſſumus dicere: eo quod incentiua vitiorum omnium titillent animos; & quaſi in meditullis noſtrũ iudiciũ ſit, vel abiicere cogitata, vel recipere.* Sic Furiã ep. 10. *Iuuenum fuge conſortia. Comatulos, cõptos, atq; laſciuos domus tua tecta nõ videant. Cãtor pellatur, vt noxius. Tibicinas, & pſaltrias, & iſtiuſmodi chorũ*

Cantores fugiendi.

Ante paſſiones.

diaboli, quaſi mortiſfera Sirenarum carmina proturba ex ædibus tuis. Longum eſſet tot de hac materia Hieronymi Epiſtolis diſperſa colligere: His tamen adiunge adducta n. 26. 27. 30. & vide Epiſt. 11. cap. 5.

17. Vanas mundi laudes, atque inanem gloriam fugiendam mirificè docuit: *latebat, & non latebat. Fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem, quaſi vmbra, ſequitur, & appetitores ſui deſerens appetit contemptores.* c. 2. Et cap. 3. *Morebat honore ſui, & ora laudantium declinare, ac fugere feſtinabat.* Recole tradita num. 29. & 32.

43. Patientia & conſtantia. 18. Patientiæ atque conſtantiæ Chriſtianis cunctis ſalubre, ſed præſertim Monaſticam vitam agentibus ad pedem, vt aiunt, accõmodatum reliquit documentum. Semper quidem virtutes ſequitur inuidia:

Alta petit liuor; feriuntque ſummos fulgura montes.

Sancti omnes æmulos habuere, & ſanctus Senetorum Zelo Phariſæorum crucifixus eſt. *Suſcitauerat ei Dominus* (inquit Hieronymus c. 16.) *Adad Idumæum, qui eam colaphizaret, ne ſe extolleret.* Ei vero perſecutionem patienti fugam, & mutationis locum ſuadebat Hieronymus. *Ego* (inquit) *aiebam, liuori eſſe cedendum, & dandum inſaniæ locum: quod feciſſet Iacob cum fratre ſuo Eſau, & Dauid in pertinaciſſimo inimicorum Saul, quarum alter in Meſopotamiam fugerit, alter ſe Alophilis tradiderit, malens hoſtibus, quam inuidis ſubiacere.* En commune (& plus licito frequens) Monachorum remedium ab infenſis ſibi Prælatis, vel falſis fratribus perſecutionem ſuſtinentium. Quid autem Paulæ? *Iuſtè hæc diceres* (reſpondit Hieronymo) *ſi diabolus contra ſeruos Dei, & ancillas non vbique pugnaret, & ad omnia loca fugientes non præcederet: ſi non ſanctorum locorum amore retinerer & BETHLEEM MEAM in alia reperire poſſem parte terrarum. Cur enim non patientia liuorem ſuperem? Cur non humilitate frangam ſuperbiam, & percutienti maxillam offeram alteram? dicente Apoſtolo Paulo: Vincite in bono malum. Nonne Apoſtoli gloriabantur, quando pro Domino paſſi ſunt cõtumeliam? Nonne ipſe ſaluator humilians ſe formam ſerui accipiẽs, & factus obediens vſque ad mortem & mortem Crucis, vt nos ſua paſſione ſaluaret? Iob niſi certaſſet, & viciſſet in prælio, non accepiſſet coronam iuſtitiæ, nec audiſſet à Domino, Putas me aliter locutum tibi, quam vt appareres iuſtus? Beati dicuntur in Euangelio, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.* Et concludit ſapienter: *ſecura ſit conſcientia, quod non propter peccata patiamur; & afflictio in ſæculo materia præmiorum eſt.* Placuit in re adeo frequenter Monachis eueniente, integram doctiſſimæ huius magiſtræ inſeruiſſe ſententiam eorum conſolationem continentem. Vbi præcipuè notanda verba illa. *Bethleem meam in alia reperire non poſſe parte terrarum,* & rurſus, *ſi diabolus contra ſeruos Dei non vbique pugnaret, & ad omnia loca fugientes non præcederet.* Quis enim vnquam Monachorum Bethleem ſuam, eam ſcilicet domum in qua Deo primum Monaſticis educatus eſt tyrocinijs, matrem vtique ſuam in alia reperit parte terrarum? aut quis Bethleem ſuam deſerens, non vbique liuorem, vbique diabolum ſe præcedentem, vbique pugnam non reperit? Vix à Bethleem ſua pedem aliqui diſceſſerũt, & iam itetũ vt Iuuenalis inquit ſatyr. 11.

Suſpirant longo non viſam tempore matrem.

Fugam Iacob, & Dauid à facie Eſau, & Saul à Hieronymo laudatam non improbo, præfero tamen Paulæ patientiam, effero diſcurſum, laudo conſtantiam.

Hos tantum breuitati ſtudentes ex immenſo virtutum Paulæ ſanctiſſimæ pelago Monaſticos mores hauſiſſe ſufficiat: nunc pauca (vt promiſſis ſtetimus) ex innumeris penè Inſtitutis quibus de viduitate ſeruanda cæteras Hieronymus inſtruit diſcipulas proferamus.

19. Omnes vtriuſque ſexus intra vrbes domoſque proprias ſub Epiſcopi obedientia vixiſſe, quô integrè Monaſticem profiterentur, in paupertate & caſtitate degentes, pluries inculcauimus ab Epigrapha capitis huius: digna tamen ſilentio non eſt mira Marcellæ obedientia Paulæ amiciſſimæ, nec ab illa tranſuerſum vnquem recedentis, de qua Hieronymus Epiſt. 16. ad Principiam de vita Marcellæ c. 2. *Matri in tantum obediens, vt interdum faceret, quod nolebat; nam cum illa ſuum diligeret ſanguinem, & abſque filiis, & nepotibus vellet in fratris liberos vniuerſa conferre; iſta pauperes eligebat, & tamen matri contraire non poterat. Monilia, & quidquid ſupellectilis fuit diuitibus peritura concedens, magiſque volens pecuniam perdere, quam parentis animum conturbare.* 44. Obedientia Marcellæ.

Nec illud omittendum; Sanctimoniales fœminas Hieronymum non vocaſſe *Matres*, ſed *Nonnas*, more æui ſui. Sic in capite vitæ S. Hilationis apud Roſuueydum ex M. SS. codicibus reſtituta habet: *In ſanctis orationibus tuis memento mei, decus, ac dignitas virginum Nonna Aſella*; & Epiſt. 99. ad eam ſcripta: *Si Balneas peterem* (Paula, & Marcella) *vnguenta eligerent Nonnæ vocaremur, & ſanctæ,* pro quo in excuſſis irrepſit; *Dominæ vocarentur, & ſanctæ*; ſed abſre, vt bene Roſuueidus in Onomaſt. Sic & ep. 47. de vitando ſuſpecto contubernio: *Ipſa quoque ſoror, aut affinis, ſiue cognata, quæ in adulationem tui, ſanctum, Nonnumque coram te vocant* (amaſium tuum) *cum ſe paululum auerterant portentoſum videbunt maritum.* Vbi loco illius *Nonnumque* quidam excuſſi habent *nonnunquam*: ſed ex M. SS. emendat doctè Marianus in Schol. Eo cognomine etiam Pſeudo moniales vocitari geſtiebant, de quibus ad Euſtoch. Ep. 22. *Quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem, Caſtæ vocantur, & Nonnæ.* Vocis vſitatiſſimæ apud veteres nemo deſignat originem. Mihi, cum nec ſit Latina, nec Græca, nec Hebraica, aut Syra, vt ex Lericis palam eſt, Ægyptia prorſus videtur, qua reuerentiæ, & aliqualis claritatis gratia patres, aut matres vocitabant. Moueor, quod apud eos magis fuerit vſitata, vt vitæ Patrum aliundè teſtantur. Vita S. Ioannis Eleemoſ. Epiſc. Alex. c. 10. *Obſecro te Nonna &c.* 46. *Nonna Pelagia &c.* Vita S. Mariæ Ægyptiacæ c. 17. *Accipe hæc Nonna &c.* Pelagius libel. 7. n. 10. *Nonna illa venit ad balneum &c.* & ſæpe alibi. Moueor quoque, quod D. P. Benedictus cap. 63. decernens Seniores à iunioribus *Nonnos* nuncupandos, rationem ſubdit, *quod intelligitur paterna reuerentia*: Et rurſus *honore, & amore Chriſti*, plane innuens cognomine iſto reuerentiam, & honorem patris ſignificari aliqua peregrina lingua. 45. Nonnæ cognomen peregrinum.

Hinc ſi de puro nomine *Nonnus*, ſignificatione præciſa, ſit controuerſia, certum 46.

eſto

Dõni, Domni, Domini, & Nonni eadem ſignificatio. eſto falli eos, qui eo capit. 63. Regulæ Benedictinæ *Donnum*, vel *Domnum*, vel *Dominum* (quod idem eſt ; vna tantum litera detracta) pro *Nonno* legunt. Ipſe namque ſanctus legiſlator veterum Ægyptiorum vocem ſanctè, & Auguſtè veneratus, eam in ſuam Regulam tranſtulit: quod irrefragabiliter ſuadet perpetua & inuiolabilis obſeruantia à maioribus tradita, & apud noſtros Ciſtercienſes vigens in pronuntiatione Latina tabulæ officiorum per hebdomadam ad Pretioſam in Capitulo, quæ iuniores *Fratres*, priores ſeu ſeniores *Nonnos* prænominamus. Atque in hoc ſenſu rectè noſter Nicolaus Brauo in eundem locum *Donnum*, vel *Domnum* pro *Nonnus* legentes taxat. Verum attenta *Nonni* ſignificatione, vel potius re ſignificata, aptè Ludouicus Cerde *Ego autem* (inquit) *Domnos intelligerem, vnde & Don eſt apud noſtros*, cui ſuffragatur Sebaſtianus Couarruuias in Theſauro linguæ Hiſpanæ: & ex Commentatoribus Regulæ Smarydus, Turrecrematus, & Antonius Perez *Domnum* cum *Nonno* confundentes, & Ibanez in editione Salmanticenſi in 16. anno 1569. typis Baptiſta à Terranouà. Reor namque *Nonnum* & *Donnum* quantum ad rem ſignificatam *paternam* ſcilicet *reuerentiam* ſynonima omnino eſſe, idemque nobis *Domnus* quod Ægyptiis *Nonnus* ſonare. Mouent ex eo quod Hieronymus Epiſt. illa 22. ad Euſtoch. cap. 6. Sanctimoniales *Caſtas* & *Nonnas* appellari teſtatus (vt nuper vidimus) Euſtochium ipſam Sanctimonialem & Caſtam *Dominam* prænominat, cap. 1. ipſius Epiſt. loquiens: *Hac idcirco Domina mi Euſtochium ſcribo* (*Dominam quippe vocare debeo ſponſam Domini mei*) &c. quo videas aperte Hieronymum indifferenter nunc *Domina*, nunc *Nonna* appellatione eodem ſcripto *maternam* ſponſæ Chriſti Sanctimonialis *reuerentiam* expreſſiſſe; Latinæ & peregrinæ linguæ ſignificatis confuſis.

47. Prænomine fray abuſi vt Monachi vtuntur. Pie proinde, & abſque vlla fuctus ſpecie Carthuſiani Patres cum in Hiſpania, tum vbique gentium *Domni* appellatione vtuntur: atque inepte quidem Benedictini & Ciſtercienſes Hiſpani Regulæ diſpoſitioni aduerſentur, æquè ergo ſeniores, & iuniores moderna appellatione *Fray* à Mendicantibus emendicata vſque ad nauſeam vtentes: adeo vt Abbates etiam, quos expreſſe D. Benedictus *Donnos* prænominare præcepit, temerè & Iniurioſè *Domni* appellatione omiſſa *Fratres* prænominare (nempe fray N. & Fr. N.) non vereantur. Imo (quod turpius eſt) in tantum recentis huius ſuffuratæ appellationis præualuit abuſus, vt vſque ad miniatos titulos operum inſignium virorum fronteſque ſcriptorum irrepſerit, etſi Epiſcopatus, Generalatus vel Abbatiæ inſulis fuerint decorati. Id autem ex eo ortum puto, quod cum *Nonni* appellatio Hiſpanè ſonans barbara ſit (videlicet *Nono N.*) & *Donni* aut *Domni* prænominatio (nempe *Don N.*) factum præſeferre (licet ineptè) viſum fuerit, ſeruata *Nonni* & *Fratris* prænominatione in pronuntiatione Latina, cognomen *Fray* erga Iuniores, ſeniores, Abbates & Generales indifferenter ſe immiſcuit abſque vlla tranſlatione in Hiſpanum prænominationis *Nonni*: quaſi remiſſiùs humilitatem Regula commendaram ceterarum Regionum Monachi Benedictini & Ciſtercienſes *Domni* prænominatione *Paternam reuerentiam* prioribus, ſeu ſenioribus exhibeant: vel quaſi ex imperitia linguæ Latinæ *Nonnum* in *Donnum* conuerterint, vel vtriuſque ſignificationem non calluerint. Vnde corruptelam hanc Hiſpanorum humilitatis ſpecie introductam merito taxant, vt apertè Regulæ contrariam, & *Domni* appellationem, dum adhuc nobiſcum degunt, mordicùs tenent. Conſenſus autem cunctarum Congregationum præter Hiſpanam *Nonnum* in *Donnum* conuertentium irrefragabili argumento mihi eſt cum rigoroſæ ſignificationis *Nonni*, tum etiam mentis Legiſlatoris. Quapropter Hiſpanorum morem correctione dignum iudico, ac reuerentiam, quale vtraque Benedicti Schola abuſus videntia ſpoliauit, edita ſuper hoc lege in Comitiis ſuis debere teſtetur. Vel vocem maternam *Nonno* correſpondẽtem aſſignent, qua Priores reuereantur, Iunioribus appellatione *Fratris* relicta.

Sed ais forſam *Donni* prænominatione ergo priores, priorum & Abbatis appellationem confundi, cum Abbatem ſecundum Regulam *Donnum* prænominare iubeamur: vt omittamus nunc nouitatis incommoda, & vetuſtatem non facile forte repudiandam. Verùm pro omnimoda rei euidentia verba Benedicti cap. 63. præ oculis poſuiſſe ſufficiet, quæ ſic habent: *Iuniores priores ſuos honorent; priores Iuniores ſuos diligant. In ipſa autem appellatione nominis nulli liceat alium puro appellare nomine: ſed priores iuniores ſuos fratres nominent, iuniores autem priores ſuos Nonnos vocent, quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem quia vices Chriſti agere videtur, Domnus, & Abbas vocetur.* Quid ergo excogitari potuit, quo pleniùs Regulæ aduerſaremur, quam priores & Abbatem *fratres* appellando? Prior igitur Iuniorem Fratrem prænominet, Hiſpanè *el Hermano N.* Iunior Priorem reuereatur, Hiſpanè *El P. Don. N.* Subditi Abbatem reuereantur & honorent, Hiſpanè *El Padre Abbad Don. N.* gradibus *dilectionis, reuerentia & honoris* in Regula præſcriptis. Vbi nunc confuſio in argumento obiecta? Plane intolerabilior ea confuſio eſt, cunctos gradus, etiam Abbatialem, *Fratris* prænominatione compellare: Abbas namque non ſolum Donnus, ſed *Domnus* cum addito contrahente, ideſt *Domnus & Abbas* dicendus eſt, quibus *reuerentia* honor *Addetur*. Nouitas vero ea fugienda eſt, quâ à tota mente, à communi ſenſu, à recta ratione, & à præſcripto Regulæ diſcedimus: ea vero amplectanda libenter, quâ intruſi reſecantur exceſſus: non enim tolerandum eſt abuſum præſcriptione ſe tueri. Nec putet quis prænominationem *Fratris*, qua Mendicantes grauiſſimè, & religioſiſſimè vtuntur, à nobis improbari (Abſit hoc à diſcipulis magni Benedicti, qui eamdem adductis verbis probauit) ſed ordinem Congregationis ab ipſo inſtitutum, atque Monaſticam Hierarchiam abuſus ſubreptione, quod attinet ad nominum appellationem, collapſam inſtauramus. Sed de his ſatis, Latius Deo dante ad caput Regulæ citatum. Viduarum Inſtituta proſequamur.

48. Qualiter ex Regula Monachi prænominandi.

20. Epiſt. 9. c. 1. de Saluina vidua iuuencula, loquens, quæ Nebriolium maritum amiſerat. inquit. *Orbitatis magnitudo, religionis occaſio fuit.* Breuis quidem ſententia, ſed ingentem continens eruditionem. Erat Nebridius Saluinæ 49. Orbitas religionis occaſio.

vit ex ſorore Auguſtæ natus, contubernalis, & condiſcipulus Auguſtorum, in matertera nutritus ſinu, inuictiſſimo Principi charus. *Sic religioſus* (inquit Hieron. cap.2.) *& amator pudicitiæ, vt Virgo ſortiretur vxorem; ſic timens Deū vt oblitus dignitatis omne conſortium cum Monachis haberet, & Clericis: tantaſque eleemoſynas faceret in populis, vt fores eius pauperum, ac debilium obſiderent examina: ſic ſemper orans Deum, vt illi, quod optimum eſſet, eueniret: Hæc illuc tendit oratio, vt oſtendam iuuenem meum coniunctionem ſanguinis Regalis, & affluentiam diuitiarum, atque inſignia poteſtatis, materiam habuiſſe virtutum. En quantis orbata ſaluina Nebridij deceſſu: en quanta orbitatis magnitudo: Sed ei non ſurda aure vocationis Diuinæ efficaciam ſentienti Orbitatis magnitudo Religionis occaſio fuit. Accipe quæſo occaſionem* (inquit epiſt.10.cap.2.) *& fac de neceſſitate virtutem.* Nunc iam qualiter, Nebridio ad patres ſuos apposito, ſuperſtites ex eo paruulos Nebridium, & ſororem tegere, qualiterque ipſa vitam traducere debeat, ordinato catalogo tradit, eadem epiſt.9.cap.4.

50. In filiis pater habetur.

21. *Habes quos nutrias, in quibus virum abſentem tenere credas. Ecce hæreditas Domini, filij: merces fructus ventris. Pro vno homine duos filios ei recepiſti: auctus eſt numerus charitatis.*

22. *Quidquid debes marito, redde filijs: Amore præſentium abſentis deſiderium temperas.*

23. *Non eſt parui ad Deum meriti, benè filios educare.*

Vidua puella admonetur.

24. *Audi Apoſtolum commonentem: Vidua eligatur non minus annorum 60. quæ fuerit vnius viri vxor.*

25. *In bonis operibus habens teſtimonium*

26. Si *filios educauit.*

27. Si *hoſpitalis fuit;*

28. Si *ſanctorum pedes lauit.*

29. Si *afflictis abundanter præbuit.*

30. Si *omne opus bonum ſubſequuta eſt.*

31. *Nec te moueat, quòd ſexagenaria eligatur vidua, vt putes adoleſcentulas ab Apoſtolo reprobari. Et te crede eligi ab eo, qui diſcipulo dixerat: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: non continentiam, ſed ætatem.*

Ætas non perſona.

32. *Te ipſam caſtam cuſtodi. Abſit, vt ſiniſtrum quidpiam mihi de te ſuſpicari liceat, ſed ex abundantia lubricam ætatem monuiſſe, pietatis eſt. Quæ dicturus ſum, non tibi, ſed puellaribus annis dicta intellige.*

33. *Vidua quæ in deliciis eſt, mortua eſt.*

Victus.

34. *Procul ſint à conuiuiis tuis Phaſides aues, craſſi turtures, attagen Ionius, & omnes aues, quibus ampliſſima patrimonia auolant. Nec ideo te carnibus veſci non putes, ſi ſuum, leporum atque ceruorum, & quadrupedum animantium eſculentias reprobes: non enim hæc pedum numero, ſed ſuauitate guſtus indicantur.* NOT. Phaſides ac turtures notiſſimæ aues ſunt.

Attagen.

Attagen (inquit Plinius lib. 10. cap. 48.) *maximè Ionius* (à Græcia regione Ionia) *celebratur, vocalis aliàs, captus verò obmuteſcens, quondam exiſtimatus inter raras aues. Iam & in Gallia, Hiſpaniáque capitur, & per Alpes etiam,* noſtris *Francolin* de quo Martialis Epigr. l.13. cui nomen Xenia.

Inter ſapores fertur alitum primus
Ionicarum guſtus attagenarum.

51. Ieiunium.

35. *Tu quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter voluptates, quæque litam purpuriſſo, & ceruſſa faciem ſuper feretrum eius lachrymis diluiſti, quæ pullam tunicam, nigroſque calceolos candida veſtis, & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti, nihil habes neceſſe aliud, niſi perſeuerare in ieiunio.*

36. *Pallor, & ſordes gemmæ tuæ ſunt, plumarum mollities iuuenilia membra non foueat.*

37. *Habeto tecum viduarum, & virginum choros, habeto tui ſexus ſolatium: ex ancillarum quoque moribus domina indicantur.* Societas.

38. *Semper in manibus tuis ſit diuina lectio, & tam crebræ orationes, vt omnes cogitationum ſagittæ, quibus adoleſcentia percuti ſolet, huiuſmodi clypeo repellantur.* Lectio.

39. Epiſt.10.cap.4. *Quando comedis, cogita quod ſtatim tibi orandum, illico, & legendum ſit.* Oratio.

40. *De Scripturis ſanctis habeto fixum verſuum numerum: iſtud penſum Domino tuo redde.* Studium S.Scripturæ.

41. *Nec ante quieti membra concedas, quam calathum pectoris tui hoc ſub tegmine impleueris.*

42. *Poſt Scripturas ſanctas Doctorum hominum tractatus lege.*

43. Ne autem Scripturarum ſcientia vidua aliqua nimium inflata, quæ didicit docere præſumat, Marcellæ ratum ingenium, ſed rariorem humilitatem fœminis cunctis in exemplum adducit ep.16.cap.3. his verbis: *Quid in illa virtutum, quid ingenij, quid ſanctitatis inuenerim, vereor dicere, ne fidem credulitatis excedam. Hoc ſolum dicam: quod quidquid in nobis longo ſtudio fuit congregatum, & meditatione diuturna quaſi in naturam verſum, hoc illa libauit, didicit, atque poſſedit: ita vt poſt profectionem noſtram* (ab Vrbe in Bethleem) *ſi in aliquo teſtimonio ſcripturarum eſſet oborta contentio, ad illam iudicem pergeretur, & quia valdè prudens erat, & nouerat illud, quod appellant Philoſophi τὸ πρέπον, ideſt, decere quod facias: ſic ad interrogata reſpondebat, vt etiam ſua non ſua diceret, ſed vel mea, vel cuiuſlibet alterius: vt in eo ipſo quod docebat, ſe diſcipulam fateretur: ſciebat enim dictum ab Apoſtolo: docere autem mulieri non permitto: ne virili ſexui, & interdum Sacerdotibus, de obſcuris & ambiguis ſciſcitantibus, facere videretur iniuriam.* 52. Marcellæ ingeniū, & humilitas.

44. *Amorem monilium, atque gemmarum, ſericarumque veſtium transfer ad ſcientiam ſcripturarum.*

45. *Fac tibi amicos de mammona iniquitatis, qui te recipiant in æterna tabernacula.* 53. Eleemoſinæ.

46. *Illis tribue diuitias, qui non Phaſides aues, ſed cibarium panem comedant, qui famem expellat, non qui augeat luxuriam.* De cibario pane, vide notata cap.præced.à n.56.

47. *Intellige ſuper egenum & pauperem.*

48. *Omni petenti te da, maximè domeſticis fidei.*

49. *Nudum veſti.*

50. *Eſurientem ciba.*

51. *Ægrotantem viſita.*

52. *Quotieſcumque manum extendis, Chriſtum cogita.* Ep. 9. c.4. *Didicaſti catalogum virtutum tuarum: quid debeas nomini tuo, quibus mentis ſecundum pudicitiæ gradum* (ſic paſſim viduitatem appellat) *poſſideas.*

Tandem conſequentia doctrinæ, atque amore pudicitiæ accenſus Hieronymus, pugnaciùs viduas à ſecundis nuptiis dehortatur, quam Virgines 54. A ſecundis nuptiis dehortatio.

gines à primis & primum lepidis vigilij facetiis Æneid. 4. ſic Saluinam pellicit epiſt. 9. c. 5. *Audi quid ex perſona viduæ continentis ethnicus poeta decantet.*

Ille meos, primus qui me ſibi iunxit, amores
Abſtulit, ille habeat ſecum, ſeruetque ſepulchro.

Si tanti viliſſimum vitrum, quanti pretioſiſſimum margaritum? Si ſic communi lege naturæ damnat omnes gentilis vidua voluptates, quid expectandum eſt à vidua Chriſtiana, quæ pudicitiam non ſolum ei debet, qui defunctus eſt, ſed ei cum quo regnatura eſt?

55. Digamiæ incōmoda. Solita vero dicacitate, ſic coloratos carpit viduarum prætextos, ſecundas nuptias ambientium, Epiſt. 10. c. 5. ad Furiam. *Solent adoleſcentulæ viduæ, quarum nonnullæ abierunt retro poſt Sathanam, cum luxuriatæ fuerint in Chriſto nubentes dicere: Patrimonlolum meum quotidie perit; maiorum hæreditas diſſipatur; ſeruus contumelioſè locutus eſt; imperium ancilla neglexit; Quis procedet ad publicum? quis reſpondebit pro agrorum tributis? paruulos meos quis erudiet, & vernulas quis educabit? Et hanc, pro nefas, cauſam opponunt matrimonij, quæ vel ſola debuit nuptias impedire. Superducit mater filiis, non nutricium, ſed hoſtem, non parentem, ſed tyrannum. Inflammata libidine obliuiſcitur vteri ſui: & inter paruulos, ſuas miſerias neſcientes, lugens dudum, noua nupta componitur. Quid obtendis patrimonium? quid ſuperbiam ſeruulorum? confitere turpitudinem: nulla idcirco maritum ducit, vt cum marito non dormiat: aut ſi certè libido non ſtimulat; quæ tanta inſania eſt, in morem Scortorum proſtituere caſtitatem, vt augeantur diuitiæ, & propter rem vilem, atque perituram, pudicitia, quæ pretioſa & æterna eſt, polluatur? Si habes liberos, nuptias quid requiris? ſi non habes, quare expertam non metuis ſterilitatem, & rem incertam certo præfers pudori? Scribuntur tibi nunc ſponſalos tabulæ, vt poſt paululum teſtamentum facere compellaris. Simulabitur mariti infirmitas, & quod te morituram facere volet, ipſe victurus faciet: aut ſi euenerit, vt ex ſecundo marito habeas filios, domeſtica oritur pugna inteſtinum prælium. Non licebit tibi amore liberos, nec æquis aſpicere oculis quos genuiſti. Clam porriges cibos, inuidebit mortuo: & niſi oderis filios, adhuc eorum amare videberis patrem. Quod ſi, de priore vxore ſobolem habens domum te introduxerit; etiamſi clementiſſima fueris, omnes Comœdi, & mimographi, & communes rhetorum loci in nouercam ſæuiſſimam declamabunt. Si Priuignus languerit, & condoluerit caput, infamaberis vt malefica: ſi non dederis cibos, crudelis; ſi dederis, venefica diceris. Oro te, quid habent tantum boni ſecundæ nuptiæ, vt hæc mala valeant compenſare?*

56. Polygamia quo à meretricio differat. Si dicas, cuncta hæc ſecundi mariti mala, tertio compenſari; & tertij incommoda, quarti blanditiis; audi vidua Hieronymum Epiſt. 11. ad Ageruchiam de Monogamia c. 2. *Experietur alterum virum, quæ priorem aut bonum perdidit, aut malum experta eſt? Quid ſi ſtatim ſecundum perdiderit? ſocietur & tertio; & ſi ille dormierit in quartum quintumque procedat, vt nihil ſit, quo à meretricibus differat. Rem dicturus ſum incredibilem* (cap. 6.) *ſed multorum teſtimoniis probatam. Ante annos plurimos, cum in chartis Eccleſiaſticis iuuarem Damaſum Romanæ vrbis Epiſcopum, & orientis atque occidentis Synodicis conſultationibus reſponderem, vidi duo inter ſe paria viliſſimorum è plebe hominum comparata, vnum qui viginti ſepeliſſet vxores, alteram quæ viceſimum ſecundum habuiſſet maritum extremo ſibi, vt ipſi putabant matrimonio copulatos; ſumma omnium expectatio, virorum ac fœminarum, poſt tantas rudes quis quam efferret, vicit maritus, & totius Vrbis populo confluente, coronatus & palmam tenens, adoreamque per ſingulos ſibi clamantes, vxoris multinubæ feretrum præcedebat. Quid dicamus tali mulieri? Nempe illud, quod Dominus Samaritanæ. Viginti duos habuiſti maritos, & iſte, à quo ſepeliris, non eſt tuus. Itaque obſecro te religioſa in Chriſto filia, vt teſtimonia iſta non noueris, quibus incontinentibus & miſeris ſubuenitur; ſed illo potius lectores, quibus pudicitia coronatur.* Incredibilis nuptiarum numerus.

57. Polygamia, ſoli ſcortationi præfertur. Acriùs adhuc, ſpiritus vehementia, qua natura comparatus erat Hieronymus, his idemque Epiſt. 9. c. 6. in fœminas polygamiæ indulgentes inuehitur verbis. *Neſciat vidua digamiæ indulgentiam, neque nouerit illud Apoſtoli, Melius eſt nubere, quam vri. Tolle, quod peius eſt, vri, & per ſe bonum non erit nubere. Procul ſint hæreticorum calumniæ. Scimus honorabiles nuptias, & cubile immaculatum:* Apoſtolo ſcilicet 1. Timoth. 5. dicente: *Volo adoleſcentulas nubere, filios procreare, matres familias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario maledicti cauſa.* Quibus ſubiungit Hieronymus, *Cur indulſerit, ſtatim ſubiecit: Iam enim quædam abierunt poſt ſatanam. Ex quo intelligimus illum non ſtantibus coronam, ſed iacentibus manum porrigere. Vide qualia ſint ſecunda matrimonia, quæ lupanaribus præferuntur, quia declinauerunt quædam poſt ſatanam. Ideo adoleſcentula vidua, quæ ſe non poteſt continere, vel non vult, maritum potius accipiat, quam diabolum. Pulchra nimirum & appetenda res, quæ ſatanæ comparatione ſuſcipitur.*

58. Hieronymi in Bethleem profectus. His itaque Hieronymus cum in Vrbe degeret; Damaſumque Pontificem ſummum in chartis Eccleſiaſticis iuuaret, atque os Damaſi exiſtens Orientis atque occidentis ſynodicis conſultationibus reſponderet, Romanorum viduarum pudicitiam, præſertim autem Paulæ ſanctiſſimæ ac nobiliſſimæ pudiciſſimam inſtruebat viduitatem. Damaſo autem A. C. 384. iuxta communem ſupputationem ad ſuperos tranſlatum, cum inuidorum furente rabie mille Hieronymus afficeretur calumniis, Roma relicta, Bethleem ad Præſepe Domini ſeſe reciperet decreuit, quod ſequenti anno 385. media hyeme fecit. Paula verò tanto deſtituta Magiſtro, atque ab ipſo admonita, eadem exacta hyeme, Cum inuiſendi ſacra loca vecta deſiderio, tum Pauli, Antonij, Hilarionis, aliorumque Patrum Ægypti; nec non Præceptoris ſui Hieronymi accenſa virtutibus, ipſum in Bethleem conceſſit: Paulæ. Quid vitra referre differo, quod ipſa peragrari non diſtulit? *Deſcendit ad portum* (inquit eleganter Hieronymus c. 4. vita ipſius) *fratre cognatis, affinibus, & quod his maius eſt, liberis proſequentis, & clementiſſimam matrem pietate vincere cupientibus. Iam carbaſa tendebantur, & remorum ductu nauis in altum protrahebatur. Sulcabat nauis mare, & cunctis qui cum ea vehebantur littora reſpicientibus, ipſa auerſos tenebat oculos; ne videret* (filios) *quos ſine tormento videre non poterat.* Et quo plus mireris matronæ huius incredibilem; & vſque huc non viſam in fœmina conſtantiam; ſubdit. *Paruus Toxotius ſupplices manus tendebat in littore; Ruffina iam nu-* Paulæ mira conſtantia.

bilis,

bilis, vt ſuas expectaret nuptias tacens fletibus obſeruabat; & tamen illa ſiccos tendebat ad cœlum oculos, pietatem in filios, pietate in Deum ſuperans. Neſciebat ſe matrem, vt Chriſti probaret ancillam. Torquebantur viſcera, & quaſi à ſuis membris diſtraheretur, cum dolore pugnabat, in eo cunctis admirabilior, quod magnam vinceret charitatem, &c.

59.

Pontia inſula Flauiæ Domitillæ exilio nobilis.

**Delata ad inſulam Pontiam* (inquit cap. 6.) *quam clariſſima quondam fœminarum ſub Domitiano Principe pro confeſſione nominis Chriſtiani Flauia Domitilla nobilitauit exilium, videnſque cellulas, in quibus illa longum martyrium duxerat, ſumptis Fidei alis, Hieroſolymam & ſancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti & omnis pigra velocitas. Inter Syllam & Charybdim Adriatico ſe credens pelago, quaſi per ſtagnum venit Methonem, ibique refocillato corpuſculo, & ſale tabeſcentes artus in littore ponens, per Maleam, & Cytheram, ſparſaſque per æquor Cycladas, & crebris freta concita terris, poſt Rhodum & Lyciam, tandem venit Cyprum, vbi Sancti & Venerabilis Epiphanij pedibus obuoluta, decem ab eo diebus retenta eſt, non in refectionem, vt ille arbitrabatur, ſed in opus Dei, vt re comprobatum eſt. Nam omnia illius regionis luſtrans Monaſteria, prout potuit refrigeria ſumptuum fratribus dereliquit, quos amor ſancti viri de toto illuc orbe conduxerat. Inde breui curſu transfretauit Seleuciam, de qua aſcendens Antiochiam, ſancti Confeſſoris Paulini modicum charitate detenta, media hyeme, calente ardore Fidei, fœmina nobilis, quæ prius Eunuchorum manibus portabatur, Aſello ſedens profecta eſt. Omitto. Celes-Syriæ, & Phœnices iter (neque enim hodæporicon eius diſpoſui ſcribere) ea tantum loca nominabo, quæ ſacris Voluminibus continentur.* Omitto, & ego eodem prætextu reliquas locorum ſacrorum, quæ Ægypti, imo Orientis penè totius peregrinationes quas latè proſequitur Hieronymus vſque ad cap. 13. quem tu conſulas. *Quid enim ego* (vt verbis ipſius vtar cap. 12. *narrem Macarios, Arſaſas, Serapionas, & reliqua columnarum Chriſti nomina? cuius non intrauit cellulam quorum pedibus non aduoluta eſt? Mirus ardor, & vix in fœmina credibilis fortitudo.* Quid inquam ego eorum proſequar narrationem, cuius inſtituto, qualiter in Bethleem Monachatum plantauerit, coluerit & auxerit Paula, tantummodo ſpectat?

60.

Hieronymus Paulam non eſt comitatus.

Illud tamen nullatenus omittendum cenſeo; inter alia conuicia, quæ poſt Damaſi mortem, in Hieronymum à calumniantibus, ſtimulante odio atque inuidia, in dedecus Monaſtici ſtatus, vt vulgus aſſolet, fuere iactata; Paulæ frequentiam, aliarumque nobilitate & ſanctitate illuſtrium fœminarum, Virginum, ac viduarum, aſſiduam ei obiectam fuiſſe familiaritatem: præſertim verò in profectione ipſius ab Vrbe, Paulæ, & Melaniæ ſenioris nauigationis atque itineris comitem eum extitiſſe: ac tandem cum Paula eunte Alexandriam, totamque Ægyptum peragrante, profectum. Sed his ipſe reſpondet ad Aſellam ſcribens Epiſt. 99. his verbis: *Penè certè triennium* (Romæ) *cum eis* (nempe Paula, Melania, aliiſque ſanctimonialibus, virginibus, ac viduis) *vixi: multa me virginum crebro turba circumdedit: Diuinos libros, vt potui, nonnullis ſæpè diſſerui. Lectio aſſiduitatem, aſſiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam feceras. Dicant, quid vnquam in me aliter ſenſerint, quam Chriſtianum decebat.* De profectione autem Hieroſolymitana loquens: *Nihil mihi* (ait) *obijcitur, niſi ſexus meus: & hoc nunquam obijcitur, niſi cum Ieroſolymam Paula & Melania proficiſcuntur. Eſto crediderunt mentienti, cur non credant neganti? Et quia veritatem magis exprimunt tormenta quam riſus: niſi quod faciliùs creditur, quod aut fictum libenter auditur; aut non factum, vt fingatur impellitur.* Quæ verba meditatus Baronius A. C. 385. eruditè (vt aſſolet) his demonſtraſſe inquit, aliquem aduerſum ſe crimen aliquod ſimul cum Paulæ comitatu effinxiſſe; eundémque falſum calumniatorem in iudicio ſub tormentis coactum fateri veritatem, penitùs negando quod dixerat; ſicque dimiſſum, vt Hieronymo opus non fuerit cauſam dicere.

Calumniator tormento veritatẽ fatetur.

61.

Eadem calumnia vlterius refellitur.

Vlteriùs eadem calumnia eiuſdem Hieronymi teſtimonio refellitur in Apologetico aduerſus Ruffinum, vbi de ſuamet perfectione ab vrbe eumque comitantibus, inquit: *Vis noſſe perfectionis meæ de Vrbe ordinem? Narrabo breuiter. Menſe Auguſto flantibus & Eteſiis, cum ſancto Vincentio Presbytero & adoleſcente fratre* (Paulinianus hic erat Baronio, quem vltimo loco natum Romæ dum eſſet, ad ſe vt veniret, accerſiuit) *& aliis Monachis, qui nunc Hieroſolymis commorantur nauim in Romano portu ſecurus aſcendi, maxima me Sanctorum frequentia proſequente.* Quod ſi Paulæ itineris, nauigationis comes extitiſſet Hieronymus, quorſum Paulæ cum de propria profectione loquitur, ſuique ipſius Paulæ peregrinationem diffusè referens, tam altum committeret ſilentium? præſertim cum ſocios nominet itineris ſui; Paulam autẽ penè incomitatam, ſolaque Euſtochio itineris comite ab Vrbe profectam? Rurſus Hieronymum Paulæ aduentum Hieroſolymam præueniſſe, ex eo manifeſtum eſt, quod Apologetico ipſo aduerſus Ruffinum ipſe de ſe teſtatur, media hieme, & grauiſſimo frigore Hieroſolymam intróiſſe, cum de Paula dicat cap. 15. vitæ eius, media hyeme profectam eſſe Antiochia verſus Hieroſolymam. De Melania vero certiùs adhuc eſt, iniuſtè obiectam in crimen Hieronymo fuiſſe, cum eius peregrinatio Hieroſolymam iam diu ante fuiſſet expleta, videlicet A. C. 372. vt ibi probat Baronius, Hieronymi autem perfectio A. C. 385. ſtatim poſt Damaſi mortem acciderit. Quod verò neque Ægyptum, & Alexandriam peragrantem Paulam Hieronymus comitatus fuerit, ex eo liquet quod ipſe Epiſt. 65. ad Pomachum ſcribit: *Iam canis* (inquit) *ſpargebatur caput, & magiſtrum potius quam diſcipulum decebat: perrexi tamen Alexandriam, audiui Didymum, &c.* Et in Prohemio Comment. in Oſeam ad eundem: *Cum eſſem Alexandriæ, vidi Didymum, & eum frequenter, &c.* Et ad Paulum in Proem. lib. 4. Comment. ad Epheſ. idem fere inculcat: ex quibus ſatis apparet Hieronymum ſola cupiditate diſcendi pellectum Didymum in Ægypto conueniſſe, eamque prouinciam peragraſſe; cumque citatis locis nullam prorſus mentionem habeat de comitatu Paulæ, graui admodum coniectura ducimur ad aſſerendum, nequaquam eum ea Ægypti Alexandriæ peregrinationem ſuſcepiſſe.

62.

Niſi forte pro obſtrectatoribus Hieronymi dicas,

Digitized by Google

Nihil contra Hieronymum ex Paulæ comitatu.

dicas, eum tacuiſſe, quod probro ſibi ſciebat obiiciendum. Verùm cur Hieronymus cum Paula, aliiſque religioſis viduis, & ſanctimonialibus virginibus triennio familiariter, & aſſiduè vixiſſe non neget, & Paulæ in itinere, & noui comitem fuiſſe, à veritatis tramite recedens fateri vereretur? Sed eſto id inuidiæ, & calumniatoribus concederemus; quid ei obiicitur, niſi ſolus ſexus? *Numquid* (inquit ipſe epiſt. 99.) *Domum alicuius laſciuioris ingreſſus ſum? Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam poſſit edomare mentem, niſi lugens, atque ieiunans, ſqualens ſordibus, fletibus penè cæcata, quam continuis noctibus miſericordiam Domini deprecantem ſol ſæpe deprehendit, cuius canticum Pſalmi, ſermo Euangelium, deliciæ continentia, vita ieiunium. Nulla me potuit alia delectare, niſi illa, quam manducantem nunquam vidi. Sed poſtquam eam pro ſuæ merito caſtitatis venerari, colere, ſuſcipere cœpi, omnes me illico deſeruere virtutes. O inuidia primum mordax tui. O ſathanæ calliditas ſemper ſancta perſequens.*

§. V.

Sancta Paula Bethlehemitica Monaſteria, mores, & Inſtituta ſanctimonialium ibi degentium.

63\. Bis Paula Bethleem inuiſit.

Bis Paula Bethleem acceſſiuit primùm quaſi in tranſitu, & adhuc peregrina, nondum ſcilicet tota peregrinatione completa, quæ ſibi erat in voto. Venerat iam iam ad ſepulchrum Rachel, *atque inde Bethleem ingreſſa, & in ſpecum Saluatoris introiens, poſtquam vidit ſacrum Virginis diuerſorium, & ſtabulum, in quo cognouit bos poſſeſſorem ſuum mixtis gaudio lachrymis* loquebatur: *Salue Bethleem domus panis, in qua natus eſt panis qui de cælo deſcendit. Salue Ephrata regio vberrima, atque καρποφόρος, cuius fertilitas Deus eſt. De te quondam Michæas vaticinatus eſt: Et tu Bethleem domus Ephrata, non minima es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui ſit Princeps in Iſrael, & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis. In te natus eſt Princeps, qui ante luciferum genitus eſt, cuius de Patre natiuitas omnem excedit ætatem Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Et ego miſera, atque peccatrix, digna ſum iudicata deoſculari præſepe, in quo Dominus paruulus vagiit, orare in ſpelunca, in qua virgo puerpera Dominum fudit infantem: Hæc requies mea; quia Domini mei patria eſt; hic habitabo, quoniam ſaluator elegit eam. Paraui lucernam Chriſto meo Anima mea illi viuet, & ſemen meum ſeruiet ipſi:* c. 7. Quæ verba non minus prophericè, quàm eleganter ac deuotè, doctiſſimam fœminam credo fudiſſe. Manſit autem tunc ibi per triennium, perpetuo poſt ibi manſura peregrinatione completa, vt expreſſè tradit c. 12. his verbis: *Nec multo poſt in ſancta Bethleem manſura perpetuò, anguſto per triennium manſit hoſpitiolo, donec* (à peregrinatione reuerſa) *extruere: cellas, ac Monaſteria, & diuerſorum peregrinorum iuxta viam conderet manſiones, in qua Maria & Ioſeph hoſpitium non inuenerunt*, quod & perfecit, vt ſtatim dicemus: niſi forſam à Bethleem profecta, curam ædificandi, ſumptus que ad Monaſteriorum, & Xenodochij fabricam Hieronymo reliquerit, quatenus à peregrinatione reuerſa ſibi ſuiſque virginibus commodè extructum reperiret habitaculum.

Bethleem ſalutat.

Triennio igitur Bethleemi in pauperi hoſpitiolo expleto; ac Cœnobiticæ vitæ ſancta ibi conuerſatione guſtata, & meditata, indè profecta *deſcendit ad turrim Ader, iuxta quam Iacob pauit greges ſuos ſtatimque concito gradu, cœpit per viam veterem pergere, quæ ducit Gazam.* Deinde cætera ſancta loca peragere, ac peregrinationem ſuam proſequi: eamque peregrinantem proſequitur oratio Hieronymi per totam Paleſtinam c. 9. 10. & 11. Quæque ab Vrbe incomitata penè receſſerat, & ſola comite Euſtochio; pluribus iam comitata Virginibus tranſiit ad Ægyptum: ibique *Oblita ſexus, & fragilitatis corporeæ inter tot millia Monachorum cum puellis ſuis habitare cupiebat, & forſitam cunctis eam ſuſcipientibus impetraſſet, ni maius ſanctorum locorum retraxiſſet deſiderium.* cap. 12. 64. Ægyptum peregrinatur.

Hucuſque iter Paulæ deſcriptum ſit, quod cum multis Virginibus, & filia (Euſtochio) *comite peragrauit*: quo tandem incredibilibus conſtantia, & labore peracto, cum ad Bethleem ſuam ſecundo perueniſſet, quamdiu anxiè deſiderauerat, pedem inde vlterius non diſceſſura; ſuos, ſuarumque profectus diſponere cupida, anguſtum hoſpitiolum, in quo per triennium degerat, donec maiora parabantur, in Cœnobia commutauit; atque ex facultatibus propriis, quas larga eius manus in Monachos Cypri, & Ægypti, pauperesque in itinere obuios reſeruauerat, tria Virginum Monaſteria, vnumque virorum extruxit, vt narrat Hieronymus c. 19. his verbis: *Dicam, & de Ordine Monaſterij. Seminabat carnalia, vt meteret ſpiritualia: dabat terrena, vt cœleſtia tolleret: breuia concedebat, vt pro his æterna mutaret. Poſt virorum Monaſterium; quod viris tradiderat gubernandum, plures virgines, quas è diuerſis prouincijs congregarat, tam nobiles, quam medij, & infimi generis, in tres turmas Monaſteriáque diuiſit.* Vbi perpendendum; tot iam triennij ſpatio Virginum choros aggregaſſe Paulam in odorem vnguentorum eius currentium, vt tria vix Monaſteria adoleſcentularum caperet numerum; cum tamen ea tempeſtate vnumquodque Cœnobium incredibili penè, ſiuè Monachorum, ſiue ſanctimonialium numero conſtaſſe paſſim apud veteres inueniatur; vt patebit diſcurrenti cum Paula Ægypti Monaſticem, & nobiſcum lib. 3. c. 6. n. 14. & à num. 81. Idque conceptis verbis tradit Hieronymus c. 27. vbi cum dixiſſet, ne vnum quidem nummum Euſtochio à Paula relictum pro ſuſtentatione Monaſteriorum inquit: *& quod his difficilius eſt, fratrum & ſororum immenſam multitudinem, quos & ſuſtentare arduum, & abiicere impium.* Quod annotauerim, ne forte Palladio fidem habeas cap. 126. Lauſ. vbi de Euſtochio Paulæ filia, eiuſque in Monaſteriorum gubernatione ſucceſſore loquens, ait *Dicitur eſſe temperatiſſima, habens conuentum quinquaginta Virginum* Temperatiſſimum numerum promens, qui cap. 125. præcedenti intemperatiſſimos calumniator & oblatrator Hieronymi & Paulæ ſe oſtenderat.

65\. Bethleem reuertitur.

4\. Monaſteria ædificat.

Virorum Monaſterium viris gubernandum tradidiſſe Paulam expreſſum à Hieronymo habemus; Præſcripta verò, quibus Monachos ſuos informabat Hieronymus fusè tradidimus cap. præced. §. 5. à num. 41. De his vero inſti- 66. Inſtituta Sanctimonialium à quo edita.

tutis

tutis, quibus Paulinæ virgines tria ab ipſa extructa Monaſteria ioceolntes Cœnobiticam duxere vitam, quæque Hieronymus refert cap. 19. diu iam dubitabam, an à Hieronymo edito, an verò à Paula ipſa ad inſtructionem Virginum ſibi ſubditarum excogitata fuerunt? Et quidem conſulto Hieronymo Eccleſiæ Doctore eximio, ſuóque Magiſtro Paulam in omnibus prudentiſſimam Monaſteria, quibus præerat, gubernaſſe, certum eſto. Ipſam verò doctiſſimam fœminam, quæ iam quinquennio Romæ poſt viri ſui deceſſum, & triennio Bethleemi ante ſecundam profectionem vixerat ſub diſciplina Hieronymi, Regulam illam compoſuiſſe, eamque vel ſcripto, vel opere, & verbo ſanctimonialibus ſeruaodam tradidiſſe, pluribus mihi perſuaſiſſimum eſt. Primo, ex nuper relatis verbis, quibus aduertenter refert Hieronymus virorum Monaſterium, viris gubernandum Paulam tradidiſſe, nihil de Virginum Monaſterijs loquutus; ac ſi diceret, Virgioum Monaſteria ſibi gubetnanda perſeueraſſe, virorum viris commendato: aliàs veriùs vtriuſque ſexus Monaſteria à ſe extructa, viris inſtruenda ac gubernanda tradidiſſe dixiſſet. Imo noo ſolùm ad clauum ſediſſe Paolam, ſed & alia erga ſibi ſubditas exercuiſſe munia à Superioribus ac legiferis fieri ſolita, ex his apparet, quæ paulo poſt ſubdit: *Plures Virgines, quas è diuerſis Prouinciis congregarat, ia tres turmas Monaſteriaque diuiſit.* Quæ quidem diſpoſitio communem fœminarum poteſtatem, & gubernationem excedit, ac legiſlatoribus communiter reſeruatam ſcimus.

Paula eorũ auctor.

Prima ratio.

67. Secunda ratio.

Moueor ſecundo ex eo quod Hieronymus Inſtituta ipſa Paulinarum virginum, non tam à Paula ipſa obſeruata, & exequuta; quam ab ipſa tradita promit: videlicet num. 12. *Excepto victu, & veſtitu, nullam habere quidquam patiebatur:* Num. 16. *Laſciuientem adoleſcentularum carnem crebris, & duplicatis frangebat ieiunijs:* Nnm. 16. *Si vidiſſet aliquam comptionem, contractione fontis, & vultus triſtitia arguebat errantem dicens &c.* Quibus apertè Hiſtoriographi morem gerit Hieronymus; noo ſuperioris, referentis, non legem ferentis.

68. Hieronymi ſubdita non fuit.

Nec te fallat, lector, communis error (quo hucvſque me deceptum non diſiteor) credentium Paulam Hieronymi ſubditam fuiſſe: vnde conſequens Hieronymi legibus & præceptis vixiſſe, ſuumque Monaſteriō moderaſſe. At vero quod Paula obedientiam Hieronymo Magiſtro ſuo non præſtiterit, ac proinde neque alteri viro (Dioceſano Epiſcopo excepto, ſub cuius ditione & obedientia cuncti Monachi ſtatus profeſſores tunc temporis & pluribus poſt ſæculis vixere) ex eo palam eſſe videtur, quod cum Hieronymus nimiam, & vltra modum, ægrotantis Paulæ abſtinentiam à carnibus & à vino iudicaret; *& in eo inæqualis* Hieronymo ipſi videretur, *quod in aliis clementiam, in ſe duritiam commutabat*, inquit *Fateor in hac re pertinacior fuit, vt nulli cederet admonenti*: vbi *admonenti* ait, non præcipienti, ipſe autem crebrò Paulam de vitæ periculo admonebat: noo ergo imperantis, non Prælati, & legiſlatoris, ſed conſiliatoris & admonentis officia erga Paolam exercebat: adeò, vt cum ipſe incaſſum laborare, ac tempus perdere Paulam ſuper hac re admonendo cerneret, clam Epiphanium rogauerit, vt temperantiam à potu aquæ, & vſum modici vini Paulæ perſuaderet: cumque roganti, ac penè compellenti Epiphanio Paola nullatenus acquieſceret, ſubdit Hieronymus, quaſi nimiâ eius abſtinentiâ improbans. *Hac refero, nõ quod inconſideranter, & vltro vires ſũpta onera probem, monente Scriptura: ſuper te onus non leuaueris*; Quod ſi Paulæ præeſſet Hieronymus, cur quæſo iudicans abſtinentiam à carnibus & vino cum diſpendio vitæ vltra vires ægrotantis eſſe, & improbandam, præcepta non ageret erga ſibi ſubditam, quam monitia vincere non potuerat? non ergo ſub illius obedientia viuebat Paula, ſed virorum Monaſterium Hieronymus viriſque aliis gubernandæ tradiderat, ſuimet ſuarumque gubernatione & Inſtitutis vitæ Monaſticæ ſibi reſeruatis.

Abſtinentia Paulæ à carnibus & vino.

69. Tertia ratio.

Tertiò tandem idem coniicio ex ingenij Paulæ præſtantia, quod ſic effert Hieronymus cap. 23. *Nihil ingenio illius docilius fuit. Tarda erat ad loquendum, velox ad audiendum, memor illius præcepti: Audi Iſrael & tace. Scripturas Sanctas memoriter tenebat. Et cum amaret hiſtoriam, & hoc veritatis diceret fundamentum, magis tamen ſequebatur intelligentiam ſpiritualem, & hoc culmine ædificationem animæ protegebat.* Et inferius: *loquar & illud, quod forſitam æmulis videatur incredibile. Hebræam linguam, quam ego ab adoleſcentia multo labore & ſudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non deſero, ne ab ea deſerar, diſcere voluit, & conſecuta eſt: ita vt Pſalmos hebraicè caneret, & ſermonem abſque vlla latinæ linguæ proprietate perſonaret.* Item cap. 24. de ipſa morti iam proxima loquens: *Cumque à me interrogaretur, cur taceret, cur nollet reſpondere, an doleret aliquid: Græco ſermone reſpondit, nihil ſe habere moleſtiæ, ſed omnia quieta & tranquilla perſpicere.* Quid ergo mireris, ſi Paulam Inſtitutorum, quibus Virginum Monaſteria gubernabantur, autorem aſſeram, Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ linguæ gnaram, ſcripturas ſacras memoriter tenentem, ingenio præſtantiſſimam, virtutum longo exercitio perfectiſſimam, & prudentiâ admirandam? Ac tandem, quo plus mireris, cum toties Hieronymus ingenium, & ſtudia Paulæ ad ſydera tollat, paſſim Deum conteſtatur nihil in gratiam, nihil more blandientium loqui, ſed cuncta pro teſtimonio dicere, & minus eius meritis. Sed ne longiùs à præſcripto paleſtræ noſtræ euagemur, dicamus iam cum Hieronymo c. 19. de ordine Monaſterij, Canoneſque ſeu Regulas, quibus Paula virgines ſuas inſtruxit, proferamus.

Ingenij Paulæ præſtantia.

70. Omnis generis virgines congregat.

1. *Poſt virorum Monaſterium, quod viris tradiderat gubernandum, plures virgines, quas ex diuerſis prouintiis congregarat, tam nobiles, quam medij & infimi generis, in tres turmas Monaſteriaque diuiſit.* NOT. Vetuſtiſſimum eſt Nobiles ad Monachatum euolare; Paulæ verò & Marcellæ temporibus cæpit Monaſtices Sacra gloriæ eſſe, quæ (Romæ præſertim) fuerat ignominiæ. Recole dicta l. 3. cap. 3. num. 7. & l. 4. c. 2. n. 22. & in hoc cap. à n. 3. De Nobilium vel pauperum ſuſceptione vide D. Benedictum c. 58. & 59. & dicta ſupra l. 3. cap. 5. num. 26.

In opere cibo ſeparabantur.

2. *Ita duntaxat vt in opere, & in cibo ſeparata, Pſalmodiis & orationibus iungerentur.* NOT.

In opere & cibo ſeparabantur. NOT. Separabantur forte in opere & cibo propter grauitatem ſilentij, qood menſa & labore manuum communibus, obſeruaru penè impoſſibile in fœminis iudicabat. Vniuſcuiuſque Monaſterij ſeorſim, Collecta minor. quotidianam & peculiarem Collectam ad orarionem & Officium diuinum memorar hoc loco Hieronymus. De Collecta generali dierum ſolemnium, ſtatim.

Alleluya ſignum Collectæ. 3. *Poſt Alleluya cantatum (quo ſigno vocabantur ad Collectam) nulli reſidere licitum erat: ſed prima, ſeu inter primas* (Paula) *adueniens, cæterarum operiebatur aduentum, pudore & exemplo* Qualiter prouocandi deſides. *ad laborem eas prouocans, non terrore.* NOT. De ſignis quibus ad Synaxim, ſeo Collectam Veteres Monachi & Moniales vocari conſueuere. Vide plura lib. 2. cap. 12. num. 55. & lib. 3. c. 3. n. 26. & c. 5. n. 29. & c. 6. n. 20. & lib. 4. c. 4. num. 100. Cætera hoc Canone contenta in Regulam ſuam tranſtulit D. P. Benedictus cap. 43. penè ad verbum, his: *Ad horam Diuini officij mox vt auditum fuerit ſignum, relictis omnibus, qualibet fuerint in manibus, ſumma cum feſtinatione curratur. Ergo nihil operi Dei præponatur.* Nulli ergo ſigna facto reſidere licitum. Pudore vero non terrore prouocandos deſides, ſic ſtatuit: *Quod ſi quis ad Nocturnas horas poſt Gloriam Pſalmi 94. (quem propter hoc omnino protrahendo, & moroſè volumus dici) occurrerit, non ſtet in ordine ſuo in choro, ſed vltimus omnium ſtet. Ideo autem eos in vltimo, aut ſeorſim iudicauimus debere ſtare, vt viſi ab omnibus, vel pro ipſa verecundia ſua emendentur.*

4. *Mane hora Tertia, Sexta, Noua, Veſpera,*
71. Horæ Canonicæ. *Noctis medio, per ordinem Pſalterium cantabunt.* NOT. Vide plura circa Horarum Canonicarum diſpoſitionem æoo huius cap. præced. à num. 104.

Studium S. Scripturæ. 5. *Nec licebat cuique ſororum ignorare Pſalmos, & non de Scripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere.* NOT. Non dubitauerim Paulam doctiſſimam, quæ Scripturas ſacras memoriter tenebat, hiſtoriam ſenſuſque callebat, & Hebræa Græca, ac Latina lingua loquebatur, vt nuper diximus numer. 69. quotidie aliquid de Scripturis ſacris diſſeruiſſe, vt mos fuit præcedentium omnium à Therapeutarum tempore in cunctos Monaſticæ vitæ Doctores deriuatus: Recole dicta lib. 2. cap. 9. num. 16. & cap. 12. num. 19. & 27. & lib. 3. cap. 4. num. 7. & c. 5. num. 42. & cap. 6. num. 22. Et in hoc libro cap. 2. num. 16. cap. 4. num. 17. 65. & 66. præſertim autem lib. 3. cap. 6. num. 55. Vbi de ſtudio ſacræ Scripturæ Ciſtercienſibus noſtris vſitato: volgo *lamparilla*.

Collecta maior. 6. *Die tantum Dominico ad Eccleſiam procedebant, ex cuius habitabant latere: & vnumquoque agmen matrem propriam ſequebatur.* NOT. En Synaxim generalem, qua trium ſimul Monaſteriorum ſanctimoniales, Dominicis (ac cæteris proculdubio feſtiuis diebus) ad Eccleſiam pro audiendo ſacro conueniebant. Peculiares vero Collectas ſingula ſingulorum Cœnobiorum agmina pro Dei laudibus, & oratione celebraſſe, nuper notauimus.

7. *Atque inde pariter reuertentes inſtabant operi diſtributo, & vel ſibi vel cæteris indumenta faciebant.* Opus manuum. NOT. Non quidem diebus feſtiuis, ſed per hebdomadam operi manuum incumbentes. Nec inficiabor diebus feſtiuis aliquod eis opus diſtributum, quale congrueret ne feſti obſeruationi contrairent, neque otio vacarent: puta lectio, vel diſputatio de Scripturis Sanctis.

8. *Si qua erat nobilis, non permittebatur de domo ſua habere comitem, ne veterum actuum memor, & laſciuientis infantiæ errorem reficeret antiquum, & crebra confabulatione renouaret.* 72. Seculares mulieres in Monaſterio non admittuntur. NOT. En radicem totius penè relaxationis Sanctimonialium prudentiſſimè Canone iſto præciſam. En vnguentorum apothecam vnde prudentes viri ſæculi noſtri optima aduerſus laſciuientis ætatis errorem, crebram ſcilicet Monialium confabulationem, hauſere remedia. Quoties ſola mulierum ſæcularium à Monaſteriis profligatione, Sanctimonialium penè collapſam diſciplinam, vidimus reſtitutam? Recole notata num. 20. 21. 25. 30. 42. & 72.

9. *Vnus omnium habitus.* Habitus. NOT. Commodè vnitatem in veſtibus obſeruabant, quas ſibi aliiſq; faciebant, vt patet ex Reg. 7. Quæ autem Paulæ, & Paulinarum Virginum fuerunt veſtes manet notatum cap. præced. num. 51. & 52.

10. *Linteamina ad tergendas ſolum manus vtebantur.* Linteamina

10. *A viris tanta ſeparatio, vt à ſpadonibus quoque eas ſeiungeret, ne vllam daret occaſionem linguæ maledicæ, quæ Sanctos corpore ſolita eſt inſolatium delinquendi.* Separatio à viris. NOT. Vtilis quidem expulſio mulierum ſæcularium à Sanctimonialium Monaſteriis, ſed inſufficiens, niſi à virorum etiam confabulatione ſeparantur. Iunge ſuperior vtrumque; ſtatue ſilentium, & iam Religio eſt reformata.

12. *Excepto victu, & veſtitu nullam habere quidquam patiebatur: dicente Paulo: Habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus; ne conſuetudine plus habendi præberet locum auaritiæ, quæ nullis expletur opibus, & quanto amplius habuerit, plus requirit, & neque copia, neque inopia minuitur.* Paupertas. NOT. Hucuſque obſeruantiarum ſyllabus. Subdit delinquentium pœnas.

13. *Signa vel tardior veniebat ad Pſalmos, vel erat in opere pigrior, variis eam modis aggrediebatur. Si erat iracunda, blanditiis: ſi patiens, correptione, illud Apoſtoli imitans: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis.* 93. Pœnæ delinquentium.

14. *Iurgantes inter ſe ſermone leniſſimo fœderabat.*

15. *Laſciuientem adoleſcentularum carnem crebris, & duplicatis frangebat ieiuniis, malens eis ſtomachum dolere, quam mentem.*

16. *Si vidiſſet aliquam comptiorem contractione frontis, & vultus triſtitia arguebat errantem, dicens: munditiem corporis atq; veſtitus, animæ eſſe immunditiam, & turpe verbum atque laſciuum, nunquã de ore Virginis proferendum; quibus ſignis libidinoſus animus oſtenditur, & per exteriorem hominẽ interioris hominis vitia demonſtrantur.*

Hieronymus inuocat Paulam. *impetrabis. Exegi monumentum tuum ære perennius, quod nulla deſtruere poſſit vetuſtas. Incidi elogium ſepulchro tuo, quod huic volumini ſubdidi, vt quocumque noſter ſermo peruenerit, te laudatam, te in Bethleem conditam Lector agnoſcat.*

Paulæ Epitaphium.

TITVLVS SEPVLCHRI.

Scipio quam genuit, Paoli fudere parentes,
Grachorum ſoboles, Agamemnonis inclyta proles,
Hoc iacet in tumulo. Paulam dixere priores,
Euſtochij genitrix, Romani prima Senatus,
Pauperiem Chriſti, & Bethleemitica rura ſequuta eſt.

IN FRONTE SPELVNCÆ.

Aſpicis anguſtum præciſa rupe ſepulchrum?
Hoſpitium Paulæ eſt, cœleſtia regna tenentis.
Fratrem, cognatos, Romam, patriamque relinquens,
Diuitias, ſobolem. Bethleemitici conditor antro.
Hic præſepe tuum Chriſte, atqoe hic myſtica Magi
Munera portantes hominique, Deoque dedere.

78. Quo anno obierit. *Dormiuit ſancta, & beata Paula VII. Kal. Februar. tertia Sabbati poſt ſolis occubitum. Sepulta eſt V. Kal. earumdem, Honorio Auguſto ſexies, & Ariſtenete Conſulibus. Vixit in ſancto propoſito Romæ annos quinque, Bethleem annos viginti; omne vitæ tempus impleuit annis quinquaginta ſex, menſibus octo; diebus viginti vno.* Ex aſſignatis autem Conſulibus colligit Baronius incidiſſe obitum Paulæ A.C. 404. Innocentij Papæ III. Arcadij & Honorij Impp. 10. Meminit eius Martyrol. Rom. 26. Ianuar.

§. VI.

Paulinæ ſcholæ ſucceſſio & duratio.

79. Euſtochium Paulæ ſuccedit. PAula igitur ad ſuperos tranſlata, trium, quæ ipſa Bethleemi extruxerat, Virginum Cœnobiorum gubernatio ad Euſtochium chariſſimam ipſius filiam, indiuiduam propoſiti eius & peregrinationum comitem, atque in Monaſterio diſcipulam, ſanctiſſimam, ac præclariſſimam fœminam deuoluta eſt. Nec ſolam ſororum Virginum curam, ſed & Monachorum ſuſtentationem Euſtochio creditam inuenio. Quibus, quæris, facultatibus? *Teſtis eſt Ieſus, ne vnum quidem nummum ab ea filiæ* (Euſtochio) *derelictum, ſed vt ante iam dixi* (cap. 1. & 14.) *derelictum magnum æs alienum, & quod id difficilius eſt, fratrum & ſororum immenſam multitudinem, quos & ſuſtentare arduum, & abijcere impium eſt. Quid hac virtute mirabilius, fœminam nobiliſſima familia magnis quondam opibus, tanta fide omnia dilargitam, vt ad egeſtatem penè*
Eius fides, & conſtantia. *vltimam perueniret:* Vnde etiam ſi cætera virtutibus atque conſtantiæ Euſtochij Paulæ matris ſucceſſoris argumenta deeſſent, eam Illuſtribus Eccleſiæ fœminis adnumerarem. Quid autem ageret, pro tanta multitudinis ſuſtentatione. Vnde emit panes, vt manducarent ij? Hieronymum in diſcrimine tanto conſuluiſſe non dubito. Quid vero conſultus ipſe reſponderit, audi: *Seneca eſto Euſtochium; magna hæreditate ditata es. Pars tua Dominus.* Nec dubites Paulæ eleemoſynas, atque Euſtochij de Diuina largitate fiduciam, profuſiores pro ſatisfaciendo ære alieno, ac Monachorum, Virginem & peregrinorum immenſis turbis alendis in deſerto, è pelago diuinæ largitatis in poſterom hauſiſſe theſauros, quibus poſteritatem neceſſariis ad victum diuitem reliquiſſet.

Qoanta verò maturitate, prudeotia ac pietatate ſibi ſubditas rexerit Euſtochium, inde mihi 80. Euſtochij ingenium.
palam, quod non minus ingenio Paulæ filiam, quam genere apud Hieronymum inuenio, qui cap. 23. vitæ matris, cum dixiſſet Paulam Scripturas ſacras tenere memoriter, Pſalmos Hebraicè canere, & ſermonem abſque vlla linguæ Latinæ proprietate perſonare, ſubdit: *Quod quidem vſque hodie in ſancta filia eius Euſtochio cernimus.* Vitæ ſanctitas. Tum etiam ex vitæ ſanctitate, de qua Hieronymus morum ipſius excultor, & fidiſſimus integritatis eius vſque ad obitum cuſtos mira loquitur Epiſt. 22. ad ipſam in fine atque inter alia eleganter, hæc etiam confidenter, ac propheticè ipſius præcinens epithalamium, inquit: Hieronymus Euſtochij mortem vaticinatur. *Qualis erit illa dies, cum tibi* (nempe decedenti) *Maria Mater Domini choris occurret comitata virgineis? cum poſt rubrum mare ſubmerſo cum ſuo exercitu Pharaone, tympanum tenens præcinet reſponſuris: Cantemus Domino, glorioſè enim honorificatus eſt, &c. Tunc Thecla in tuos læta volabit amplexus. Tunc, & ipſe Sponſus occurret, & dicet: Surge veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea, quia ecce hyems tranſiuit, pluuia abijt ſibi. Tunc Angeli mirabuntur, & dicent: Quæ eſt iſta proſpiciens quaſi diluculum, ſpecioſa vt Luna, electa vt Sol? Videbunt te filiæ, & laudabunt reginæ, & concubinæ prædicabunt. Hinc, & alius caſtitatis chorus occurret: Sara cum nuptis veniet, filia Phanuelis Ana cum viduis. Erunt in diuerſis gregibus carnis, & ſpiritus matres tuæ. Lætabitur, quod genuit, exultabit iſta, quod docuit? Tunc verò ſuper aſinam Dominus aſcendet, & cœleſtem ingredietur Hieruſalem. Quoties in mundo aliquid videris glorioſum, ad paradyſum mente tranſgredere: eſſe incipe: futura es, & audies à Sponſo tuo. Pone me ſicut vmbraculum in corde tuo, ſicut ſignaculum in brachio tuo, & corpore pariter ac mente munita clamabis, & dices: Aqua multæ non poterunt extinguere charitatem, & flumina non operient eam.* Quod, vt iacet, in pretioſa Euſtochij morte contigiſſe non dubito. Et Baronius A.C. 382. *De Euſtochio* (inquit) *minores ſunt omnes laudes Sancto propoſito quod arripuit, quas maioribus in dies virtutum meritis adauxit, ac tandem fœliciter conſummauit.*

Rexit Euſtochium Virginũ Monaſteria poſt 81.
Paulæ matris obitum quindecim annis; & cum Euſtochij ætas, & Monaſticæ obſeruantiæ tempus. aliis viginti vnà cum matre Paula Bethleemi egerit; ſimul erunt triginta quinque anni Aſceticæ profeſſionis intra Monaſterium: quibus ſi quinque alios Romæ intra matris domum in Sancto Virginitatis & Religionis propoſito tranſactos adiungas, quadraginta annorum ſpacio Monaſticem coluiſſe reperies. Ac tandẽ cum tempore profectionis S. Paulæ ex Vrbe Hiero-

ſolymam, haud minus quindecim annis fuerit Euſtochium, vt coniectatur Baronius A. C.419. n.100. ipſam quinquagennariam deceſſiſſe dicẽdum erit: eoq; anno diem obiiſſe ſupremũ: quintodecimo ſcilicet à Paulæ matris obitu, quæ A. C.404. deceſſerat. Denique natalitium Euſtochij diem Romana Eccleſia 4. Hal. Octob. hoc illuſtrat elogio: *Eodem die S. Euſtochij Virginis filiæ B. Paulæ, quæ ad præſepe Domini cum aliis virginibus enutrita præclaris meritis fulgens migrauit ad Dominum.*

82. Paula iunior Euſtochij ſucceſſor.

Si inquiras; quænam fuerit in Bethleemitis Virginum Monaſteriis Euſtochij ſucceſſor, & quovſque Paulæ & Euſtochij Monaſtica perſeuerauerit diſciplina? occurrit Ioſephus de Siguenza 2. p. Hiſtoriæ Hieronymianæ cap. 1. coniectans, Paulam iuniorem Paulæ ex Toxotio & Læta neptim, fœminam pietate per illuſtrem vtpote ab incunabulis Paulæ auiæ, & Euſtochij amitæ educatione nutritam poſt vtramque Virginum Bethleemites rexiſſe choros eiſdem fundamentis nixus, quibus Paulinianum Hieronymo fratri ſuo in gubernatione virorum ibidem ſucceſſiſſe ſuadet. Et reuera vnde id improbemus nõ apparet, imo ipſius cõiecturis omnimodo aſſentiendum videtur. Paulæ huius meminit ſæpè Hieronymus; præſertim nobili illa Epiſt. 7. ad Lætam ipſius matrem de filiæ educatione vnde nos Infantularum inſtituta tradita toto §. 2. à n. 17. huius cap. magna ex parte deprompſimus: & Ep. 79. ad Auguſtinum & Alypium his verbis: *Paula veſtra, neptis* (Paulæ ſenioris) *miſerabiliter deprecatur, vt memores eius ſitis:* ſic Baronius reſtituit A.C.419. n. 101. ex aliquibus ſcriptis codicibus: perperam enim alij, *Paula veſtra, neptis;* peiùs etſi recentior Marianus Victorios *Neptis veſtra Paula*, de qua par eſt credere cum Baronio ibi, vt quæ ex repromiſſione nata, à crepitaculis Deo dicata, Hieronymi Paulæ & Euſtochij conuerſatione nutrita, ab infantia adſummum virtutum peruenіſſe faſtigium; atque adeo ſibi credita ſororum Monaſteria ſapienter & pie gubernaſſe, ac finem egregia pariter ſanctitate clauſiſſe: quorum mihi omnium nõ leuia argumenta ſunt perſecutiones quas poſt Paulæ auiæ deceſſum, Euſtochium & Paula perpeſſæ ſunt ab impiis, Ioanne Hieroſolymitano Epiſcopo permittente, de quo Baronius A. C.416. n. 32. qua verò animi tolerantia A. C. 419. nu. 98. quem tu conſulas quo autem anno obierit Paula iunior, prorſus incertum eſt.

83. Inſtitui Paulini caſus.

Verùm Coſdroa Perſarum Rege poſt ducentos annos plus minuſuè vniuerſam Palæſtinam iuſto Dei iudicio occupante, & paulo poſt Sarracenorum furore cædis ac terroris vniuerſa loca ſacra complente, ex Paulinis Virginibus alias quidem fugam iniiſſe; plures vero barbarorum gladio occubuiſſe haud dubitandum; quippe quibus præ ſexus debilitate ad tuta ſeſe loca recipere, non adeo integrum erat. Crediderim ſexu, nominibuſque ſuppreſſis earum glorioſe certamina Eccleſiam ſanctam oblitam non fuiſſe, ſed æternum potius poſteritati commendaſſe; præſertim 19. Februarij his verbis: *In Paleſtina commemoratio Sanctorum Monachorum, & aliorum Martyrũ, qui à Sarracenis ſub Rege Alamundaro ob fidem Chriſti ſæuiſſimè ceſſi ſunt.* Vbi docte Baronius: *Vna eademque perſecutio Sarracenorum Sanctos Monachos diuerſis in locis poſitos vexauit diuerſiſque diebus occidit: vt non mireris: ſi inferius* (nempe 16. Maij & alibi) *de Monachis caſis à Sarracenis ſæpè agatur.* Et Cyrillus Monachus apud Surium 13. Maij in doctis S. Ioannis ſilentiarij *Eodem* (inquit) *tempore Alamundarus Siſices, qui accepit Regis autoritatem in Sarracenos ſubiectos Perſis, inuaſit Arabiam & Paleſtinam cum magna ira in Romanos omnia diripiens, & multa hominum millia abducens in ſeruitutem, & multa faciens nefaria.* Is eſt Baronio A.C. 509. iuxta quam ſupputationem credendum Hieronymi & Paulæ Inſtituta minime 210. annorum durationem attigiſſe, vt vult Segúrinus ib. cum Hieronymus iuxta Dextrum obierit A.C.426. & iam A. C. 509. Alamundarus Romanos Paleſtinæ habitantes collectis copiis incurſauerit.

Sed tamen non inficiabor ſuſcitato Hieronymi Inſtituto, quod iam diu ab his temporibus dormietat, atque in Hiſpaniis nomine & ſanctitate tanti Patris in RR. PP. Hieronymianis A.C.1350. illuceſſente; ſimul etiam Diuina id prouidentia diſponente in Sanctimonialibus eiuſdem Ordinis, Paulam ſanctiſſimam, eiuſque mores ab eodem tempore perſecutionem ſæuitia penè extinctos, noſtris etiam ſæculis ſuſcitatos; quò ſicut ſimul in Oriente occidere, in occiduis orirentur ſimul. 84. Cum Hieronymiano reſtitutum.

CAPVT VI.

Diui Arſenij, & Scithiotarum Inſtituta in Paleſtinam affert magnus P. Euthymius, nouiſque ac prudentioribus regulis adauget.

§. I.

S. Euthymij palaſtra exponitur.

TRanſlatum ab Hilarione ſociiſq; eius Antonianũ Inſtitutum ex Ægypto in Paleſtinam, atq; ab Epiphanio propagatũ, & vſque ad Cyprũ trãſductum, ibique dilatatum vidimus c. 3. à n. 1. Feruidos itidẽ illius excultores tũ Anachoreticam, tum etiã Cœnobiticã vtriuſq; ſexus diſcipulos vitam ducentes c. 4. & 5. proſecuti ſumus. Continuatũ autẽ à Magno Euthymio, Saba Ioanne Silentiario, aliiſq; per illuſtribus Aſceticæ vitæ Magiſtris habemus ex Cyrillo Monacho viro ſanctiſſimo, eorumdẽ virtutum partim oculato, partim ab ocularis aurito teſte, ac fideliſſimo ſcriptore, apud Metaphraſtem, Lypomanum, & Surium to. 1. 20. Ian. Sed vero quô vniuerſis Ægyptij Monachatus gazis ditaretur Paleſtina, magnum magno Dei beneficio accepit Euthymiũ. Dionyſio & Paulæ parentibus diuini Polyeucti Martyris interceſſione donatum, Arſenij magni ſtrenuũ æmulatorẽ, atq; Aſciticæ palæſtræ legiſlatorẽ prudentiſſimum. Rem narrat Cyrillus à Cyriaco Euthymij diſcipulo familiari ſibi, aliiſq; Monachos referente acceptã his verbis n. 38. *Affirmabant* (Euthymij cõtubernales) *eũ quoque fuiſſe æmulatorem Arſenij: Arſenij, inquam qui in patris quibuſdam moribus educauit, & inſtituit Archadium, & Honorium Imperatores, & ideo Patris appellatione à ſanctis ſcilicet Patribus eſt appellatus: poſtea autem in ſolitudine Ægypti fuit inſignis virtutibus. Hunc ergo diligenter ad-* 1. Euthymius Arſenij æmulator.

modum

modum, imitabatur Euthymius, & iis qui ex Ægypto veniebant Monachis, & de illius vita Inſtituto aliquid referebant, animum lubenter adbibebat, & ſua anima quibuſdam veluti tabulis, bona illius curabat inſcribere, illiuſque quietem &

Arſenij virtutes Monaſticæ.

humilitatem, & ventris abſtinentiam, vigilantemque & attentum eius animum, & ſobrium, & illud, quod ab eo dicebatur; Arſeni, cur egreſſus es? Compunctionem autem quomodo? Lachrymas, nocturnaſque vigilias, illumque amorem ſolitudinis, & cum nullo conuerſationem, & præterea commiſerationem, diſcernendi poteſtatem, in precatione alacritatem, & conſtantiam, & eius in omnibus inſignem fortitudinem? Com conſter autem ex dictis lib. 3. cap. 5. num. 61. Arſenium Scitbim feceſſiſſe, & ibi quindecim exegiſſe annos, procul omni dubio eſt Scithiotarum mores ibidem didiciſſe. Eoſdem vero ebibiſſe Euthymium ſuæque tradidiſſe paleſtræ, ex Monaſticis eius Inſtitutis infra tradendis patebit ad oculum.

2\.

Euthymius alter Origeniſta.

Enimverò caue lector cum Baronio in Not. Martyr. Rom. 20. Ian. *ne in altero fallaris* Euthymio, *eiuſdem nominis Monacho, qui clarus habitus eſt in Ægypto temporibus Arcadij Imp. ſed in veritate non ſtetit; nam Origeniſmum profeſſus factus eſt ſcandalum & ruina multorum.* Scribit de eo D. Hieronym. ad Teſiphontem: eundemque eſſe puto, quem eodem cœno volutatum *Etinium*, ex Mariani editione commemorat Theophilius Epiſt. ad Epiphanium 68. apud D. Hieron. quique ſub vtroque nomine Ammonio & Euſebio Origeniſtis adnumeratur vtrobique.

Cur S. Euthymij non meminit D. Hieronymus

Sed ais; Cur Hieronymus Euthymij Synchronos & à Laura Phara ſex milliaribus ab Hieroſolyma ſita, quam incolebat Euthymius, non admodũ diſſitus, vtpotè Betbleemi propè Hieroſolymam degens non meminit, quô noſtrum ab Origeniſta diſcerneret? Præſertim cum dicat Cyrillus n. 19. ſic breui elatom Euthymium per totam euaſiſſe ſolitudinem, *vt nec eius quidem nomen tota caperet Paleſtina*? Planè eo quod Euthymius non multos adbuc in Monaſtica paleſtra exegerat annos, cum Hieronymus iam iam decrepitus finem ſcribendi feciſſet obiit namque Hieronymus ſenex admodum iuxta Dextrum A.C. 426. vel 420. vt Proſpero placet (vter verò veriùs ſcripſerit difficile iudicatu eſt, vt notat Biuarius in Comment. Dextri A.C. 426.) Euthymius quo iuxta Cyrillum deceſſit A.C. 465. cui ſubſcribit Haræus in compendio Surij, vel vt veriùs puto A. C. 472. iuxta Onuphrij Faſtos, cui fidem facit Baronius ibid. & loc. cit. in Not. Martyr. Cum autem Euthymius Cyrillo teſte in Actis receſſerit ab vrbe Melitone in ſolitudinem vigeſimum nonum agens ætatis ſuæ annum & quinque annos tranſegerit in Phara ſolo Theoctiſto comite natus, ibiq; atque in aliis eremis vſque ad 52. ætatis ſuæ ageret; atque clarum ſe fieri cernens, iterum atque iterum Lauræ Pharæ dedicato templo in vaſtam Rubæ ſolitudinem ſeceſſerit, quam diu poſt 52. ætatis annum incoluiſſe narrat Cyrillus, conſequens eſt vt penè ſexagenarios à Ruba in Lauram, & Cœnobium redierit, vbi cœlitus monitus Lauretìcam, & Cœnobiticam vitam agentibus leges tulit. Vnde palam fit, Euthymum prope A.C. 436. celebrari fama cepiſſe, ac nomine ſuo Paleſtinam implere; cumque decem retro ab hinc annis Hieronymus decrepitus obierit, anno ſcilicet 426. vel 420. oportet vix Euthymij celebritatem nactum fuiſſe Hieronymum. Quod ſi vera eſt opinio Baronij, obitum Hieronymi ad A. C. 404. retrorrahentis, indubitatum omnino ſit Hieron. Euthymij tyrocinium vix agnouiſſe, ac proinde, vt nec illius meminiſſe potuerit.

3\.

Euthymij miracula.

Meminit autem magni Patris Euthymij cum honore Romanum Martyrol. 20. Ianuar. ſub hoc elogio. *In Paleſtina natalis S. Euthymij Abbatis, qui Zelo catholicæ diſciplinæ, & virtute miraculorum tempore Mariani Imp. in Eccleſia floruit.* Et quidẽ miracula eius (vt refert Nicephor. lib. 14. Hiſt. Eccl. c. 52.) cuiuſdam Perſarum Tribuni filius morbo liberatus, cœli ianuæ apertæ, atque ſterili terræ fertilitate orationibus conciliata; mulieres fœcunditati redditæ; lux cœlitus perinde ac columna nubis affulgens, quum ſacris myſticis operaretur, ipſum circumdans; panes diuinitus aucti, vel diſcoli quoque caſtigati

Labores Eccleſiæ.

fratres, & rurſum ſanati: Labores cõtra impium Theodoſium Imp. ſuſcepti, ſanctam Synodum Chalcedonenſem impugnare tentantem, & in Eudociam Imperatricem à falſis Monachis deceptam, huiuſque monitis ad meliorem frugem receptam, quoſque pro expulſis à Hieroſolymitana aliiſque ſedibus pertulit: hæc, inquam Zelũ catholicæ Religionis, quo vir tantus feruebat, ſatis ſuperq; produnt.

Vnde Abbatis nomine appellatus.

Quo autem fundamento *Abbatis* nomine in tabulis Eccleſiaſticis illius memoria refricetur non aſſequor, cum Cyrillus, paleſtræ Euthymianæ Monachus, ipſiuſq; fideliſſimus Hiſtoriographus, neq; Euthymium neque alium Scholæ eius Prælatũ *Abbatem*, nuncuper, *Præfecti* vero nomine paſſim vtatur eoq; Monaſterij illius ſucceſſores aliorumq; Cœnobiorum curam gerentes indigitet. *Cum Monachorum ſuſcepiſſem habitum* (inquit Cyrillus n. 89. de ſe ipſo loquens) *quærebam honeſtam occaſionẽ* (recedendi in ſolitudinem.) *Cum nullam autem aliam inuenirem, præ me tuli magno me teneri deſiderio videndæ dedicationis Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, & petij, vt illud ire liceret. Dimiſſus autem à Præfecto* &c. Vbi conceptis vt vides verbis à *Præfecto* licentiam obtinuiſſe prodit, & ſic alias Rurſus Cyrillus ipſe de Euthymio loquens *Magni Patris* nomine ipſum compellat, *Patrem* etiam, atque *Præfectos* Theoctiſtũ; Geraſimum, Domitianum, Sabam, cæteroſque Præſules Monachorum dicit; de nomine autem *Abbatis* altum vbiq; ſilentium. Vnde mihi coniector *Abbatis* nomen titulo vitæ Euthymij à Metaphraſte ſolius honoris cauſa *Magni Patris* appellationi abſque fundamento additum fuiſſe. Sed ad Monaſticem ab ipſo excultam (quod noſtrum eſt) accedamus.

4\.

Tria Monachorum genera.

Quæ in re, quô facilius dicendis lucem affeiamus, aduertere oportet, tria Aſceticæ vitæ genera, quibus Euthymius, Sabas, aliiq; Patres & Legumlatores ſæculi huius Monachos inſtituebant, litteris expreſſa à Cyrillo inueniri. Primũ

Solitudo.

eorum qui ſolitariam ſeu Eremiticam ſeorſim vitã agebant (qualis ea fuit ad quam vehementer Euthymij animus propendebat, quamq; pluribus annis excoluit, vno tãcum Theoctiſto, vel Domitiano adhibito comite) ſed non omnino à ſubiectione & cura Prælati abſoluti, vt ſtatim

Laura quid?

apparebit. Secundum vitæ genus eſt Anachoretarũ, qui ſingulas cellulas ſeparatas quidem, ſed parum inter ſe diſſitas incolebant ſub cura Præfecti, certiſque diebus in Cœnobium ad Synaxim, Collectas, diuinaque opera

conueniebant. Hæc autem habitatio *Laura* nomen accepit, qualis ea celebris fuit *Phara* dicta, & aliæ de quibus infra, quarum aliquæ ad quinquaginta, & aliæ ad 70. cellulas, totidemque Monachos Anachoretas attigere. Id apertè prodit Cyrillus num. 63. inquiens: *Cum aliquando veniſſet* (Eudocia Imper.) *ad eam* (Pharæ lauram) *ſpectandam, vidit lauram Euthymij poſitam in media ſolitudine, & quemadmodum cellæ fratrum erant à ſe inuicem ſeiunctæ.*

Cœnobium.

Tertium vitæ genus eſt *Cœnobitarum*, qui in Monaſterio pluribus, iiſque continuis intra certa ſepta cellulis ædificato communem vitam agebant. Ibique ſub cura Prælati in Aſcetica diſciplina, ærumnis atque laboribus ſe exercebant: vnde velut è Nouitiatu aliquibus tranſactis annis, ad lauram probati pugiles, quaſi in arenam, deſcendebant; ac tandem in laura fortiores effecti ad ſingulare certamen in ſolitudinem vaſtam deueniebant: taliter vt gradatim à ſæculo in Cœnobinm, à Cœnobio in lauram, à laura in ſolitudinem, maioris & maioris perfectionis ergo tranſitum facerent. Siue (vt in abſtracto loquar) à Cœnobitica, conuerſatione ad Anachoreticam, & ab Anachoretica ad Eremiricam gradus erat. Quorum omnium expreſſam fecit mentionem D. P. N. Benedictus cap. 1. *de Generibus Monachorum.*

5.
Explicatur Cœnobij lauræ & ſolitudinis differentia.

Diuerſa hæc Inſtitutorum genera, & Monachorum habitacula paſſim in vita Euthymij, Sabæ, aliorumque Patrum huius æui promit Cyrillus: ſed paucis & quidem conceptis verbis dicta exprimit in præſenti, num. 57. vbi de Geraſmo Euthymij aſſecla, & in Monachatu conductore loquens inquit: *Hac magnus Geraſimus, qui Iordanis ciuis ſimul fuit, & patronus* (eu ſolitudinem) *cum maximam illic lauram, qua non pauciores quam 70. Anachoretas habebat* (ecce laura) *& præterea Cœnobium in medio eius collocaſſet.* (Quid clarius? Nunc ad inſtituta) *curabat, vt qui introducebantur Monachi, manerent in Cœnobio, & vitam Monaſticam exercerent: qui autem crebris & longis ſe laboribus exercuerant, & ad perfectionis menſuram iam peruenerant, eos in iis qui vocantur Cellis* (nempe in laura) *collocans, ſub hac iubebat viuere regula: vt quinque dies hebdomadæ vnuſquiſque in ſua cella ſileret, nihil guſtans quod eſſet eſculentum, niſi panem & aquam & dactylos* (nota ſtrictiſſima lauræ ieiunia, & ſilentium) *Sabbato autem & Dominica venientes in Eccleſiam* (ad ſynaxim ſeu Collectam) *cum participarent ſanctificata* (id eſt ſacram Euchariſtiam) *cocto vterentur in Cœnobio, & ſumerent parum vini.* Et ſupra num. 56. refert, quod cum Euthymium acceſſiſſet R. Sabas adhuc iuuenis, & nondum barbæ primam habens lanuginem, rogans vt ſub eo maneret: *Non oportet, ò fili,* (reſpondit Euthymius) *te, cum ſis adeo iuuenis, & imberbis, in laura verſari. Magis enim expedit; vt qui tales ſunt, degant in Cœnobio*, quò ſcilicet mitius cum tenello adhuc puero & nondum exercitato inibi quam in laur[blot] geretur, vt ibidem explicat: quod amplius ex iam dicendis n. ſeq. conſtabit.

6.
Omnes idē cōmunitatis corpus efficiebant.

Hinc manifeſtum fit, tria hæc Monachorum genera, in Cœnobio, Laura & Eremo degentium, vnicum corpus Communitatis, vnumque gregem conſtituiſſe, atque eidem Præfecto locali, vel in Cœnobio (quod in medio lauræ erat extructum) vel in laura reſidenti obedientiam præſtitiſſe, vtpote cuius gubernabantur legibus, & præceptis parebant. Prodit rem hanc luculenter Cyrillus cap. 58. vbi cum narraſſet legem à Geraſimo Præfecto latam, *vt exeuntes cellas, dimitterent apertas, vt liceret ei, qui vellet ingredi, & quod vellet accipere ex illis quibus ad vſum neceſſarijs nemine prohibente*, rationem legis aſſerens adiungit: *quin etiam ipſi quoque cernerentur viuentes Apoſtolicè, & eſſet eorum quoque qui habitabant in ſolitudine,* (En Eremitas ſub lege Præfecti comprehenſos) *eis conſimiliter cor vnum, & anima vna, &c. Porrò autem hoc quoque dicitur de Anachoretis, quod cum quidam ad eum* (nempe Geraſimum eundem) *acceſſiſſent, & peterent, vt ſibi liceret aquam calefacere* (de vſu aquæ calidæ v. l. 2. c. 12. num. 61.) *& coctum ſumere, & ad lucernam legere* (nota tres licentias ab Anachoreſis Lauræ à Præfecto petitas) *magnum reſpondentem Geraſimum dixiſſe; Si ſic vultis viuere, multo magis expedit, vt vos viuatis in Cœnobio. Ego enim nequaquam permittam toto vitæ meæ tempore hoc fieri apud Anachoretas.* Quibus apertè Eremitas, Anachoretas, ac Cœnobitas in vno communitatis corpore exprimit, vnico Prælato obedientiam præbentes.

Geraſimus cum Præfectus.

7.
Euthymius ſolitudinis auidus.

Iam vero qui & quales fuerint Euthymij ſectatores, & quæ & quot ædificata Cœnobia, & Lauræ; & quantum ſe extenderit paleſtræ huius diſciplina, breuiter aperiamus. Et quidem quod Euthymius ipſe forma factus gregis omnes ſui Monachatus gradus percurrerit, tum ſolitudinis, & Lauræ, tum etiam Cœnobij accola, ac tandem ſolitudinis cultum, in quo, vt vidimus, vltima Monaſticæ perfectionis linea tunc temporis poſita erat, totis viſceribus fuerit amplexatus, adeo certum eſt, vt poſtquam ab vrbe in Eremum ſeceſſit, raro lauram, & rariùs Cœnobium adierit, quouſque Deo reuelante didicit voluntatem ipſius eſſe, vt communem vitam ageret in Cœnobio, quò pluribus prodeſſe poſſet. Atque vt ab ouo, vt aiunt, incipiamus, vix Acacij & Sinodij ferulæ manum ſubduxerat, à quibus vberem doctrinæ ſementem in animi ſinu acceperat, & iam Eremiticæ vitæ rigidis puer adhuc ſe adſtringebat Inſtitutis infra tradendis, quæ toto vitæ curriculo aſſeclas ſuos edocuit. *Cum ſic autem fuiſſet educatus, & inſtitutus*, atque lectorum choro coaptatus, *& proceſſiſſet per omnem graduum* (Eccleſiaſticorum) *conſequentiam, ab eo qui tunc erat Epiſcopus Melitenes, inuitus, eum tradente virtute,* (Presbyter) *ordinatur, & eius fidei committitur cura Monaſteriorum quæ erant in ciuitate.* Hæc Cyrillus num. 5. & ſubdit: *Sed quoniam quietis & ſilentij eum ab ineunte ætate magnum tenebat deſiderium reputans* (vt compendio refert Haræus) *curam Monaſteriorum ei ad virtutem afferre impedimentum fuga, ita vt erat ſe mandat; & clam ab vrbe egreſſus ætatis ſuæ anno 29. ad adoranda ſacra & veneranda loca vadit Hieroſolymam:* quo videas quanta prudentia & ſanctitate iuuentutem geſſerit, qui 29. annum agens Melitenſia iam rexerat Monaſteria.

Melitenſia regit Monaſteria.

8.
Secedit in ſolitudinem cum Theoctiſto.

Inde autem vno tantum comite Theoctiſto, *qui eandem vitam quam ille exercebat, & idem ſibi vendicabat Inſtitutum in Catila ſolitudinem peruenerunt*, inquit ibidem Cyrillus. Inde rurſus in Pharam ſolitudinem: iamque quinquennio in eremi exercitatione tranſacto. *cum celari illorum virtutes* (ait numero 7.) *Deus non*

amplius

Digitized by Google

amplius ſuſtinuiſſet (quomodo enim, cum nec horti clauſi, nec fontis ſignati ad multos redeat vtilitas ?) ſed vellet potius eos quoque (cœnobiticam inſtituere vitam , & ita) *eſſe aliis cauſam ſalutis, & copioſum aliquod bonum & in commune vtile, hoc in eos vtitur conſilio & prouidentia. Quidam paſtores Lazary adducunt aliquando oues ad torrentem* ſpecui eorum propinquum , & cum obtotum in ſpeluncam immiſiſſent , vident eos imminentes capiti : cumque territi ſpectaculo fugerent (num. 8.) *ne timeatis ô fratres dicebant, ne timeatis: tunc paſtores auſi ſunt ad eos aſcendere. Deinde vero non ceſſarunt de cetero incolæ Lazary eis miniſtrare quæ ſunt neceſſaria.* Qua cum Pharæ habitatoribus innotuiſſent , & *didiciſſent vbinam habitarent, aſſiduè ad eos ventitabant. Et primum quidem duo ex fratribus ad eos accedentes Marinus & Lucas, non ſunt amplius reuerſi , ſed à verbis eorum & virtute capti, tanquam ab aliquibus Syrenibus , ſe ipſis tradunt tanquam patribus, & animarum curatoribus.* Euthymius verò iam pridem regimen animarum in Melitenenſibus Cænobiis expertus (n. 9.) *cum ſupinis manibus eos excepiſſet, exercitationis Monaſticæ inſtitutum eos tam pulchrè docet, vt iidem quoque tempore, quod eſt conſequutum in locis quæ ſunt circa vicum Metopa clari extiterint, & Monaſteria conſtruxerint , & magnum illum Theodoſium, qui fuit princeps & autor Cœnobiorũ quæ ſunt in ſolitudine* (quale Theodoſij encomion !) *ad Monaſticam perduxerint perfectionem.* Quid rurſus ? *Multi ad ipſum* (Euthymium) *tanquam ab aliquo vnguenti odore moti , quotidie confluebant , & rogabat vnuſquiſque eorum , vt cum ipſo habitaret; & ſub eo duce viueret* (en qualiter breui creſcebat in dies numerus diſcipulorum) *& animam componeret , & doceretur ea quæ ſunt ſpiritualia.* Verum quid ageret Euthymius iam diu ſatis ibi Præfecturæ Angelicis humeris, formidabilis laborum ac periculorum conſcius: *Sed ille* (Subdit) *volens habere purum & immixtum bonum quietis, ac ſilentij, omnem eorum qui adueniebant curam beato commiſit Theoctiſto ; ille autem, qui ei nunquam recuſabat parere, protinus quidem mandatum accipit, omnia vero adminiſtrabat ex ſententia Euthimij.* Eo prima eius Monaſteria.

Qualiter inuentus.

* Marinus & lucas primi diſcipuli.

Ambo clari.

Magnus Theodoſius eorum diſcipulus.

Creſcit diſcipulorũ numerus.

Prima Euthymij Monaſteria.

9\. Maris.

Fuere igitur Marinus & lucas primi Euthymij magni diſcipuli. Deinde Maris , auunculus cuiuſdam Terebonis nobilis, quem manu arida laborantem ſuperno monitu ſibi accerſitum curauerat Euthymius : cum enim Aſpebertus quidam Græcus dux tribus Sarracenorum Terebonis pater , Terebon etiam ipſe, pluresque alij eum comitantes ſacro lauacro ab Euthymio recepto in propria redirent *Maris* (ait Cyril. n. 18.) *qui fuit Terebonis auunculus non amplius voluit retro aſpicere, neque amplius omnino ſuſtinuit diſcedere à Monaſterio, ſed cum ei omnes conſecraſſet facultates , & parui feciſſet quæcunque ſunt in mundo per totam vitam ſub eo viuere ſtatuit, magno duce & præceptore* (Euthymio) *vtens.* Sed vero cum multi vndique ad ipſum quotidie confluerent, quos iam ſpelunca illa præ anguſtia capere non valebat *in animo habebant* (Theoctiſtus & alij) *in ſpelunca ipſa conſtituere Lauram ad figuram Pharæ : ſed quia loco inerat aſperitas , & quod iis* (Euthymius (*eſſet propemodum inuitus* (propendens vtique in ſolitudinem) *non ſinebat in eo aliquam conſtituere Lauram , ſed in ipſo aditu præcipitij Cœnobium ædificant fratribus , & ſibi ſpeluncam transformant in Eccleſiam, in qua quiete & ſilentio magnus aſſidens Euthymius erat curator animarum, & medicus peritiſſimus.* Hæc ille.

Aliud Cœnobium.

10\. Rurſus cum in vico Ariſtobuliade cuiuſdam filius à dæmone vexaretur, & Euthymium adductus liber euaderet n. 22. *Cum breui miraculum totam peruaſiſſet ſolitudinẽ ex ipſa Ariſtobuliada, & iis, qui circum circa erant vicis, ad eum concurrunt , & ei Monaſterium conſtruunt , in quo etiam multi pij ac Religioſi ſtatuerunt permanere, Deo deſuper ſuppetente ea, quæ erant ad corporis vſum neceſſaria.* Quid tunc Euthymius ? *Poſtquam autem* (n. 23.) *hic quoque multos vidit confluentes (ipſa enim ſolitudo erat circum circa ſepta vicis, & qui erat apud ipſum theſaurus , vocabat amatores harum ſpiritualium & cæleſtium diuitiarum) rurſus accipiens ſuum diſcipulum Domitianum, reuertitur ad fratres & beatum Theoctiſtum.* Sed ab amore rurſus quietis, ac ſilentij iterum raptus , quo ferebatur quocumque ferebatur , *ad tertium lapidem remotus à Cœnobio cum diſcipulo* (Domitiano) *illic per iam ingreſſus eſt ſpeluncam, & in ea eſt verſatus.*

Aliud Cœnobium.

Plures alij diſcipuli.

Iterum ſeceſſit in ſolitudinem.

11\. Vlterius. Cum Aſpebertus Terebonis pater , qui in ſacro fonte *Petri* nomen ſimul cum baptiſmatis lauacro ſuſceperat ab Euthymio, ipſum inuiſendum rediret, *cumque vidiſſet* (n. 25.) *& domo carentem , & inopem ſedentem in ſolitudine, pro maximis beneficiis* (in curatione Terebonis filij eius manu arida laborantis acceptis) *mediocrem vtique referens gratiam , ædificatoribus magna mercede accerſitis , magnam ciſternam, & quæ duo habebat oſtia ſedis in horto & panis faciendi officinam apud ciſternam ædificat , & tres cellas conſtruit Euthymio. Inter eas autem extitat oratorium, adeo vt nullius , quæ ad vſum pertinebant , egeret Euthymius.* Vide Monaſterium ſingulis partibus & officinis conſtructum. Sed à quibus, quæris, inhabitatum ? Audi Cyrillum n. 27. *Non habebat magnus Euthymius in animo nec Cœnobium , nec omnino Lauram in illo loco conſtruere. Propterea quando aliqui ad eum venerant mundo renuntiantes tranſmittebantur ad B. Theoctiſtum. Cum autem iam supernè diuina ſapienter ſtatuerèt prouidentia , vt hæc habitaretur ſolitudo ad eum accedunt quidam numero tres , fratres ſecundum carnem , qui germana quidem erant Capadociæ* (Magni fortaſſe Baſilij) *educati autem in Syria* (an ſub Chryſoſtomi diſciplina ?) *& in virtute & doctrina ſe illic exercuerant , Coſmas* (qui poſtea Scytheopolis Epiſcopus ordinatus fuit (n. 67.) atque ipſe forſan Epiphaniæ Orontem fluuium tangentis Epiſcopatum geſſit , teſte Euagrio lib. 3. c. 33. & Baronio A. C. 513.) *Chryſippum* (cuius ea eſt ſubſcriptio in Synodo Epiri A. C. 516. *Ego Chryſippus Epiſcopus Cercanes retuli*) *& Gabrielius.* Qualiter autem in eorum ſuſceptione ſe geſſerit Euthymius , infra eius Monaſtica proferentes Inſtituta dicemus.

Aſpebertus ædificat Monaſteriũ.

Eius accolæ Dei reuelatione Cœnobium ædificat, & habitat.

Coſmas Chryſippus Gabrielius.

12\. Pergit Cyrillus n. 58. inſigniores Euthymij Cœnobium iam incolentis ſyllabo adſcribere diſcipulos. *Poſt eos autem* (Coſmam Chryſippum & Gabrielium) *ſe ipſum promiſit omnibus ingredi volentibus , & erat ad excipiendum deinceps paratiſſimus* , nolens de cætero Deo reſiſtere , qui ipſum Patrem , & Præceptorem tantæ Scholæ delegerat. *Nam excipit quidem quemdam Dominum ex Antiochena quidem ciuitate profeſſum , patruelem vero Ioannis, qui illi præerat Ec-*

Domnus.

cleſia, poſt Præſulem Antiochenum iniuſtè à Dioſcoto, impiiſque eiuſdem ſectatotibus ſede priuatum in conciliabulo Epheſino, poſt à S. Synodo Chalcedon. reſtitutum, de quo Baronius & alij ad A.C. 535. *Poſt eos verò Ioannem quoque ex Raytho Presbyterum* vitum quidem virtutibus admirandum, cuius hortatu S. Ioannes Climacus ſcalam ſpiritualem 30. graduum exarauit, de quibus infra cap. 8. *& Anatolium:* (hæreo an ille fuerit Epiſcopus Conſtantinopol. quem toties D. Leo Papa reprehendit; qualiſque fuerit Dei iudicio diſcernendum relinquit Baronius A.C. 458. num. 30. *& Thalaſium*, quem è tribus hac tempeſtate ſcriptorum literis celebratis, quorum alter Conſtantinopolitanus, alter Cæſareæ Capadociæ, Andegauenſis alter, qualis iſte fuerit, dubito: *Deinceps autem Cyrionem quendam ex Tyberiade, qui ipſe quoque erat Presbyter templi quod Scythopoli martyri poſitum eſt Baſilio. Cum eos ergo ſuſcepiſſet* (Euthymius) *Petrum adhortatur Epiſcopum* (Sarracenorum qui, erant in Paleſtina ad Euthymium congregati, vt refert Cyrillus num. 26. quemque Euthymius ipſe baptizauit, & ex Aſpeberto *Petrum* in ſacro fonte vocauit, vt nuper tradidimus) *vt eis paruas quaſdam cellas conſtruat, & eis templum ſcitè adornet. Et ſic breui illic lauram conſtituit, quæ ea, quæ eſt in Pharam nihilo erat inferior.*

Ioannes Raythenſis.

Anatolius.

Thalaſius.

Cyrion.

Petrus Sarracenorum Epiſc. his Lauram conſtituit.

13. *Deinde verò ipſe quoque Iuuenalis Patriarcha* (Hieroſolymitanus) *cum S. Paſſarionem, qui tunc erat Chorepiſcopus, & Heſychium accepiſſet Presbyterum, accedit ad lauram & templum, quod eſt illic: dedicat, cum natus eſſet Euthymus duos & quinquaginta annos. Propter hæc magnus gaudebat Euthymius, & animi tranquillitate plenam habebat animam, & maxime quod Paſſarionem, cum Patriarcha* (Iuuenali) *& diuinum Heſychium, qui in reliquo eorum qui ſe exercebant choro erant inſignes in laura degentes cerneret.* Hic ille celebris Iuuenalis prius in fide ſuſpectus, à S. Leone Papa crebro repræhenſus, in bello ceruus in pace Leo, qui malis artibus mentiſque ſcriptis contra Nicœnum Concilium inuaſit iura Primatus, nullaque geſſit optimo Epiſcopo digna, vt notat Baronius A.C. 454. num. 21. poſtmodum autem libellum de Tranſitu Virginis exarauit, vt tradit Nicephorus lib. 2. cap. 23. & lib. 15. cap. 14. & tandem, vt vides, Monachatum ſimul ac Pontificatum in Laura Euthymij cum ſupremo die feliciter coniunxit. Huius inſignis Lauræ diſpenſationem Domitiano credidit Euthymius vt ibi tradit Cyrillus, atque miraculo magni Patris multiplicationis panum pro alimento Monachorum enarratio, ſubdit num. 30. *Hinc confluxit bonorum, vt dicitur cumulus, cœpitque proſpera, & fœlix eſſe Laura, & eius amplificari multitudo, & deductus eſt fratrum numerus ad 50. & vnicuique eorum fuit ædificata cella, & quotidie ſacra peragebantur myſteria.*

Iuuenalis Patriarcha Monachus factus.

Heſychius.

Laura Petri Sarraceni.

Domitiano credit.

14. Nouam adhuc in Veteri Suca ſitam Lauram num. 53. commemorat Cyrillus, in qua Cyriacus prius Anachoreta, deinde Euthymij diſcipulus Septuaginta ferè annis ſeſe exercuit, cuius accolas profert Maronem & Clematium. Nouiſſimum num. 54. *Scholarium* nomine Monaſterium in turri quadam ab Eudocia Imper. ædificata refert erectum. Ac tandem num. 63. *Beata Eudocia* Imperatrix Euthymij monitis reddita Orthodoxa, *cum quamplurima templa Deo ædificaſſet & Monaſteria, quæ nec facilè quidem poſſunt numerari, conſtruxiſſet iuſſit in quodam ex iis templis quæ erant ab ea ædificata, quod eſt ſacrum Principi Apoſtolorum, ſitum autem eſt è regione Lauræ Euthymij, ciſternam valdè profundam, ſimul & latam fodere, gratia alicuius vſus neceſſaria.* Opera quidem æquè plura atque Imperialem Eudociæ animom demonſtrantia.

Laura veteri Sucæ.

Scholarium.

Eudocia ædificat innumera Monaſteria.

Floruit etiam in ſchola Euthymij magni nominis Anachoreta Geraſimus, cuius res geſtas recenſet etiam in præſenti Cyrillus, atque earum aliquas imprudens autor ſuppreſſo nomine à Baronio citatus A.C. 475. in fine, D. Hieronymo adſcribit, nominum fortè ſimilitudine deceptus. Dedit etiam Geraſimus Lauram totque Cœnobium ſuum incolentibus Inſtituta Monaſtica tanti viri ſpiritum redolentia, quæ permixtum cum Euthymij præceptis, quibus in Monaſticis eruditus eſt, quaſi eiuſdem ſpiritus documenta proferemus. Suſcepit etiam ad ſe Magnus Euthymius ex monte Nitria venientes Eliam Arabem, qui cellulam ſibi ante ciuitatem Hiericho ædificauit, vt refert Cyrillus num. 61. *Et acceſſionibus ab eo factis paulatim dilatata tranſmutata eſt in ea quæ nunc cernuntur Monaſteria:* & Martyrium Capadocem, qui prius Lauram ingreſſus, deinde *magnũ quoddam & inſigne illic quoque conſtruxit Monaſterium*, quique poſtea in Hieroſolymitana ſede ſucceſſor Anaſtaſio: & Sabam celeberrimum, atque ſanctiſſimum Patrem Monachorum, de quo latè cap. ſeq. pluresque alios penè innumeros, literis ſanctitate, ac dignitate ſæculi claros. 15.

Geraſimus qualis vir.

Elias.

Martyrius.

Sabas.

Vidiſti, Lector, & admiratus es tot tantiſque viuis atque mortuis lapidibus florentem Euthymio ſuperſtite ipſius extitiſſe palæſtram, neque ægrè, vt credo, tuliſti præcipua illius lumina atque gymnaſia prolixè & cumulatè enumeraſſe. Vnum tamen præter cætera miraberis, Euthymium nempe tot tantiſque Cœnobiis, Lauris, Eremis, eorumque incolis abſoluta, priuatiua atque Monarchica poteſtate præfuiſſe, plenamque Præfecti Generalis iuriſdictionem tum erga loca, tum etiam erga ſingulas exercuiſſe perſonas. Hoc mihi primo compertum eſt ex abſoluta atque independenti diſpenſatione, qua pro arbitrio ſingulis Cœnobiis, lauriſque prouidebat Præfectos, quoſque dignos iudicabat, ad Præfecturam promouebat. Et quidem Pharæ Lauram cuius Præfectum localem agebat in ſolitudinem ſecedens pluries Theoctaſto cõmiſiſſe paſſim tradit Cyrillus. Sed (quod ad rem præcipuè attinet) de Laura illa à Petro Sarracenorum Epiſcopo erecta loquens inquit num. 29. *Cum magnus ille* (Euthymius) *illuc vidiſſet* (hoſpites quoſdam) *diuertiſſe, vt ſe à labore itineris aliquantiſper recrearent, vocat Domitianum, cui ab eo fuerat credita illius Lauræ diſpenſatio, & iubet, vt eis menſam apponat.* Perpende *cui ab eo fuerat credita*, & *iubet &c.* Quid tunc poſtea? cum excuſaretur Domitianus ab hoſpitio prætextu ægeſtatis Lauræ, magnuſque Euthymius quo hoſpitibus ſubueniret panes miraculosè multiplicaſſet, *procidit Domitianus ad pedes magni Euthymij petens ab eo veniam* diffidentiæ ſuæ (vide ſubditi humilem ſatisfactionem culpæ commiſſæ) *Euthymius autem cum Domitiano beneuolam mentem, & manum porrexiſſet,* 16.

Prælatum generalem agit Euthymius.

Domitiani humilitas.

porrexiſſet, in Deo confidendum monens, *ô fili, inquit, &c.* vide Patris blandam quidem increpationem, ſed quæ Superioris Prælati ſanius prodit autoritatem, his; *ô fili, &c.* Vlterius, de Monaſterio ab Eudocia Imper. prope Lauram Enthymij erecto, & nuper memorato loquens

Manu Præfectus. num. 66. inquit; *Magnus autẽ Euthymius cum Marum patruum Terebonis ex virtute viuentem, & iam ætate prouectum Monaſterij Præfectum conſtituiſſet, reuertitur ipſe quoque in ſuam Lauram.* Sed cum Maris biennio in Præfectura tranſacto

Longinus Euthymij ſucceſſor. è vita migraſſet. Euthymius *cuidam Longino propter vitam laude digno committit curam Monaſterij.* Tandem qualiter iam iam moriturus Euthymius ius eligendi ſucceſſorem ad Monachorum ſuffragia deuoluerit, quo plus abſolutam, qua viuens potitus eſt iuriſdictionem explicauit, vide infra a n. 35.

17. Viſitatio. Secundo eadem plena Euthymiani Generalatus poteſtas, ex viſitatione generali Monaſteriorum, & culpatum iudicio comprobatum, dicendis inferius num. 30. Mitto poteſtatem ferendi leges, quibus Cœnobia, Lauræ, ſolitudi-

Legum latio. nea eorumque accolæ tenebantur. Sed vero quia in Cœnobio & Laura degentium, affinis erat viuendi ratio, ideo tantum Inſtitutorum genera perpendere opus erit, communem ſcilicet, & ſolitariam ſeorſim vitam degentium, forſam quidem ſcripto vt notauimus num. 34. maximè autem exemplo, quod viua Regula eſt, ſibi ſubditis ab Euthymio tradita, quippe qui vt pulcbrè notat Nicephorus lib. 14. cap. 52. *In tantum virtute enituit, vt Canon eſſet, & formula Inſtituti Monaſtici.*

§. II.

Cœnobiticam, & Laureticam vitam in communi degentium ſub Euthymio mores, & Inſtituta.

18. Præfectus qualis eſſe debeat. ERat (Euthymius) *curator animarum, & earum quas à vitijs accipiunt plagarum, & vulnerum, à quibus ſæpè malè afficiuntur medicus peritiſſimus. Quæ quidem experientia, & prudentia, & egregia diſcernendi ſcientia apud ſe collegerat, adeò vt in eo propemodum impleretur illud diuini Hieremiæ. Probatorem te dedi populi mei, & dum tu probas, cognoſces viam eorum.* Hæc Cyrillus in Actis Euthymij num. 10. idque paſſim egiſſe teſticat; præſertim num. 23. vbi. *Cum duo quidam* (inquit) *è fratribus Maro, & Clematius aſperam illam, & difficilem in Laura agendo vitam defeſſi, inter ſe conueniunt vt illinc clanculum effugerint, & ſe noctu furtim ſubriperent.* Quid Euthymius fratrum agitatione præcipit ſupremo monitu notata? *Accerſit fratris eis ſuadens, admonens, rogans, docens, differens, prolixam orationem habens de tolerantia, &c.* Auſpicatò ſanè Magni huius Patris diſciplina à Præfecti moribus, ſcientia prudentia, & experientia ſumpſit exordium, à quibus etiam Regulam ſuam exordium D. P. N. Benedictus qui numeratis cap. 1. Generibus Monachorum de quo ſupra num. 4. ſtatim cap. 2. Abbatis mores, ſcientiam, prudentiam & experientiam cap. 2. perquirit. Sed quî poterat quantumuis doctus, prudens, atque expertus Præfectus erga ſibi ignota & occulta ſubditorum vulnera animarum agere Medicum? Dicat Cyrillus n. 10.

2. *Quotidie ad eum accedentibus fratribus, & ei cogitationes aperire non verentibus, dabat vnicuique conueniens malo medicamentum.* Id Sci- 19. Cogitationes præfecto aperiendæ.
thiotis, quorum ſectatur Euthymius veſtigia, in more poſitum erat vt notauimus lib. 3. cap. 5. num. 43. Idemque ab vtroque fonte in pelagus Benedictinæ Regulæ deriuatum haud dubites, cap. 7. Gradu. 5. humilitatis his verbis: *Humilitatis gradus eſt, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſcondité commiſſa per humilem confeſſionem Abbati non celauerit ſuo*: vt ſic morbus medico pareat, & æger recipiat ſanitatem. Recto deinceps ordine medico in omni ſapientia inſtructo ad medicamentorum parandam apothecam virtutes ſcilicet Monaſticas, quibus animarum morbi curantur tranſit Euthymius. Et quod caput eſt n. 11.

3. *Sæpe etiam admonebat paternè, & communiter cum eis differebat* (Nota in tranſitu diſputationes de moribus, & de diuinis ſcripturis quibus frequenter in Collectis ſuis Ægyptij Monachi vniuerſi exercebantur, & periculum de animarum curationibus & medicamentis fiebar. Vide dicta lib. 3. cap. 6. num. 22. & 59. & alibi. Diſſertationum autem frequentiis & communium materiam & obiecta exprimit) *dicens oportere quidem eos, qui mundo renuntiant, & ijs quæ ad mundum pertinent, vbique curam gerere.* ibi. Diſſertatio de moribus.

4. *Obedientia.* Vide D. Benedictus cap. 5. eodem ordine procedentem.

5. *Humilitatis.* Vide apud eundem c. 7. per totum.

6. *Propriam non ſequi voluntatem.* Vide ibi Gradu. 1.

7. *In votis ſemper habere mortem.*

8. *Supplicium quidem perhorreſcere.*

9. *Regnum cœlorum deſiderare.* Tria hæc fere ad verbum lata ab eodem inuenies ad c. 5. cui titulus. *Quæ ſint inſtrumeta bonorum operum.*

10. *Se omni tempore dedere laboribus, manuumque artificio, & operationi, & maximè quidem, ſi is eſt iuuenis, & cuius appetitio, & impe-* 20. Opus manuum.
tus moueantur ab ætate. Tunc enim oportet præter aliam eius cuſtodiam, corpus quoque exercere multa afflictione, vt pareat rationi, & feruor flacceſcat iuuentutis: & vt Pauli imitatores, & diuinarum eius legum ſimus adimpletores, non otij crimen ſolummodo vitantes, ſiquidem ne alimento quidem eum dignum iudicat, qui eſt adeo habes, & negligens; ſed eaſdem quoque, quas ille, manus habentes: Manus enim, inquit, hæ mihi ſuppeditauerint, & iis qui erant mecum. Et n. 91. loquens Cyrillus de Inſtitutis Euthymiani Cœnobij, in quo paulo poſt Magni Patris obitum, habitum ſe ſuſcepiſſe, diuque vixiſſe narrat, hæc habet: *Cum nos autem aliquando colligeremus alimentum in ſolitudine; id vero erat, quod vulgo ſolet nominari Manuthia, &c.* Loci proculdubio paupertas, ac Cœnobij neceſſitas in frugibus ad alimentum colligandia per ſe ipſos occupari Monachos vrgebat: nam reditus annuos ab Eudocia Imperatricè iam Orthodoxa donatos acceptare renuit Euthymius, vt patebit infra reg. 31. *Manuthia* autem (nî fallor) vox erat in Prouincia illa non quidem vrbans, ſed ruſtica & agreſtis, ad aliqua ſemina, oleráve, aut arborum naſcentia poma à Paleſtino agricolarum vulgo vſurpata, qua reor vſum Cyrillum, vt ſermonis antiquitatem, & narrationis ſinceritatem Manuth.

in

in omnibus retineri videretur. Niſi velis alimentum illud *Manuchia* dictum, & in ſolitudine collectum, vocum dumtaxat ſimilitudine fretus quoddam genus mellis ſyluestris ſignificari, cuius magna copia in Lybano monte concuſſis arboribus colligi referr Galenus lib. 3. Alimentorum cap. de melle; *manna* ab aliquibus dictum, quo Ioannis Baptiſtæ Monachatus prototypon abſtinentiam imitarentur, qui in deſerto *locuſtus* ſolummodo *& mel ſyluestre edebat* Mat. 1. Vide D.P.N. Benedictum cap. 36. 37. & 48. vbi multa de labore manuum, de imitatione Apoſtolorum & Veterum Patrum in colligendis fructibus, de otioſitate animæ inimica, de temperamento laborum cum ſenibus infantibus, & infirmis habendo & aliis. Recole etiam loca in Indice citata V. *Opus manuum.*

21. Lauretici laborem manuum deferunt in Cœnobium.

11. *Vnuſquiſque laborem ſuarum manuum, qui per hebdomadam ab eis factus fuerat* (in laura) *ſabatho ferens in Cœnobium, circa crepuſculum Dominica accipiens palmas, rurſus redibat in cellam* Idem inſtitutum à Pachomio vide l. 3. c. 6. num. 23. & Hieronymo l. 4. c. 4. num. 16. vbi plura de mattis, & ſtorcis quæ ex iuncis & palmis (quibus Paleſtina abundat) conficiebantur.

Silentium Cœnobij.

12. *Suadebat honeſtum amplecti ſilentium in templo Domini, & in Synaxi fratrum nihil omnino loqui, cum ſacra peraguntur. Sed nec in cœnaudo ad cœnam collectis fratribus linguam laxare, ſed in vtriſque manere in eodem ſilentio.* Ita Cyrillus num. 11. Vide D.P.N. Benedictum cap. 6. 20. & 48. Nota verò obſeruationem iſtam ſilentij ad Cœnobium pertinere, vbi ad menſam in cœnaculo, ſeu refectorio quotidie congregabantur, & eſculenta, cocta & vinum ſumere licebat; non ad Lauram, niſi tantum (vt reor) Dominica die, in qua ad ſacra myſteria & Synaxim Lauretici, & ſolitarij concurrebant: quod apertè colligitur ex eo, quod rogante Theoctiſto Euthymium num. 24. *vt ad Cœnobium & fratres* (de ſolitudine Ruba quam incolebat) *deſcenderet, & communem cum eis* (Cœnobiticam vel Lauteticam) *vitam ageret, & communiter ſe exerceret; ille cum quietis, & ſolitudinis* (maioris quam in Cœnobio, & laura) *amore teneretur, in hoc quidem non annuit Theoctiſto, ſed pollicitus eſt ſe ſingulis Dominicis ad eum acceſſurum, & ſe quoque Synaxi ad futurum.*

Lauræ ſilentium.

13. Lauram vero inhabitantium adeo longum erat ſilentium, *vt quinque dies hebdomada vnuſquiſque in cella ſua ſileret*, num. 57. Ipſe autem Euthymius ſecum in hac re ſicut in cæteris durius agebat, quippe quem *nemo vnquam vidit eum aliquibus colloquentem, & nullo modo quempiam conuenientem, niſi fortè vſus aliquis poſtularet, vt eum conueniret*, n. 38.

22. Abſtinentia.

14. De Abſtinentia lauræ & Cœnobij, ſic fatur Cyrillus num. 57. *Qui crebris, & longis ſe laboribus exercuerant* (in Laura) *quinque dies hebdomada vnuſquiſque in cella ſua* (tranſigebat) *nihil guſtans, quod eſſet eſculentum, niſi panem, & aquam, & dactylos. Sabatho autem & Dominica venientes ad Eccleſiam, cum participarint ſanctificatu* (ſacroſanctam ſcilicet Euchariſtiam: vnde antiquus ritus communicandi Dominicis diebus in Monaſteriis vſque ad tempora noſtra abſque interruptione peruenit) *cocto vterentur in Cœnobio, & ſumerent parum vini. In cella autem nulli permittebatur* (in laura) *aut ignem accendere, aut coctum deguſtare.*

Euchariſtiæ vſus ſemel in hebdomada.

15. Synaxi vero ſacriſque in Cœnobio peractis, vnuſquiſque *circa crepuſculum Dominica, hebdomada ſumptus rurſus accipiens, panes, inquam, & dactyles, & aquam in vaſe aliquo rurſus redibat in cellam*, ſcilicet lauræ. Morem hunc excoluere Tabenneſiotbæ, vt videre eſt l. 3. c. 6. num. 27. atque eumdem penè ad literam in aliquibus Hiſpaniæ noſtræ Monaſteriis hac tēpeſtate vigere, nemo eſt qui neſciat: præſertim in ſacro S. Mariæ Monſerratenſis noſtri Benedictini Ordinis in Cataloniæ Principatu ſito, vbi præter cellulas ſibi adhærentes vnumque conſtituentes celebris illius Cœnobij corpus, plures etiam circum circa in monte ſacro aliquantulum à ſe & à Cœnobio diſſitas cernere licet, ab Eremitis Monachis inhabitatas, quibus, nec alterutrum conuenire, nec coctum (præter legumina) edere, nec vinum bibere licet, exceptis Dominicis feſtiuiſque diebus, quibus in Cœnobium ad ſacra concurrunt. Idem, & diſtrictius adhuc (vt reor) in notiſſimo illo Placentinæ Diœceſis eremo, noſtris *las Batuecas* ſacri Ordinis Diſcalceatorum S. Mariæ & Monte Carmelo Religioſiſſimi Patres, Hiſpania vniuerſa nunquam ſatis laudante atque mirante conſeruant. Strictiorem adhuc ſibi Euthymium impoſuiſſe abſtinentiam narrat Cyrillus: quippe *quam nemo vnquam viderit comedentem, niſi ſabbato & die Dominico.* Vide quinque dierum ieiunia l. 2. c. 12. num. 41. Integræ hebdomodæ ibid. & l. 3. c. 5. à num. 31. Scithiotarum abſtinentiam ab Euthymio exultans & lib. 4. cap. 4. num. 19. Sed quo amplius mireris, audi Cyrillum ipſum, qui cum dixiſſet Euthymij, & Geraſimi Monachis adeo iniucundos fuiſſe ſæculares epulis & deliciis deditos, vt nec eos quidem in regione omnino videre, aut tolerare poſſent (*ſciebant enim*, inquit num. 59, *perfecta temperantia matrem eſſe abſtinentiam, turpes expellere cogitationes, & ſomni leuare grauitatem*, narrat ab ipſis accepiſſe; *tanti Geraſimum feciſſe abſtinentiam; vt quadraginta ieiunij dies ieiunus tranſigeret ſola Sacramentorum participatione.*

Seceſſus à Cœnobio in lauram.

Monachi Monſerratenſes lauretica vitæ imitatores.

Carmelitani Diſcalceati.

Euthymij ieiunium integræ hebdomadæ.

Geraſimi 40. dierum.

16. Secum autem adeo rigide agente Euthymio num. 12. *Et tamen diſplicebat quod nonnulli ex fratribus & maximè iuuenes reliquis maius & publicum oſtenderent ieiunium, & communem ſoluerent fratrum regulam, ſuam ſequendo voluntatem, & legem.* O eximiam viri prudentiam! Vide B.P.N. Benedictum cap. 7. & de Humilitate gradu 8. & c. 49. de Obſeruatione Quadrageſimæ. *Neque enim ille bonum tuba cani, neque apertum eſſe ad publicum, ſed quam maximè fieri poterat, latere volebat. Et ideo dicebat, eam eſſe optimam abſtinentiam, qua præuenit ſatietatem, & indigentibus adhuc nobis reprimit alimentum, quod quidem eſt propemodum minus alimenti ſumere, quam ſit opus.*

23. Publicum & maius ieiunium iuuenum taxatur.

17. *Stratum autem, quid erat aliud quam Storea, & qua ſolent appellare centonium, & embrymium, & vas fictile ad aquam; quod quidem ſimul ſufficiebat ad potum, & ad palmas irrigandas.* Ex palmulis aqua madefactis ſtoreas, & ſportulas texere conſueuerunt Arſiniotæ, Nitriotæ, aliique Ægyptij Monachi, vt notauimus l. 3. cap. 6. num. 23. & alibi. *Cento* Calepino & aliis ſtraguli genus eſt, quod cubantibus inſterni ſolet. Vnde Cato de re Ruſt. cap. 10. & 11. *Culcitras octo in ſtragula octo, puluinos ſexdecim Cẽtones pueris ſex. Fieri autem Centones conſtat ex annis diuerſorum colorum,*

24. Stratum.

Cento quid?

Digitized by Google

colorum, vel lenis in vnum condenſatis atque conſutis atque ad eorom inſtar *Centones* dicimus carminum genos ex diuerſis carminum fragmentis hinc & inde conſutum: & ſixtus Senenſ. l. 4. Bibliothecæ Bernardi Parentia Melliflui ſcripta *Centones Diuinorum Voluminum* appellat, eo quod *vndequaque Veteris ac Noui Teſtamenti ſententiis diſtincta ſunt, ſeu gemmeis emblematibus, hiſque adeo commodè & aptè inſertis, vt ibi nata eſſe credantur*. Centonium igitur lectuli operculum ſignificat, quod quidem ſi ex multis iiſque verſi coloribus liciis vel filis, pannive ſecturis, polymito aut vermiculato opere fabricatur, pulcherrimum atque propliatium euadit, de qoo Iuuenalis Satyr. 6.

Bernardi ſcripta Centones.

Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis.

id eſt veſte ſegmentata tectis. At verò paupertimos Euthymij & Geraſimi diſcipulos ſubſtratis ſtoreis lectulos vilibus operculis, noſtris *cobertores* ex abiectiſſimis veteris panni conſutis ſegmentis ſternere ſolitos, dubitare non licet, quod genus operculi ferè omnibus latinis *Cento*, Cyrillo *Centonium* eſt inſolenti vocabulo. *Embrymium* autem Reſuueydo teſte in Notis ad lib. 5. Vit. Patr. num. 36. Ceruical eſt Monachis Ægypti vſitatũ, ex Caſſiano Collat. 1. cap. 23. vbi *Embrymiis pariter capiti noſtro ceruicalium vice ſuppoſitis, quæ craſſioribus papyris in longos gracileſque faſciculos coaptatis ſex qui pedali interuallo molliter noxa, nunc quidem humillimum ſedile ad ſcabelli vicem fratribus in ſynaxi conſidentibus præſtant, non vero ſubiecta ceruicibus dormientium præbent capiti non nimis durum ſed tractabile aptumque fulmentis.* Nec putes Euthymium ſibi ipſi in hac re ab aſperiori regula pepercisse. Alij namque ſcholæ ipſius Monachi ſtratis ſtoreis vſi ſomnum cubantes perfugium laborum omnium capiebant; Euthymium vero *nemo vnquam vidit ſuper latus cubantem, ſed nunc quidem ſedentem, & parum oculis conniuentem nunc autem* (quod rarius eſt) *funem, qui ab aliquo angulo tecti cellæ dependebat, ambabus tenentem manibus, & ſic ſomnum aliquem moderatè guſtantem, illud fortè magni Arſenij* (cuius mores præcipuè æmulabatur, vt ſæpè notauimus) *ei dicentem Adeſdum ſerue nequam?* Vide ſopra lib. 3. cap. 5. num. 30. Scithiotarum & Arſenij ſtragula, & ſomnium; & infra c. 9. num. 166. Chryſoſtomum eodem pacto ſomnom guſtantem.

Embrymiũ.

Euthymij ſomnus.

25. **Paupertas.**

18. *Nihil autem poſſidere tanta erat eis cura, quanta nihil aliud*, num. 57. En paupertatis generale propoſitum: ſed de ſingulis loquendo.

19. *Erant adeo remoti ab omni ſollicitudine, & à negotiis humanis ita disiuncti, vt nihil haberent, præter ea quibus induebantur, adeo vt non eſſet ſecundus amictus.* ibid. Planè iuxta illud Matth. 10. *Noliſe poſſidere aurum, neque argentum neque duas tunicas, &c.*

20. *Hac lex autem eis eſt optimè tradita à Geraſimo, vt exeuntes cellulas dimitterent apertas, vt liceret ei, qui vellet, ingredi, & quod vellet accipere ex illis vilibus, & ad vſum neceſſariis nemine prohibente; quia etiam ipſi quoque cernerentur viuentes Apoſtolicè, & eſſet eorum quoque qui habitabant in ſolitudine eis conſimiliter cor vnum, & anima vna: quandoquidem nemo ex iis, quæ habebat, indicabat eſſe aliquid proprium, ſed omnia eis ex eque eſſe communia*, num. 58.

21. Pallio indutum inceſſiſſe Euthymium, ipſe poſt mortem ſuam Pheido Diacono in mari periclitanti, atque eundem inuocanti monſtrauit; cui etiam ex mandato Dei Pharæ lauram in Cœnobium vertere præcepit. *Hæc ille quidem mandat Pheido* (inquit Cyrillus, num. 77.) *& ſuo eum pallio induit.* Et infrà: *Deponit* (Pheidus) *illud diuinum Euthymij pallium quod tantum pelagus tranſuolare penna citius effecit, & tutius.* **Pallium.**

22. Zonæ etiam paulo ſuperiùs meminit ibi: *denſa barba, & vſque ad zonam promiſſa:* Nec dubites ea tonicam corpori adſtrinxiſſe, ſicot & cæteri huius temporis Monachi, etiamſi *tunicæ* inter Euthymij acta mentio non fiat. **Zona.**

23. Nigro autem colore veſtitum Euthymium ſuiſmet oculis vidiſſe teſtatur Cyrillus num. 92. quadam ad ipſum facta reuelatione. *Ille*, inquit *mihi apparet, multa luce circumfulgens nigra veſte indutus*: quo etiam colote, non quidem plenè nigro, ſed *nigello*, ſeu *fuſco* & ad nigrum vergente vniuerſi induebantur Monachi Paleſtini, vt conſtat ex dictis l. 2. c. 11. n. 73. quæ tu conſules. **Veſtium color.**

24. Arma Monachorum hæc eſſe dicebat: *Humanitas, Moderatio, Meditatio, Diſcretio, & quæ ex Deo eſt obedientia.* num. 12. D. Benedictus cap. 4. eadem inter Inſtromenta bonorum operum enumerat. 26. **Arma Monachorum.**

25. Accedunt aliquando ad Euthymium *quidam numero tres fratres ſecundum carnem, qui germana quidam erant Capadociæ educati in Syria & doctrina ſe illis exercuerant Coſma Chryſippus & Gabrielius* (de quibus ſupra num. 11.) *Is autem faciens vt conſueuerat, nec eos etiam admiſit, & ætatem cauſans iuuenilem, & mutuum naturæ deſiderium, quod etiam nouit vt plurimum labefactare conſtantiam exercitationis, & maximè quod adhuc eſſet Gabrielius adoleſcens, & imberbis. Eos ergo his de cauſis nolebat omnino admittere*, num. 27. Hinc maximè etiam ſi cætera deeſſent argumenta Scithiotarum ſtudia ſectatum Euthymium, palam eſſet, quibus celebre ſatis fuit dictum illud Abbatis Iſidori à Pelagio relatum libell. 10. num. 32. *Pueros hic non adducatis quia propter pueros in Scythi quatuor Eccleſiæ eremus facta ſunt.* Vide notata ad hunc canonem l. 3. c. 5. n. 50. & 51. **Pueros non admittit Euthymius.**

26. Oſtendit tamen Deus ſeruo ſuo Euthymio nullam ætatem à Monachatus conuerſatione repellendam num. 27. *Eaque nocte venit ad eum in ſomnis aliquis, mandans, vt & fratres exciperet: Sunt enim, inquit, ab ipſo Deo miſſi: & vt deinceps eſſet paratus accipere quemlibet accedere volentem.* & poſt pauca num. 28. *Poſt eos autem ſe ipſum permiſit omnibus ingredi volentibus, & erat ad excipiendum deinceps paratiſſimus.* Strenuus Scithiotarum imitator Patrum mores ſolo ſuperno monitu & diſpenſatione deſerendos edocuit. Canonem autem Euthymio reuelatum in Regulam ſuam tranſtulit D. R. Benedictus c. 59. **Nulla ætas repellenda à Monachatu**

27. Enimvero vt oſtenderet qua diſciplina pueri ad Monachatum accedentes fuiſſent educandi; mane accerſitis pueris *dicit Coſma: Is enim erat primus ætate inter fratres. Sic ego quidem feci, vt mihi à Deo iuſſum erat, & vos introduxi. Nunc autem par eſt, vt tu iuniorem ex fratribus Gabrielium intra cellam contineas,* **Puerorum educatio.**

& nequaquam ei exire permittas. Eſt enim res valdè periculoſa, & inſidioſa aliorum oculis muliebris aſpectus, qui eſt adeo leuis, & politus num. 27. Vbi notandum ex Cyrillo num. 51. Gabrielium hunc fuiſſe quidem natura Eunuchum, quod Euthymium internos etiam animi motus agnoſcenti non latebat; & tamen puellum, tum impuberem, tum etiam Eunuchum à mulierum aſpectu remouendum curauit. Nota etiam egreſſum à Monaſterio prohibitum his, qui Nouitiatum agunt ſub cura Magiſtri. De periculoſo autem cuique mulierum aſpectu, & alloquio plura commodius infra cap. 9. à numer. 15.

27. Tonſura. Præſbyteratus.

28. Tonſuratos inceſſiſſe Euthymij diſcipulos tradit apertè Cyrillus n. 33. his verbis. *Hac mihi narrauit Cyriacus Anachoreta, ille, inquam, Cyriacus, qui ab ineunte quidem ætate tonſus erat in Cœnobio Euthymij*, quibus palam fit, non ſolum in promotione ad ſacros Ordines, ſed etiam in ſuſceptione habitus, *ab ineunte* ſcilicet *ætate* tonderi conſueuiſſe. Sacrum autem Presbyteratus ordinem Euthymium ſuſcepiſſe tradit n. 51. *Aliquando quidem* (inquiens) *vno Sabbatorum ille quidem* (Euthymius) *Deo miniſtrabat, & ei incruentum obtulit ſacrificium.* Quod ad eundem gradum diſcipulis ſuis viam paraſſe, ac regulariter Sacerdotio functos cre[illegible].

Barba prolixa.

29. Prolixam tamen barbam nutriſſe Euthymium, vt communiter de antiquis Monachis traditur, expreſſit Cyrillus n. 16. ex Viſione Terebonis hæc aientis. *Mihi videbar videre quendam Monachum, cui barba propendebat hyſpida,* & n. 72. *Habitu,* inquit, *erat minimè fictus, & mitiſſimus, aſpectu autem teres, & albus valdeque lætus ad videndum, omnino canus propter ætatem paulo, breuior, denſa barba, & vſque ad Zonam promiſſa.* Et Nicephorus libr. 14. cap. 52. *Ad femora* (inquit) *vſque promiſſam, eamque denſam habens barbam.* Vide notata lib. 2. cap. 10. num. 5.

28. Locus profeſſionis nullo prætextu mutandus.

30. Locum profeſſionis nullo prætextu à Monachis deſerendum ſentiebat, Rogabat enim Euthymium Dominus Monahus illius conſobrinus *vt ei permitteretur ire Antiochiam, vt auunculum ſuum* (Ioannem Antiochiæ Præſulem) *Qui ſupplantatus fuerat* (Errore Neſtorij) *reſtitueret, & iam veluti iacentem erigeret. Ille autem cum præuidiſſet non futurum illuc eius aduentum, ſed ei potius inutilem, & minimè conducibilem: Nequaquam, inquit, ô fili: non oportet te à Laura recedere. Neque enim ille tua opus habet præſentia, &c.* Sed cur, inquis, adeò iuſtam conſobrino licentiam denegabat? Audi quod ſequitur: *Et tu quoque, ô fili, ſi quidem in quo vocatus es loco, in eo perpetuò manſeris, proficies, & gloriam adipiſceris, veram inquam gloriam, & quæ nunquam excidit.* V.D.P.N. Benedictum cap. 58 & citata c. 5. n. 43. Nec putes onera grauia aliorum humeris impoſita digito ſuo Euthymium mouere noluiſſe. Cum enim Eudocia Imperatrix deſiderio eum videndi ciuitate relicta veniſſet ad Lauram, ibique virum Dei non adeſſe accepiſſet, ſed iamdiù ante tranſiſſe ad Rubam ſolitudinem, quam totis neruis colebat; ipſa vero nullatenus ab incepto deſiſtens, quò nullo prohibente frueretur ad ſatietatem Euthymij doctrina, turrim ædificauit in ſolitudine, vt ibi eum conueniret. Sed quorſum hoc; ſane ex eo quod *Eudocia intellexiſſet ei* (nempe Euthymio) *eſſe prohibitum ad ciuitatem aliquam accedere*, inquit Cyrillus num. 54. Sed à quo prohibitus? Non ab alio, niſi à ſe ipſo, ſibi primùm, poſt ſubditis ferente legem, eorumque directione ſe adſtringente, quibus alios coërcebat. Dignum quidem facinus ſupremo Monachorum Prælato.

31. Hoſpitalitatem quam prouidè Euthymij ſchola exercuerit, ex eo liquet, quod cum ad Lauram Patriarcha Anaſtaſius aliique ipſum comitantes venire decreuiſſent, Dei monitu rei conſcius Euthymius, *cùm ſtatim vocaſſet Lauræ œconomum* Chryſippum; *ſint, inquit, tibi parata quæ ſunt ad accipiendos hoſpites neceſſaria.* num. 41. Sed quibus, quæris, reditibus ac prouentibus? Sanè vt Cyrillus inquit n. 22. Deo deſuper ſuppeditante quæ erant ad corporis vſum neceſſaria. Cum enim Eudocia iterum ad ſpectandam Euthymij Lauram accederet, & illud ſacræ Scripturæ apud ſe cogitaſſet. *Quam pulchri ſunt pelles Iacob tabernacula Iſrael, & ex eo anima eſſet valde coniuncta, ad eum ſtatim mittit Gabrielium, rogans vt ſibi permitteretur ad eum accedere, & frui illius ſermone & doctrina, & ſimul etiam Lauræ, eique dare reditus habebat in animo. Cauſa autem erat, vt fratribus daretur de cætero ſufficiens neceſſariarum rerum ſuppeditatio. Ille vero eam ſic prius compellat: Cum tuus deceſſus ſit in foribus, cur ſollicita es, ô filia, & diſtraheris circa plurima? Illa ſint tibi ſolum parata, quæ pertinent ad exceſſum ex hac vita. Noſtri autem ne memineris quantum ad redditus, & pecunias: ſed communis Domini memineris, apud quem rogamus vt tu potius noſtri recorderis.* 29. Hoſpitum ſuſceptio.

32 Tandem (quod caput eſt Inſtitutorum Euthymij) viſitationem Generalem locorum omnium, Cœnobiorum ſcilicet Laurarum, ſolitudinum, ac perſonarū degentium pleno Generalis Prælati iure exercuiſſe compertum eſt Cyrilli eius Hiſtoriographi ſcripta legenti. Cum enim aliquando veniſſet ad Lauram Petri Sarraceni. *Vocat Domitianum, cui ab eo fuerat credita illius Lauræ diſpenſatio, & iubet, vt eis menſam apponat. Cum is autem proferret egeſtatem, & reſpondiſſet ſe ne vnius quidem diei fratrum habere alimentum, ille iubet Domitianum ire ad arcam pœnariam. Scis enim, inquit, quid ſibi volunt humanæ cogitationes, quid autem poſſit diuina gratia diſpenſare, ac prouidere præter opinionem. Ille vero cum ſtatim ceſſiſſet inuenit diuina quadam & ſapiente prouidentia domum pane adeo plenam, vt ne facile quidem eſſet aperire oſtium.* Quid tunc deinceps? *Hæc cum vidiſſet Domitianus procidit ad pedes Euthymij petens ab eo veniam. Ille autem cum Domitiano beneuolam & mentem, & manum porrexiſſet, ô fili, inquit, Qui ſeminat in benedictionibus, in benedictionibus quoque, & metet.* Hæc ille numero 29. & 30. Vbi expendendum Domitianum localem Prælatum agentem ad pedes Euthymij prouolutum negligentiam ſuam humiliter confiteri. Euthymium autem Præſulis Generalis more eum quaſi ſubditum leniter admonuiſſe atque increpaſſe, illis *ô fili, &c.* 30. Viſitatio Generalis.

Deinde num. 31. cum alias ad eandem inuiſendam Lauram acceſſiſſet, eique referret Domitianus quendam Monachum nomine Auxentium, *qui erat aptus ad ſeruiendum mulo,* 31. Inobedientis punitio.

miniſterium

miniſterium hoc ſubire noluiſſe, idque exequi diſtuliſſe ac tandem non obediſſe, cum res eſſet neceſſaria ad optimam Lauræ adminiſtrationem Euthymius *fratrem accerſit, ſuadet autem vt obedias & ne ſit vſque adeo contumax & inobediens, & propriam ſequens voluntatem Cum is autem nec adhortationem, neque talem affectum eſſet reueritus, ſed ſic quoque aperte recuſaret & nunc quidem cauſaretur eſſe alienigenam* (erat enim genere Aſianus) *nec peritum ſermonis illius regionis: nunc autem carnis inſidias*, aliaſque ſimiles inobedientiæ ſuæ proferret excuſationes, *Deum* inquit Euthymius, *rogabimus ô fili, vt propter tuam obedientiam à nullo ex iis, quæ lædunt, capi poſſis. Eius enim vox eſt: Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare &c. Cum ex iis autem adhuc magis irritaretur Auxentius, & nequaquam cederet, grauius in eum inuehens diuinus Euthymius: Nos quidem, ô fili, inquit, quod ſibi ipſi quoque eſſe conducibile videbatur conſuluimus, tu autem in eadem manens inobedientia, mox ſcies quiſnam ſit fructus inobediẽtia. Eorum quæ dicta ſunt, nondum finem fecerat, & aptationem, motumque corporis, neſcio vndenam paſſus Auxentius miſer in terram decidit, ſolis dignus lachrymis propter calamitatem. Qui vero aderant ex fratribus rogabant Euthymium ſupplicabant, obſecrabant, vt iacenti opem ferret, & qui ſatis graues pœnas luerat inobedientia. Is autem preſto fuit, & cum ſuis accepiſſet manibus, adhuc tremebundum facit ſurgere Auxentium*, cruce eum ſignat, & ſanum integrè reddit. Redit ad ſe Auxentius, veniâque eorum quæ commiſerat petitâ, & obtentâ, *lubenter promptoque & alacri animo ſuſcipit mulorum miniſterium.* Quibus videas lector, integrè obſeruatos apices Monaſticæ viſitationis, & correptionis fraternæ iuxta cap. 18. Math. culpam inobedientis ſubditi à Præfecto locali ad ſuperiorem delatam, nullumque medicamentum, mediumue charitatis ab Euthymio omiſſum, ac nullum tandem lapidem non mouiſſe, priuſquam ad inobedientis animaduerſionem deueniret. His D. P. N. Benedictus capita. 2. 23. 24 25. 26. 27. & 28. implet.

32. Fugæ meditantium pœna.

Rurſus cum veniſſet Euthymius in Lauram Veteris Sucæ, ibique ad eum perlatum fuiſſet *quod duo quidam ex fratribus Maro & Clematius aſperam illam, & difficilem in Laura agendo vitam deſpiſſe, inter ſe conuenerant, vt illinc clanculum effugerent, & ſe noctu furtim ſubriperent ſilenti ac quieſcenti aliquando huic magno & admirabili Euthymio viſus eſt malignus Maroni & Clematio tanquam ſanctis oculis ſubiectis frænum iniicere, & eos in laqueum trahere grauiſſimum. Is vero cum ſtatim cognouiſſet inſidias, accerſit fratres Maronem & Clematium, eis ſuadens, admonens, rogans, docens, diſſerens, prolixam orationem habens de tolerantia.* cumque plura attuliſſet documenta, & exempla, tum ex Sacra Pagina, tum etiam ex iis quæ in Ægypto Monachi aliis fugam meditantibus euenerant, *adhuc ridet quidem Clematius, vt cuius delectatus eſſet animus lepida narratione. Cum id autem diuinus animaduertiſſet Euthymius*, riſumque impudentem Monachi increpaſſet, nec profeciſſet, *eum è veſtigio perſecutus eſt vltro, pronuſque in terram cadens, agitabatur tremore, & horrore. Domitianus autem, cum ſic iacentem videret Clematium, & ſimul quidem Euthymij manſuetudinem & auſteritatem eſſet admiratus, quod ſcilicet in eo optimè eſſent contemperata. Ille cum & ſaeptè natura*

Manſuetudo & auſteritas in Euthymio contemperatæ.

eſſet propenſus ad miſericordiam, & illorum (nempe adſtantium Monachorum) *intercesſionem minime deſpiceret, vna cum eis accedit ad iacentem Clematium, eiuſque horrorem extinguit ſigno Crucis, & præbet perfectam ab illa affectione liberationem*, & eum de recidiuo redderet cautum, *eum dimittit in pace.* Hæc Cyrillus à nu. 33. Vide viſitationis generalis modum & ordinem apud Scitbiotas quorum in omnibus ſeſe oſtendit Euthymius ſedulum imitatorem. lib. 3. c. 5. n. 18.

Ac ne mihi quidem ſilentio prætereunda videtur ſuprema illa Euthymij ad Monachos ſuos oratio Monaſticis documentis referta, vehemens, grauis omniſque pietatis ornamentis abundans, qua maturæ iam morti vicinus in animis diſcipulorum Aſceticæ vitæ ſignauit ſpeciem his verbis. n. 70. 33.

Suprema eius oratio qualis

SVPREMA ORATIO Magni P. Euthymij ad Monachos ſuos.

33. *PAtres mei, & fratres dilecti in Domino, & filij: Ego quidem iam poſtremam viam meorum Patrum ingredior. Vos autem oportet veſtrum in me amorem cuſtodiendis præceptis oſtendere: ex quibus præcipuè eſt charitas, quæ eſt vinculum virtutũ perfectionis. Quod enim ſal pani, hoc eſt charitas virtutibus. Nec ſine ea fieri poteſt, vt ſe virtus rectè gerat quandoquidem vniuerſa virtus per charitatem, & humilitatem firma, & ſtabilis cognoſcitur. Nam humilitas quidem nouit eum qui ea vtitur, ad ſummum rectè factorem extollere. Charitas vero & firmiter continet, nec ſinit vt cadat ab illa altitudine. Eſt autem charitas maior humilitate, quod quidem manifeſtum eſt ex ipſo exemplo Domini, & opificis. Nam propter ſuam in nos charitatem ſeipſum ſua ſponte humiliauit, & factus eſt ſicut nos. Oportet ergo ei perpetuò confiteri & hymnos offerre. Nam hæc quidem omnes (vt ſemel dicam) homines honeſtum eſt exercere. Nos autem præ cæteris, & propter pacta, conuenta cum eo inita, & quod ab omni perturbatione liberi, & à negotiis, quæ ad victum comparandum pertinent minimè diuulſam & diſtractam vitam noſtram agamus, & ſoli nobis ipſis ſeorſim attendamus. Et corpora, & animas, ô fratres, ſemper caſtas conſeruare oportet, & conſueta in Synaxi glorificatio, & quæ nobis deſuper tradita eſt regula conſeruanda eſt à vobis omni diligentia. Eorum qui affliguntur, cura eſt agenda pro viribus. Qui ex fratribus colluctatur cum improbis cogitationibus, is ſemper à vobis confirmetur & perpetua fruatur admonitione & doctrina, & præceptione, ne imprudens paulatim ſupplantetur, & caſu graui à diabolo proſternatur. Porro autem hic quoque vobis vltimum adiicio mandatum. Nunquam iis, qui adſunt, occludatur ianua, ſed ſemper ſit aperta cuivis viatori, & ad excipiendum veluti paratiſſima. Quia etiam ipſum tectum ſit vobis commune hoſpitium atque tranſeuntibus, & ea, quæ habetis, egentibus proponantur communia. Sic enim copioſam ſuppeditationem à ſuperis conſequemini.*

Charitas & humilitas cõmendatæ.

Vltimũ Euthymij mandatum Hoſpitalitas.

NOT. Crediderim Euthymiũ Monachis ſuis Regulã ſcripto veterũ Patrũ more tradidiſſe; quod haud obſcurè colligere licet in præſenti ex verbis illis: *Quæ nobis de ſuper tradita eſt Regula, conſeruanda eſt à vobis cum omni diligentia* 34.

Regulam ſcripto tradidit.

gentia. Hoc eſt, eam quam inſpirante Domino vobis tradidi Regulam conſeruate: cunctas namque Monachorum Regulas non aliter quam Spiritu S. reuelante & dictante à Magiſtris Monaſticæ vitæ Machario, Pachomio, Baſilio, Auguſtino, Benedicto & aliis fuiſſe exaratas, nemo eſt qui dubitet. Vnde B. P. N. Benedictus in Prologo ſuæ, per ipſam currendam monet viam *mādatorum Dei, vt ab ipſius nunquam Magiſterio diſcedentes, in eius doctrina vſque ad mortem perſeueremus*: Idem aperte reputans perſeuerare in magiſterio Dei, ac Regulæ ab ipſo tradendæ. Et B. P. Bernardus Serm. de S. Benedicto inquit: *Quod B. P. Noſtri* (Benedicti) *Regula docuit hoc nobis lectio Euangelica commendat, nec aliud ſonuit veritatis præco, quam veritas ipſa docuit.* Vlterius idem apertius indicare videtur additio vltimi illius mandati: *Nunquam iis, qui adſunt, occludatur ianua &c.* quod cum in forma Canonis traditum ſit, & vltimum à legiſlatore dicatur adiici Regulæ, alia eadem forma digeſta ſupponere neceſſariò videtur. Ruſſus in Saba apud eumdem Sur. to. 6. Decemb. 5. *Accuratè*, (inquit Cyrillus) *inſtruitur* (Sabas) *in omni Regula Monaſtica*, nempe Euthymij Magiſtri. Periit, heu, Euthymij Regula, ſi forte ab ipſo litteris expreſſam accepere diſcipuli: at vltimum illud Magni huius Patris mandatum quod extrema hora cæteris ſuæ Regulæ adiicere iuſſit, alte infiſum B. P. N. Benedicti animo hæſit, atque ab ipſo in limine capitis 53. pene ad verbū affixō eſt; his: *Omnes ſuperuenientes hoſpites tanquā Chriſtus ſuſcipiantur; quia ipſe dicturus eſt: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me, & omnibus congruus honor exhibeatur &c.* vide infra n. 36.

35. Præfecti electio ad fratrum ſuffragia deuoluit.

34. Poſtremò tandem, cum iam præcordiis conceptam mortem contineret Euthymius, præuidens (vt erat Prophetico donatus munere.) Præfecti orationem in Monaſteriis vnius tantum Superioris iudicio creditam pluribus impoſterum erroribus obnoxiam, habita ad ſuos poſtrema ad hortatione, *deinde etiam eos interrogauit, quemnam eis vellent imperare & præeſſe. Illi autem vno veluti conſenſu reſponderunt omnes, Domitianum. Ille verò, At hoc inquit, nequit fieri; Domitianus enim non hic longo tempore poſt me manebit: ſed cum ſeptimum ſolum diem tranſegerit, ſequenti me conſequetur.* Quid tum inde? *Cum de Domitiano itaque ſpem perdidiſſent, petunt quemdam Eliam œconomum inferioris Monaſterij, genere Hierichuntinum. Ad eum ergo protinus conuerſus magnus Euthymius. Ecce, inquit, omnes Patres te ſibi paſtorem, & præfectum eligunt. Tu autem vide, vt tibi ipſi attendas, & toti gregi.* n. 75. Electionem ergo Præfecti ad Monachorum ſuffragia deuoluit.

36. Laura Euthymij fit Cœnobium.

35. Ne autem Magnus Euthymius viuendi finem faceret, quam prius vltimam paleſtræ ſuæ adderet manum, & Colophonem imponeret, ſic vltimo ſucceſſorem ſuum hortatur Eliam ibi. *Oportet te hoc quoque ſcire ante alia, quod Deo viſum ſit, haud ita diu abhinc hanc Lauram fieri Cœnobium. Deinceps autem, & vbinam ædificari Cœnobium, & quemadmodum conſtrui oportet, & de hoſpitum exceptione, pſalmodiaque & ſtudio in Regula adhibendo præcepit*

Regulæ additio.

Eliæ, de non negligendis fratribus, & maximè iis, qui improbis grauantur cogitationibus. En qualiter Cœnobitarum fortiſſimum Monachorum geous inter extremos vitæ habitus ad calcem Regulæ Deo reuelante diſpoſuit, à quo Laura & ſolitudine omiſſis B. P. N. Benedicti Regula cepit exordium. Vbi etiam notandum hinc penè perſpicuè conſtare Euthymium Regulam Monachis ſuis Methodo atque ſcripto ordinaſſe, cui propter mandatum de hoſpitibus ſuſcipiendis adiicere iuſſit, nunc vero Pſalmodiam, Regulæ ſtudium, ac fratrum curam improbis cogitationibus laborātiū, Eliæ ſucceſſori legauit.

37. Ædificia ampla Monaſteriorum, per antiqua.

36. Plurima adeo (ne innumera dixerim) Euthymij diebus Inſtitutorum eius fama cogente, ab Eudocia Imper. aliiſque potētibus huius ſæculi conſtructa ſunt Cœnobia non ignobilia, vt longum, imo impoſſibile foret ea recenſere. Recole aliqua §. præced. à nu. 9. Mirum autem eſt, quantum cætera priùs ædificata, nouiſſimū hoc fabricatum iuxta exemplar Euthymio monſtratum à Deo ſumptibus, amplitudine ac venuſtate ſuperauit, de quo Nicephorus l. 14. c. 52. *ingens* inquit *condidit Monaſterium*. Quod animaduertere placuit, ne forte errore fallaris, lector, exiſtimans priſcis temporibus exigua ſolum & abiecta Monachos inhabitaſſe tuguriola; ampla autem ac pulchra Cœnobiorum ædificia præſentis æui noua eſſe figmenta, vel Monaſticæ humilitatis corruptelam. Placuit Deo eiuſque ſeruo Euthymio tanti operis fabricam ſolertiæ & ſtudio Pheidi nobilis eius diſcipuli credere; cumque ipſi iam defunctus apparuiſſet, *ea qua prius ſolebat allocutione: Noli inquit timere; Ego ſum Euthymius Dei ſeruus. Te oportet venire ad meam Lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipſis fundamentis; Cœnobium vero ædificare illic vbi meum ædificaſti cœmeterium.* En Pharæ Lauræ templum, & cellas animosè erudertata, & ad ſolum æquata: audi nūc, amabo te, noui Cœnobij partes à Cyrillo deſcriptas n. 77. his verbis.

Euthymiani deſcriptio.

Cum autem Pheidus magnam manum accepiſſet miniſtrorum, & domus ædificatorum, & vnum ex mechanicis, deſcendit in Lauram: & cum ædificaſſet Cœnobium ſepique & foſſa eſſet complexus, vetus quidem templum attribuit fratribus ad cœnaculum, alterum autem templum ſuperius ædificat. Intra Cœnobium verò excitat turrim, quæ eſſet aperte veluti propugnaculum totius ſolitudinis, & eam collocat in medio cœmeterio. Loci verò poſituram, in qua hoc ſacrum collocatum eſt Cœnobium, & eſſe pulchram propter æqualitatem, & Monachis eſſe aptam ad exercitationem, propter aeris maximè temperationem, oratione deſcribam; & oſtendam, quantum potero. Nota antiquum Lauræ templum in Refectorium mutari, vt pluries his temporibus contigit, & fabricam erigi in Monaſterium ſimul & arcem. Situm autem fabricamque Cœnobij aperiemus cap. ſeq. à n. 513.

Fratres ad cōſilium adhibentur.

Nihil plane ex omni parte perfectum inter ædificandum namque affligebantur Monachi aquæ penuria. Sed quem in ancipiti poſita exitum habuit cauſa? *Significauit certe præfectus Elias & Diaconus Pheidus Longino Præfecto inferioris Monaſterij, & Paulo Præfecto Monaſterij Martyrij* (Nota Patrum prudentiam, à B. Benedicto imitatam cap. 3. de adhibendis in rebus arduis ad conſilium fratribus) *Sequenti autem nocte cit paratis ad iter* (vt aquam afferrent ex Laura) *cum iam congregata eſſent iumenta illa nocte apparuit B. Eliæ Magnus ille Euthymius*, increpauit modicam diſcipulo

pulorum fidem, & eius meritis nubes repente complexa protinus erupit in pluuiam, quæ ciſternis cunctis repletis imbrium procella ſtatim abiit in ſerenitatem.

38. Euthymij ſucceſſores. Euthymio, vt vidimus, ſucceſſit Elias in regimine Monaſterij poſt ad ſedem Hieroſolymitanam euectus. Eliæ Thomas: *atque Thomam* (inquit Cyrillus n. 88.) *qui octo annis Euthymij præfuerat Monaſterio, vigeſimo quinto menſis Martij, ſeptuageſimo anno poſt diſceſſum Euthymij benignus & clemens Dominus hinc euocat: Leontias autem poſterum ſuſcipit præfecturam Monaſterij, à quo ego, qui hæc ſcriptis mandaui, referor in Catalogum fratrum illius gregis.* vide plures Euthymij ſucceſſores cap. ſeq. n. 13.

§. III.

S. Euthimij mores Eremitici.

39. Euthymius amator valde ſolitudinis. IVre optimo Magni Euthymij Eremitica inſtituta in nouiſſimum Monachatus eius locum reiecimus: hæc namque eſt requies illa, quam elegit, vt habitaret in ſæculum, ſolitaria ſcilicet vita, quam diligebat, quam optabat, quam ſemper animo agitabat, & cuius diſcendi, quærendique diuinæ delectationi toto ſe conatu dediderat, atque ad eam tandem Cœnobiticæ & Laureticæ vitæ præmiſſis feliciſſimæ aſcenſionis gradibus tanquam à perfectionibus ad perfectiſſimum Aſcetici Inſtituti faſtigium pedetentim procedendum, conſtanter ſentiebat vt conſtat aperte ex dictis toto §. Vixit quidem diu in Cœnobio & Laura, ſed omnino coactus, vtpotè ab eremo quaſi ferro diuiſus, ac proinde quoties ei integrum erat, toties ſeſe à multitudine ad ſolitudinem ſurripiebat, vel omnino incomitatus, aut vno vel altero tantum amicitiis coniunctiſſimo comite contentus. Rem narrat Euthymius, ſparſim quidem, ſed fideliſſimè. Liceat ex eius ſcriptis, quæ ad rem attinent breui compendio perſtringere. *Natus quidem fuit ex reuelatione. Tres autem annos natus Deo fuit conſecratus* inquit n. 71. Et num. 4. *Puer literalibus diſciplinis traditus, cum vberem doctrinæ ſementem in animi ſinus accepiſſet, breui fructus plurimam, & ſupra ætatem produxit.* Et n. 5. *Fuit etiam æmulator morum Acatij præceptoris & eos imitabatur pro viribus.* Et n. 6. *Cum ſic autem fuiſſet educatus & inſtitutus, & proceſſit per omnem gradaum Eccleſiaſticorum conſequentiam, ab eo qui tunc erat Epiſcopus Melitenes inuitus eum tradente virtute ordinatur, & eius fidei committitur cura Monaſteriorum quæ erant in ciuitate.*

Primus ſeceſſus in ſolitudinem. Sed *ita diu ante erat quietis amator Euthymius, quod ratus curam Monaſteriorum ei ad virtutem afferre impedimentum, fuga ita vt erat ſe mandat, & clam ex vrbe egreſſus ætatis ſuæ anno 29. &c.* En primus Euthymij in ſolitudinem ſeceſſus.

40. Plures alij ſeceſſus. Peruenit Euthymius Hieroſolymam, ſacra & veneranda loca deuotus adorat, conuenit Patres in Laura Phara. *Sed cum extra Lauram* (pergit Cyrillus ibi) *inueniſſet quandam cellam, quæ erat valde appoſita ad quietem, & ſilentium, illic de cætero verſabatur.* Et n. 7. *Erat autem quidam ex eius vicinis nomine Theoctiſtus, qui eamdem vitam, quam ille exercebat & idem ſibi vendicabat Inſtitutum. Cum ergo eſſet tam fraternus inter eos conſenſus, in Catila ſolitudinem peruenerunt.* Inde iterum in Pharam Lauram rediit Euthymius: *ſed cum quinque annos tranſegiſſet in Pharam, illinc recedit cum Theodoſio & accedentes per ſolitudinem ad præcipitem quemdam & profundum torrentem illic ſuam faciunt habitationem atque diu quidem latuerunt in ſpelunca, nec vllus ad eos accedebat.* Enim vero cum celari eorum virtutes nullibi poſſent, proditi ſunt à quibuſdã paſtoribus, & deinde à pluribus frequentati, ibique Laura ædificata aliquandiù communem vitam inuitus duxit Euthymius. *Sed cum poſtea* (n. 20.) *eum vehementis inuaſiſſet amor quietis & ſilentij, nec ſciret quid ageret, quodam ſecum aſſumpto, cui nomen quidem erat Domitianus virtutis amator non negligens, vna cum eo egreditur, cum id nemo ſenſiſſet, in ſolitudinem Ruba, quæ vergit ad Auſtrum, & deinde in altum quemdam montem & remotum ab aliis montibus aſcendit, qui appellatur Marda tranſmigrans in montes ſicut paſſer, vt ait Diuinus Dauid, & arcus fugiens peccatorum* Et n. 23. *Poſtquam autem hic quoque rurſus multos vidit confluentes* (occaſione cuiuſdam miraculi, quo fama eius vniuerſam impleuerat ſolitudinem) *rurſus accipiens ſuum diſcipulum Domitianum reuertitur ad fratres & Beatum Theoctiſtum. Sed quietis & ſilentij, ſicut diximus, magno captus deſiderio ad conſuetam rurſus redit ſolitudinem.*

Cæterum iam iam fratrum precibus flexus, & nullibi occultari poſſe expertus, nunc in Cœnobiis, nunc in Lauris communem decreuit agere vitam. Sed vero inter fratres degens ita callidè, ſed honeſte, ſe geſſit, vt fratribus Cœnobita videretur, ipſe autem perpetuum ſolitudinis deſiderium, quo tenebatur, expleret, frequenter inde ad interiora deſerti ſecedens, vt pluries expreſſit Cyrillus præſertim num. 45. vbi: *Iam aduenerat* (inquit) *dies præfinitus, quo is exibat in vaſtam ſolitudinem &c.* Et numer. 49. *Nunc quoque recedis in vaſtam ſolitudinem, cum effeciſſet, vt multi quoque imitarentur ſeceſſum.* Et num. 68. *Octauo quidem die poſt feſtum luminum* (1. Epiphaniæ, quæ & Theophania Baronio in Not. Martyr. 6. Ianuar.) *quo ſolebat ad interiorem proficiſci ſolitudinem &c.* alibi paſſim: Idque animo & opere ita ſemper hæſit Euthymio, vt licet plures annos in Monaſteriis & Lauris egiſſet, meritò eius acta concludit Cyrillus num. 71. inquiens: *Cum vero 68. annos tranſegiſſet in ſolitudine, 99. ætatis excedit è vita*: cumque 29. ætatis ſuæ Eremitam agere cœperit, & 99. obierit, conſequens fit vt duos dumtaxat annos carptim in Monaſteriis & Lauris exegerit. Quod ſi verum eſt 97. tantum vixiſſe annos vt Nicephoro placet l. 14. cap. 52. totam vitam in ſolitudine vixiſſe fit palam. Sed Inſtituta quibus ipſe eiuſque pauciſſimi ſocij ſe exercebant. — 41. Quot annis Cœnobitam & ſolitarium egerit.

1. Et primum, quia otioſitas inimica eſt animæ; ſolito cæteris Paleſtinis Ægyptiiſque Patribus opere manuum occupabatur, *palmarum quidem tantos in ea* (nempe cellula) *texens.* Ita Cyrillus numero ſexto: vide notata capite quinto, numero vigeſimo, nono, & capite quarto, numero decimo ſexto. — 42. Labor manuum.

2. Sed nunquid ſibi ſoli ſuiſuè laborabat Euthymius? Minimè quidẽ: *ſed ſibi & egentibus ſuos* — Sibi & aliis laborat.

Digitized by Google

labores communes efficiens, vt non ſolum neminem grauaret ad aliorum manus non reſpiciens, ſed etiam Deum coleret: & cum ipſe eſſet potiùs manus aliis, ab omni autem cura rerum terreſtium animum liberaſſet, ſe ita comparat, vt omnino dependeat à ſpe futurorum bonorum. ib.

Victus.

3. Victus eis pro tanto ſubleuando labore diuerſus pro diuerſitate locorum erat, ſed ſupra quam credi poteſt tenuiſſimus: *nec* enim *vllus ad eos* (Euthymium nempe ac Theoctiſtum) *accedebat, nec aliquid eis impertiebat, quod eſſet ad eſum* (al. *ad vſum*, ſed minus apte) *neceſſarium, ſed ſolis quæ propè nata erant herbis alebantur.* Ita Cyrillus n. 8. Et n. 20. *Ea quæ ſunt corpori neceſſaria ex his quæ ſunt illic herbis comparans*) erat Euthymius) *& tanquam menſa ſplendida vtens.* Et n. 67. de ſe ipſo loquens Euthymij in eremo tunc temporis ſocio: *Cibus* (inquit) *nobis erant radices melagriorum.* Hæc ea forſitam herba eſt, quæ Theophraſto teſte in ſegetibus naſcitur, alias *Myagros* dicta, Græcis *Melampyron*, quaſi *nigrum frumentum.* de qua Calepinus V. Myragrus: *Herba* (inquit) *eſt ferulacea à ferula externo quodam ſemine dicta, quæ in locis calidiſſimis naſcitur* (qualis Paleſtina eſt) *foliis ſimilibus rubia, tripedanea, ſemine oleoſo vulgus Gallorum vocat Camelinam.* Crediderim eamdem eſſe quam noſtri *Nequlla* dicunt, cuius grana nigra admodum exterius, intùs à frumenti farina, neque candore neque ſapore degenerat, ſemperque in ſegetibus naſcitur.

Melagriorum quid.

43. Indiſpēſabilitas abſtinētiæ.

4. Auſtera hæc grauiſque ieiunitas indiſpenſabiliter adeo ab eremitis fuit obſeruata, vt potius eremum deſerere, quam legem abſtinentiæ frangere, liceret. Cum enim aliquando fame & inedia præſſi *quidam* (ex Anachoretis) *ad eum* (nempe Geraſimum Euthymij ſocium, eoque abſente Anachoreſis præſidem) *acceſſiſſent, & peterent vt ſibi liceret aquam calefacere, & coctum ſumere, & ad lucernam legere; magnum reſpondentem Geraſimum dixiſſe: Si ſic vultis viuere, multo magis expedit, vt vos viuatis in Cœnobio. Ego enim nequaquam permittam toto mea vita tempore hoc fieri apud Anachoretas.* Vbi nota pergrauem hunc ieiunij rigorem ab antiquiſſimis Therapeutis acceptum, & per manus Ægyptiorum Patrum ad Euthymij ſcholam deriuatum, vt palam conſtat ex dictis lib. 2. c. 12. n. 61. Prohibitioni legendi ad Lucernam quadrat D. P. N. Benedictus c. 41. ſuæ Regulæ, vbi loquens de horis, quibus fratres reficere, cæteraque Monaſtica perficere munia oportet, taliter Canonicas horas aliaque diſtribuenda ſtatuit, *vt lumine Lucernæ non indigeant reficientes, ſed luce adhuc diei omnia conſumentur. Sed & omni tempore hora ſic temperetur, vt cum luce fiant omnia.* Neque ergo ad Lucernam legere licet iuxta Regulam.

Ad lucernam legere prohibet.

Hierichuntinorum Anachoretarum pietas.

5. Peruenit ad Hierichuntinos Euthymij Anachoretas non admodum à Geraſimi ſolitudine diſſitos, tantæ huius auſteritatis fama: ac planè diſplicuere eis rigida hæc & immoderata ieiunia, *adeo* (ſubdit Cyrillus) *vt cum audirent eorum, qui erant apud Geraſimum eſſe adeo arctum & omnis ſolatij expers Inſtitutum, eſſeque admodum arctum & violentum, hanc ſibi legem tulerint, vt Sabbato, & die Dominico ad eos abirent, & eis non modicam afferrent conſolationem.* Sed numquid neſciente Geraſimo? Non credam. Crediderim potius, conſiderata ſuorum afflictione aliquantulum fræna laxaſſe, funemque reduxiſſe. Subdit namque Cyrillus *Sed hoc quidem eſt laus Hierichuntinorum, & euidens argumentum animarum virtutis amantium.* Inuito autem ſuperiori nullatenus laudi animarum, & amori virtutis ſuffragaretur occaſio illa ſoluendi ieiunium, nec iuſta eſſet lata lex de afferenda bis in hebdomada fratribus conſolatione.

Euchariſtiæ Communio.

6. In eo tandem Scithiotarum æmulatorem ſtrenuum ſe oſtendit Euthymius, quod octauo quoque die ſacra ipſo celebrante ſuis Euchariſtiam porrigebat *cum quibus* (inquit Cyril. n. 59.) *& vna cum Geraſimo & aliis deinceps Anachoretis ſancta illa manus vnaquaquaque Dominica intemerata ſumebant Sacramenta* Recole dicta l. 3. c. 5. n. 34. Hæc ſpeciatim eremitis Euthymius & Geraſimus tradidere Inſtituta, cætera quibus viuebant communia erāt Cœnobitis & Anachoretis de quibus ſupra toto §. præced.

Obiit Euthymius extremum diem exacta ætate in Laura ſua, annum agens 99. A. C. 465. iuxta Haræi calculum, vel 472. iuxta Baronium, *membris ſanus & integer, vt cui non digitus, non vnguis, non dens, non parua, nec magna pars abeſſet corporis*, inquit Cyril. n. 71. Sepultus eſt honorificè in ſua laura adſtantibus & lachrymantibus Anaſtaſio Patriarcha Hieroſolymitano, atq; ingenti multitudine Clericorum & Monachorū conuenientium ad funus; poſtea vero ad nouum Cœnobium è Phædo eius diſcipulo tranſlatus eſt. Quovſque autem Euthymij ſe extenderit Inſtitutio cap. ſeq. §. vlt. commodius videbimus. 44.

Euthymij obitus.

CAPVT VII.

Euthymianum Inſtitutum in Paleſtina dilatat S. Sabas nouiſque morum ædificiorumque ornamentis illuſtrat. Vbi de Theodoſio Cœnobiarcha, & Ioanne Silentiario.

§. I.

Magni P. Sabæ Schola aperitur.

IMaginem rediuiuam Euthymij, qui cernere velit, ſapiētis & diuini Patris Sabæ eius in Monaſticis alumni conuerſationem virtutibus admirandam ante oculos proponat, tranſuerſum vix vnguem ab exemplari Magiſtri diſcedentem. Et operibus, quæ animorum ſolida ſimulachra ſunt, luculenter id demonſtrauit Cyrillus Euthymij diſcipulus, Sabæ in Monachatu collega, eiuſque facinorum oculatus teſtis apud Surium to. 6. Decembr. 5. in eius Actis politiori ſtilo redditis à Metaphraſte, vt ipſe Surius in titulo, & n. 106. notat in margine. *Cum ſic S. Sabas ſe gereret* (ait n. 14.) *& Magnum imitari Euthymium, & tanquam ad exemplar & archetypum ad illius vitam intueri ſtuderet diligentiſſimè &c.* Atque, vt compendio rem totam, quæ ad eius Monaſticem attinet, aliis aliorum inſtituto relictis, aperiamus eum Mutalaſcham (al. Muralam) Capadociæ vicum A. C. 439. natali ſuo conſecraſſet, parentibus Ioanne & Sophia genere & pietate claris eoſque neceſſario futura 1.

Sabas Euthymij imago.

Quarto anno natus.

Patria & parentes.

quædam

quædam expeditio in Alexandriam euocaſſet, Sabas apud Hermiam auunculum ſuum tenera quinque anootum ætate relictus, pluribuſque: moleſtiis ab eius vxore toto pueritiæ tempore affectus, iam iam adoleſcens facultatibus paternæ domus calcatis, cognatiſque deſpectis, *ſe ipſum tradit cuidam Monaſterio quod vocabatur Flauiana quod diſtabat Vigintì ſtadiis à Mutalaſcba* inquit Cyril. n. 3. Sed cum occaſione cuiuſdam diſcordiæ inter Sabæ cognatos agitatæ, & iam tandem ſopitæ, tentaſſent *Sacrum Sabam auellere à Monaſterio, & à pulchre illo Inſtituto, volentes eum & paterna frui hæreditate, & ſuis facultatibus, & coniungi matrimonio: ipſe diuino Dauide vtens tanquam conſiliario, indicanis eſſe optabilius abiectum eſſe in domo Dei, quam talium tabernaculorum frui diuitiis, & alia proſperitate Atque ſic quidem B. Saba propoſitum vel ab ipſis, vt dicunt, cognitum eſt carceribus, & talem ab ineunte ætate oſtendit Philoſophiam.*

Fit Monachus.

2\. Peregrinatur ad loca ſancta.

Cupiens autem Diuinus Sabas cognatorum & propinquorum periculoſam omnino fugere propinquitatem, perfectionis Monaſticæ auidus nec modum nec ſatietatem agnoſcens, *in animo habebat* (n. 7.) *ire in ſanctam ciuitatem & contẽplari loca ſancta, luſtrareq; & viſere Patres qui erant in ſolitudine* (nonne eiſdẽ ſignis antegreſſus eſt Euthymius?) *& ea frui, quæ ex ipſis percipitur, vtilitate aut etiam incitatione eorum vita inſtitutionis oſtendere acriorem impetum ad virtutem.*

Venit ad Euthymium.

Sed quo tandem pergebat Sabas? Haud dubium quin ad Euthymium. *Cum enim* (n. 8.) *de magno accepiſſet Euthymio* (*virtus enim eius vbique prædicabatur*) *captus eſt vehementi deſiderio eum congrediendo, eſt enim ſimile ſemper amicum ſimili.* Qualiter autem res accideṙit, ſic narrat Cyrillus in Euthymio n. 55.) *Octogeſimo & ſecundo anno ætatis Euthymij accedit B. Sabas, cum adhuc eſſet iuuenis, & nec barba quidem primam habens lanuginem, quæ genas contegeret: ad eius pedes procidit rogans, ſupplicans & obſecrans, vt fieret eius ouis rationis particeps, & ab ipſo paſtore paſcatur cum aliis* (obſerua obiter diſciplinam ſuſcipiendorum fratrum à B. P. N. Benedicto traditam cap. 58.)

Suſcipitur.

Magnus autem Euthymius, qui in exercendis pueris erat præſtantiſſimus, vt qui omnium certaminum ſpiritualium fecerat periculum, cum vidiſſet Sabam adhuc iuuenem, dubitans ne ardor eſſet ſolum, non habens rationis iudicium & grauitatem quæ ex ea proficiſcitur, non prius permiſit vt habitaret cum Monachis qui erant in Laura, quam totam Monaſterij perſecutus eſſet vitæ Inſtitutionem, quæ eſt in Cœnobio, & oſtendiſſet eam quæ exigebatur abſolutionem.

3\. Euthymij prædictio de Saba.

Pergit Cyrillus. *Cum hæc dixiſſet* (Euthymius) *per quendam ex fratribus eum tranſmittit ad B. Theoctiſtum dicens: Accipe adoleſcentem, & diligenter ſub te ſimul exerceatur, & educetur. Nam, vt mihi videtur, in exercitationis Inſtituto, & in rectis factis erit inſignis. Atque ille quidem hæc Sabæ prædixit; prædictionem autem congruens quoque conſecutus eſt exitus Non eſt enim nunc non eſt, non vrbs, non regio, non ſolitudo, in qua illius diuini viri res non celebrentur, & ſimul ei, qui dicit, & iis, qui audiunt, voluptatem afferant.* Et quidem Sabam in omnibus rectè factis mirandum oſtendere noſtrum non eſt, quo Aſcetica ipſius dumtaxat facinora perſequimur. In cunctis tamen expreſſam Euthymij imaginẽ tenuiſſe, ingentia ipſius miracula probant à Cyrillo in eius actis relata apud Sur. loc. cit. num. 6. 13. 16. 21. 31. 56. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 100. & 105. & alibi obiter, crebræ reuelationes n. 23. 35. 62. 64. & alibi; glorioſæ atque inſolentes dæmonum victoriæ n. 14. 18. 32. 33. & aliæ futurorum prænuntiationes, innumeri labores à generoſo veritatis athleta tum ab hæreticis, tum etiam à Schiſmaticis pro Conciliis Sacris, & Eccleſiæ pace perpeſſi, itinera ab ipſo iam ſenio confecti, pro communi vtilitate confecta, prædicatio Decretorum Iuſtini pro reſtitutione exulum Orthodoxorum, legationes pro Palæſtinis ad Iuſtinianum Imp. aliaq; innumera Baronij, aliorũque Hiſtoriographorum ſtudio, & ſtylo relinquenda, & à nobis incidenter tantum pro Inſtitutorum Monaſticorum elucidatione attingenda; quorum etiam meminit Concil. Nicenum 2. Act. 1. & 4. quibus tandem bene meritus ciuis in Sanctorum Catalogo adſcriptus eſt hoc elogio 5. Decemb. *Mutala* (al. Mutalaſcæ) *in Capadocia S. Sabæ Abbatis, qui in Paleſtina miro ſanctitatis exemplo refulſit, & pro Fide Catholica aduerſus impugnantes S. Synodum Chalcedonenſem ſtrenuè laborauit.* Vide notata ibi à Baronio. Quo autem iure ab ipſo in præfecti, & à Metaphraſte in Actis n. 47. *Abbas* nuncupetur ex dictis cap. præced. num. 3. conijcies; quæ tu conſulas ne actum agamus, & ad Monaſticem redeat oratio.

Præcipienti igitur Euthymio Sabam ad Monaſterium Theoctiſti deferri, Sabas acquieſcit, *& quæcumque ipſe mandaſſet, ſe prompte & alacri animo facturum promittit.* Sed *tum poſt illius* (nempe Euthymij) *deceſſum, Monaſterium* (ô rerum vices, ô tempora & mores!) *otio & ſocordia paulatim ſe dediſſet, longo tempore an fugit B. Sabas, & habitabat in ſolitudine, cum Geraſimus eam, quæ eſt circa Iordanem, ſolitudinem non ſecus atque ſtella illuminaret. Sabas vero tunc attigerat trigeſimum quintum annum ſuæ ætatis.* Vbi nota exercitatum Sabam in Monaſterio ab imberbi ætate, vſque ad 35. annum, ſed carptim non cohærenti tempore ibi degebat, captus namque ſolitudinis amore (in quo maximè ſeſe Euthymij præbuit effigiem) eremum iterabat, quoties dabatur occaſio, vt §. ſeq. latius dicemus. Ibi autem per quinquennium pluribus cum à dæmonibus non obſcurè & latenter, ſed aperte, & ita vt oculis cernerentur, ſcorpionum, & ſerpentium ſpecie perpeſſus bella; tum etiam ab Agarenis plane barbaris, & animo malignisſimis vno tantum comite Antho Sabæ & virtutis amico inſeparabili, tot expertus iniurias vt terra dehiſcens vnum ex ipſis, ſicut olim Dathan, in aliorum conſpectu deuoraſſet, *deinde* (inquit Cyrillus n. 17.) *etiam ſolitudinem facit Sabas habitabilẽ, & Lauram in ea conſtruit, quam omnium clariſſimam & maximam, & virtus & multitudo eorum, qui in ipſa habitabant, breui tempore effecerunt.* 4.

Recedit à Monaſterio Euthymij.

Ædificat maximam Lauram.

Verum enim vero (Subdit) *opere pretium eſt repetere, vndenam & quemadmodum conſtituta ſit laura, & quiſnam locum oſtenderit, & mandauerit illic iaci fundamentum. Iam quatuor annos tranſegerat hic admirabilis Sabas in ſolitudine. Cum fuiſſet autem aliquando in excelſo illo colle, in quo celeberrimi Theodoſij doctrina fructum percepiſſe dicitur, beata Imperatrix Eudocia in cõſueta precatione pernoctans, videt viſionem quãdam admirabilem ſplendore coruſcantem, & veſte lucida* 5.

Viſio pro ædificanda maxima Laura.

eiostendentem torrentem, vt habitaret torrentis ſpeluncam, quæ vergit ad Orientem, & ei pollicentem auxilium ex ſancto, & alimentum ab eo, qui vel ipſi iumentis producit fœnum. Et fuit quidem viſio eiuſmodi. Ipſe autem magna ex viſione affectus lætitia, cum ſtatim è colle deſcendiſſet quadam diuina & ſapiente prouidentia tanquam ab aliqua dextera deducitur ad ſpeluncam. Quadrageſimo itaque ætatis ſuæ anno cœpit habitare ſpeluncam. Et enarratis Inſtitutis quibus in ſpelunca à Deo ſibi reuelata degebat, ſubdit n. 18. Atque quinque quidem annos ſic Saba tranſegit in ſpelunca. Sed cum non ſolum quæreret, quod ſuum erat (n. 19.) Sed etiam curam gereret ſalutis aliorum, imo vero etiam ei iuſſiſſet Deus, dedit ſe ſollicitudinibus, & priuatus ſuis ſilentio reip. a implens id, quod fuerat dictum à Propheta. Conſcindite gladios veſtros in aratra, & Lanceas in falces, iubens iis qui ad perfectum boni habitum peruenerant (Sabæ in ſolitudine magiſterio) & iam hoſtes fugarant, ac profligarant, tranſire ad colendos Apos animæ fratrum nimium ſylueſcentes (otio & ſocordiæ quibus in Monaſte-

150 Monachi in maxima Laura.

riis viuebant) eoſque mundandos, & reddendos fertiles fructibus ſpiritus. Agebat autem tunc ætatis annum 45. Multis vero ex multis locis illic confluentibus, & maximè quicunque à mundo & omnibus quæ ſunt mundi recedentes, in monte verſari elegerant, admirabilis ille grex celeriter augebatur, beato Saba cum alia ſpiritali eorum cura aptum quoque locum vnicuique deputante ad cellarum ædificationem. Quamobrem videre licebat viros circiter ſeptuaginta numero omnes breui ad ipſum conueniſſe: atque ibi Laura verè maxima ædificata, nouiſque ædificiis in dies dilatata, cum veniſſet Ioannes ſilentiarius ad maximam Lauram, inuenit B. Sabam, qui habebat conuentum 150. Anachoretarum. Hæc prima Sabæ Laura ab ipſo potiſſimum exculta cuius ſitum elegantiam atque munitionem infra trademus.

6. Al a Laura 150. Monachorum.

Rurſus vero cum Sabas, velut Iacob alter, quadam nocte columnam in terra fixam, capite vero cœlos tangentem videret, die illuceſcente pergit verſus Orientem, vbi ab eo viſa fuerat columna ignis, & offendit quoddam magnum & diuinum antrum, quod ſeruabat effigiem templi Dei. Ad orientem enim erat quædam concha, quæ non humana ſed diuina manus videbatur eſſe opus. In eo autem à tergo erat apertus lacus quidam ingreſſus. Solis vero radius illic influens implebat domum copioſo lumine, & ſuauem intus præbebat aërem, & valde bene temperatum, vſum implens Diaconici. Cum ſic ergo ædem illam aueniſſet diuinam non manufactam, ornatam pulchritudine, & ipſe quoque pro viribus in eo artificioſè fuiſſet fabricatus, & naturali pulchritudini adieciſſet elegantiam, & vidiſſet quãdam petram, quæ templum ſupereminebat, ipſe quidem eam elegit ad habitandum. Hæc ille n. 22. Subdit autem n. 23. Cum autem multitudo Monachorum quotidianis creſceret acceſſionibus, & breui perueniſſet ad numerum 150. aucta quoque eſt ex vtraque parte torrentis cellarum ædificatio: Cum ergo eius fama breui tempore in omnem partem peruaſiſſet, multi ad eum veniebant cum multis pecuniis. Has autem diuinus accipiens Sabas, non immiſit in crumenas, nec abſcondit in penetralibus, ſed conſumpſit ad fabricanda ædificia Monachis congruentia, & ad ſuppeditanda alia

7. Monaſteriũ Caſtellij.

quæ erant eis vſui.

Neque inferiora Monachorum numero ædificiiue magnitudine fuere Cœnobium & Laura ab infatigabili, belloque machinatore Saba in Caſtellio conſtructa. Eo namque in ſolitudine quadam cũ paucis fratribus labores multos, rerumque extrema inopiam ſuſtinente, cum Marcianus Monaſteriorum Bethleemi totiuſque Paleſtinæ Præfectus Generalis (de quo infra) in ſomnis à Deo ad aurem & Sabæ penuria admoneretur, nihilque cunctatus neceſſaria ad victum Sabæ ſuiſque ſuppeditaret: Ille cum ea quæ miſſa fuerant accepiſſet, & quænam miſſioni eſſet cauſa didiciſſet, hoc quoque duxit eſſe ſignum, quod ædificationi, & habitationi loci Deus faueret: & ſimul quidem vehementius Domino egit gratias, & Cœnobij ædificationem vrſit vehementius. Deinde poſtquam fuit finitum, in Monaſterio collocat multitudinẽ Monachorũ. Hæc ille n. 35. Et n. 36. Atq; Saba inquit magna erat cura, vt quos eſſet plantaturus in Cœnobio Caſtellij, & prouecta eſſent ætatis, & Monaſticam viuendi formam accurate tenerent. Nulli autem ex mundanis & iis qui recens aduenerant concedebat habitare in Caſtellio, ſed paruo Cœnobio ad Lauræ borealem partem extru-

Obſeruãtiſſimum.

cto, cum ei præfeciſſet viros induſtrios, & ſobrios, & quorum fidei credi poſſent fratrum animæ, hoc habitanda tribuit iis, qui è mundo recens veniebant, donec ipſum Pſalterium didiciſſent, & ſe exercuiſſent in alia Monachorum vitæ Inſtitutione. En Mo-

Aliud Monaſteriũ Paruum.

naſterium præ cæteris obſeruantiſſimum. Poſtmodum Lauram prope ædificauit, atque vtramque domum quotidie augebat ædificiis & fratrum acceſſionibus, vt notat n. 42. Rurſus n. 39. circa turrim Dauid Monaſterium aliud ædificat, cumque ibi Monachi omnes congregarentur, qui erãt circum circa diſperſi, diuiniſſimus Sabas emens multas cellas adiecit eas ad illos hoſpitio excipiendos, qui veniebant ad Lauram & alteram domum ædificauit ad excipiendos Monachos, qui veniebant peregre.

Laura.

Cœnobium circa turrim Dauid.

Pergit Cyrillus n. 40. Acrem itaque in his rebus zelum adhuc magis amplificans Dominus è ſuperis, duos quoſdam ſecundum carnem fratres genere Iſauros nomine Theodulum & Gelaſium, qui ipſi quoque erant iuuenes, ſicut ille Beſeleel & Eliab architectos noui tabernaculi miſit ad nouum hunc Moſem. Quibus ille vtens opificibus ædificiorum, adſtruxit quidem quæcumque in Laura (nempe maxima de qua ſupra n. 5.) adhuc deerant: conſtruxit verò circa eam quoque Monaſteria. Deinde ædificat etiam domum ad panem faciendum. Fabricatur etiam Noſocomium (locus ſcilicet in quo ægrotantes curantur, noſtris enfermaria) & aquarum receptacula conſtruit propter torrentem. Hæc adiecta de nouo ſunt ad maximam Lauram. Subdit: Quoniam autem neque quod ei prius apparuerat à Deo conditum templum (de quo ſupra n. 6.) ſynaxi fratrum ſufficiebat, & rurſus multitudo Armeniorum oratorij exſuperabat magnitudinem alteram ædem excitat Diuinus Sabas ab ipſis fundamentis, quæ ornatu & magnitudine nulla erat altera inferior, eamque Deo conſecrat, per manus Eliæ tunc Epiſcopi Hieroſolymitani Euthymij diſcipuli.

8. Theodolus & Gelaſius architecti Sabæ à Deo miſſi.

Addita maximæ Lauræ.

Addita ſecũdæ.

Neque his ædificandi finem fecit Diuinus Sabas, quippe qui à Deo opificibus fuerat donatus, plura enim alia ab ipſo erecta cœnobia & Lauras refert Cyrillus in Actis n. 53. & 60. atque innumera ferè inter enumerandos illius diſcipulos obiter attingemus: tantoque amplificationis Eccleſiæ, & Monachatus exarſit deſiderio, vt paternã quoq; domũ, quæ erat in Muta-

9. Domũ propriã extruit in templum.

laſca

Digitized by Google

laſca extruxerit in templum Sacris Martyribus Coſmæ & Damiano: Ac tandem, vt doctè aduertit Baronius A.C. 530. n. 40. ea omnia Chriſtianæ Religionis egregia monumenta, quæ in Paleſtina & adiacentibus locis Iuſtinianus Imp. erexit, Sabam autorem agnoſcunt, quorum latè meminit Procopius Orat. 5 de Ædificiis Iuſtiniani: præcipue verò ſunt Hieroſolymus templum Dei Genitricis, *cui nullum plane* (inquit Cyrillus n. 106.) *aliud aqui parari poteſt*: cuius ſitum & fabricam latè ibi deſcribit Procopius: & ad alia à Iuſtiniano erecta orationem conuertens inquit: *In via qua ad templum itur, ſtant hoſpitia vtrinque duo: vno hoſpites peregrini ſuſcipiuntur, altero requieſcunt, & refocillantur pauperes agroti*: Et in fine orationis: *Iberorum templum adificauit Hieroſolymis*, (an Hiſpanorum conſulens deuotioni, loca ſancta frequenter inuiſentium?) *& Lazarorum in Hieroſolymorum eremo, ſancta Maria in monte oliuarum, Fontis S. Eliſei Hieroſolymorum: item Siletheon Abbatie Romani in Bethleem ſimiliter & Ioannis Abbatis in Bethleem muros inſtaurauit.* Addit præterea duplicem munitionem templi Chriſtianorum, quod erat in Garizin, ne deinceps iterum à Samaritanis incendium pateretur: ſeptem etiam Eccleſias à Samaritanis exuſtas ab ipſo Iuſtiniano reſtitutas; renouationem templi S. Thalalei, S. Georgij, & S. Pantaleonis martyrum in eremo Iordanis, templum & hoſpitium Dei Genitricis in Hierico, ac tandem ad radicem montis Sina in quo degebant Monachi ſanctiſſimi (vtpote diſcipuli Magnorum Patrum Ioannis Climaci & Raythenſis de quibus cap. ſeq.) nobilem Eccleſiam Romæ Virginis Mariæ: *Nã in vertice Sina* (inquit Procopius) *Homo pernoctare non poteſt propter aſſiduos ſtrepitus, & fragores, aliaque terriculomenta quadam diuiniora qua nocturnis horis illic exaudiuntur, humanam mentem & ſenſum percellentia.* Hactenus de ædificiis Sabæ. Cætera Miſſa facio ne arenam metiri, vel vndas numerare videar. Nunc ad diſcipulos.

Iuſtiniani ædificia Sabam autorem agnoſcunt.

10.

Præcipui Sabę diſcipuli.

Quam plurimos Sabæ ſectatores Cœnobia Lauraſque colentes gregatim enumerauimus: ſed quia non tam multitudine quam dignitate Diuini huius Magiſtri paleſtra obeliſco digna ſplendebat, opere pretium erit meminiſſe digniorum. Recens ædificata maxima Laura ſeptuaginta circiter numero ad Sabam conueniſſe refert Cyrillus n. 19. *Omnes*, inquit, *diuinos, & à Deo inſpiratos, inter quos erat quidem Ioannes qui noua poſtea Laura præfuit.* (Hæreo an iſte fuerit Ioannes ille cognomento Scholaſticus ad Hieroſolymitanam ſedem euectus, de quo Baronius ex Laontio A.C. 564. num. 14. & 29. vel forſam Ioannes alter Abbas Paleſtinus ſanctitate mirabilis, atque eodem ſæculo celebris de quo ipſe A.C. 548. num. 16. & 17.) *Erat autem Iacobus quoque, qui Lauram Pirgiorum adificauit in Iordane, Firminuſque & Seuarianus: ex quibus alter quidem adificauit Lauram qua eſt in Maliſcha, alter vero Monaſterium, quod eſt in Mariche, & Iulianus opifex Laura, qua eſt in Iordane, qua nominatur Elzeraba, & reliquorum ſanctorum Catalogus, quorum ſingulorum meminiſſe, & eos nominatim perſequi propter multitudinem recuſat oratio.*

Ioannes.

Iacobus Firminus Seuerianus.

11.

Ioannes ſilentiarius.

Verum nequaquam ſilentio præteriti digna ſunt nomina aliquorum: præſertim celeberrimi illius Ioannis cognomento ſilentiarij, qui Epiſcopatui Colomenſi nuntio dato in Laura maxima Saba illius diſciplina diu incognitus, & diutiùs ſilens vitam ſanctitate ſpectabilem cum morte præclara coniunxit, cuius Acta compendio ſcripſit Cyrillus Monachus, eaque expoliuit Metaphraſtes apud Surium tom. 3. Maij 13. atque aliqua inſigniora eiuſdem in Monachatu facinora inter Sabæ Inſtituta referemus. Profert etiam in præſenti Cyrillus Hieremiam genere Armenium, quem *dona* inquit *decorabant ſpiritualia*, quemque *duo ſequebantur diſcipuli, qui vocabantur Petrus & Paulus, qui cognoſcebantur eius vitam apertè referre, & exprimere*, ex quibus Paulus Lauræ cuidam præfectus, quietis amore, præfecturæ oneris, & honoris impatiens, cum per ſex menſes Monachia præfuiſſet, fuga ſibi conſuluit, atque in Arabiam ſe contulit vt ipſe refert n. 51. Meminit quoque Baſilij cuiuſdam miraculoſi iuuenis n. 44. Et n. 45. Eumathium celebrat genere Iſaurum. *Qui cum cellam accepiſſet fecit Cœnobium, & in eo collegit multitudinem Monachorum, quorum vnus eſt etiam Tharaſius, cui poſt Eumathium fuit commiſſa Prafectura.* Ac tandem Cyrillus ipſe num. 107. de ſeipſo: *Cum me*, inquit, *magnus Sabas aſpexiſſet, & ſalutaſſet, & ſua dignatus eſſet benedictione: Hic ex hinc, inquit, Patri* (ipſius Cyrilli, amicitiis Sabæ coniuncto) *eſt meus diſcipulus: Decoatur ergo Pſalterium: eo enim opus habeo.*

Petrus & Paulus.

Baſilius. Eumathius Theraſius.

Cyrillus.

12.

Diuiditur præfectura Monachatus Paleſtini.

His diſcipulorum numero genere & ſanctitate nobilium collectis copiis, Cœnobiis & Lauris erectis, Eremiſque inhabitatis, ne ſub tanta Monaſticæ Præfecturæ mole ingemiſceret vnus vir, ſtultoue, ſicut Moyſes alter, labore conſumeretur tot ſubditis, lociſque prouidè præſidere præſumens obſeruantiæ detrimento, iubente Saluſtio Hieroſolymorũ Archiepiſcopo diuiſa fuit in duo capita Paleſtini Monachatus præfectura: atque ea quæ ad Cœnobitas attinet Theodoſio ſpectabilis ſanctitatis, & prudentiæ viro credita eſt: Anachoretarum vero Lauras incolentiũ & atque Eremicolarum gubernatio Magni Sabæ curæ commiſſa: non tamen ex plenitudine poteſtatis id exequente Saluſtio, ſed coacto Generali Præfectorum localium aliorumque inſignium Monachorum Capitulo, eorumque rite expectatis ſuffragiis. Rem totam ex Cyrillo audire gratum abſque dubio lectori erit n. 37. vbi poſt plurima Monachatus Paleſtini enarrata primordia inquit: *Si quem ex iis qui mundo renuntiabant videret* (Sabas) *cui ſcilicet facias nondum eſſet tecta pilis, eum mittebat ad illum, qui mihi dictus eſt ſuperius Theodoſius* (cuius paſſim cum laude refricat nomen, atque inter Euthymij diſcipulos meminimus cap. præced. n. 8.) *qui quidem iam receſſerat ab Eccleſia qua dicta eſt Cathiſmatis* (ſolutus nempe ab exilio quem ab Anaſtaſio Imp. in Monachos defendentes ſacras Synodos furente fuerat perpeſſus.) *in parte Laura, qua vergit ad Occidentem conſtituerat Monaſterium, quod vita communiter degenda conueniebat, diſtans à Laura triginta quinque ſtadiis: qui eos qui mittebantur lubenter admodum excipiens omnibus modis ſtudebat eorum curam gerere, eique miſerat gratificans, erant enim magno inter ſe amore coniuncti diuinus Sabas, & hic Beatus Theodoſius: & vterque alterius voluntatem praferebat voluntati ſua, imo vero voluntatem alterius putabat eſſe ſuam, cum Chriſti amor*

Theodoſius Cœnobitis præficitur.

Sabas Anachoretis.

Sabas & Theodoſius valde familiares.

ſic eos coniunxiſſe, vt idē ſentirent, eis perſuaſiſſet. Hoc autem erat omnium ſermone celebratum, & aliud par Apoſtolicum ab Hiereſolymitanis indicabantur. Eis ab Archiepiſcopo, à Salaſtio inquam, qui erat in Chriſto conſummandus, mandata fuit Præfectura vniuerſi cœtus Monachorum: non quod ipſi eam accepiſſent, ſed potius electi fuiſſent à Monachis, & præmium virtutis eam accepiſſent præfecturam. Quonam autē modo ad hanc adminiſtrationem peruenerint dicam paucis.

13. Coactio Capituli pro electione præfectorū. *Cum Elpidius & Elias ſucceſſores magni Paſſarionis* (in Schola Euthymij) *è vita ſeceſſiſſent, conſequenter ad Lazarum tranſiit adminiſtratio. Sic etiam ad Gerontium. Qui cum deceſſiſſet Anaſtaſio cura fratrum committitur* (vide plures Euthymij ſucceſſores) *Cum ij ergo, quos diximus, Lazarus, inquam & Anaſtaſius, præeſſent adminiſtrationi, res Monachorum erant admodum turbulentæ, & maximis agitabantur fluctibus. Cumque Monaſticæ perfectionis paruam aut nullam curam gererent, ad quaſdam autem mundanas curas, & pecuniæ emolumenta tota mente conuerſi eſſent maximè cum Anaſtaſius tunc poſt Zenonem ſuſcepiſſet Imperium, & Schiſmata cum ſumma impudentia & licentia loquerentur aduerſus Eccleſiam: Cum tunc ergo diuinus Saluſtius (erat autem is Patriarcha Hieroſolymitanus) ſtatuiſſet liberare fratres ab illa tempeſtate, primum quidem conſtituit, vt qui iam à me dictus eſt Marianus, eis præeſſet, & eorum ſuſciperet rectionē.* (En Martianus poſt futurus totius Monachatus Generalis præſes conſtituitur etiam Generalis, vſque ad coactionem Capituli) *Cum autem interceſſiſſet aliquantum temporis, ægrotabat quidem diuinus Saluſtius, & corpore erat malè affectus. Ad eum vero conueniunt omnes qui erant in ſolitudine.* (Omnes ſiue Cœnobitæ ſiue Anachoretæ, ſiue Eremitæ: neque enim putandum eſt Cœnobitas & Anachoretas à ſuffragio ſequentis electionis fuiſſe repulſos, quippe qui corpus idem cum Eremitis conſtituebant, vt notauimus cap. præced. à n. 4.) *Ipſe autem communi ſuffragio eorum qui ſimul conuenerant, ſtatuit vt Monaſterijs quæ erant circa ſanctam ciuitatem, præeſſent Sabas & Theodoſius, ij quos præſens vrbis oſtendit oratio. Ab illo ergo tempore Theodoſius quidem iis qui communiter viuebant: Sabas autem ijs qui cum nemine congrediebantur & erant omninò ſeparati, præerat.* Theodoſius nempe Cœnobitis, Sabas vero Anachoreticis & Eremitis, qui in Laura ſeorſim, & in Eremo longè longius ſeparati degebant. Hinc Theodoſius *Cœnobiarcha & Archimandrita* quaſi cognomēto appellatus cuius Monaſticem infra trademus.

14. Marcianus Generalis. Cæterum quo amplius appareat Sabæ diebus Paleſtinæ Monachatum noſtri in omnibus extitiſſe prototypon, obſerua Martianum hunc qui iubente Saloſtio, Præfectorum congregationi præfuiſſe, atque eorum rectionem eo interim ſpatio ſuſcepiſſe refertur, Generalem egiſſe Prælatum omnium Cœnobiorum. Prodit hoc aperte Cyrillus num. 34. vbi cum narraſſet Sabam ſeceſſiſſe in ſolitudinem quandam, vt aliàs ſolebat, atque in colle vicino Monaſterio Caſtellij domum cuiuſdam in mundo ſplendidi inueniſſe ex pulcherrimo lapide conſtructam, tecto excelſam, magnitudine amplam, eamque ipſum rediſſe elegantiorem, atque in Cœnobium redegiſſe, ſubdit: *Cum is autem* (Sabas) *ſic cum ſuis laboraret in iis ædificandis habitaculis, eorum verè, quæ ſunt neceſſaria, nullam curam gereret, & quorum eſt hominibus vſus ineuitabilis, Deus cui gratum erat locum ædificari, ipſe viro longè optimo Marciano etiam ad id ferentem immittit viſionem, qui ipſe quoque præerat iis, quæ ſunt in Bethleem Cœnobiis, & rurſus curam gerebat eorum, quæ erant vbique, Cœnobiorum.* Agebant ergo Theodoſius, & Sabas quaſi Prouinciales Præfectos, Marcianus vero Generalem, vtpote cui cura vniuerſalis erat eorum etiam, qui ſub Saba degebant.

Diuerſa itaque ſub Martiano Generali inter Sabam & Theodoſium Monaſtica Præfectura, non æque diuerſam inuenio poteſtatem priuatiuam eligendi locales Præfectos Cœnobiorum, & Laurarum; ſed totam penes Sabam reſidere facta probant: ſiue enim ad Cœnobia, ſiue ad Lauras Sabæ manu prouectos præſides paſſim apud Cyrillum in eius Actis habemus; de Theodoſio verò altum vbique ſilentium, tum in præſenti, tum etiam apud Surium tom. 1. Ianuar. 11. in eius vita ab ipſo Cyrillo exarata, vt meritò placet Baronio A.C. 511. n. 22. Et vt pauca ex innumeris producamus. *Atque Saba* (inquit n. 36.) *magna erat cura, vt quos eſſet plantaturus in Cœnobio Caſtellij, & prouecta eſſent ætatis, & Monaſticam viuendi formam accuratè tenerent ſed paruo Cœnobio ad Lauræ borealem partem extructo, cum ei præfeciſſet viros induſtrios & Sobrios. &c.* Præfectum ſcilicet, aliosque miniſtros. Et num. 49. *Diuinus Sabas deſcendit ad Lauram, cum quendam conſtituiſſet Seuerum, vt præeſſet Monaſterio Nicopolis.* Et n. 53. *Cum vidiſſet quemdam locum ex omni parte tranquillum, ſilentioque & quieti valde aptum ſpeluncam quidem nominat Monaſterium, Paulo vero mandat eius curam, ei adiungens ſocios ſolicitudinis* (cæteros nempe Monaſterij miniſtros & officiales) *Quiricum quendam & Euſtathium.* Et num. 56. *Deinde* (inquit *cum à turri*) ſcilicet Dauid, in qua erexerat Monaſterium (*deduxiſſet* (quoſdam Monachos) *illos quidem refert in numerum conuentus, qui erat apud B. Theodoſium, vnum autem ex eius diſcipulis nomine Ioannem Byzantinum, moribus admirabilem, qui ex primo ordine Scholarium vitam elegerat Monaſticam, turris præficit curatum, alios quoque fratres ei tradens ad ferendum auxilium &c.* Et n. 59. *Nouas cellas fabricatur* (Sabas, *& domum excitat oratoriam quo quidem in loco Andream quendam & Paulum fratres ſecundum carnem illarum rectioni præficit, & curationi: & cum effeciſſet, vt quidam fratres ſimul cum eis habitarent, Lauram conſtituit.* Quibus perſpicuum eſt Sabam non ſolum erga Anachoretas ſibi commiſſos, ſed etiam penes Cœnobitas Theodoſij diſcipulos poteſtatem promouendi ad Prælaturam habuiſſe. 15. Poteſtas eligendi præfectos penes Sabam.

Neque id tantum Sabæ meritis & authoritati creditum in eius Actis inuenitur, ſed poteſtas etiam cogendi Capitulum Præfectorum, eoſque in communi conueniendi, ac de rebus ad Monachatus regimen pertinentibus pertractādi. *Poſt iniuſtum illud,* (inquit Cyrillus. n. 87.) *Eliæ Paleſtinæ Antiſtitis exilium fames quædam & penuria rerum neceſſariarum ſiccitas quoque & locuſtæ graues quædam plaga integris quinque annis oppreſſerunt Paleſtinam. Cum vero eſſent ſeptem, quæ ab ipſo conſtituta fuerant, Monaſteria, & quorum ipſe curam gerebat.* (En præter Laurarum omnium præfecturam, ſeptem Monaſteriorum 16. Cogit Capitulum Præfectorum.

riorum

riorum à Saba extructorum penea ipſum ſuprema poteſtas) *nulli eorum reditum ac prouentum pronidit. Sed cum Deo eorum omnem mandaſſet curam, & ea ſimiliter premerentur rerum inopia; ille non modo nihil rite & abiectum eſt locutus: ſed etiam conuocans Præfectos Monaſteriorum, ſnadebat vt propter hoc nihil angerentur animo, neque de corpore quicquam eſſent ſolliciti &c.*

17. Viſitat Monaſteria & Lauras.

17. Cœterum qui tanta in omnibus agebat autoritate, viſitationis locorum ſibi ſubiectorum onus etiam ſubiiſſe nequit dubitari: quod haud obſcutè ionuit Cyrillus n. 88. vbi eum retuliſſet Orante Saba triginta iumenrotum onera à diuina prouidentia conſultò miſſa fuiſſe, quibus alimenta ſeptem Sabæ ſupradictis Cœnobiis, & Lauræ eadem calamitate famis oppreſſæ ſuppeterent, ſtatim ad Lauram veniens ad Lauræ Præfectum, qui indigentiam parcè & ſordidè ei obiecerat. *Quid ais, inquit, Sacrum ne dimittemus* (propter defectum panis) *miniſterium? Ille autem intelligens interrogationem eſſe reprahenſionem cogitationum, quæ non ſatis erant valida ad ſperandum in Deo, procidit ad pedes eius petens veniam, & pro tam illiberali parcitate vehementem inferens pœnitentiam. Et ille cito eam dat diſcipulo; & ea, quæ oportebat, ſnadet, dicens: non oportere eſſe tam paruo, & abiecto animo; ſed à ſpe diuina firmiter dependere, & quod dicit diuinus David, curam iactare in Dominum, cui nos longe magis quam parentibus curæ ſumus.* Et n. 56. de ſubditorum cura loquens, qua Sabæ animus coquebatur inquit; *Sed ne ipſe eos, vt ſolet fieri, negligebat, ſed ad eos viſitandos frequenter veniebat, & vehementer laborabat, & ad res eorum gerendas eis opem ferebat.*

18. Iuri eligendi præfectus quandoque cedit.

18. Ceſſit tamen quandoque Sabas iuri eligendi Præfectos, nolens perpetuo ex ſingrapha (vt aiunt) agere, ne cenſorium ſupercilium affectare videretur atque ideo non ſemel communi calculo, atque Monachorum ſuffragiis Præfectorum deuoluit electionem. Obierat Ioannes Maximæ Lauræ Præfectus, cui Sabas ipſe commiſerat Præfecturam: *Deinde* (inquit autor) *poſt illum conſilio Diuini Patris Saba qui illic erant Monachi, cuidam Paulo committunt administrationem.* Vbi nota conſultiuè tantum ſe habuiſſe Sabam, ac per conſequens ſuffragiis Monachorum electionis deciſionem reliquiſſe. Sed quid poſtea? *Erat* (Paulus) *Romanus genere ſed ſimpliciſſimus, & ab omnibus negotiis alieniſſimus: veras ſolas diuitias cognoſcens, nil poſſidere. Ipſe autem cum ſex ſolum menſes admodum inuitus permanſiſſet in Laura, nihil ſibi volens exhiberi moleſtia, fugit in Arabiam: & cum illinc veniſſet ad Senerianum, excedit è vita. Sed cum diuino Saba fuiſſet eius fuga* (& mors etiam vt credo) *ſignificata, ille Agapetum ſuum diſcipulum miſit praeeſſe Monachis.* Sed quomodo iuſſit? nonne ex plenitudine poteſtatis? Nequaquam ſed annuens Monachorum poſtulationi. *Non magis* (inquit) *honorans eius* (Agapeti) *virtutem, quam ſatisfaciens illorum* (Monahorum) *petitioni. Ipſum enim vt praeeſſet, communiter vocabat totius ſimul Lauræ legatio. Neque ipſe quidem hoc lubens ſuſcipiebat, ſed euectus fuit illorum iudicio & ſententia*, Saba autem ad ſuperos tranſlato electionem Præfecti in Maxima Laura ad Monachorum ſuffragia fuiſſe omnino deuolutam crediderim ipſo dum viueret id exequente, vt poſteris agendorum legata obſignaret. Perſpicuè id conſtat ex num. 517. vbi mortuo Gelaſio Sabæ ſucceſſore, *eius loco* (Georgium) *Præfectum & ducem conſtituunt* (Monachi) *& in diuiniſſimi Sabæ throno collocant.* & n. 118. *Deinceps rectionem ſuſcipit Caſſianus*, haud dubium quin à Monachis: ſubdit enim. *Qui cum decimum menſem impleſſet in administratione, & Deinde ex hac vita exceſſiſſet, Canoni poſt ipſum mandant Monachi Præfecturam. Mandant verò, Deo, vt arbitror Monachorum animos ad hoc mouente. Fuit enim vir ille ſummè reſplendens & rectis dogmatibus, & omni virtute & recte factis.*

Poſt obitum Sabæ ad ſuffragia Monachorum deuoluitur electio.

Denique vt iam ad Inſtituta Magni Sabæ accedamus, quibus tot ſubditorum vitam informabat, præmittenda nobis eſt linea illa ſummæ tenuitatis, quæ arrepto Monachatus penicillo Euthimij imagini Sabæ viſum eſt extremam impoſuiſſe manum; perpetuus nempe ardor, quo vitam ſemper deſiderabat Anachoreticam, & ſuſpirabat Eremiticam, quas paſſim confundit Cyrillus in Actis Euthymij, Sabæ, Theodoſij & Ioannis ſilentiarij, cum non paruum inter eas aſſignauerimus diſcrimen cap. præced. n. 4. & Anachoreticam pluries *conuentualem* nuncupet Cyrillus, præſertim in Ioanne Silentiario n. 5. vbi *Cum veniſſet* (inquit) *ad Maximam Lauram, inuenit B. Sabam, qui habebat conuentum 150. Anachoretarum.* Certa igitur ac ſtabilis Doctori noſtro erat ſententia ſolitariam vitam, communi eſſe præferendam, atque gradatim à Cœnobio ad Lauram, à Laura ad Eremum, tanquam à perfecto ad perfectius eſſe deueniendum. Quantum autem in ſuo ſenſu Anachoreſim præferens abundauerit, ſatis ſuperque indicauit eum Theodoſio de Monaſticis conferens. *Dicitur certe* (inquit Cyrillus n. 93.) *Beatum Sabam vrbanè ſæpè dixiſſe Diuino Theodoſio, illum quidem puerorum, ſe autem eſſe Præfectum Præfectorum*, ideſt *eorum qui à congreſſione ſeparatam & quietam ſuſceperant præfecturam*, vt ante notauerat, & in Ioan. Sil. n. 6. *Accidit vt conderet* (Sabas) *Cœnobium vt qui vita mundana renunciabat, in eo prius Monaſticam accuratè docerentur diſciplinam: deinde ſic in Laura habitarent, cum vitam Cœnobiacam perfectè didiciſſent: beato Saba affirmante atque dicente, quod ſicut flos fructum præcedit, ita vita Cœnobiaca vitam Anachoreticam.* Idem de Anachoretica reſpectu Eremiticæ ſenſiſſe; opera ipſius prædicabunt. §. 3. Nunc ad Inſtituta Cœnobitarum & Anachoretarum communiter viuentium, veniat oratio.

19. Anachoreticam vitam præfert Cœnobiticæ.

§. II.

Cœnobitica, & Lauretica Sabæ Inſtituta.

20. Prælati virtutes.

20. PLacuit à prudentia, moribus, ingenio literiſque Prælati, ſicut in Euthymio Sabæ archetypo, Inſtitutorum eius auſpicatò ſumere initium. *At verò* (inquit Cyrillus n. 20.) *qui eſſet acuto & ſubtili ingenio, & peruaſiſſet omnem formam, & rationem exercitationis in illos* (nempe ſubditos) *ſe admodum aptè gerebat, & congruenter, alios quidem adhortans, alios vero admonens, alios autem increpans, & omnes, vt ſemel dicam, generosè ac ſtrenuè reſiſtere maligni artibus efficiens, & non puſillo & abiecto animo ferre labores ſolitudinis, neque in animi cadere angorem, quod quidem aperte eſt ars maligni; ſed ſpe futurorum*

confirmari

confirmari ac roborari. [*His & ſimilibus vtens ad eos admonendos, effecit diſcipulos ſuperiores quauis difficultate, quidquid intercedebat aſperum, & vllam afferebat offenſionem diſſoluens, & faciens eos maligni tela ſuperuolare, & leues eis pennas faciens ad virtutem. In rebus autem neceſſariis, & quæ vſum requirebant ineuitabilem, & precibus eos ſæpe iuuabat, & clanculum eis opem ferebat: ne ſi pluſquam poſſent ferro tentaſſent, tandem defatigarentur.* Et Ioanne Sileotiario eiuſdem gymnaſij Doctore; in ipſo.n.a. *Eos qui erant ei ſubiecti verbo & opere componebat, ac formabat ad ſe rectè gerendum in exercitatione: neque eos onerans iugo regulæ, vt qui recenter compacti fuerant; nec permittens vt manerent otioſi, & ſe nullo labore exercerent: ſed eos paulatim ducens, & diuinis fluentis irrigans, effecit vt fructus producerent pro dignitate ſua vocationis.* His D.P.N. Benedictus totam paginam implet. cap.'a. vide dicta. cap. præced.num.18.

Cogitationes Prælato aperiendæ.

a. Qui ergo dubitarent Monachi medicis tantis aptam cuique morbo adhibeotibus medicinam cogitationum ægritudines manifeſtare? Neutiquam id recuſabat Abbas Euſtachius, qui in Ioanne Silentiario n.17. hæc narrabat Cyrillo. *Me aliquando grauiter oppugnante ſpiritus blaſphemiæ: veniensque ad Abbatem Ioannem Silentiarum expoſui ei meas cogitationes, rogauique vt preces ab eo acciperem, ſurgens autem ſenex mihi fecit orationem, & dixit: Benedictus Dominus fili mi, quod tibi non appropinquabit amplius ſpiritus blaſphemiæ. Atque ita factum eſt, vt ſenex dixerat, neque ab illo tempore ſenſi amplius malam illam & blaſphemam cogitationem.* Vide D.P. N. Benedictus cap.7. de Humilitate Gradu.5. & ootata cap.præced.n.19.

21.

Opus Dei in Cœnobiis & Lauris.

3. Eam nunc præ cæteris à D. P. N. Benedicto à cap.8. vſque ad 20. eoixè commendatam Operis Dei obſeruantiam in Monaſteriis & Lauris Sabæ altè repetitam adducamus in medium ex n.52. vbi ait. *Conſtituit Sabas vt Sabbatis & Dominicis diebus in eo* (nempe templo non manu facto quod in ſpeluncas inuenerat) *conſueta fieret glorificatio.* Et n. 56. cum Petrum & Paulum genere Armenios ad Monachatum ſuſcepiſſet in ſolitudine quadam, vbique Lauram poſtmodum ædificaſſet, *eis paruum reliquit oratorium, vt diebus Dominicis & Sabbatis ſua lingua conſuetam peragerent glorificationem, ex quibus auctum eſt in Laura genus Armeniorum.* Et n.40. *Quoniam autem neque, quod ei prius apparuerat, à Deo conditum templum* (de quo nupertimè) *Synaxi fratrum ſufficiebat: & rurſus multitudo Armeniorum oratorij exuperabat magnitudinem, alteram ædem excitat diuinus Sabas ab ipſis fundamentis, quæ ornatu & magnitudine nulla erat inferior, eamque Deo conſecrat, quæ quidem cum ab Elia, qui tunc Eccleſiæ* (Hieroſolymitanæ) *præerat, de more fuiſſet dedicata, illas quidem Sacras fratrum Synaxes illic iubet deinceps peragi: Armeniorum autem multitudinem transferri in illud diuinum templum, adeo vt Chriſtianis quidem conſueta glorificatio, & ipſa Euangelij lectio, quæ fit iis, qui ſunt præſentes, proprio eorum ſermone impleretur: ſimul vero cum aliis diuina ſumerent Sacramenta.* Vbi nota deſignatum Armeniis in Laura Sabæ peculiare Sacellum pro celebratione officij diuini proprio eorum ſermone, ne Græci, & Latini expertes à Dei Laudibus deſtituerentur. Non aliter quam in Sacra Eccleſia Toletana à tempore Sarracenorum Hiſpanias dominaotium in Sacello huic muneri Eccleſiaſtico Gothico dicato quotidie celebratur Muzarabum, ideſt Mixtatsbum officium., rituſque Sacer ex libris D. Iſidori retinetur, quo Chriſtiani ea tempeſtate ioter Arabes extorres facti in montibus, ſpeluncis, & exilio vtebantur. Vide Loxyſam in Not.ad c.1.Concil.8. Tolet. Hunc autem morem ab Euſebio Syro fluxiſſe conſtabit.c.10.n.46.

Armenis Sacellum deſignatum.

Muzarabum officium.

4. Pro Cœnobitis & Lauretis prope Hieroſolymam habitantibus, hoc quoque prætereà ſtatuit, *vt die quadam Sabbati in templo ſpeluncæ* (quod in Eremo erat) *diebus autem Dominicis fierent ſynaxes in templo Deiparæ* (Hieroſolymis constructo) *In aliis autem Eccleſiis, & Dominicis, & inſignioribus feſtis magis ſolemnibus à veſpera vſque ad mane producerentur.* En antiquiſſimus ritus nocturnarum precum Apoſtolorum tempore & exemplo in Eccleſiam conſtitutus, non ſolum à clericis & Mooachis obſeruatus, ſed ab vniuerſo populo Chriſtiano ſummiſſa voce orante in Eccleſiis inter tres illas nocturnas preces, quas olim ad veſperam media nocte, & mane explebamus, vno autem compendio hodie abſoluimus. Meminere huius ritus D. Hierooymus aduerſus Vigilantium (ſeu rectios vt ipſe ait Dormitantium) qui ſolam Paſchatis Vigiliam approbabat: Clemens Alex. Pedag. cap.9. & Lactantius lib.7. c.19. aliique Patres ortum teſtantes à præcepto illo Euangelico Marc. 13. *Vigilate ergo: neſcitis enim quando Dominus veniet, ſero* (en primi Nocturni hora) *an media nocte* (Ecce ſecunda vigilia) *an galli cantu* (tertia ſcilicet vigilia) *an mane,* nempe hora matutioalium laudum. Atque eiuſdem ritus teſtimooium irrefragibile profert Plinius iunior gentibus lib.10.ep.97. Traianum Imper. de moribus Chriſtianorum informans his verbis: *Affirmabant autem hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carmenque Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem.* Vide Baronium A.C.51.o.68.

22.

Nocturnæ preces à veſpera vſque ad mane.

Perſeuerauit mos iſte vſqoe ad tempora D. Ambroſij, à quo vſum Vigiliarum S. Monicæ ſuaſu ab Eccleſia fuiſſe proſcriptum, credidere aliqui, eo quod petulanter Chriſtianorum aliqui ooctem ludendo, choreaſque ducendo in Eccleſia tranſigerent. Attamen in Oriente eadem tempeſtate nocturnas viguiſſe Vigilias, manifeſtum eſt ex D. Hieronymo contra Vigilantium eiuſdem oominis hoſtem vbi: *Et in Vigiliis Paſchæ* (quas approbas) *tale quid fieri* (oempe choreas & ludos) *plerumque conuincitur, & tamen paucorum culpa non præiudicat Religioni, qui & abſque Vigiliis poſſunt errare, vel in ſuis vel in alienis domibus. Apoſtolorum fidem Iudæ proditio non deſtruit.* Vide notata cap: 4. n. 103. & 105. Quidquid autem ſit de opinione dicentium ab Ambroſio fuiſſe proſcriptas circa A.C. 406. (quod ib.o.49.& in Notis Martyr.5.Ioan.negat Barooius) nunc prope A.C.492. à Saba videmus aperte in Monaſteriis & Lauris, cunctiſque Hieroſolymitanis Eccleſiis inſtauratas. Alij melius in Aotiſiodorenſi Concilio Diœceſano ſub præſide Aunachario eiuſdem ciuitatis Epiſcopo Vigilias abolitas ſentiunt, Cao.3. his verbis: *Non licet compenſas in domibus propiis, nec Vigilias in feſtiuitatibus ſanctorum facere* Et Can. 5. *Omnino & inter ſupradictas conditiones, Vigilias,*

23.

A Saba inſtauratæ.

Quo tempore ſcriptæ.

lias, quas in honore Domini conſeruant, omnibus prohibemus. Nec refert quod Baronius tom. 8. A.C. 590. n. 37. obiicit ex eodem Concil. vbi dicitur: *Noctem quoque ipſam* (Diei Dominicæ) *quæ nos ſuperna luce, & immarceſſibili reddidit, ſpiritualibus exigamus excubiis: nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant, qui nomine duntaxat Chriſtiani eſſe noſcuntur &c.* De priuatis namque intra domos proprias, atque ſecreta cubiculi vniuſcuiuſque penetralia celebratis Vigiliis neceſſario intelligenda ſunt: verba enim quibus expreſsè Vigilias prohibet, non aliter quam de publicis in Eccleſia celebratis poſſunt explicari. Cum autem certum ſit priuatas nemini vnquam fuiſſe prohibitas, certius eſt publicas eo canone proſcribi. Neque aliter decreta hæc cohærere ſibi poſſe videntur. Quouſque alibi ritus iſte durauerit non conſtat. Abolitum autem in Italia æuo B.P.N. Benedicti patet ex cap. 8. Regulæ & ſequentibus.

24. Triſagion cani ſancit.

5. Laudi etiam & maximæ gloriæ dandum arbitror Magno Sabæ quod Angelicum Triſagij canticum in Eccleſiis ſuis, totiuſque Paleſtinæ ſanxerit eſſe canendum. Rem prodit Cyrillus n. 41. his verbis: *Quoniam autem quidam ſequentes inanem vocem Petri cognomine Fullonis (qui eadem ſentiens, quæ Eutyches cum Antiochenam ſedem impiè inuaſiſſet, ſæpe fuit expulſus à Sacris veſtibulis) Angelico ter ſancti hymno inſerebant; QVI PROPTER NOS FVIT CRVCIFIXVS, diuinus Sabas adulterinam hanc tollens nouitatem, aliam quidem Sacrorum hymnorum conſequentiam (quandoquidem ſciebat eam rectè proſequi Armenos) permiſit eis ſolita voce canere: ſolum vero hymnum Triſagium ſanxit canere lingua Græca* De origine Triſagij à ſuperis inuenti, plura diximus in Comment. M. Max. A.C. 444. n. 4. Eius autem hyſtoriam breuiter in

Triſagion cur & quando cani cœptum.

præſenti accipe lector ex Menol. Græco ad 24. Septemb. ſub his verbis: *Die 24. Septembris imperante Theodoſio, terra motus factus eſt magnus, & talis qualis nunquam antea factus fuiſſe commemoratur: quo factum eſt vt totus populus* (Conſtantinopolitanus) *vna cum Imperatore & Patriarcha exierit extra vrbem in locum qui dicitur Campus: propterea quod ſic ceſſatione aliqua erat illa terrarum commotio. Cum igitur Imperator ipſe Theodoſius, & Proclus Patriarcha, & totus populus Lytaniis & ſupplicationibus diuinam opem implorarent, repente puerulus quidam de media turba in aërem raptus eſt. Omnibus autem præ timore clamantibus KIRIE ELEISON, deſcendit puer, & voce magna populum compellans, petit vt Triſagion in hunc modum decantarent: SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS IMMORTALIS, miſerere nobis: Quo cum dixiſſet animam Deo reddidit, & terra motus quieuit.*

Cur à Triſagio crux excluſa?

Ratio autem cur Sabas *adulterinam* nuncupauerit *nouitatem* Eutychetis eiuſque ſequacis Petri Fullonis verba illa. *Qui propter nos fuit Crucifixus* ea eſt: quia Euthyches, eiuſque ſequaces vnam duntaxat naturam ſicuti & perſonam in Chriſto prædicabant, ac per conſequens Diuinitatem fuiſſe paſſam aſſerebant. Atque vt panem veneno corrumperent, viruſque ſuæ hæreſis dulciter aureo vaſculo propinarent, vehementer pietatis ſpecie ſtudebant crucem Triſagio admiſcere, ne vnus de Trinitate paſſus ſimpliciter diceretur, & cum in Triſagio abiicerent, *Qui crucifixus eſt pro nobis* vnum de Trinitate crucifixum proteſtarentur. Cumque Orthodoxorum communis eſſet ſententia Triſagion non ad vnam tantum perſonam, ſed ad Trinitatem perſonarum debere referri, cruce adſcripta quaſi per conſequens profiterentur Trinitatem totam fuiſſe paſſam, quod impiiſſimum eſt. An vero cuius perſonæ Diuinæ Trinitatis cani poſſit Triſagion, pluribus diſputat. R.P. Hilarion. Rancat. Ciſtercienſis. S. Crucis in Vrbe Abbas vir litteris & probitate conſpicuus, nobili ſuper hoc tractatu, quem tu conſulas.

In his vlterius obſerua cum Baronio A.C. 492. num. 40. Sabam Diuinum præſenti Canone inſtituiſſe, quod Armeni propriâ lingua reliquos hymnos pſallerent, vt iam notauimus n. 21. Triſagion autem lingua Græca etiam Armenos canere iuſſit. *Ea quidem ratione* (inquit) *vt audiretur ab omnibus Catholicas longè aliter hymnum illum occinere quam docuiſſet Petrus Fullo impius hæreſiarcha; & qua lingua ille hæreſim Sacræ cantioni admiſcuiſſet, eadem Catholici illum abſque vllo additamento occinentes, errorem redarguerent hæreticorum, & ſe perſpicuè eſſe Catholicos declararent. Quo ſalubri conſilio introductum eſt pariter in Occidentali Eccleſia vt vbique ſolemni ritu in Paraſceuè cum ſancta Crux adoratur abſque illo additamento QVI CRVCIFIXVS EST PRO NOBIS à nefario Petro Fullone appoſito Triſagion Græcè tantummodo publicè concinatur; qui haud dubiè vſus hactenus in deteſtationem antiquæ blaſphemiæ perſeuerat.* Cani autem cœptum A. C. 444. citato loco pluribus probauimus. 25. Cur Græcè Armeni cecinerũt Triſagion.

6. Dato ſigno Diuini Operis feſtinato; non moroſè cum grauitate tamen, occurre docuit Sabas, qui *ante omnes quidem veniebat ad Synaxim poſt omnes autem recedebat.* Ita Cyrillus in Saba, n. 12. & in Ioanne Silent. n. 6. *Sabbato* (inquit) *& Dominico die ante omnes intrabat Eccleſiam, & exibat omnium vltimus, ſtans cũ grauitate & timore, & omni pietate ac reuerentia, in pleriſque Pſalmodiæ regulam.* Vide D. Benedictum cap. 20. & 43. Vbi perpendendum non prohibito in Synaxi, & tumultuatiè Pſalmos vnicuique canere licuiſſe, ſed iuxta *Pſalmodiæ regulam.* Quænam verò hæc Regula fuerit, non conſtat. Crediderim ſcripto ſuam Monachis tradidiſſe Sabam, vbique ſpeciales de Opere Dei peragendo Canones fuiſſe digeſtos, ſicut in Regula D. P.N. Benedicti. Sed non extat, ſicut neque Regula Euthymij. Meminit eiuſdem Regulæ Cyrillus in præſenti. n. 9. illis verbis: *Hominibus qui vitam elegerant Anachoreticam tanquam paſtor eſt agnitus, eis aſſcitus Regula ad ſanctitatem: nam & mores ei tradidit, & legem impoſuit, doctus ab Euthymio.* Ad Dei opus qualiter occurrendum. Regulam tradit Sabas.

7. Celebratur eiſdem diebus in Lauris, & Cœnobiis Sabæ Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium à Monachis concurrentibus ad Synaxim ſeu Collectam, adeo indiſpenſabiliter, vt cum in Laura omnino defeciſſent neceſſaria, taliter, *vt ne ſuppeteret quidem panis ad Deo ſacrificandum & offerendum, accedit is cui commiſſum fuerat miniſterium, ſignificans ei calamitatem, & ſimul appropinquare diem Dominicum ei* (Sabæ) *in memoriam reuocans; & quod non poterit vtique celebrari Diuinum myſterium, cum neque panis ſit in Laura ad oblationem, neque aliquid aliud ex rebus neceſſariis. Sed hæc quidem ille. Magna autem* 26. Miſſæ Sacrificium diebus Dominicis.

uera

uera illa & admirabilis anima , ne ſic quidem deſperauit de Dei curatione & arcanis, & ineffabilibus viis prouidentia. Sed ego, inquit, nequaquam prohibebo ſanctum Dei miniſterium. Tanta verò rerum neceſſariarum indigentia præbebit nobis aliquem Sacrarum rerum theſaurum ad Sacrum celebrandum miniſterium : ſed eſt fidelis, inquit, qui iubet craſtinũ manere liberum à ſollicitudine, quod attinet ad vſum corporis. Et cum nondum adueniſſet dies Dominicus, veniunt quidam ad ipſum tanquam conſulto miſſi à prouidentia , ſimul ferentes onus triginta iumentorum. Onus autem erat frumentum, & vinum & oleum, & alia Monachis apta ad alimentum, adeo vt Laura propemodum eſſet anguſta ad capiendas res eſculentas. Hæc ille. n. 87. Vbi nota quanta Deus magnificentia temporalibus ditauerit Monaſterium deficiens in ſpiritualibus. Crederem ad ſummam paupertatem plura Monachorum deueniſſe Cœnobia Operis Dei langueſcente feruore. Ferueat opus Dei, & horrea noſtra implebuntur ſaturitate.

Signũ operis Dei. 8. Nec ſilentio præteriit Cyrillus ſignum quo Monachi excitabantur à ſomno ad Nocturnas Vigilias , & vocabantur ad Collectam. Cum enim mortuo Anthimio ſolitario ſpectabili virtute viro , dulcem ad eius corpus multorum cœlitùs canentium audiret Sabas modulationem; & didiciſſet vndenam fieret. *Sonus canticorum illorũ admirabilium, è ſomno repente excitat eum qui ſub eo erat ordinatus, & iubet vt ligni pulſu conuocet fratres.* n. 65. vbi obſerua morem peculiariter apud noſtros Ciſtercienſes nunc temporis vigentem , conuocandi fratres ligni pulſu (noſtris *matraca*) ad conueniendum Monachum moribundum pro recommendatione animæ.

27. Sepeliendi ritus. 9. Sed neque hinc diſcedendum quin prius Catholicum & vetuſtiſſimum ſepeliendi corpora ritum aperiamus. Subdit Cyrillus. Qui cum repente (pulſato ligno) *fuiſſent congregati , aſſumens aliquos Sabas venit ad cellam ſenis cum ſuffitibus & Lampadibus , (illinc enim audiebatur canticum) & cum fuiſſent intra cellam , nullum quidem alium inueniunt, niſi ſolum ſenem , eumque iam conſummatum. Quem cum reuerenter complexi eſſent, & ei iuſta feciſſent , Sacrum illius corpus mandant Sepulturæ.* Et n. 108. de Saba ipſo iamiam decedente : *cum vltima verba dixiſſet fratribus* (Similia, vt credo, ſupremæ orationi Euthymij, de qua ſupra cap. præced. n. 33.) *& poſtremum eis dediſſet oſculum.* Vetuſti ſatis in Eccleſia eſt pompa funeralis: priſtinuſque mos huic non multum diſſimilis ſepeliendi refertur à Poncio Cypriani Diacono in eius Actis apud Surium. tom. 5. Septemb. 14. vbi de Cypriani Sepultura loquens inquit; *Ecita B. Cyprianus paſſus eſt eiuſque corpus propter gentilium curioſitatem in proximo poſitum eſt cum cereis, & Scholaribus in areis Macrobij Candidi procuratoris , cum voto & triumpho magno.* Et Gregor. Nazianz. Orat. de Laudibus Ceſarij fratris ſui *Cum multiplici* (inquit) *hymnorum cantu deducitur , celebriſque pompa affertur , matre accenſas faces geſtante &c.* Atque eodem prorſus religioſo funere Georgius Niſenus Macrinæ ſororis ſuæ , & Meletij corpora humata refert in Orationibus de Macrinæ vita, & functa Meletij. Atque inter alia amplexuum quidem & oſculorum in funeribus Catholicorum meminit Chryſoſtomus tom. 2. hom. 1. de Patientia Iob in fine , vbi ait: *Qui ſecundum carnem parentes ſunt , cum natum vltimo ſpiritu laborantem habuerint, circumſedent vltimaque eius audiunt verba , manus circumpalpant, adhortationeſq;, fomentaque alia de induſtria adhibent , os deoſculantur vltimo parentum oſculo. Ex inde cum reddiderit puer animam, quemadmodum deſiderant , iubent parentes officia adhibere. Manus componunt, oculos claudunt, caput directo ſtatuunt , pedes reducunt , Lauant , Sepulchroque condigno dignis funeralibus condunt &c.*. Et D. Ambroſius Oratione de Satyro fratre illius de ſeipſo loquens inquit: *Nihil mihi profuit vltimos hauſiſſe anhelitus , nihil flatus meos inſpiraſſe morienti.* Luculentius autem ceremonias Sacras oſculi ſancti aliorumque rituum *ſuper his qui ſanctè quieuerunt* tradidit D. Dionyſius Areopagita ab initio naſcentibus Eccleſiæ lib. de Eccleſ. Hier. c. 7. cap. 2. vbi ait. *Coacto ſancto cœtu venerandus Antiſtes ſiquidem Sacerdotalis ordinis fueras, qui obdormiuit , ante ſanctum altare inclinans eum, orationem ad Deum incboat & gratiarum actionem. Si autem aut honeſtiſſimis Monachis, aut ſancta plebi inſertus erat, miniſtri diuinis inſerta eloquiis veriſſima de noſtra reſurrectione promiſſa recitantes, conſentanea, tantundemque valentia canunt pſalmorum cantica, deinde ſanctos iam defunctos concelebrat , cum quibus & nuper vita functum pari laudatione proſequitur & poſt orationem ipſe quoque Pontifex defunctum ſalutat* (haud dubium quin in oſculo ſancto) *& poſt illum qui aſtant omnes. Vbi verò conſalutauerunt, ſuper defunctũ fundit oleum Pontifex.* Vbi Seriò perpende lector ritum à crepundiis Monachatus erga defunctos Monachos obſeruari ſolitum, à Saba imitatum. Viguit & apud Hebræos oſculi vltimi ceremonia , vt colligunt multi ex illo Deuter. 34. *Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Domino :* vbi Hæbrei *ad os Domini*, & Caietanus, *in oſculo Domini.* Vide viegam in Apoc. c. 14. comment. 2. ſect. 3.

Ceterum (inquit ibi Dionyſius cap. 3.) *iſta ſi viderint Prophani , vel fieri à nobis audierint,* 28. Sepeliendi ritus apud Gentiles.
latè puto redibunt , noſtrumque miſerabuntur errorem. Neque eſt ſanè cur miremur : niſi enim crediderint iuxta Scripturæ fidem non intelligent. Sed ridebunt quidem ſeipſos , quibus odores , vnguenta, tubæ, Lampades, amplexus, oſcula, aliaque id genus in amicorum & conſanguineorum funeribus vſitatiſſima fuere. Odorum , tubarum , & Luminariũ meminit Perſius Satyr. 5. inquiens.

———— dentes crepuere detecti:
Vncta cadunt Laxis tunc pulmentaria Labris:
Hinc tuba, candela, tandemque beatulus alto
Compoſito lecto &c.

Et Satyr. 6. metuens parum honorificè ſepeliri, propriique funeris pompam hæredi ſuo quaſi teſtamento obſignans inquit.

———— Largire inopi, ne pictus oberret
Carulea in tabula, ſed cœnam funeris hæres
Negligit iratus', quod rem curtaueris : vrna
Oſſa inodora dabit , ſeu ſpirent cynnama ſurdum
Seu ceraſo peccent caſſia &c.

Luminarium Suetonius quoque meminit in Octauo c. 98. Et Ouidius in Canace, Macareo amplexuum & oſculorum , quibus olim ſuper mortuorum corpora filiorum parentumvè Ethnici ruebant; ait namque.

?. 1

Nate

Nate parum fuiſti miſerabile pignus amoris, &c.

Et rurſus.

Non mihi te licuit lacrymis perfundere iuſtis
In tua nec tonſus ferre ſepulchra comas.
Non ſuper incubui, non obſcula frigida carpſi, &c.

Et Metamorphoſ. 8.

Dumque manet corpus, corpus refouentque fouentque;
Oſcula dant ipſi, poſito dabit oſcula lecto,
Poſt cinerem cineres hauſtos ad pectora praſſant, &c.

Hymnis, lampadibus, ſuffitibus, oſculis & amplexibus Anthymi funus proſecutus eſt Sabas, & gentilicum ſepulturæ ritum, Dionyſios, Sabas alijque Patres actibus ſuis fecere Catholicum. Sed tamen Spiritu ſancto edocta mater Eccleſiæ Oſculum, & Euchariſtiam mortuis dari prohibuit in Concilio Antiſiodorenſi ſub Gregorio 1. A. C. 590. Can. 12. apud Binnium tomo 2. Concil. parte 2. Crediderim ſuffimenta, quibus thure prunis ſuper iniecto mortuorum corpora & ſepulchra ſuffiuntur, à Sabæ noſtri facto, & tempore orta, ſicut & alij aliàs funebres ritus: ea namque licentia, qua Deorum delubra in Eccleſias Chriſtianorum reuerenter mutare licuit, gentilium etiam pompa benedictionibus expiata diuino cultui conſecrata eſt. Plurium autem ſpiritualem ſenſum latè promit D. Dionyſius loco cit. cap. 7. parte 3. quem tu conſulas.

29. Opus manuum. 10. Mirum eſt quanta Sabas eiuſque ſchola manibus laborandi cura teneretur. *Operabatur aliquando hortum Monaſterij*, (inquit Cyrillus num. 5. & infrà: *Manus verò B. Sabæ nunquam quieſcebant; ſed quando non eas ad Dominum extenſas tenebat oratio, ea perpetuo verſabantur in opere aliquo faciendo, ne vel ſi parumper relaxaretur cogitatio, clam non animaduerſus ſenſim irreperet inimicus.* Et num. 6. *Ipſe Sabas & alij Monachi vna cum piſtore fermentum commiſcebant.* Et num. 111. *Hi in agro viuentes & eum ſuis colentes manibus, &c.* Eo tamen prudentiæ temperamento, *vt neque defatigarentur laborum aſſiduitate, neque voluptate rurſus remitterentur*, inquit n. 93. Et in Ioanne Silent. præcipuo Sabæ diſcipulo, num. 2. *Eos* (inquit) *qui erant ei ſubiecti, verbo & opere componebat, neque eos onerans iugo Regulæ, vt qui recenter compacti fuerant, nec permittens vt manerent otioſi, & ſe nullo labore exercerent, ſed eos paulatim ducens, &c.* Quadrat mirè per ſingula D. P. N. Benedictus c. 48. vide infra n. 59.

30. Victoria paſſionum. 11. Quibus autem neque per inſtans in communi otio eſſe licebat, ſed laborioſam adeo ſuſceperant corporis, & animi exercitationem, nulla animæ paſſio potuit eſſe ſuperior, neque de manibus excidiſſe victoria. *Operabatur* (Sabas) *hortum Miniſterij. Mala autem, quæ pendebant ab ijs, quæ illic erant arboribus, eius incitabant appetitionem, & mouebant ad veſcendum ante tempus. Atque fuit quidam victus aſpectu pomorum (erant enim pulchra viſu) vt qui ipſe quoque eſſet homo, & humanis deliniretur cupiditatibus. Victus eſt autem vſque adeo, vt malum manu caperet. Deinde cum intellexiſſet eſſe tales maligni inſidias, & ſolere eum latenter attrahere, ſemper voluptatem obijciendo tanquam eſcam, & poſtea ſuſpicatus eſſet in fructu latere ſerpentem, & cogitaſſet primos parentes à voluptate & cibo eiectos fuiſſe ex Paradiſo, quæ eos confixere malis innumerabilibus. Hæc cum ille mente pulchrè cogitaſſet, & inuenilius ipſe ſe ipſum increpaſſet, malum ſtatim iecit humo, & cum id pedibus conculcaſſet, cum malo etiam conculcat cupiditatem, & eam quæ eius vicerat oculos per probrum, & contumeliam proterit ſuis pedibus: hanc impoſterum ſibi legem imponens, vt toto vitæ tempore malo non veſcatur amplius, neque indulgeat ventris appetitioni.* Subdit autem.

12. *Ab illo ergo tempore in ſumma omnium rerum vixit abſtinentia*, adeo vt pane tantum proprijs manibus elaborato, & herbis, quas in agro cum Monachis colebat, vt nuper attigimus, in Cœnobio victitaret. Sed mihi certè maximam mouet admirationem quod in Ioanne Silent. num. 14. de Saba narrat Cyrillus. 31. Abſtinentia. *Hoc* (inquit) *mihi quoque dicit vnus ex diſcipulis, eum multos annos vixiſſe ſolo pane veſcentem, & ei admiſcuiſſe cinerem thuribuli, & ſic comediſſe. Eum vero hoc facientem deprahendi hoc modo. Oblitus erat ſemel ſuam obſerare feneſtram. Cumque vellem ei dare ientaculum, & tetigiſſem feneſtram, ea aperta eſt, & inuenio eum extrahentem thuribulum in calicem. Cum is propterea magno eſſet dolore affectus, volens ego eius reprimere moleſtiam dixi: Non tu ſolus hoc facis, ô Pater, ſed plurimi quoque huius Lauræ implentes Scripturam, quæ dicit: Cinerem tanquam panem manducabam, & vix potui his verbis mutare ſenem.*

13. Ieiunium abſtinentiæ affine erat: *Solebat enim ſemel tantum veſci in hebdomada.* Ieiunium. num. 93. Quod mirabilius redditur ex eo, quod *erat cum animi fortitudine, proceri quoque corporis magnitudine, & admodum robuſtus.* num. 10. Quibus ieiunijs Cœnobia Lauraſque incolentes adſtrinxerit, non conſtat. Conſtat vero ex ipſius mirabili prudentia neutiquam communem ieiuniorum regulam, quinque dierum atque integræ hebdomadæ inediâ, qua ipſe afflictabatur, metiri voluiſſe.

14. Licet autem rigida admodum ſeſe ieiuniorum regula præſtiterit Sabas, *Si vero aliquando ab aliquo vocatus eſſet ad cœnam, aut ipſe rurſus aliquos conuiuio exciperet, bis ſæpè veſcens in die, nihil damni detrimentive ſentiebat ſtomachus* num. 93. 32. Ieiunium propter hoſpites frangit. Conſonat D. P. N. Benedictus cap. 53. his: *Ieiunium à Priore* (id eſt Præſide Monaſterij) *frangatur propter hoſpitem.* Iucundum autem Lectori futurum arbitror, quod de Saba conuiuio excepto à Ioanne Hieroſolymitano Patriarcha refert Cyrillus ibidem his verbis: *Poſtquam rediſſet* (Sabas) *Scythopoli, admodum iucundus autem & optatus apparens Ioanni Hieroſolymitano Pontifici (quod interceſſerat enim tempus, auxerat deſiderium, vt ſolet, amicorum) ab ipſo vocatus eſſet ad conuiuium, quoniam vna etiam aderat Antonius Epiſcopus Aſcalonitanus, qui erat frater Archiepiſcopi, cum illi Sabam medium intercepiſſent, illi amicè propinabant, & pro viribus eum inuitabant, & accipiebant. Sed neque rurſus Sancto erant manus otioſa: ſed vt par erat, remota omni fictione, & ſimulatione veſcebatur appoſitis. Aderat autem Diuinus quoque Theodoſius, qui*

Vrbana Theodoſij in conuiuio facetia.

erat ei valde amicus & familiaris, vt iam à me ſæpè dictum eſt: qui cum veluti quoddam condimentum vellet menſæ ſpecioſam aliquam & gratam inijcere orationem, vrbanè admodum & lepidè inſerens, dixit: Diuinum Sabam ita eſurire, vt ne vos quidem ambo, aiebat, qui ſufficitis ad totam alendam Palæſtinam, poſſitis eius ventrem alere ad ſatietatem. Tale & tam validum ac robuſtum corpus Beati Sabæ generoſæ contigerat animæ.

33. Noſocomiū & hoſpitium à Iuſtiniano Sabæ precibus extructū.

15. Et quoniam de Hoſpitalitate incidit ſermo, quam liberale Illuſtribus hoſpitium, & pauperibus Sabas parauerit clientelam, gratum (ni fallor) erit enarraſſe. Atque imprimis num. 106. cum Iuſtinianus Imperator Sabæ precibus motus per vniuerſum orbem miſiſſet decretum, vt quicumque voluiſſent, Palæſtinæ loca ſancta à Samaritanis exuſta viſitarent, redditus etiam ab eo obtinuit 1850. aureorum, vt in *ſancta ciuitate extruant Noſocomium*, id eſt locum in quo ægrotantes curantur, vulgo *infirmarium* ſeu *Xenodochium*. Et ſubdit: *Quin etiam aliam quoque domum, vt in ea habitarent, qui procul illuc veniebant.* Vide hoſpitium ſeorſim ab inſitmario conſtructum. Et clariùs poſt pauca: *Præterea autem de duabus quoque ædibus conſtructis illi* (nempe Sabæ) *ſuffragatur* (redditibus Imperator) *quarum vna quidem eſt ad excipiendos hoſpites, altera verò ad recreandos eos, qui morbo afficiuntur.*

Lauræ hoſpitium.

Neque his contenta Sabæ hoſpitalitas, iuxta Maximam Lauram, *quæ habebat conuentum* 150 *Anachoretarum* Xenodochium aliud ædificat, vt teſtis eſt Cyrillus in Ioanne Silent. num. 5. his: *Quandq; conſtruebat* (Sabas) *lauræ Xenodochium*, &c. Et poſt pauca: *Cum verò tempus mutationis miniſtrorum veniſſet in prima Indictione.* (Nota obiter lauræ, & Cœnobij miniſteria ad tempus tantum, & non perpetuò Monachis fuiſſe commiſſa) *qui creatus fuerat* (à Saba) *Œconomus* (lauræ Maximæ) *hoc magnum lumen* (Ioannem ſcilicet Silentiatium) *præfert excipiendis hoſpitibus & culinæ.*

Mutatio miniſtrorum.

Mutationem miniſtrorum hoſpitiis præfectorum approbat D. P. N. Benedictus cap. 53. vbi loquens de coquina Hoſpitum & Abbatis, inquit: *In quam coquinam ad annum ingrediantur duo fratres, qui ipſum officium bene impleant.* Et poſt pauca de Monacho Hoſpitiis præfecto. *Item & cellam hoſpitum habeat aſſignatam frater, cuius animam timor Dei poſſideat.* O qualem virum Ioannem Silentiatium Colonienſem Epiſcopum Hoſpitibus, & Culinæ præfectum!

34. Qualiter à Saba Thomas Præfectus hoſpitio fuerit exceptus.

Ad hæc gratius adhuc enarraſſe exiſtimo qualiter Sabas habitator. Obſeruantiſſimi & planè inſignis Caſtellij Cœnobij, Thomam alterius Monaſterij Præfectum hoſpitio exceperit, opere exequens quam in animo habebat hoſpitalitatem. Rem narrat Cyrillus num. 70. his verbis: *Poſtea autem Thomas quoque (eo enim nomine vocabatur filius Gerontij) propter vſum quemdam venit ad habitaculum, quod eſt in Hiericho. Cum tunc autem fame laboraret ciuitas, conuenit magnum Sabam, & Paulum, & Theodorum, qui adminiſtrabat Caſtellium, & ſpeluncam. Cum diuinus autem Sabas eum lubenter & iucundè vidiſſet, ingenuè & ſpiritaliter eum alloquitur, viro valde delectatus. Volebat verò eum quoque corporali conuiuio excipere, eumque menſa & ſale impartire. Sed cœna quidem erat parata. Miniſter enim hoſpitij, quando vidit Thomam acceſſiſſe, non neglexit ſtatim facere id, quod erat ſolitus; ſed hoſpitem excepit iis, quæ habebat in promptu. Interim autem dum comederent, miniſtrum rogat Sabas, an poſſet vinum quoque præbere. Cum is verò reſpondiſſet ſe vix habere acetum in vaſe cucurbita, idque admodum acre, vt magis condiret olera: ille excipiens, Afferatur, inquit, ad me vas cucurbita. Benedictat enim Deus: nos vinum ex eo faciemus. Eſt enim perſpicuum quod qui omninò aquam mutauit in vinum, eius etiam mutabit acorem. Hæc dixit diuinum illud os & melliſluum: & allata protinus cucurbita inuentum eſt in ea vinum, & reuera lætificans cor hominis. Cum ij autem, qui aderant, vt par erat, affecti fuiſſent admiratione; ſuffitum & ignem iuſſit ille beatus afferri. Diuina enim (inquit) viſitatio facta eſt in hac hora. Sed non eò vſque ſolum conſtitit miraculum, ſed eo vſque proceſſit, vt multitudini quoque daretur vinum: etenim ad tertium vſque diem ab illo tempore ad ſatietatem ſuffecit bibentibus. Thomas itaque ipſe quoque admiratus inſigne miraculum, à B. Saba petit cucurbitam, & cum accepiſſet, illam quidem habuit tanquam theſaurum, quod in ea autem remanſerat vinum, ei ſuffecit domum vſque.* Vbi inter alia tum miracula, tum etiam magnificentiſſima atque grauiſſima hoſpitalitatis munera hilari fronte expleta, notanda valde ſuffituum vrbaniſſima neceſſitudo, qua & miraculum veneratus eſt Sabas, & hoſpitio exceptos obſequutus eſt, inter hyrſutos homines penè incredibilis, & vix inter molliter & delicatè viuentes vſitata. Nihil minus (vt credo) ab eximio P. N. Benedicto commendatum coniicio cap. 53. illis verbis. *Et poſt hæc* (id eſt poſt ſpiritualem allocutionem, qua Sabas Thomam præuenit) *omnis eis* (nempe hoſpitibus) *exhibeatur humanitas*: Et, *Ieiunium à Priore frangatur propter hoſpites*, vt Sabas etiam cœnando fecit. Concinit Ruffinus lib. 2. Vit. Patr. cap. 1. vbi de Anachoretis Ioannis inquit. *Vbi adeſſe* (quendam hoſpitem) *ſenſere ſerui Dei, continuò procurrunt obuiam, & velut Angelum Dei excipientes adorant, pedes lauant, ad orationem inuitant, menſam ponunt, &c.*

35. Paupertas.

16. Paupertatem extremam, nihilque prorſus habere proprium, proprium Monachi eſſe, egregiè ab ineunte Monachatu docebat. Cum enim parentes eius inuiti concederent, vt abiret in Monaſterium, & Monachus fieret, *eum vehementer rogarunt, vt ſua pecunia acciperet aliquid ad parandum viaticum, quo opus habet peregrinatio. Atque illo quidem prompto, & alacri animo Sabæ præbebant viginti aureos, ipſe vix tribus acceptis, eiſque, quòd rogarent parentes, ne eos deſpiceret, ſolus Alexandria, vna cum Ioanne. Quod autem propter parentes eos tres aureos acceperit, non eſt procul quærenda probatio. Cum enim iam veniſſet in Monaſterium, eos ſerens dat in manus Theoctiſto, ipſe nihil volens habere proprium, & alioqui ne malignus hinc acciperet occaſionem ſuggerendi ei cogitationem auaritiæ* n. 12. V. D. P. N. Benedictum c. 33.

36. Recuſat redditus annuos.

17. Non ſolùm autem ſingulos voto paupertatis adſtrictos cuncta abnegare docebat: ſed neque loca & Monaſteria laurasve aliquid in communi poſſidere, vel redditus annuos habere voluit. *Poſt iniuſtum illud Eliæ Palæſtini Antiſtitis exilium* (inquit Cyrillus num. 87.) *Fames quædam, & penuria rerum neceſſariarum, ſiccitas quoque, & locuſta, & graues quædam pla-*

ga

ga integris quinque annis oppreſſerunt Palaſtinam. Cum verò eſſent ſeptem, quæ ab eo conſtituta fuerant, Monaſteria, & quorum ipſe curam gerebat, nulli eorum redditum ac prouentum prouidit: ſed cum Deo eorum omnem mandaſſet curam, & ea ſimiliter premerentur rerum omnium inopia, ille non modo nihil vile, & abiectum eſt locutus, ſed etiam conuocans Præfectos Monaſteriorum, ſuadebat, ut propter hæc nihil angerentur, neque de corpore quidquam eſſent ſolliciti, ſed fidem haberent Patri, qui ſciebat eos iis indigere, & omnipotente ſua dextera ea ſuppeditabit. Quid quidem ita in Monaſteriis ſuis ſtatuit, cum facile poſſet ab Imperatore Iuſtiniano in Monachos Sabæ benigniſſimo redditus annuos obtinere: *nam cum eo certè aſſiduè alloquens,* & eum (Sabam nempe Iuſtinianus) *honorans ſicut prius Anaſtaſius, vehementer inſtabat, ut aliquod pecuniæ vectigal ſubiectis ei Monachis conſtitueret. Ille autem: Vectigalium quidem, inquit, & pecuniæ, quantum ſatis eſt, ad vſus neceſſarios, ille nobis prouidebat, qui populum non obedientem copioſè aliquando aluit in deſerto, & aquam eduxit de petra: & qui non ſolum neceſſaria, ſed etiam ſæpè, quæ redundant, ſuppeditat. Tibi autem Imperator ſi tanto eſt cura, ut nobis gratificeris, adſunt aliæ quoque non paruæ, & non contemnendæ occaſiones, per quas poteris in nos tuam exercere liberalitatem.* Recuſatiſque ibi redditibus Monaſteriorum, ſupplex Imperatorem pro immunitate aliqua Paleſtinorum rogat, quorum domus, greges, & mancipia fuerant à Samaritis exuſta, & quod prius ab Elia Patriarcha cœptum erat Hieroſolymis ædificari templum Deiparæ Virginis, perficiat, inſtruatque ornamentis.

37. Monachis cuncta neceſſaria ſuppeditat. 18. Cæterùm tam in particulari, quam in communi redditutum annuorum abdicato ſuffragio, *Cum multitudo Monachorum quotidianis creſceret acceſſionibus, & breui perueniſſet ad numerum 150. aucta quoque eſt ex vtraque parte torrentis cellarum ædificatio, & Sabæ cura & diligentia perfectum eſt, ut & iumenta ad miniſterium, & alia quæ ſunt apta ad vſum corporis poſſiderent Monachi, ne neceſſariarum rerum indigentia eis ſæpè ſpecie pulchra, & honeſta eſſet occaſio pergendi ad mundum neglecta quiete & ſilentio. Cum ergo eius fama breui tempore in omnem partem peruaſiſſet, multi ad eum veniebant cum multis pecuniis, quòd illi præbuiſſent; hoc ſolum lucrifacere arbitrantes, & id tuto ſe habere reputantes. Hæc autem Diuinus accipiens Sabas, non immiſit in crumenas, nec abſcondit in penetralibus, ſed conſumpſit ad fabricanda ædificia Monachis conuenientia, & ad ſuppeditanda alia quæ erant eis vſui num. 25.*

38. Veſtis. 19. Veſte vili, & abiecta ſe ſuoſque more maiorum induebat. Cum enim Imperatoriam aulam quandoque accederet pro Eccleſiæ pace rogaturus, & in quodam angulo ante aditum Regiæ ſtaret Pſalmos recitans Dauidicos *indutus erat cilicio* (inquit Cyril. num. 76.) *& vili habitu amictus.* Et cum introiiſſent aulam Regiam, qui cum illo erant, ille ſolus à cuſtodibus arcebatur ab ingreſſu, *ſeu propter viliſſimam & contritam tunicam, ſeu Deo potius eum ſic volente facere inſignem & glorioſum.* Et quidem ita factum eſt: vidit namque Imperator quemdam ſpecie Angelicum virum ingreſſum Sabæ præcedentem, cumque vidiſſet *virum eſſe diuinum, ei aſſurgit, ſéque in eum oſtendit valde officioſum reuera enim erat magna in Monachos reuerentia.* O quale Anaſtaſij Imperatoris encomion! Pallium autem tunicæ adiunxiſſe Sabam citra dubium eſt; cum Euthymius eius exemplar pallio indutus inceſſerit, ut vidimus c. præced. n. 25.

2. Moleſtiam & humilitatem perfectiſſimam in eo Sabas oſtendit, quod *cum videret* 38. Ioannis ſilentiarij modeſtia.
ex ſacratis (id eſt Sacerdotibus) *aliquem ad eum accedentem, eum faciebat in eo* (nempe Oratorio Monaſterij) *Diuinum celebrare myſterium, ipſe propter magnam in Deum reuerentiam modeſtiamque inſignem & humilitatem rem fugiens, & omnibus modis differens Sacerdotium.* num. 20. Sed cum ſeditioſi aliqui ex Monachis id ægrè ferentes Sabam ſuppreſſo ipſius nomine linguis doloſis coram Saluſtio Hieroſolymitanum Archiepiſcopo calumniarentur, inter alia dicebant: *Eum non poſſe ſufficere curæ de tam multis ſuſcipiendæ propter ſimplicitatem nimiam, & ruſticitatem* (lenitatem illius & moderationem, ſimplicitatem vocantes improbi) *eo quod nollet hic populus, ut admirandus dixit Iſaias, aquam Siloe quæ fluit ſilentio. Porro autem illud quoque addiderunt accuſationi, nempè nimiam in ſuſcipiendo Sacerdotio cautionem, dicentes, neque ipſum velle eſſe Sacerdotem, nec alteri ut fiat Sacerdos concedere.* Nota in ſchola Sabæ perrarum fuiſſe Sacerdotium, ſi forte Monachorum accuſatio in hac parte vera erat: de quo non dubito. *Sed hæc quidem illi. Quiricus vero quidam Sacerdos, & virtutis amator ardentiſſimus, cum tunc adeſſet apud Epiſcopum, & quæ dicta ſunt audiſſet,* pluribúſque accuſationis, & calumniæ malitiam redarguiſſet, in craſtinum accuſatores accerſiri iuſſit. Cumque die ſequenti Sabam à Prælaturæ expellendum eſſe putarent, Saluſtius de nomine, & admirandis Sabæ Virtutibus certior factus, *tum quidem ordinat Sacerdotem in conſpectu omnium. Hoc autem apud eos vititur admonitione. Ecce inquit, habetis veſtrum Patrem, & lauræ veſtræ Profectum, quem Deus deſuper, & non homo elegit. Nec verò ſolum ſpiritui Sancto manus commodauimus; non ipſum ſed nos potius ipſos afficientes beneficio.* Hæc ille num. 24. & 25.

Adde his admirandi illius generis, & virtutibus ſpectatiſſimi viri Ioannis Silentiarij, Co- 39. Sacerdotiũ humilite, & modeſtè recuſat.
lonienſis Epiſcopi Sabæ diſcipuli *hoſpitibus, & culina* à Magiſtro ſuo Epiſcopatus dignitatem ignorante præfecti miram humilitatem, & modeſtiam. *Quod miniſteriũ cum alacri, & læto animo ſuſcepiſſet, omnium Patrum curam gerebat cum omni humilitate, & manſuetudine, vnicuique miniſtrans, & inſeruiens.* Ita Cyrillus in eius Actis num. 5. Subdit num. 7. *Cum autem ſuum* (Ioannes) *impleſſet miniſterium, voluit B. Sabas eum ordinare, ut virtute præditum, & perfectum Monachum* (conſonat D.P.N. Benedictus cap. 62. de Sacerdotibus Monaſterij) *Cumque narraſſet* (Eliæ Archiepiſcopo) *eius virtutes, rogauit ut ordinaretur Preſbiter. Et Archiepiſcopus quidem, cum hæc de eo audiuiſſet, procedit ad ſanctum Cranium* (ad templum ſcilicet extructum in Caluariæ loco in quo Adæ caput ſeu Cranium creditur fuiſſe ſepultum, vnde *ſanctum Cranium* locus ille dictus eſt, Vide Suriũ tom. 1. Ianuar. 11. in Actis S. Theodoſij num. 9) *volens eum propriis ordinare manibus. Cum vero hic Magnus Pater ſic teneretur, ut non poſſet effugere, cum*

 ea,

ea, quæ ſibi inerat, ſapientia dixit Archiepiſcope: Venerande Pater, quoniam me quadam oportet dicere, rogo vt tua beatitudini ea ſeorſum exponam, & ſi me dignum exiſtimaueris, accipio ordinationem. Cum eum autem aſſumpſiſſet ad aſcenſum Sancti Golgotha, dicit ſeorſum. Parce vita mea: rogo tuam ſanctitatem, & nemini annunties myſterium, ne ego ad hoc recedam regione. Cum autem pollicitus eſſet, dixit: Ego Pater ſum vnius ciuitatis Epiſcopus, ſed propterea quod multiplicata eſſet mea iniquitas, procul aufugi, & habitaui in ſolitudine expectans Dei viſitationem. Iuſtum autem eſſe putaui, dum ſum adhuc robuſto corpore, miniſtrare & ſeruire patribus, vt quando ero imbecillus minimè condemner, ſi mihi miniſtrent alij. Cumque hæc audiſſet Archiepiſcopus & eſſet admiratus vocat B. Sabam & dicit: Quædam mihi ſecreta confidenter aperuit, & fieri non poteſt, vt ipſe ordinetur. Sabas autem dolore affectus, & ſecum reputans propter peccata Ioannes differri Ordinationem pronus in terram *dixit cum lacrymis: Cur Domine me tantum deſpexiſti, vt ego deciperer, & putarem ſacerdotio dignum eſſe Ioannem? In his & huiuſmodi cum lacrymis & ſermonibus totam noctem traducente Saba, Angelica quodam apparet forma dicens: Non eſt inutilis vas Ioannes, ſed vas electionis, Epiſcopus autem iam ordinatus non poteſt fieri Presbyter:* atque ſtatim ad Ioannem veniens, eumque complexus dixit. *O pater Ioannes tu quidem Dei in te donum me celaſti, Dominus autem mihi aperuit. Et diuinus quidem dixit Ioannes: Triſtitia afficior ô Pater: Neminem volebam hoc ſcire myſterium. Nunc autem non potero habitare in hac regione. Senex verò ei promiſit per Verbum Dei, ſe hoc nemini omnino enuntiaturum.*

41.
Sabæ modeſtia, & prudentia.

Mihi autem (vt cum Cyrillo ipſo loquar in Saba num. 71.) *ſe offert narranda res lepida, & amœna* perpulchrè magni Sabæ prudentiam ſimúlque modeſtiam manifeſtans. *Nam cum aliquando ad Iordanem Beatus iter ingrederetur, ſecum autem quendam adduceret ex ſuis diſcipulis ætate iuuenem, eis fit obuiam adoleſcentula ſpecie venuſta, vagis, & laſciuis oculis, laqueus, qui non poterat facilè ſuperari. Poſtquam verò præteriſſet, Sabas veluti tentans diſcipulum. Tibi, inquit, qualis viſa eſt puella? Mihi enim viſa eſt vnum ſolum habere oculum. Nequaquam, inquit, ô Pater, ſed duos habebat oculos. Ille verò, Falſus es, ô fili, erat enim reuera orbata altero oculo. Diſcipulus autem ignorans hanc fieri interrogationem à ſapiente Saba, vt ipſum tentaret: dum quærit, vt rectè cognoſceretur, quod non ab ipſo rectè cognitum fuerat. Nequaquam, inquit, ô Pater, ſed vel valdè lucidos habebat oculos, & viſu iucundiſſimos. Sabas autem: Qui factum eſt, inquit, vt hoc ſcires tam accuratè, vt hoc etiam tam conſtanter audeas aſſeuerare? Ego, inquit, eam pulchrè attendi, & apertè noui eam habere ambos. Dum vero iam eſſet diſcipulus laqueis implicatus, tunc diuinus eum aperte arguens. Vbi, inquit, tibi poſitum eſt illud præceptum, Ne ad eam attraharis tuis ſuperciliis? De cæterò ergo, inquit, non amplius mecum verſaberis, neque mecum in cella manebis, donec aſſuefeceris oculum non ſic vagare, ſed in loco manere. Cum ſic dixiſſet, illum ſtatim mittit in Caſtellium, Deinde cum illic ſatis longo tempore eſſet verſatus, & pulchrè caſtigatus, & pro oculis ſuis luiſſet ſupplicij, nō fallaci pœnitētia, ſed cordis doloribus, cum rurſus ſuſcipit beatus, & refert in numerū ſua cella.*

Monachum in immodeſtia deprehendit.

42.
Laura ad cœnobium tráſfert immodeſtum.

21. Notaſti Lector à Laura ad Monaſterium Caſtellij tranſlatum à Saba Monachum iuuenem in immodeſtia deprehenſum: conſequens enim erat pro indiſciplinatis à Laura ad Monaſterium deſcenſus, cum à Monaſterio in Lauram eos aſcendere ſtatuiſſet, qui Monaſticam viuendi formā in Cœnobio accuratè didiciſſent, Notanter autem ad Monaſterium Caſtellij miſſum Sabæ diſcipulum promit Cyrillus. Nulli enim *ex mundanis & iis, qui recens aduenerant concedebat habitare in Caſtellio,* inquit n. 36. erat enim inter cætera Caſtellij Cœnobium obſeruantiſſimum. Quid ergo iuris de aliis Monaſteriia? ſubdit.

Parua Cœnobia parū obſeruantia.

22. *Sed paruo Cœnobio ad Laura borealem partem extructo, cum ei præfeciſſet viros induſtrios, & ſobrios, & quorum fidei credi poſſent fratrum animæ, hoc habitandum tribuit ijs, qui è mundo recens ventitabant, donec ipſum Pſalterium didiciſſent, & ſe exercuiſſent in alia Monachorum vitæ inſtitutione.* Vbi duo nota; & parua Monaſteria ſemper vbique gentium minoris extitiſſe obſeruantiæ: & Pſalterij ſtudium à D.P.N. Benedicto iuuenibus ſtatutum à Saba prius ijs, qui in Cœnobio agebant, pridem impoſitum. Sed quorſum?

Studium S. Scripturæ.

23. *Dicebat enim oportere Monachum, qui degit in cella* (nempe Lauræ, & Eremi) *eſſe ſtudioſum, diſcernendi poteſtate præditum, ſobrium, temperatum, aptum ad docendum, non autem indigentem doctrina aliorum.* Hinc vehementer coniicio ſtudium ſacræ Scripturæ in ſchola Sabæ fuiſſe perpetuum, quô ſecedentes à Cœnobio in Lauram, & Eremum aliorum doctrinâ non indigerent, ſed potius apti eſſent ad aliorum eruditionem. Subdit autem. *Cum autem vidiſſet hic diuinus Pater eum qui renuntiauerat* (per profeſſionem ſtatus Monaſtici & emiſſionem trium votorum) *& Regulam Monaſticæ Inſtitutionis didiciſſe* (in Monaſterio) *& mentem ſuam poſſe cuſtodire, & aduerſus contrarias depugnare cogitationes, & è mente ſua expuliſſe omnem rerum mundanarum memoriam, ei præbebat cellam in Laura, ſi corpus haberet imbecillum:* nam ſi valida, & robuſto corpore à naturæ donatus erat eum in Eremum tranſmittebat, quô tandem perfecti pugiles tanquam ad Monachatus faſtigium deueniebant.

43.
Imberbes non amittit in Laura.

24. Hinc lege prohibuit imberbes, & Eunuchos in Laura admitti, Cœnobo: Subdit namque poſt pauca: *Nulli autem imberbi omnino licebat Lauram ingredi, propter eas, quæ ex maligno oriebantur, offenſiones. Dicebat enim Diuinus Sabas hoc ab initio traditum fuiſſe à Patribus: & propter illud ipſum parem modum ab eô ſeruatum: Quoniam quando, inquit, veni ipſe ad magnum Euthymium adhuc imberbis, volens in Laura habitare, non fui admiſſus, ſed miſſus fui ad B. Theoctiſtum. Dicebat enim eſſe valde periculoſum adoleſcentes, & pueros ſimul habitare, cum viris ſolitarijs.* Quibus ſe refert ad Euthymium n. 55. qui Sabam ſæculo renuntiantem, & ſub illius ferula educari volentem ſic alloquitor. *Non oportet ô fili, cum ſis adeo iuuenis, & imberbis in Laura verſari. Magis enim expedit, vt qui tales ſunt, degant in Cœnobio. Cum autem hæc dixiſſet, per quemdam ex fratribus eum tranſmiſit ad Beatum Theoctiſtum.* Et in præſenti numero 97. Cum Iuliana quædam

diues

ditres, nobiliſque matrona è *vita exceſſiſſet, eorum, qui apud ipſam erant, Eunuchorum fideliſſimi, qui iam longo ante tempore erant B. Sabæ amici, & familiares, accedunt ad ipſum afferentes cumulos pecuniæ, pro quibus nullam aliam petebant remunerationem, quam ſolum vt referrentur in numerum ſuorum Monachorum. Ille autem cum non poſſet ſuam legem ſoluere* (Nota obiter Sabam legis propriæ & à ſe latæ directioni indiſpenſabiliter ſubiectum) *neque Eunuchorum, & imberbium aliquem in ſua Laura admittere, cum multis admonitionibus & ſermonibus apud eos eſſet vſus, & eos confirmaſſet ad futurum, ipſos emittit ad B. Theodoſium*, vt pote Cenobiarcham, quique Theoctiſto ſucceſſerat in rectione Monaſteriorum. Vide dicta cap. præced. n. 26. Et recole nunc attentius Scitbiotarum legem de pueris non admittendis lib. 3. c. 5. n. 50. & 51.

Neque in Monaſterio admittendi Eunuchi.

25. Quid vero Eunuchi facerent à Monacharu propter barbæ deſperationem eiecti. *Illi vero* (ſubdit) *Paulo poſt Patriarcham conuenientes, petunt ab ipſo quemdam locum, volentes in eo degere ſeparatim, & ſibi ſolis, & Deo vacare. Ille autem cum Alexandro Elia Monaſteriorum præfecto eos commendatos apud ipſum aliquo breui tempore depoſuiſſet, apud ſe conſultabat quemnam eis locum tribueret, & quemadmodum finem imponeret eorum voluntati. Iterum vero pecuniis illectus Alexander, non ſtans pactis illis conuentis, quæ cum Elia inierat, diuidit Eunuchis Monaſteria, cum ad ea nullum laborem nec operam contuliſſet, quæ ille multis laboribus & ſudoribus conſtruxerat. A quibus vnum ex Monaſteriis in hodiernum diem nominatum eſt Eunuchorum.*

Monaſterium Eunuchorum.

44. Barba permiſſa.

26. Qui barbæ deſperationem exoſam habuit, barba promiſſa delectatum nemo mirabitur. Lepida ſaue eſt in hac re Cyrilli narratio n. 27. Recedebat aliquando Sabas in ſolitudinem. *Interdum autem Dæmonis inuidia cecidit in quandam foſſam, quæ ex fornace cum igne emittebat caliginem, fuitque ei vultus & barba exuſta, & multa aliæ partes corporis, adeo vt cum multis poſt diebus rediiſſet ad Lauram, ſignis tantum ſuorum morum & voce, iiſque valde exiliter & obſcurè agnoſceretur, eius forma omnino mutatâ, barbaque effecta rariore. Nam nec loqui quidem omnino poterat, donec vis quædam diuina eum viſitans à ſuperis ei vires immiſit aduerſus malos ſpiritus, infirmumque & languentem renouauit ac recreauit. Propter barbæ autem rarefactionem Deo quoque Sabas egit gratias, vt qui modeſtiæ ei cauſam præbuerit, ne propter barbæ denſitatem ſibi nimis placeret.* n. 27.

Hæreticorum ſeparatio.

27. Seueritatem erga incorrigibiles expulſiones è Monaſterio, ac ſeparationis vſtione oſtendit Agapetus Sabæ diſcipulus, vir ſanctitate, & animi fortitudine mirabilis, cui cum commiſſa eſſet à Saba cuiuſdam Lauræ præfectura ac deprehendiſſet aliquos ex Monachis Origenis farina reſperſos, *timens ne manaret ad alios & omnes communiter inficerentur, eam rem communicat Patriarchæ, eoque in eius, quod ſtatuerat, adhibito ſocietatem, eos è Laura expellit.* n. 52. Vide D. P. N. Benedictum c. 28.

45. Pietas erga ægrotos.

28. Pietatis viſcera erga ægrotos fratres, nullo vt arbitror, potiori argumento oſtendere potuit Sabas, quam ſe ipſum à Laura ſua extrahi ſuſtinens, & à Patriarcha Hieroſolymitano benignè curari permittens. Reuertebatur quandoque Sabas Hieroſolyma. *Aderatus ſanctis locis, & iis dictis, quæ quodammodo dici ſolent in exitu, venit ad Maximam ſuam Lauram. In qua cum parum eſſet moratus, morbus quidam ingruens illum verè fortem adamantem lecto tradit. Quod quidem cum ſignificatum fuiſſet Patriarchæ, repentè venit ad illum viſendum. Cum vero veniſſet, & ſic vidiſſet illum in cella iacentem, egenum rerum omnium neceſſariarum, quando oportet ea etiam ſuppetere quæ redundant, & circa corpus omnem excogitare curationem, vtpotè quod & morbus & ſenectus & longi labores poſſint vehementer cruciare, ſupplex ab eo contendit, vt exportetur ad ſibi ſubiectam Eccleſiam, vt poſſit illic frui aliquo ex iis, quæ pertinent ad remiſſionem ac recreationem. Ille autem Patriarchæ reueritus ſupplicationem, & illuc exportatus, iacebat cum ipſo morbo luctans, & ab eo ſimiliter confectus.* num. 108.

Permittit Sabas ſe extra Lauram curari.

29. Sed tamen diuina reuelatione cognito à Saba futuro inſtantique vitæ ſuæ deceſſu, *ſtatim* (ſubdit) *reportatus ad cellam, cum vltima verba dixiſſet fratribus* (in hoc etiam Euthymum imitatus) & poſtremum eis dediſſet *oſculum à terrenis migrat ad cœleſtia.* Et hoc etiam ad Inſtituta Monaſtica facere citra dubium eſto; mori videlicet in cella; *non enim Spiritui oranti, vel etiam à corpore exeunti à cella in cœlum longa vel difficilis via inuenitur. A cella enim in cœlum ſæpè aſcenditur, vix autem nunquam à cella in infernum deſcenditur* inquit D. P. N. Bernardus fratres de Monte Dei alloquens aureo illo tractatu de Vita ſolitaria.

Moribundus redit ad cellam.

30. Nec ſilentio digna eſt inſignis illa apud noſtros humilitatis proteſtatio qua correpti pro quauis quantumuis minima culpa ad pedes Abbatis, vel etiam cuiuſuis fratris prouoluti, culpam fatemur, & veniam petimus Sabæ Scholam proculdubio imitati. Cum enim fame Paleſtinam totam graſſante Lauræ œconomus Sabæ detuliſſet panem adeo defeciſſe, vt ne ſuppeteret quidem ad Sacrificandum, Sabas autem impetraſſet à Deo frumentum, vinum & oleum miraculosè à quibuſdam ipſo inſpirante deferri *Quod ais?* (inquit Sabas ad œconomum) *Sacrum ne dimittemus miniſterium? Ille autem intelligens interrogationem eſſe reprehenſionem cogitationum procidit ad eius pedes, petens veniam* n. 88. Et in Ioanne ſilentiario n. 10. Cum quidam frater fere inuito Prælato ab Eremo ad Lauram receſſiſſet vt Paſchæ diem feſtum peragetet cum fratribus *& à via aberraſſet, & valdeque fractus fuiſſet & afflictus, tertio die rediit eſuriens & reſolutus, & fructum capiens ſuæ inobedientiæ. Cumque ſe damnaſſet incredulitatis, & inobedientiæ, pudore affectus procidit ad pedes ſenis petens veniam. Senex miſertus humanæ imbecillitatis, & fratris motus miſericordia, eum erexit, & admonuit* &c. vide dicta cap. præced. n. 16. Concinit iis mirè B. P. N. Benedictus cap. 71. 46.

Culpæ confeſſio & veniæ petitio.

31. Germana petitionem veniæ benedictionis petitio complectitur, æquè apud noſtros vſitata, præſertim cum inferior ſuperiorem acceſſit, eumque Salutat. Meminit Sacræ huius ceremoniæ Cyrillus in Ioan. Silentiario. num. 13. vbi ait: *Theodorus diſcipulus venit ad ſenem, & cum pro more pulſaſſet feneſtram, & ſenex eſſet aperturus &c. Cumque dixiſſet diſcipulus. Benedictus nos Pater ſenex aperiens dicit diſcipulo: Tibi quidem benedico.* Nec ſolum in Schola Sabæ morem hunc benedicendi inuenies; nam l. 1. Vit. 47.

Benedicite.

Patr. in vita S.Onuphij Eremitæ, inquit Abbas Paphnutius : *Pergebamus ita ſimul, & ad quandam venimus ſpeluncam nimis decoram. Appropriam volent ſuſcitari, ſi forte quiſpiam intus maneret. Secundum conſuetudinem Monachorum clamare cœpi ; benedictionem humillimè petij.* Vbi Roſuueidus in Notis, *Bene addit ſecundum conſuetudinem Monachorum. Nihil frequentius in his vitis, quam vt aduentans hoſpes benedictionem ab hoſpite excipiente petat.* Tranſtulit hoc inſtitutum in Regulam ſuam D.P.N.Benedictus cap. 53. vbi ait. *Si obuiauerit, aut viderit* (hoſpites Monachus) *ſalutaris humiliter, & petita benedictione pertranſeat.* Et cap. 63. *Vbicumque ſibi obuiant fratres, iunior à priore benedictionem petat.* Vnde ad nos vſque peruenit, cum fratrem obuiamus, ſiue cum aliquod opus exordimur, vel in publico alloqui, ſiue ſuperioribus ſiue inferioribus volumus, dicere *Benedicite.*

48. Clauſura Monaſtica. 32. Clauſuram Monaſterij & Lauræ, prohibitumque ingreſſum, imo & acceſſum mulierum, tradit accuratè Cyrillus in Ioanne Silent. num. 18. Cum enim veniſſet ad eius Lauram Mulier quædam Capadociſſa, Regina vocatione, atque Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Diaconiſſa, Ioannem rogatura, vt conſobrinum, quem ſuum afferebat, à Seueri ſchiſmate, quam ſequebatur, reuocaret, atque *didiciſſet non licere mulieri in Lauram accedere, accerſito Theodoro eius diſcipulo rogauit, vt tum acciperet, & ad ſanctum Senem deferret*: cui cum benedixiſſet ſenex abſterſit à corde ipſius omnem dubitationem. *Hac cum didiciſſet Regina, venit in maius deſiderium ſenem videndi ſuis oculis, & in animo habuit ſe virili amictu induere, & ad eum venire in Lauram, ſuaque ei exponere: Hoc cum ei ab Angelica eſſet apertum viſione, ei ſignificat dicens: Scias quod ſi venias futurum ſit, vt me non videas. Noli ergo vexari, ſed potius mane, & vbicumque degeris apparebo tibi in ſomnis.* quod & fecit, vt ſic Reginam ab occaſione & cogitatione Lauram accedendi compeſceret.

49. Aphrodiſij robur maximum. 33. Placuit è veſtigio ſubnectere Aphrodiſij Sabæ diſcipuli facinora ſtudio acriore in Laura Monaſticem excolentis, cuius acta cæteris Anachoretarum inſtitutis facem admouebunt. Sed abacto cũ Cyrillo in Saba. n.66. rei huius principia repetere nõ erit iniucundum. *Erat* (inquit) *in B. Theodoſij Monaſterio quidam Monachus nomine Aphrodiſius, genere Aſianus, corpore maximo, & cui robore nullus poterat conferri. Pondus enim frumenti duodecim modiorum è terra tollens, imponebat humeris nemine id attingente. Huic ergo Aphrodiſio, cui fuerat commiſſum mulorum miniſterium, accidit aliquando, vt cum manu aſinum percuſſiſſet in maxilla, faciem ipſam contereret, & ſic ex hac cauſa mulam interficeret. Ille vero & onere, & mule humeris impoſita, venit in Monaſterium. Deinde ... expulſus propter iumentum interfectum, abiit ad Iordanem conuenturus Ioannem qui reſplendebat in ChuZiba, & narrat ei calamitatem. Is autem ei conſulit vt eat ad B. Sabam, & quæcumque ille iuſſerit faciat prompto & alacri animo. Is vero cum obedire conſtituiſſet, ad Sabam recta proficiſcitur via, deplorans id quod acciderat, & ſuam deflens alienationem: & ſi non aliud poſſit facile conſequi, at interim breuem aliquem ab eo querens audire ſermonem, vt ſciat quidnam faciens inuenire poſſit ſalutem animæ. Cum hæc verba audiſſet Sabas, & vidiſſet animæ agrum ad ſuſcipienda ſemina ſpiritualia aptum, eum excipit prompto & alacri animo. Iubet autem eum in hac cella manere, & ad nullum alium accedere, neque è Laura egredi, linguaque & ventre moderari. Hoc cum ille accepiſſet mandatum apparuit magnus in operibus, & maximum potius, & generoſum animum, quam tale eſſet corpus conſecutus.* Subdit n.67.

1. *Perpetuos triginta annos nunquam eſt è Laura egreſſus.* 50. Aphrodiſij mores Monaſtici.
2. *Neque ad aliam vnquam acceſſit cellam.*
3. *Neque æris aliquid.*
4. *Neque vllam habuit ollam.*
5. *Non vſus eſt igne.*
6. *Non fuit particeps olei.*
7. *Non vinum bibit.*
8. *Non mulſum.* Quid mulſum ſit. Vide in hoc lib.c.5.n.18.
9. *Non dicas poſſedit tunicas.*
10. *Dormiebat ſuper ſtoream.*
11. *Perpetuo fletui, & operi manuum erat intentus. Id autem erat contextura ſportarum, quas multi ſolent appellare* μαλάχια.

12. *Is nonaginta texens ſuis manibus ſingulis menſibus, eas, præbebat cuidam ex iis qui miniſtrabant in Laura: & ipſe rurſus viciſſim ab illo accipiebat ea quæ ad vſum pertinebant.* Vide lib. 3.c.4. n.6. Opus manuum quotidianum Nitriotis impoſitum, noſtris *Tarea.* Et c.6.n.21. Tabenneſiotarum morem laboris manuum rationem reddentium. c.6.n.21 & 23. *Quænã autẽ ea erant, quæ ad vſum* (melius *ad eſum*) *accipiebat Aphrodiſius?*

13. *Menſæ fratrum reliquiæ, ſiue olera eſſent ſiue legumina.* En Cœnobitarum, & lauretarum alimenta ſub Saba. Hæc autem ad ignem fuiſſe decocta & oleo condita: vinumque adhiberi ſolitum, mulſumque aliquando permiſſum haud obſcurè ex auſtera Aphrodiſij exceptione cæteris lauram incolentibus licuiſſe, fit palam. Idem iudicium de æris vſu, ſtrato, duabuſque tunicis eſto. Neque enim vnius rigidos mores ita extolleret Cyrillus, ſi non erga cœteros in communi viuentes mitiùs ageretur. 51. Victus & ſtratus in Laura.

14. *Hæc ab illo accipiens reponebat in quadam pelui, & parum illinc ſumens quotidie alebatur & eo erat contentus.* Viget adhuc inter noſtros mos perantiquus reponendi in pelui fratrum reliquias, vt pauperibus erogentur.

15. *Quod ſi contigiſſet ea vermes parere, & ſi tetro eſſent odore referta, nihil erat ei reſciendum: ſed implebant omnia vſum nutrimenti.* Vbi notandum reliquias fratrum vnius dici pro totius menſis ientaculo ſuffeciſſe Aphrodiſio: cum tamen neque integras è pelui acciperet reliquias, *ſed parum illinc* aſſumeret. Subdit num. 68. *In hac vitæ ratione ille triginta annos tranſegit, vt dictum eſt, & nec ægrotauit, nec vlla affectus eſt triſtitia, neque vnquam ei doluit ſtomachus. Prævidendi quoque donum conſecutus, ſeptem diebus ante mortem ſuam præcognouit. Petit ergo à diuino Saba, vt ſibi liceat deſcendere ad Theodoſium, vt ab eo quoque conſequatur remiſſionem, deinde reuertatur ad cellam. Annuit itaque Sabas petitioni: nam ei quoque nota erat mors Aphrodiſij, & cum eo mittens diſcipulum Theodulum per ipſum ſignificat B. Theodoſio. Ecce communem fratrem Aphrodiſium, quem aliquando accepi hominem, nunc Dei gratia eum ad te miſi Angelum. Is autem ſtatim reuerſus ad cellam, cum parum ægrotaſſet, migrat ex hac vita ad iucundam illam vitam, & in quam nulla cadit perturbatio* Aphrodiſij tranſitus.

Eius.

Digitized by Google

Eius vere diuinas & ſacras reliquias cum conuenientibus hymnis, & lampadibus collens conuentus fratrum, deponit cum aliis ſanctis patribus in quodam loco, qui erat ex tranſuerſo lauræ. Vide ritum ſepeliendi in laura Sabæ ſupra numero 27. & 28.

52. Pulchra Sabæ ſententia de Monachatus perpetuitate. Sed iam Cœnobitica & Lauretica Sabæ Inſtituta pulchra illius ſententia de Monachatus perpetuitate claudamus in confuſionem Nouatorum hæreticorum, Monachatus hoſtium. *Inſtabant parentes eius* (inquit Cyrill. num. 11.) *quid non facientes, aut à qua arte & machinatione abſtinentes, vt Saba perſuaderent, vt vellet cum eis habitare, & de cætero apud eos degens patris ſuſciperet militiam, & pro illo militaret. Ille verò cum eſſet celeris, & acris ingenij, cognoſcit hoc fuiſſe excogitatum à maligno, vt parentum miſericordia relaxaret obtentam eius exercitationem, & ſpiritualium rerum deſiderium redderet frigidius. Et eorum quidem amori ſapienter opponit Dei deſiderium dicens, ſe timere illud præceptum* Matth. 10. *quod illos ſtatuit eſſe indignos, qui deſiderium parentum ei præferunt, & non crucem ſuſtulerunt, & eum ſunt ſecuti: Mundana autem huic militia verè Angelicam & diuinam. Si terreſtris Regis miles, dicens, qui conſpectus fuit ordinem deſerere magnas luit pœnas, quantum eſt periculum, ſi quis eius, qui eſt verè Rex miles effectus, & in numeros illius adſcriptus, proprium ordinem deliquerit, & tam paruam militiam expermutauerit. Illud tandem adiecit iis, quæ dicta fuerant, quod nec eos quidem de cætero parentes vocare ſuſtinuerit, ſi eos amplius viderit rogantes, & contendentes, vt à pulchra illa deficiat militia.* Sed ad Eremitas.

§. III.

Magnorum Patrum Sabæ & Ioannis ſilentiarij Eremitici mores.

53. Euthymij & Ioannis mores ſimillimi. NEc aqua aquæ, nec lacti lac vſquam ſimilius, quam Sabas Euthymio. Vidiſti lector expreſſam in filio patris Monaſticam & Anachoreſim, nouis tamen Inſtitutorum ſplendoribus illuſtrem; nunc iam duplicatam lucem Eremitici Inſtituti in Saba, & Ioanne ſilentiario, quaſi eodem ouo prognatis, cernere licebit. Refulſit præcipuè Euthymius Eremi deſiderio, quietis & ſilentij exarſit amore: Sabas etiam deſerta colit, Ioannes Magiſtri ſui ſemitam è veſtigio calcat humano cultu vacua petit antra, vbi ne muſca quidem intus eſſet: atque vterque vita matrem quietem amat, & ſilentium. Vtriuſque acta in Eremo fixis oculis intuitus eſt Cyrillus, Sabæ vbi ſuprà; Ioannis apud eundem Surium tomo 3. Maij 13. cui fidem omnimodam habet Eccleſia. Primum igitur Sabæ ſeceſſum ſic refert num. 7. *Cum diuini deſiderij* (eremum

Primus Sabæ receſſus. adeundi) *nullum modum noſſet* (Sabas) *nec ſatietatem, in animo habebat ire in ſanctam ciuitatem, & contemplari loca ſancta, luſtrareque & viſere patres, qui erant in ſolitudine. Accedit itaque ad Præfectum Monaſterij, & animum aperit, & ab eo petit, vt liceat ſecedere. Ille vero non permittens, ſed volens imperare iuuentuti tam moderatæ, & quæ admodum pulchram habebat animam, non audiebat obſecrantem, & peregrè proficiſci properantem non dimittebat, & ipſum omnino conabatur detinere. Deinde cum ad eum è ſuperis diuina quadam aduenisſet viſio, mandat, vt Sabam dimittat, nec prohibeat, quominus peregrè proficiſcatur. Ille ergo perſuaſus viſione eum dimiſit, & inuitus volenti permittit vt exeat.*

Sanctis igitur locis piè atque deuotè vt par erat viſitatis, cum multa de magno accepiſſet 54. Alij receſſus Euthymio, imberbis adhuc ad eum venit captus deſiderio cum eo congrediendi. Excipit eum Euthymius, eumque mittit ad Theodoſium Cœnobiarcham atque ibi trigeſimo ætatis ſuæ expleto anno *capitur* iterum *amore ſolitudinis*, inquit Cyrillus num. 12. *& cum non poſſet ferre vim deſiderij, accedit ad Longinum* (præfectum) *petens quem deſiderauerat ſeceſſum. Ille vero (neſciebat enim quomodo hoc ei ex ſe permitteret) de eo refert ad magnam Euthymium. Is autem cum oppletas haberet aures Sabæ virtutibus, quin etiam ipſe quoque rectè ſciret viri perfectionem, & in rebus ſpiritualibus ardorem & conſtantiam, continuo reſcribit ad Longinum, ne ei eſſet impedimento, quominus ſuum exequeretur inſtitutum, ſed ei permitteret vti quiete & ſilentio quinque dies hebdomadæ. Sciebat enim fore, vt omnino rectè vteretur ſolitudine, & haberet occaſionem ad Deum aſcenſionis. Sic ergo ei permiſſo ſilentio compos iam effectus eius quod deſiderabat, ingreſſus eſt Monaſterij ſpeluncam, quæ vergit ad Auſtrum.* Redit iterum ad Euthymium: *& quoniam conſueuerat admirabilis Euthymius decimo quarto menſis Ianuarij egredi cum Domitiano in vaſtam ſolitudinem Rubâ, & illic tranſigere ſanctiſſimos dies ieiuniorum* (vſque ad Paſcha) *egreſſus quidem eſt vt conſueuerat. Ei autem aderant Domitianus & Sabas: ingrediebantur vero per ſolitudinem, quæ vergit ad meridiem vltra mare mortuum.* Hæc ille num. 12. Tranſegerat ibi quatuor annos, ſed latere amplius non potuit, quæritur enim & inuenitur à Monachis: ædificat eis maximam lauram: *ſed quadam diuina & ſapiente prouidentia* (inquit num. 17.) *tanquam ab aliqua dextera deducitur vſque ad ſpeluncam. Quadrageſimo itaque anno ſuæ ætatis cæpit habitare ſpeluncam.* Et num. 18. *Atque quinque quidem annos ſic Sabas tranſegit in ſpelunca ſolus cum ſolo Deo conuerſans, & fruens bono quietis ac ſilentij.*

Denuo Sabas redit ad fratres atque inſigni 55. Caſtellij ædificato Cœnobio, cum à quibuſdam Fugit fratrũ improbis diſcipulis, non ferentibus lauram & conſpirationem. Monaſterium ſic florentia videre, calumniaretur; iſque cum aliis pluribus conſpirarent, ita vt quadraginta dolos aduerſus eum conſuerent, & omnino pararent inſidias, ſolus à laura receſſit. *Didicerat enim Sabas* (inquit num. 42.) *pugnare quidem cum dæmonibus, hominibus autem facilè cedere. Hoc vero faciebat, tum improbos qui-* Speluncam ingreditur. *dem pudore afficiens lenitatis ſuæ exuperantia; tum autem illo diſceſſu inuidiam conſumens & tabefaciens; oſtendenſque nullam rem propriam eſſe ei curæ: ſed Dei cauſa omnem laborem ſuſcipere, & fratrum vtilitatis. Hac de cauſa facile quidem recedit, & venit ad partes Scythopolis, manet vero in quodam loco, qui erat quidem deſertus, vocabatur autem fluuius Gadarorum. Deus autem, cuius cauſa hæc Sabæ acciderant, Sabam non habuit deſpicatui, & ipſe quidem ſubit ſpeluncam ſitam prope flumen, in ea autem habitabat leo inſigni magnitudine. Cum in ea ergo verſarentur & poſt preces ſe ſopori parum dediſſet, ad eum media nocte accedit fera illa terribilis, & cum eum ſenſim veſte apprehendiſſet, eum foras trahebat, & quodammodo iubebat eum exire è ſpelunca. Ille ergo excita-*

Leo cedit ſpelunca.

tus,& illius conſpectu minimè conturbatus, Nocturnos hymnos protinus eſt aggreſſus. Leo vero (ô magnam in Saba operationem ſpiritus !) ſtatim extra reſedens, dum preces fierent expectabat. Sed cum iterum atque iterum Leo contenderet eum expellere, *& vehementer inſtaret, & Sabam vi traheret, ille labris ſenſim apertis: O fera, inquit, hæc quidem ſpelunca ambobus, ſi velis, ſufficit ad habitandum. Tibi vero, ſi hoc non videtur, at tu mihi potiùs cedes ſpelunca, ego enim Dei manu ſum formatus, & eius honoratus imagine. Hac admodum leniter & placidè dixit Sabas, & fera perinde ac ſermonem reuerita, ſtatim abiit, Saba cedens ſpelunca & cubile.*

56\.
Conueniunt vndique Sabam.

Cum illic ergo Sabas verſaretur multi ex finitimis ad eum ventitabant, eos enim vndique vocabat illius fama, non ſecus ac præclara tuba virum veluti præconio prædicans. Conuenit eum ibi Baſilius quidam iuuenis, eumque in Eremo comitatur. Vtrumque Eremitam aggrediuntur latrones, media nocte pleni ſpe capturæ, ſed Eremitarum præda facti, parantes ſibi animæ vtilitatem recedunt. Incidunt in leones, inuocant Sabam, percuſſique nomine Sabæ cedunt via leones, & ad eorum pedes prouoluuntur, quo tandem ad meliorem deuenere

Recedit iterum.

frugem. *Cum hoc autem mirandum* (inquit Cyrillus num. 45.) *ad multorum aures breui perueniſſet, & omnes ad eum conuocaret, vexatus eſt multitudine eorum qui confluebant, & deſiderabat rurſum priorem quietem, & ſilentium. Cum Deo ergo commendaſset fratres, qui illic erant congregati, & eis tradidiſset cellam, quam nuper conſtruxerat, facilè tamquam paſser aliquis, vt cum diuino Pſalmo dicam, tranſmigrat, & ad deſideratum reuertitur ſilentium.* Et ibi poſt pauca.

57\.
Venit ad Lauram.

Sabas autem cum longo poſt tempore (in Eremo conſumpto) *reuertiſſet ad lauram, exiſtimabat ſe inuenturum quidem eſſe eos, qui prius erant ſeditioſi ex fratribus ira remiſſiores, vtpotè quod tempus, quod interceſſerat, inuidiæ vigorem multum tabefeciſſet, & cum eius è laura peregrinatione vnà quoque eorum de ipſo abiret cogitatio. Hoc autem non ita habebat, magis enim vigebat, & amplificata erat perturbatio, & erat acrior inuidia.* Sed quid

Recedit iterum.

tunc Sabas? Cedit iterum multitudini & liuori, iterumque recedit in Eremum, ne lenitate, monitis, & lachrymis, quibus nihil erga indurata diſcipulorum corda profecit, Æthyopem lauare videretur. Terga igitur vertente Saba longi receſſus occaſione confingunt aduerſarij à leone fuiſſe deuoratum; atque Hieroſolymam venientes ab Archiepiſcopo in demortui Sabæ Præfecti ſui locum ſupplices poſtulant ſucceſſorem. *Cum autem* (inquit, num. 48.) *aduenisſet dies feſtus dedicationis, venit quidem, vt ſolebat, diuinus Sabas in ſanctam ciuitatem. Cum vero eum vidiſſet Epiſcopus,* &, quod *eum præter ſpem vidiſset, fuiſſet gaudio repletus rogauit vt ad ſuam rurſus rediret lauram, & non ſic rectore deſtitutam relinqueret. Cum vero videret Sabam magis reſiſtere, & nequaquam cedere, ille hæc ægrè ferens, & nonnihil etiam ex ſuo commotus officio: Sed ſi non, inquit, audiueris hanc meam petitionem, non venies mihi amplius in conſpectum.* Cædit Patriarchæ Sabas, reddit lauram auxiliaribus litteris ab eo aduerſus rebelles acceptis, leguntur publicè, parent tumultuoſi, doloſe tamen & occultè, ſed palam talia aggrediuntur rabie facinora vt referre pudeat, & ſilentio tegere expediat. Degit in laura Sabas vſque ad mortem, palam Anachoretam agens, vitamque apparenter communem; ſed re ipſa frequentibus in eremum receſſibus eremiticam. Ac tandem in lauræ cella à terrenis ad cæleſtia migrat A. C. 531. 5. Decembris.

Et hæc quidem de Saba. Quo vero conatus pondere præclarum illud Eccleſiæ lumen Ioannes Silentiarius in Eremiticam vitam fuerit propenſus, ex Cyrillo in eius Actis compendio aperiamus. Anno 4. Imperij Marciani Aug. qui iuxta Baronium A.C. 558. num. 16. incidit in A. C. 454. natus Nicopoli in Armenia nobiliſſimis Enaratio & Euphemia, decimo octauo ſuæ ætatis huius vitæ rebus renuntiauit: *aſſumptiſque decem fratribus* (inquit num. 2.) *qui volebant eſſe ſalui* (in quodam templo Beatiſſimæ Virginis Mariæ) *conſtruxit Cænobium*, atque in eo viginti annorum ſpatio vitam communem cum Monachis egit. Cumque in omnium Eccleſiaſticorum graduum conſequentiam perſuaſiſſet, à Sebaſtenſe Metropolitano virtutum Ioannis fama cogente Colonienſis Epiſcopus ordinatus eſt 38. ætatis ſuæ anno. Decem in Epiſcopatu tranſegerat rogans Deum, vt deduceretur in locum ſibi gratum, & quietum aptum ad ſalutem conſequendam: cumque quadam nocte *impluuium cælum ſuſpexiſset* (inquit num. 4.) *aſpicit repentè ſtellam lucis, quæ habebat figuram Crucis, & ad ipſum veniebat, & audit vocem ex illa luce dicentem: Si vis eſſe ſaluus, ſequere hanc lucem. Is autem cum credidiſset, protinus eſt egreſſus, & illam lucem ſecutus, venit in Maximam Lauram Patris noſtri Sabæ.* Et num. 5. *Cum eum autem ſuſcepiſset B. Sabas, tradit ei Lauræ Oeconomo, vt ei mandetur miniſterium vnus ex arcariis, ignorans theſaurum, qui in eo erat reconditus. Diuinus autem Ioannes implebat omnem obedientiam. Cum vero tempus mutationis miniſteriorum veniſset, qui creatus fuerat Oeconomus hoc magnum lumen præficit excipiendis hoſpitibus, & culina, &c.* Vide dicta in hoc cap. n. 33. & 40. Hactenus de Ioannis Monaſtice, nunc ad Anachoreſim n. 6.

58\.
Ioannis ſilentiarij natiuitas, patria, parentes.

Cœnobiticã vitam agit.

59\.
Ioannis Anachoreſis.

Cumque hoc obiret miniſterium, accidit vt conderetur Cænobium, quod vergit ad Septentrionem extra Lauram, vt qui vitæ mundanæ renuntiabant, in eo prius Monaſticam docerentur diſciplinam, deinde ſic in Laura habitarent, cum vitam Cænobiticam perfectè didiciſsent, B. Saba affirmante & dicente; quod ſicut flos fructum præcedit, ita vita Cænobiaca vitam Anachoreticam. Cum ergo Cænobium conſtrueretur, cogebatur hic vir iuſtus, qui hoſpitum excipiendorum curam gerebat, præter alia Xenodochij miniſteria, coquere artificibus, & ſecunda ferre onera, portareque cibaria, & reliqua ad eos, qui laborant, qui pluſquam decem ſtadia aberant à Xenodochio. (Vide laborioſiſſima manuum opera Cœnobitarum & Anachoretarum, & recole dicta num. 29.) *Cum autem hoc anni eſset impletum miniſterium, omnibus partibus ædificatis ex eius moderatione & honeſtate, & ſpirituali prudentia, dat ei Pater noſter Sabas cellam ad ſilentium.* Hucuſque de Anachoretica conuerſatione Ioannis in Laura, nunc ad Eremiticam.

Opera manuum laborioſiſſima.

60\.
Quadrienio in eremum ſecedit.

Latuit Venerabilem Sabam Epiſcopatus Ioannis; cumque voluiſſet eum propter eximias virtutes ad Presbyteratus gradum promoueri, venit ad Eliam Hieroſolymitanum Archiepiſcopum, cui eum narraſſet ejus virtutes, eumque

Epiſcopus

Epiſcopus ordinare vellet, nec poſſet effugere, ſeorſum aſſumpto Epiſcopo, ipſique reſerato myſterio, & commendato ſecreto Lauram remeauit. Sabas autem cum ab Angelo permiſſionem reuelante cuncta didiciſſet, ea Ioanni aperit; quibus ipſe triſtitia affectus. *Nunc*, inquit, *non potero habitare in hac regione. Sabas vero ei promiſit per Verbum Dei ſe hoc nemini omnino enuntiaturum. Ab eo autem tempore ſiluit in cella, neque procedens ad Eccleſiam, neque vllum omnino conueniens ſpatio quatuor annorum, eo excepto, qui ei miniſtrabat, ac non ſolum die dedicationis, quæ fit in Laura nona Indictione, Venerabilis domus Sanctiſſimæ Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ. Tunc enim ſolum ad Archiepiſcopum Eliam, qui acceſſerat ad dedicationem, coactus eſt exire, & ſalutare.* Hæc ille n. 8. Quadriennio autem in hoc receſſu expleto, maioris adhuc ſolitudinis auidus, quinquagenarius iam ſecedit, in illud celebre ſæpiuſque memoratum *deſertum Rubæ, atque illic nouem annos egit remotus ab omni humana conſuetudine, cupiens cum Deo quietè cõuerſari, & mentis contemplandi facultatem longa purgare Philoſophia.* n. 9.

Rubam ſolitudinem colit 9. annis.

61\. Cuſtoditur ibi à Leone.

Cum autem maximæ Lauræ fratres Magnum Ioannem deſideraſſent habere Magiſtrum, cumque rogarent, vt in Ruba vitam degere deſiſteret, *veniret autem ad Lauram & quieſceret in ſua cella*, ne barbarorum irruptione duce Alamandaro regionem deuaſtante periret, *non poterat in animum inducere vt eam* (Rubæ ſolitudinem) *relinqueret, apud ſe hæc reputans & dicens. Si Deus mei curam non gerit, quid viuo? volens autem* (Deus) *eum ſecurũ reddere, vt qui paululum eſſet territus, miſit ſenſibilẽ cuſtodem leonem maximum, & terribiliſſimum, qui eum diu & noctu cuſtodiret ab immanium barbarorum inſidiis. Atque prima quidem nocte, cum Leonem aſpexiſſet propè dormientem, parum extimuit, vt ipſe mihi narrauit. Cum autem vidiſſet diu noctuque ſequentem leonem, & ab eo non auelli, & propulſare barbaros, quibus ageret gratiam Deo, emiſit canticum: Qui non dimittet Virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum.* Ceſſit tamen Ioannes Sabæ præcipienti atque dicenti. *Ecce Deus te ſeruauit ab incurſione barbarorum, téque reddidit ſecurum ad te miſſo ſenſibili cuſtode. Surge, & tu quoq; fac id, quod eſt humanum, & fuge ſicut Patres.* n. 11. Obediuit prompto animo Ioannes, abiitque in Lauram annom agens 56. ibique iterum Anachoreſim coluit vſque ad A. C. 104. vitamque in Laura finiuit. Quibus autem inſtitutis Eremicolæ noſtri Sabas, & Ioannes cunctis in poſterum ſæculis ſe præbuerint admirandi, iam aperiamus.

Redit Lauram.

62\. Oratio ſolo labore manuũ interrupta.

1\. Et primum diu noctuque orationi atque Vigiliæ, manum opere dumtaxat interruptæ dediſſe operá, promit Cyrillus in Saba n. [illegible] his: *Somni tantum capiebat, quantum ſatis erat ad eius corpus continendum, quod erat continuis defeſſum laboribus. Manus vero B. Sabæ nunquam quieſcebant, ſed quando non eas ad Deum extenſas habebat oratio, ea perpetuo verſabantur in aliquo opere faciendo: ne ſi vel parumper relaxaretur cogitatio, clam non animaduerſus ſenſim irreperet inimicus.* Et n. 10. *Cum ſciret* (inquit) *eſſe duplicem ſui conſtitutionem, ex anima, inquam, & corpore, duplicem excogitauit etiam exercitationem, nunc quidem corpore laborans, nunc autẽ anima, & nunc quidem dies tranſigens in laboribus corporis, nunc verò integras noctes inſomnes peragens in precibus. Nunc aquam portans, nunc ligna ferens, & omnibus, quibus fuerat creditum aliquod miniſterium, ſuſtinens illorum operatione. Erat enim cum animi fortitudine procera quoque corporis magnitudine, & admodum robuſtus.* V. P. N. Benedictum cap. 48.

Opus manuum.

2\. Sed quoniam ſtrato ſomnum capiebat? *Cum illam* (inquit) *Deo gratam moram traheret* (Sabas) *in ſolitudine, eſſet autem nox media, humi accumbebat, vt labores parumper remitteret.* Crediderim tamen prudentiſſimum Sabam ſecum quidem rigidè in hac parte, mitius tamen cum Agapeto Eremi comite egiſſe, *cui cum de more* (Sabas) *eſſet iturus in vaſtam ſolitudinem, pellem tradit ouinam*, haud dubium, qua pro operimento, & ſtragulo comes diſcipulus vteretur, cum ipſe ſuper nudam humum dormiret.

Humi cubatio.

3\. Nec prætereundum ea ſe operis manuum lege alligaſſe in eremo, vt certum per hebdomadam laboris penſum (noſtris *tarea*) à ſe ipſo penè vltra vires exegiſſet. *Quinque dies hebdomada* (inquit Cyrillus num. 12. *intus* (nempe in ſpelunca) *degens, & nihil cibi ſumens, ſed ſolum vacans precationi, & manuum labori: Sabbato autem egrediens, & ſeipſum ſuperans in acceſſione eius, quod eſt melius, & quinquaginta numero confectas ſportas, quas ſolent vocare* Μακαρια, *afferens; Die autem Dominico, cum collegiſſet tot ramos palmarum, quot ſciebat ſibi in hebdomada ſufficere ad operandum ingrediebatur ſpeluncam, & hoc modo perpetuos quinque annos ſe exercuit.* Vide notata lib. 3. cap. 4. num. 6. & in hoc cap. num. 50.

Penſum hebdomadæ noſtris *tarea*.

4\. Obiter ſeſe ieiunium Sabæ in Eremo è veſtigio immiſit quinque dierum ibi: *quinque dies hebdomada nihil, cibi ſumens*: & quod mireris amplius num. 29. *Cum de more eſſet iturus in vaſtam ſolitudinem Agapeto* (eum comitanti in quodam receſſu *tradit panes ſiccos ad eius vſum. Nam ipſe Saba toto ieiuniorum tempore erat ieiunus, nihil omninò cibi attingens, niſi quod Sabbatis, & diebus Dominicis diuina ſumebat Sacramenta.* Nouum, vt arbitror, referatur in præſenti ieiunij tempus, prius ab Euthymio, poſt à Saba Euthymij in omnibus imitatore obſeruatum, quod paulo ante, num. 29. tradit Cyrillus his verbis: *Cum itaque ſoleret Euthymius 14. Ianuarij ſemper proficiſci in vaſtam ſolitudinem, & illic verſari in diuinis diebus ieiuniorum hoc quoque ſolebat. B. Sabas facere conſequenter, tempore ſolum parùm mutato: quandoquidem ille quartodecimo, ſicut diximus, hic autem viceſimo die menſis ſecedebat, Nam poſt Diuini Antonij memoriam, magni Euthymij diem feſtum viceſimo die menſis celebrans Sabas, ſic ſe conferebat ad ſolitudines, & illic morabatur vſque ad feſtum Palmarum non ſecus atque ille ſe purum conſeruans ab omni humana congreſſione. Et ſic quid ſemper faciebat vnoquoque anno vertente.* Meminerat paſſim Cyrillus temporis huius receſſus in Euthymio præſertim n. 7. vbi ait *In Caſtiſta ſolitudinem peruenerunt* (Euthymius & Theoctiſtus) *octauo die poſt feſtum luminũ donec aduenit dies feſtus Palmarum.* Et num. 45. *Erat dies octauus ſanctorum Theophaniorum, & iam aduenerat dies præfinitus, quo is exibat in vaſtam ſolitudinem.* Et n. 66. *Poſt diuinorũ Theophaniorum octauum diem ſecedens in eo*, (eremo) *morabatur vſque ad feſtum Palmarũ.* Et n. 68. *Octauo die poſt feſtum luminũ, quo ſolebat ad interiorẽ proficiſci ſolitudinem, &c.* Ab illo autem

63\. Ieiunium 5. dierum.

Sola Euchariſtia alitur Sabas.

Tempus recedendi ſolitudinem.

Duplex Eremitarũ Quadrageſima.

tem

tem die in eremo Euthymiū & Sabam, eorumque Comites Theoctiſtum, & Agapetum ſacra cœpiſſe ieiunia,ſatis indicant allata teſtimonia: ac proinde Euthymij ieiunium à die 14. Ianuarij & Sabæ à viceſimo (in quo Euthymij ſactum

Diem feſtū Euthymij celebrat Sabas.

iam diē celebrati in ſchola Sabæ, notaro) vſque ad Paſcha comparandum eſt. Vnde fit Eremitas ſupra Cœnobij & Lauræ ieiunia ſecundam regulariter addidiſſe Quadrageſimam, iis præſertim annis, quibus ſanctum Paſcha incidit poſt Idus Aprilis.

64. Hebdomadam maiorem in Laura agit.

Vbi ſolerter etiam notandum vſque ad diem duntaxat Palmarum ita recedentes in eremo tranſegiſſe: ac per conſequens reuerti ſolitos ante hebdomadam Pœnoſam, io Lauram, vt ibi Maiorem maiori adhuc & ſtrictiori ieiunio celebrarent, morem in hoc gerentes vniuerſæ Eccleſiæ, quem luculenter aperuit Epiphanius hæreſ.75. his verbis: *In diebus autē Paſchatis, quando apud nos fiunt humi dormitationes, caſtitates, afflictiones, ſiccorum eſus, preces, vigiliæ, ac ieiunia, & omnes animarum ſalutes per ſanctas afflictiones: ipſi* (Arriani hæretici) *à ſummo mane obſonantur, ridentes ac ſubſanantes eos, qui ſanctum huncce cultū hebdomadis Paſchatis perficiunt.* Et Comp. *Per ſex dies ipſius Paſchatis omnes populi in ſiccorum eſu perſeuerant, pane, inquā, & ſale, & aqua tunc vtentes ad Veſperū.* Vide plura apud Baronium de ieiunio Quadrageſimæ A.C.57. à n.193. vbi etiam de ieiunio Ambroſiano 42. dierum, & Gregoriano 36.

Ieiunia Mōtani qualia.

Nec poſſum hic non aduertere cum Baronio A.C.173. n.28. neutiquam Euthymium Sabam, aliosque ſanctiſſimos Monachatus doctores impio Montano ne in minimo quidam conſenſiſſe plures conſtituenti Quadrageſimas. Montanus namque Paraclitū à Deo promiſſum, totiuſque Eccleſiæ Præſulē ſe eſſe arroganter & blaſphemè iactabat: atque lege ſancitâ, ad obſeruationem trium Quadrageſimarum vniuerſam Eccleſiam obligare geſtiebat: in quem D. Hieronymus epiſt.54. ad Marcellam: *Nos vnam Quadrageſimā ſecundū traditionē Apoſtolorum toto anni tempore nobis congruo ieiunamus. Non quod & per totum annum, excepta Pentecoſte, ieiunare non liceat, ſed quod aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus offerre.* Ex quibus apparet (vt verbis vtar doctiſſimi Baronij loco cit.) quam calumniosè agant, qui ſanctos Monachos damnant, quos & ſeruātes plura in anno ieiunia ac Quadrageſimas, *Montanizare* dicunt, & non niſi a Montani ſpiritu affatis iactant eas de ieiuniis leges eſſe ſtatutas: nam hi non, vt Montanus, eiuſmodi leges vniuerſæ præſcripſerunt Eccleſiæ; vt ob id, qui eas non ſeruarent eſſe damnandos dicerent; ſed eos tantum, qui arctiori vinculo diſciplinæ ſua ſponte ſe voto ad ea, & alia ſeruanda obligaſſent, teneri voluerunt; nec eos ſemper, ſed cum idoneæ vires ſuppeterent: ſed de his ſatis.

65. Panis ſiccus ſeu ſiccus

Vlteriùs: *Panes ſuccos* Sabam Agapeto ſocio porrexiſſe pro alimento inquit Cyrillus ſolo Euchariſtiæ ſacræ pabulo contentum: vbi penes *ſuccos* pro *ſiccos* librarij lapſu ſcriptum credo, id eſt ad ignem roſtos, vel ſole ſiccatos, quò reſoluta omnino humiditate, & ſucco, melius à corruptione ſeruarentur & in dies durare poſſent nempe à die 14. vel 20. Ianuarij vſque in diem Palmarum, quo ad Lauram regrediebantur Eremitæ, cui explicationi concinit Epiphanius vbi multa de *ſiccorum eſu*, &c. Vel ſi mauis panem *biſcoctum* accipe, qualis eſt nauticus, noſtris *biscocho*. Obuiam etiam eſt panes *ſuccos* pro *ſecundos* irrepſiſſe io Acta Sabæ, id eſt vulgares & ſordidos, vt qui couſecti eſſent ex farina, ex qua pollinis pars ante ſit excuſſa, noſtris *pan bazo*, qui ſecundarius eſt Plinio lib.18. cap.9.

5. Pani *ſucco*, ſeu *ſicco* ſiliquas pro alimento adiungebat Sabas vt refert Cyrillus n.46. vbi *Diuertit* (inquit) *ad quandam arborem quæ fert ſiliquas, alimento quidem vtens illius fructu.* Vtriuſque meminit Horatius lib.2. Ep.1. Siliquæ.

Viuit ſiliquis & pane ſecundo.

Vide dicta de pane cibario & ſecundario lib.4. cap.4. à n.56.

6. Aliquando herbis alitum Sabam tradit Cyrillus n.18. vbi *Cum autē*, inquit, *rerum neceſſariarum nullam aliam curam gereret, ſed contentus eſſet herbis, quæ naſcebantur propè ſpeluncam, quandoque vero caſeum & dactylos adhibebat, & ſi quid erat aliud apud barbaros quoſdam qui ad ipſius ſpeluncam per quendam funiculum aſcendentes, atque vitam ipſius planè illaboratam videntes, nullaque omninò ſupellectili inſtructam, virtutem eius adeo, & iure quidem, ſunt admirati, vt certis quibuſdam diebus illuc venientes, ad illum afferrent panem, & caſeum, & dactylos, & ſi quid erat aliud ad vſum neceſſarium.* Et in Ioanne Silentiario de ipſo, n.9. *Exibat* (inquit) *è ſpelunca, & abibat in ſolitudinē ad colligenda melagria, quæ ſua ſponte naſcuntur, quibus aluntur Anachoretæ, qui ſunt in ſolitudine*, id eſt Eremicolæ, qui purè ſolitariam vitam agebant, quos paſſim cum Anachoretis Lauræ habitatoribus confundit Cyrillus. De Melagriis vide dicta ſupra c. præced. num.42. Herbæ.

7. Pellem ouillam Agapeto ſocio ſuo pro indumentu & ſtragulo dediſſe Sabam humicubatione contentum vidimus. Quænam autem Sabæ in Eremo domus erat? *Diuertis* (inquit Cyrillus n.46) *ad quandam arborem, quæ fert Siliquas* (quarum nempe, robur, vel fagum) *alimento quidem vtens illius fructu, tegumento verò ramis. Sed Deus, propter quem hæc rurſus ſuſtinere æquum cenſebat Sabas, tunc quoque rem ſuæ curationis ſapienter contexit Sabæ, & quæ viri boni & veritatis amanti mercedē conciliauit. Nam cum hoc curaſſet, vt veniret ad cognitionem domini agri* (*erat autem is quoque, vt eſt conſentaneum, amicus virtutis*) *effecit vt is mox ad eum accederet, & cum in cæteris eius curam gereret, ac ei prouideret, tum cellam quoque ei excitaret, quæ poſtea Deo opem ferente constructa fuit in Cœnobium.* 66. Tegumentum arborum rami.

8. Quis vero inhoſpitalē habitantes eremum hoſpitalitatem, & eleemoſynam exercuiſſe credetet? Occurrunt ei in eremo quatuor Agareni, *qui fame laborabant, & indigentia vehementer erant afflicti: Cum autem iam propiedus acceſſiſſent, illi quidem qui fame vrgebantur eum diligenter circumſpiciebant, & ſcrutabantur, & naribus quodammodo odorabantur an aliquid cibi afferret, ille vero* (*ô miſericordiam & paternum animum!*) *placidis eos intuens oculis, cum nihil haberet aliud, quo ipſos aleret eſurientes, ea quibus ipſe alebatur in commune propoſuit; & extenſa ſtatim pelle ouilla melagriorum radicibus, & arundinum cordibus* (*corticibus* legendum opinatur Surius ad marginem) *eos excepit. Mirati autem barbari eius promptum & liberalem animum, tunc quidem vrgentem famem, vt lenis ſedarunt.* Hoſpitalitas.

darunt. Poſtea vero remunerantes eius hoſpitalitatem, (ad talem enim ſimplicitatem, & benignitatem vel fera ipſa placidè adſpexiſſent, non ſolum animi hominum, quibus eſt à natura inſita manſuetudo), venerunt afferentes caſeos, & dactylos. De Melagriorum radicibus vnde dicta cap.
Arundinum radices. præced. n. 42. Crederem in præſenti legendum *Melagiorum & arundinum radicibus*, non *cordibus* neque *corticibus* Sabam hoſpites ſuos excepiſſe, cum neque *corda*, neque *cortices*, cruſtamve aliquam alicuius generis arundines habeant, ſed omnino nudas, cauaſque naſci videamus. Radicem verò habere bulboſam, patet ad ſenſum, idque notauit Plinius lib. 17. c. 20. vbi ait *Seritur bulbo radicis.* Bulbus autem cæpe genus eſt apud idoneos autores: radix ſcilicet rotunda, membranis ſuis tunicata, pluribuſque capitulis coagmentata, quam in violis, croco, arundinibus, aliiſque plantis videmus; Vnde arundineam mollem, atque bulboſam radicem è ſui accommodaſſe Sabam in eremo, veroſimillimum eſt.

67. Silentium. 9. Silentij & quietis amatorem vidimus Sabam. Sed præclarum Eremi lumen à ſilentij mira cuſtodia *ſilentiarium* appellatum Ioannem Epiſcopum proferamus. Educatus in Monaſterio, Cœnobitæ primordijs expletis, traoſiit ad Lauram Anachoretam acturus: atque ibi *dat ei Pater Sabas cellam ad ſilentium.* Sed Eremiticam aggreſſurus vitam, *ſeceſſit circiter* 30. *ſtadia* (ſtadium iuxta Plinium lib. 2. c. 23. & alios viginti quinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes 625.) *à maxima ſua Laura ab occidenti Caſtelly in ſpeluncam* celato adhuc Sabæ eadem reuelauerat Deus, eumque *complexus dixit: ô pater Ioannes tu quidem Dei inte donum me celaſti, Dominus autem mihi aperuit. Et diuinus quidem dixit Ioannes: Triſtitia afficior ô Pater: Neminem volebam hoc ſcire myſterium. Nunc autem non potero habitare in hac regione. Senex verò ei promiſit per verbum Dei ſed hoc neminı omnino enuntiaturum.* Sed quid tunc Ioannes? *Ab eo tempore ſiluit in cella, neque procedens ad Eccleſiam, neque vllum omnino conueniens ſpatio quatuor ſpatio annorum, eo excepto qui ei miniſtrabat, ac niſi ſolum die dedicationis* Lauræ. Rurſus quinquageſimum ſextum annum agens, à Ruba ad Lauram maximam Sabæ, Saba ipſo ſuadente peruenit, ibique Magiſtri ſui oculos clauſit annum agens 70. Abbas autem die *manſit in Laura* (inquit Cyril. n. 22.) *& in cella ſedens, in qua ſilet vſque in hodiernum diem, & ecce iam peruenit ad* 104. *annum ſua ætatis.* Cætera Eremitarum Inſtituta ſub Saba Anachoretis & Cœnobitis communia fuiſſe, ne dubites.

Obiit venerabilis atque Diuinus Sabas in Laura maxima quam erexerat 94. ætatis annum agens A. C. c. 531. 5. Decembris iuxta Baronij calendum.

68. Sabæ obitus & ſucceſſores. Succeſſit Sabæ in Præfectura Gelaſius, qui plura ab Origeniſtis pro Orthodoxa fide ſuſtinuit. Gelaſio Georgius Origeniſta, ab Origeniſtis in throno Sabæ *improbe (ô iuſtitia, & Dei tolerantia!) collocatus. Rei abſurditate* (inquit Cyrillus n. 127.) *Meus intumeſcit animus, iraque diſrũpor & ſuffocor. Hinc enim miſerabiliter accidit, vt Patres qui erant in Laura, alius aliò diſpergerentur, non ſecus atque agni quidam lupo aduentante. Sed non diu admodum permiſit Deus hanc ſuperare tempeſtatem, neque diuini Saba preces paſſa ſunt eum amplius tacere, & vti leuitate: ſed mox diuinam iuſtitiam excitant ad vindictam. E veſtigio Georgius quoque accuſatus cuiuſdam libidinis, ab illa Laura turpiter expellitur, cum ſeptem menſes ei præfuiſſet. Deinceps autem rectionem ſuſcipit Caſſianus, vir qui ab infantia fuerat educatus apud diuinum Sabam, & in pulchra illius diſciplina pulcherrimè inſtitutus, & factus Sacerdos maxima Laura. Qui cum decimum ſextum impleſſet adminiſtratione, & deinde ex hac vita exceſſiſſet, Canoni poſt ipſum mandant Monachi præfecturam. Mandant verò Deo, vt arbitror, Monachorum animos ad hoc mouente* (vide notata ſupra ad hunc locum n. 18.) *Fuit enim vir ille ſummè reſplendens & rectus dogmatibus, & omni virtute, & rectè factis, qui etiam in Præfectura vſus eſt magna diligentia. Nam & eos, qui illinc receſſerant, eiecti ab Origeniſtis patres, rurſus collegit, & Lauram, qua à frequentibus illis tumultibus, & bellis hæreticorum iam inclinata fuerat in genua, mox erexit, & veluti renouauit.* Canoni ſucceſſit Sergius, Sergio Abbas *Euſtachius qui paucis ante diebus* (inquit in Ioanne Silent. n. 17.) *Succeſſerat præfectura ſpelunca huius beati Saba mortuo Sergio, vir ſpiritu egregius rectiſque dogmatibus, & vita Inſtitutione.*

Et Hæc de Saba Agebat Ioannes Silentiarius 69.
centeſimum quartum ætatis ſuæ annum, cum Ioannis Silentiarij obitus.
Cyrillus finem fecit ſcribendi illius Acta: eius autem ſcriptis ſuperuixiſſe, palam fit ex nuperrimè dictis n. 67. Placet Baronio eodem ætatis ſuæ anno nempe 104. qui incidit in A. C. 539. Supremum egiſſe diem. Sed non eſt vnde id habere poſſimus; imò ex corporis & animi eius habitudine expreſſa à Cyrillo in eodem n. 23. longioris vitæ ſpem aucupari poſſemus. Subdit enim de ipſo centeſimum quartum annum agente: *Eſt quo, licet valde ſenex, læto vultu, promptoque & alacri animo.*

§. IV.

S. Theodoſij Cœnobiarchæ Inſtitutiones Monaſtica.

Diuinam à Saluſtio Hieroſolymitano Præ- 70.
ſule Magnis Patribus Sabæ & Theodoſio Acta Theodoſij quis ſcripſerit.
Paleſtini Monachatus Præfecturam; Sabæ autem Anachoretarum, & Eremicolarum; Theodoſio vero Cœnobitarum curam fuiſſe commiſſam, conſtat ex dictis in hoc cap. à n. 12. Qualiter in ſubditorum ſibi regimine ſe geſſerit ſapientiſſimus Sabas oſtendimus §. 2. & 3. per totos: nunc ad Theodoſij Cœnobium ab omni lingua communiter decantatum einſque mores Monaſticos, quibus *Cœnobiarcha* & *Archimandrita* clariſſima adeptus eſt nomina, & quemadmodum ſpiritualia aggreſſus ſit Aſceticæ vitæ certamina, oratione proſequamur. Sed tamen quò iucundius Magni huius Patris facinora moreſque & Inſtituta percurras, Lector, nota in limine, ipſius Acta quæ Surius tom. 1. Ianuar. à Simeone Metaphraſte putat fuiſſe exarata, vetuſtiorem Stilo, Phraſi, & narratione recognoſcere autorem, Cyrillum nempè Monachum Theodoſio ipſi coæuum, teſtemque oculatum ab ipſo geſtorum, qui ſicut ſanctorum Euthymij, Sabæ, Ioannis ſilentiarij, & aliorum Monacharum Heroum vitas certiſſimum eſt ſcriptis fuiſſe proſecutum, ita credendum non eſt, Theodoſium,

Google

ſium, quem præ oculis habebat, & cuius nomen toties in Euthymio & Saba refricat cum honore, obruiſſet ſilentio. Vnde prudenter coniicit Batonius A. C. 511. num. 22. ab imprudente aliquo obliteratum, ab Actorum titulo Cyrilli Monachi nomen, & Cyrillo Hieroſolymitano Epiſcopo, qui claruit ſæculo Conſtantini Imp. falſo fuiſſe attributa; ex ignoratione proculdubio Cyrilli noſtri æquè Paleſtini nobilis hyſtorici, qui Zenonis, Leonis, Iuſtiniani, & Anaſtaſij ſynchronos fuit, atque ſub ipſis, & ab ipſis geſta literis mandauit in Euthymio Saba, & aliis: à Metaphraſte tamen politiori fuiſſe reddita ſtilo, non negabimus.

71. Theodoſius alter pſeudo Monachus.

Monendus es etiam Lector, ne in altero fallatis Theodoſio eiuſdem ſæculi pſeudo Monacho Eutychiano, hæretico nequiſſimo, atque Hieroſolymitanæ ſedis inuaſore ambitioſiſſimo, Chalcedonenſis Synodi hoſte, qui Paleſtinam prouinciam hæreſi ſua fœdauit, pluresque ſubuertit, cum tamen Theodoſius noſter *Cœnobiarcha* ſimul cum admirandis Euthymio, Saba, Simeone Stilite, Auxentio, & aliis Monachis Sanctiſſimis decreta Fidei eiuſdem ſanctæ Synodi magno gaudio receperit, & probauerit, non minus ab altero impio Theodoſio diſcrepans, quam Iudas à Iuda, & paſtor à Lupo: *cui quidem, & viuo, & poſt mortem ceſſit terra, & cœlum, & mare, & aer, & Dæmones. Terra quidem à feris, cœlum verò à ſiccitate, mare autem à periculis, aër verò à locuſta; & brucho; dæmones autem à plagis homines liberantes, & nihil fuit, quod non deinceps eius teſtaretur virtutem & apud Deum fiduciam*, inquit Cyrillus num. 69. Ne in iis immoremur, quæ ab aliis, & aliunde peti debent, in alienam Hiſtoricorum meſſem mittentes falcem, adi Baronium tom. 6. A. C. 451. num. 153. & A. C. 511. num. 16.

72. Eius patria, parentes educatio.

Beatum Theodoſium tulit quidam vicus nomine *Megariaſsus* in regione Capadocum, qui tunc erat multis ignotus, & obſcurus, nunc autem ferè omnibus propter ipſum cognitus. Vocabatur pater eius Proëreſius, Eulogia autem quæ eum genuerat, à quibus religioſè nutritur, & augetur ſimul in corporea, & ſpirituali ætate. Cum autem eam iam attingit, quæ prouidet, atque diſcernit; dexterque eſſet, ſi vllus alius, ad Diuinas legendas Scripturas, Sacro Lectorum choro Ordinis ſuſceptione aggregatus eſt: cumque aliquando ſacros libros populo numeroſè, & concinnè legeret, atque in eum locum Geneſ. 12. incidiſſet, quo Abrahæ præcepit Deus, *vt exiret de terra ſua, & cognatione ſua*, ſtatim communi Patrum illius ſæculi Sabæ, & Euthymij captus eſt deſiderio, nempe loca ſancta videndi, in quibus omnium Opifex Deus, redemptionem noſtram operatus eſt: atque è veſtigio recedendi in ſolitudinem, Chriſtúmque ſequendi per viam anguſtam, & aſperam omnino accenſus fuit: *Deduc me Domine*, dicens, *in via tua, & ambulabo in veritate tua.* Hactenus carptim Acta perſtrinximus. Sed quæ admirandus ille Simeon Stilites de Theodoſij Monachatu, inſtinctu diuino, afflatúque fudit oracula, fluens Cyrilli explicet oratio num. 5.

Loca ſancta viſitandi deſiderio accenditur.

73. Simeonem Stilitem inuiſit.

Cum autem iam veniſſet Antiochiam, omni ex parte bonus Theodoſius, non ſtatuit oportere eam tranſire, niſi ad inſignem Simeonem, Simeonem inquam Stylitem, id eſt in columna ſtantem prius veniret, & eius vultum contemplaretur, & ſermones audiret, & ex his velut via ſolatium caperet, orationiſque, & benedictionis eius eſſet particeps, quæ ſimul, & virtutis vium quam habebat in animo, & eam quæ cernebatur, leuem facilémque redderet. Cum ad eum autem abiret, ſtatim non contemnendum, nec leue ſignum accipit illius apud Deum fiduciæ, & familiaritatis, priuſquam ad ſacrum accederet columnam, & vocem emitteret, ipſe deſuper illum audiens clamantem, & ipſum nominatim vocantem. Vox autem ita habebat: Bene veniſti homo Dei Theodoſi. Ille autem obſtupefactus, & ei genu inclinat, & ſe humi proſternit glorioſiorem appellationem ſpecie humiliori reſpondens. Deinde ad ipſum tutus aſcendit, cum ille iuſſiſſet, & amplectentem eſt complexus, hoc quoque magni faciens membra attingere venerabilia, & illius complexum ſuſcipiens tanquam diuinum aliquod ſignaculum, confirmantem ei greſſus ad virtutem. Ille autem ei omnia diuiniſſimè prædixit, & qualemnam ſit huius vitæ finem inuenturus, & cuinam ſit gregi poſtea præfuturus, quod multas pecudes ratione præditas abrepturus ſit à lupo, qui percipitur intelligentia: & alia, quæ paulo poſt finem ſingula accepere, quæ etiam per vnum quodque tempus procedens dicet oratio.

Prophetia Simeonis de Theodoſio.

74. Viſitat loca ſancta.

His ergo adhuc magis animo confirmatus, cũ preces admirabilis Simeonis tanquã duces quaſdam, & cuſtodes accepiſſet, alacrius quam prius iter perſequebatur, & peruenit ad ſanctam ciuitatem, cum Iuuenali tunc eſſet commiſſus Archiepiſcopatus Hieroſolymorũ. Cum autem totum illum diuinum locũ obiiſſet, & ſancta ſanctè adoraſſet, apud ſe animo verſabat, quomodo inciperet philoſophari, & vtrum ex duobus vitæ Inſtitutis eligeret; id ne quod eſt planè ſolitarium, & quod non habet aliquam cũ illo conſuetudinem; an quod igitur cum aliis piis, & qui eundem ſcopum perſequuntur. Cæterũ ſeparatim ſilere, & quietem agere non probauit in præſentia, id nequaquam tutum iudicans ei, qui nondũ eſſet expertus, per ſe luctari cum ſpiritibus nequitiæ. Reſtat ergo (inquit Theodoſius) *vt cum ego à S. Patribus didicerim, qui ſe in his prius rectè exercuerunt, & ſatis ab eis fuerim inſtitutus ad decertandum contra hoſtes, qui percipiuntur intelligentia, deinde in tempore percipiam fructus, qui colliguntur ex quiete, & ſilentio.* Vide D. P. N. Benedictum cap. 2.

Eligit vitam Cœnobiacã.

75. Longinum petit.

Hæc cum ſapientiſſimè cogitaſſet erat enim ei inter alia perfecta quoque intelligentia) Longinum beatum ſenem Euthymij diſcipulum, Patrum illius æui excellentiſſimum ſe contulit, qui domunculam turris Dauid (de qua pluries in Euthymio, & Saba) incolebat; apud quem cum aliquanto tempore deguiſſet Icchæ nobilis matronæ rogatu, inuitum Theodoſium in templo Deiparæ, quod ipſa in Veteri ſede via publica, quæ tendit verſus Bethleem, ædificauerat. Peruaſit breui regionem Theodoſij fama cœperatque in dies augeri feruor, & numerus ſectatorum eius: ipſe autem Præfecturæ onus pertimeſcens fuga ſibi conſuluit, ſupernóque inſtinctu ad eam peruenit ſpeluncam in Montis cuiuſdam vertice ſitam, quæ fideles Magos à Bethleem ad Orientem reuertentes excepit, in qua traditur diuinum accepiſſe reſponſum, ne redirent ad Herodem ſed per aliam viam in regionem ſuam irent.

Secedit in ſpeluncam Præfecturam timens.

Verum

Verum neque ibi latere potuit Theodoſius, ad illum namque poſt paululum *iam ventitabant qui erant amatores virtutis, & malebant cum eo incolere ſolitudinem, quam cum Imperatoribus præclaras ciuitates. Qui vim afferentes vix quidem, ſed tamen perſuadent ne ſua ſolum conſideret, ſed ea etiam, quæ ſunt proximorum; & eius quæ ex Deo vita eum accipiunt veluti pedotribam, & tunc quidem ſex vel ſeptem numero erant chor.:* inquit Cyrillus numer. 13. En primi Theodoſij diſcipuli, primuſque Conuentus.

Primus ſub Theodoſio ſeptimū ſanctorum conuentus.

76. Deceſſerat eo tempore ex hac vita Baſilius Sabæ diſcipulus Presbyter iam factus morumque Magiſtri fidiſſimus executor, atque Theodoſij in ſpelunca Sodalis, cuius cum funera egiſſet *quadraginta deinceps dies in Canticis Veſpertinis inter Sacrum chorum diſcipulorum hic diuinus ſtans Baſilius & vna cantans videbatur & audiebatur à magno Theodoſio* inquit num. 15. atque idem portentum Theodoſij precibus Aëtio cuidā nolenti eius eſſe diſcipulus oſtenſum refert ibid. His aliiſque miraculorum atque virtutum vehiculis fama tanti Patris longius percurrit, iamque diſcipuli erant numero duodecim; aliique plures quotidie accedebant. *Non pauci ex iis quorum magna erat autoritas, & opes. Et iam quidem magnus erat numerus diſcipulorum, ſpelunca autem exigua & planè minor, quam vt eos poſſet capere.* Quid ergo facerent? ſubdit. *Ipſi autem accedentes ſollicitabant, vt excitaret Monaſterium, & ampliorem eius faceret mandram ouium ſpiritualium, dicentes, nihil oportere eum curare ſumptus faciendos ad ædificationem: nam & ſumptus, aiebant, qui ad eam ſufficit manus, & manu tibi ea animus largior.* Hæc ille numero 19. Pergit.

Creſcit diſcipulorum numerus.

77. *Sic cum maiori gregi cogeretur præeſſe verè bonus paſtor, dici non poteſt, quantis iactaretur curis, & quam variis diſtraheretur cogitationibus. Quando enim ad bonum quietis & ſilentij reſpiciebat, & ad puram & tranquillam mentem, ab hac chara quiete tanquam à matre ſe auelli dolebat. Quando autem conſiderabat curam eſſe gerendam eorum qui ventitabant, & non oportere ſibi ſoli viuere, ſed multa magis etiam proximis, & eius rei ipſum Dominum fuiſſe nobis ab initio exemplar propoſitum, qui & ſibi congregauit diſcipulos, & conſpectus eſt paſtor ouium rationis compotum, & pro eis emiſit animam. Hæc ergo quando per otium conſiderabat, & in contrariam partem trahebatur animus, nec ſciebat cuinam parti adhæreret. Nam quietis quidem & ſilentij fructus non ignorabat, rurſus autem ſciebat, quinam eſſent fructus curæ, quæ gereretur fratrum, & ideo vtriſque adhærebat, & neutrius erat penitus, & ab vtroque recedebat; & cum ambobus rurſus conueniebat. Quid ergo facit? Deo permittit vniuerſum, qui vel ſolus poteſt miſcere quæ miſceri non poſſunt, & illius auxilio credit poſſe fieri, vt & conſeruetur bonum quietis & ſilentij, & non priuetur mercede Præfectura. Non enim in eo quod ſit corpus ſolitarium, ſed in eo quod ſit cor bene compoſitum, & tranquillum, vitam rectè geri Monaſticam, vt à Diuino Dauid eſt definitum. Certe etiamſi ita ſe haberet iudicium tamen Deo permittit, & ei ſupplicat ſi omnino ei gratus eſſet conatus (ei enim in mente verſabatur quod olim diuinus Simeon de ipſe prædixerat) ſi ergo omnino Deo placeret, vt hoc ſigno declararet, & locum aperte indicaret, in quo erat Monaſterij iacturus fundamenta.*

Pulchrè diſtrahitur in Præfecturæ onus, in ſolitariam vitam amplectatur.

Deo committit iudicium.

78. Nec ſilentio digna eſt deprecatio deuotiſſima Theodoſij pro diuina ſibi in ancipiti poſito aperienda voluntate, neque enim laudem breuitas habet in re tanti momenti, ex qua tot Salubria pro Sacro Monachatus ſtatu rite deligendo accedunt documenta. *Cum ergo* (inquit n. 21.) *in manus ſumpſiſſet* (Theodoſius) *thuribulum, & impleſſet carbonibus, & deinde abſque igne impoſuiſſet ſuffitum, peruaſis ſolitudinem labris preces decantaut, preces autem ita habebant.*

Preces deuotiſſimæ pro diuina exploranda voluntate.

O Deus qui per multa, & magna miracula feciſti Iſraelem fidelem, qui famulo tuo Moyſi multis & variis prodigiis perſuaſiſti vt eos tegendi onus ſubiret, & virgam quidem in Serpentem, in alborem autem Leproſam manum mutaſti, & deinde ei rurſus priorem reſtituiſti colorem. Qui aquam quidem mutas in ſanguinem, ipſum autem rurſus facile in aquam reſtituis. Qui Gedeoni ſignum victoriæ vellus exhibes, & quæ ad vellus pertinent. Qui omnia fabricatis, & contines. Qui Ezechiæ vmbræ graduum retro reuerſione deſcripſiſti vitæ additamentum. Qui etiam Eliæ preces prius exaudiſti, ignemque de cœlo dimiſiſti, & propter eorum qui ſe impiè gerebant, ad te conuerſionem, ligna, & holocauſta, & aquam vna cum ipſis lapidibus combuſſiſti; Ipſe etiam nunc es Domine, ipſe quoque exaudi me ſeruum tuum, & oſtende, vt tibi placeat, vt templum quidem potentiæ, tuis autem ſeruis, & meis diſcipulis habitaculum ædificem, oſtendens autem omnium vbi iubebis accendi hos carbones, ad gloriam quidem tuam, multorum autem agnitionem, & veritatis confirmationem.

79. *Hæc & his ſimilia decantans obibat loca, quæ nouerat aliis aptiora. Cum autem ſolitudinis multam terram peruaſiſſet, vſque ad locum qui dicitur Cutilla, & ripas locus Alphaltidis, ſic mortuis & minimè ignitis carbonibus, cum vidit, eos minimè accendi, neque conatum ei ex animi ſententia ſuccedere, conſtituit reuerti. Cum hoc autem feciſſet, & parum eſſet remotus à ſpelunca, (ô quis tuam digne laudarit potentiam ô Rex immortalis) fumus repente aſcendit ex carbonibus fumus bene olens, cum ignis modo ineffabili percurriſſet carbones, & eos latenter ſuſcitaſſet. Cum itaque ignis melius quam lingua locum ſignificaſſet, & iacta ſunt fundamenta, & templum extructum eſt, & ædificatum eſt Monaſterium, vel vt melius dicam VIRTVTVM HABITACVLVM, aut tabernaculum in terra, quod eſt reuera terra ſuperius & cæleſte, quod quidem eſt & magnitudine maximum, vt quod paulatim creuerit iis, quæ facta ſunt acceſſionibus, & abundat bonis omnibus non iis ſolum, quæ ſunt ex ſpiritu & virtute, ſed iis etiam quæ ſunt ad vſum corporis. Nam eis quoque erat illic opus, cum eſſent homines. Quomodo enim in præclara ciuitate & populo frequenti, ita etiam hic quoque licet videre omnigenas artium officinas, quæ communi fraternitati omnia præbent*

Situs Monaſterij.

Virtutum habitaculum.

Cunctis abundans.

citra laborem, & ab externis, quæ nos auellant curis liberam. Vide D.P.N. Benedictum cap.66. vbi: *Monaſterium* (inquit) *ſi poſt fieri ita debet conſtrui, vt omnia neceſſaria, ideſt aqua, molendinum, hortus, piſtrinum, vel artes diuerſa intra Monaſterium exerceantur: vt non ſit neceſſitas vagandi foras &c.*

80. Diſcipuli Theodoſij. Oracula quibus Superi gratum ſibi Theodoſij Cœnobium prædicauere, ſitum fabricamque vidiſſe, iniucundum fuiſſe non arbitror: nunc diſcipulorum eius veram grauem ac ſolidam gloriam atque ſplendorem cum Cyrillo commendare cogit aſſumpta narratio. Puſillus grex (vt cæteris accidit Monaſticæ vitæ Magiſtris) initio ſequebatur Theodoſium; aliquantulum acceſſionibus creuit ante extructum Cœnobium: ſed vltima ei adhibita manu, *Quos tota quidem ſua vita parturiit ſpiritualiter, paternè autem nutriit, & deinde etiam ad Deum emiſit, cum pulchrè ſuam vitam finiſſent fuerunt numero 693. Quos autem Præfectus, qui poſt illum ſucceſſit Monaſterio, fuerunt pluſquam 400. ſpiritualis vitæ apertum ſeruantes characterem.* Episcopi & Paſtores. *Et poſſem quidem dicere cum magna voluptate, quot paſtores, quot Epiſcopos protulerit eius educatio; & quot ex eius ouibus fuerunt paſtores aliorum, & præfuerunt Sacris Monaſteriis, non ipſi amantes imperium, ſed potius iudicati dedigni qui imperarent, & digni quibus crederetur præfectura animarum, & quorum multi per ſe vixerunt propter quietis ac ſilentij deſiderium, & cupiditatem maiorum certaminum: quorum nonnullis producta fuit exercitatio vſque ad octoginta annos, & eis annorum multitudo congregauit multitudinem diuitiarum ſpiritualium, per quæ omnia cognoſcebatur, & prædicabatur Theodoſius, & ei aureum conſeruabatur genus, quod honore, inquam, antecellit. Per quæ & ei implebantur fructus, & manipuli; & merces augebatur. De vnoquoque ergo eorum libenter meminiſſet oratio, niſi produceret ad moderationem. Oportet ergo paucis dicere nullum fuiſſe relictum locum, qui non commodi & vtilitatis aliquid ex eo ſit conſecutus.*

81. Potentes apud ſæculum Theodoſium ſequuntur. *Poſtquam ergo huius viri diuini fama per vniuerſum orbem terræ iam peruaſiſſet, & virtutis ſtudioſas ad ſe attraxiſſet animas, multi quidem ex militibus bella multum valere iubentes referebantur in numerum eius phalangis, multi autem ex iis quoque, qui valebant dignitate & honores fuerant conſecuti, hæc non ſecus atque ſomnia deſpicientes, & potius vt alias ſirenes, quæ demulcent ad eorum qui eas attendunt, exitium, dimittentes, toto pede ad eum contendebant, propter Chriſtum ignominiam verom eſſe gloriam, & ipſo etiam regno meliorem credentes.* Scriptores. *Multi autem ex iis quoque qui erant, inſignes eruditiones, libros, quibus adhærebant, tanquam aliquibus vberibus, aut fontibus, vel tanquam iucundiſſimas voluptates, vel tanquam pulcherrima ſpectacula deſpicantes, maluerunt attingere Inſtitutiones elementorum vitæ, quæ ex Chriſto agitur, relictiſque plauſibus, & laudibus ſimilibus humanæ ſapientiæ, prætulerunt eam, quæ eſt propter Chriſtum ſtultitiam.* Hæc illa n.32.& 33.ac tandem, vt vno quidem verbo multa complectamur, Cum iam ad finem vitæ perueniſſet Theodoſius, ſuoſque *Satis eſſet hortatus, vt in loco permanerent, & vt ingruentes tentationes ad finem vſque fortiter ferrent, & vt eis obedirent, qui poſt ipſum præfuturi eſſent Monaſterio, & prædixiſſet omnia, quæ erant euentura, dat eis illud ſignum, quod finem eſſent acceptura ea, quæ dicta ſunt. Si enim poſt meum inquit, deceſſerunt videritis mihi gregem augeri, & quo magis tempus proceſſerit, tanto ſe maiorem euadere, & meliorem; tunc dico vos de aliis quoque bonam ſpem oportere concipere. Quod ſi non ſint hæc hoc modo ſe habitura, clarum eſt fore, vt nec reliqua finem ſint acceptura. Quæ quidem an euenerint ſicut ille prædixit, & finem acceperint, ipſa ante alia teſtantur, quæ videntur, magnitudo quidem ædificiorum Monaſterij, & multitudo eorum, qui inhabitant, & eorum virtus eiuſmodi, vt cum iis nemo poſſet contendere.* Vide nobilium agmina Monachatum arripientia l. 3. cap.3. num. 7. & lib.4. c.2. num.22. & c.5. an.2.& 70.

Pro coronide tandem Theodoſianæ Scholæ inter Magni huius Patris diſcipulos ordine prima atq; dignitate ſuprema Eulogia quæ ipſum genuerat enumeranda venit, 82. Eulogia eius mater fit eius diſcipula. *quæ quidem poſtea quoque vitam amplexa Monaſticam, quæ boni huius Inſtituti occaſionem inueniſſet, ex bona vita filij chariſſimi, eum habuit patrem ſpiritualem, cuius ipſe fuerat mater ſecundum carnem, pro carnali generatione rectè accipiens ſpiritualem regenerationem. Et ſi difficile eſt filio dignas gratias referre parentibus, qui vt ſit ſunt autores, cur non hic quoque eſt ſuperior, qui fuit cauſa matri, vt bene eſſet.* Hæc autor num. 5. Reuera facinore tanto ſuperiorum gloriam vicit Theodoſius.

Hactenus Cœnobium ac Cœnobitas Theodoſij vnde *Cœnobiarcha* & *Archimandrita* geminum traxit cognomen; 83. Eremitici mores Theodoſij. nunc iam ad Inſtitutiones morum quibus ſubditorum vitam informabat accedamus. Sed quia diu ſolitarium egit vt pluries notauimus, prius breuiſſimè mores Eremiticos demus, quibus ad Cœnobiticam vitam gradum fecit: qui ſic ſe habent num. 12.& 13.

1. Sectabatur in Eremo *ieiunij conſtantiam,*
2. *Vigilandi perſeuerantiam,*
3. *Orandi aſſiduitatem,*
4. *Pulchrum pſalmodiæ ordinem,*
5. *Oculorum in lacrimas innatam profeſſionem, vt prius ſpes eſſet ſiſti perennia fluminum fluenta, quam fontes illius lacrimarum.*
6. *Per totas noctes ſtationem,*
7. *Humilitatem ſpiritus,*
8. *Manſuetudinem,*
9. *Animum vt plurimum cogitabundum & attentum.*
10. *Sumebat cibum, non quantum ipſe vellet, ſed quantum ſufficeret ad continendum vinculum naturalis coniunctionis.*
11. *Alimentum erat fructus palmæ, aut pauca ſiliqua, aut legumen aliquod aqua madefactum, aut etiam quæ ex agreſtibus herbis erant eſculenta.*
12. *Quod ſi horum quoque quæ dicta ſunt erat pecunia propter ſummam ſolitudinis inopiam, oſſa dactylorum madefacta erant illi lautum & ſplendidum nutrimentum, propter neceſſitatem, & famis ſolatium.*
13. *Perpetuis triginta annis nihil panis guſtauit.*
14. *Hanc autem abſtinentiæ legem non ſtatuit ſimul abiicere cum flore iuuentutis ſed conſeruauit vſque ad profundiſſimam ſenectutem augens & non*

non remittens. His dum eremum coleret vitam tranſegit Theodoſius : nunc ad præcepta vitæ communis.

84. Monaſtica præcepta, Chorus.

1. Et primo (quod primum vniuerſi curauere Cœnobiticæ vitæ Magiſtri) opus Dei *chori* nomine, & *cantus* ritu cultuque peragendum inſtituit *Quadraginta enim dies* (inquit Cyrillus num. 15.) *in Canticis Veſpertinis inter Sacrum CHORVM diſcipulorum diuinus quoque Baſilius & vna cantans videbatur & audiebatur à magno Theodoſio.* Et poſt nonnulla : *Atque nos quidem ſucceſſit, & peragebatur Conuentus, & homo Dei rurſus plane videbat Baſilium cum iis, qui ſtabant & canebant, ſimul ſtantem & canentem.* Et n. 34. *Quoniam autem cum eſſet homo oportebat eum eſſe multis defeſſum & exhauſtum laboribus, non poterat, quidem noctu vna eſſe cum fratribus canentibus, & admonere, quæ oportebat : miniſtro autem tanquam lingua vtens, qui ei fundebat aquã manibus, per eum ſignificabat fratribus, & quiſnam eſſet canticum incepturus, & quiſnam facturus lectionem ſedentibus, & quis CHORVM ducturus. Hæc autem faciebat his duabus de cauſis, & ſibi quidem prouidens vt aſſiduè vigilaret, & illi vt regulam ſpiritualis officij ſeruarent citra vllam reprehenſionem.* Vbi apertè videas ſtare, Sedere, Chorum ducere, canticum incipere, lectionem recitare aliaſque cæremonias regulâ præſcriptas. Quænam autem hæc Regula fuerit, communis ne cum rituali Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, an ſpecialis à Theodoſio ſcripto edita; cuius pluries in his Actis meminit Cyrillus ex dictis cap. 5. num. 34. & in præſenti n. 74 coniicere poteris. Ad idem eſt quod inquit n. 31. *Ita abeis peragebatur hymnodia Regula, quæ ſepties in die offerebatur.* De antiquitate ſeptem Horarum Canonicarum apud Monachos vide notata lib. 2. c. 12. n. 24.

85. Tertianæ Nouenæ, & quadragenæ pro defunctis.

2. Diuinis laudibus adiungenda ſunt ſuffragia defunctorum, quibus Theodoſij Schola mortuorum funera proſequebatur : Cum enim ſuperno inſtinctu Baſilius ipſe, de quo nuper, encenia Sepulchri celebrare vellet, *iubet* Theodoſius *omnia ipſi fieri quæ lex vult fieri mortuis; tertianas inquam & nouenas, & conſequenter etiam quadragenas* inquit n. 14. Hic vetera referantur pro deffunctis officia pietatis, quibus Surius in margine eos aperte carpit, qui tertianas, nouenas, & quadragenas, recentiorum Clericorum & Monachorum inuentũ eſſe putant : qui quantum à vero diſtent, aperte conſtat tum ex præſenti Canone, tum etiam ex iis, quæ Baronius notat tom. 1. A.C. 34. n. 313. vbi fusè ex Tertulliano, Auguſtino aliiſque vetuſtiſſimis Eccleſiæ Patribus de Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, oblationibus, aliiſque antiquorum ritualium ſuffragiis octaua, vigeſima trigeſima; quadrageſima, atque annua obitus die in Eccleſia fieri conſuetis.

86. Paratum ſemper Sepulchrum.

3. Neque hinc diſcedendum abſque incidenti mortis memoria, quæ præſens perpetuò vna cum die obitus & Sepulchri in Monaſterio Theodoſij ob oculos omnium verſabatur : *Paratum enim erat Sepulchrum* (inquit ibid.) *& adſtabat quidem ipſe de ſuper, diſcipuli autem ipſum circumſiſtebant.* Morem hunc pene ad literam Religioſiſſimi admiſere in perpetuum Carthuſiani Monachi, quibus vſque in hunc diem familiare eſt in eorum Cœnobiis reſeratum habere, Sarcophagum pro ſepultura primi morituri, eoque humato aliud ſtatim aperire; ne vnquam eos recordatio mortis effugiat.

4. Subdit Cyrillus : *Ille autem* Theodoſius *acute mentis oculo intuens id quod erat euenturum, ſic lepidè dicit eos aſpiciens : Sepulchrum quidem eſt paratum; quiſnam autem ex nobis eſt encenia eius celebraturus? Et ille quidem ſic, lepida & urbana orationi miſcens ſeria. Solebat enim ipſe quoque inter alia tempus noſſe, auſteritatemque & triſtitiam gratia moderata ſoluere* (ne qui ſtolidus putet ſeruis Dei nec reſpirare licere. Vide, Theodoſij facetias n. 32. & infra n. 104. & 105.) *Quidam autem Baſilius dignitate Sacerdos expreſſos ſeruans paternos* Theodoſij *characteres* (quale Baſilij encomion!) *Sciens quæſtionem non fruſtra eſſe propoſitam à Magiſtro, primus arripiens ſermonem, erat prompto & alacri animo ad mortem eligendam tanquam rem non repudiandam, ſed valde vtilem & conducibilem. Protinus ergo flexis genibus, cum ſe humi proieciſſet; Benedic mihi, inquit, Pater; Ego autem inquit huius Sepulchri primus celebrabo encenia. Hic ergo petiit, ille vere dedit, & ipſum quidem habuit Sepulchrum. Iubet autem Pater omnia ipſi fieri, quæ lex vult fieri tertianas, inquam, & nouenas, & conſequenter etiam quadragenas. Cum autem iam finem acciperent quadragenæ (ô quomodo explicabit oratio id, quod eſt valde verum, ſed eſt valdè creditu difficile, propterea quod modum exuperat) Baſilius neque à febre arreptus, nec capitis dolore vexatus, nec vllum dolorem ſentiens in vlla parte corporis, tanquam molli quodam, & ſuaui ſomno ſopitus exceſſit ad Dominum præmium virtutis, & quod prompto & alacri animo illinc tranſire voluerit, quod quidem apertè ſignificauit cum eorum, quæ hic ſunt, nequaquam afficeretur voluptate, vt qui primus, vt ante Deum ſiſteretur, & primus coronaretur, ſuſtinuit, adeo vt ipſe hac in re laudem Magiſtri ſuperauerit.*

87. Obitus dies lætiſſimus Monachus.

Vbi notandum valde Sepulchri diem *Encenia* à Patribus nuncupatum; Erant autem Encenia apud Iudæos feſta iucundiſſima dedicationis templi, quæ Saluatoris noſtrum duo, *facta ſunt Hieroſolymis & hyems erat* Ioan. 10. Hoc autem feſtum non ad primam vel ſecundam templi dedicationem ſpectabat, ſed ad tertiam. Prima enim fuit autumno tempore, quando Salomon dedicauit templum 10. Septembris 3. Reg. 8. & 2. Peralypom. 5. & 6. & vſque ad templi illius ſubuerſionem ſingulis annis, die eadem duo feſta fiebant, dedicatio ſcilicet, & expiatio; de qua Leuit. 24. Cum autẽ à redeuntibus à Babilone reædificatõ fuit templum, verno tempore dedicatum eſt, duodecima nempe die Martij, Luna duodecima; Eſdræ. 6. Ac tandem cum Antiochus Epiphanes idolorum ſpurcitiis templum prophanaſſet, eiuſque polluiſſet vtenſilia; Iudas ea reſtituit in templum, ipſumque tertio dedicauit 25. die Calend. Decembris. t. vt habetur. 1. Machab. 1. eaque dedicatio celeberrima fuit ſingulis annis, populuſque vniuerſus continuos octo dies in lætitia, & tripudio ducebat. *Encenia* igitur à Patribus obitus, & Sepulturæ diem compellari, manifeſte indicat octo dies continuos poſt Monachi funus ſolemnibus pro ipſo ſuffragiis Sacros fuiſſe : atque etiam Conuentui fratrum lætitia tum ſpirituali, tum etiam corporali iucundiſſimos. Primum inuenies lector cap. 5. huius lib. num. 76. in funere Paulæ expreſſum à D. Hieronymo, vbi *Hebræa*

(inquit in eius Epitaphio) *Græce, Latine, Syreque ſermone Pſalmi in ordine perſonabant, non ſolum triduo, donec & ſubter Eccleſiam conderetur, ſed per omnem hebdomadam cunctis, qui venerant, ſuum funus, & proprias credentibus lacrimas.* Secundum à diſcipulis S. Ioannis Chryſoſtomi obſeruatum refert ipſe hom. 14. in Matth. vbi hæc habet. *Moriuntur quidem & ex iis aliqui, non enim ſunt immortales corpore, ſed morientes neſciunt mortem, ſic enim vere vinculis abſoluuntur. Mihi namque Chriſtus viuere, inquit, & mori lucrum. Vox exultationis in tabernaculis iuſtorum. Nunquam illic vlulatus audiri poteſt, nunquam deploratio; mundum eſt ab huiuſmodi moleſtiis ſtadium, ab hoc purum clamore. Hymnis defunctos proſequuntur. Honorem hoc appellant, non funus* (noſtris Honras) *& ſi nuntiatum fuerit, quod ille mortuus eſt, multum vbique lætitia, voluptatis multum, quia verò nec vllus audet dicere; Ille mortuus eſt, ſed ille eſt conſummatus. Tum gratiarum actio, lætitia, gloria multa, vnoquoque talem habere finem orante; ita certamen hoc exire, à laboribus & certaminibus quieſcere, videre Chriſtum.* Vnde non abſque prudenti conſilio, nec ſine exemplo, vel citra pietatem (vt aliqui ignoranter putant) apud Ciſtercienſes noſtros vetuſto vſu receptum inuenies, non tantum octo diebus poſt Monachi deceſſum gemini Reſponſorij ſuffragio veſpere & mane ad Sepulchrum illius funebrem fratris proſequi memoriam, ſed & diem obitus agere in lætitia, atque vt tantillum à laboribus quotidianis quieſcant Monachi (noſtris *recreationa*) indigere.

88. 5. Sed vnde huc digreſſa eſt, eodem redeat oratio. Et quod mireris amplius Theodoſij genium. Diuinis laudibus totis viribus intentum, *Hic vir ſapiens* (inquit autor n. 31.) *Sicut olim Beſeleel diuini architector tabernaculi ſapientiſſimè diſpenſat & adminiſtrat in hoc ſancto Monaſterio, & quatuor ædes intra id ædificat; ex quibus vnam quidem dimiſit iis, qui lingua Græca vtuntur, in qua ipſa aliorum quoque Petrum choro hymnus* (nempe Triſagion) *canebatur. In ſecunda autem genus Beſſarum ſua voce communi Domino fundebant preces. Tertiam autem ſortita fuit gens Armenorum, in qua quidem ipſi quoque lingua patria Deo hymnos emittebant.* Quibus omnem prætergrediens pietatem & cultum, non vnum tantum Sacellum Armeniis, ſicut & Sabam feciſſe vidimus à n. 21. ſed tria tribus nationibus deſignauit, hymnumque Triſagion Græca lingua à cunctis cani præcepit. Recole ibi dicta & n. 24. vix enim aliter Canonis huius præſcriptum percipies.

Tria Sacella pro Græcis, Beſſis & Armeniis.

6. Pergit; *vltimam autem & quartam* (ædem) *ſeorſum ab aliis* (extruit Theodoſius) *iis qui vexabantur à dæmone: Qui cum erant alioqui furioſi, & emotæ mentis, vt ante meminimus, cum ipſi ad ſe reuerſi erant compoſitæ mentis, cum iis, qui eis miniſtrabant in ea preces emittebant Altiſſimo.* Ex quo apparet diuinum Theodoſium tantâ diuino cultui, atque humanis neceſſitatibus conſuluiſſe prouidentia, vt etiam amentibus, inſanis, & dæmoniacis benigniſſimum quæſierit remedium, quo diuinarum laudum pro ſuo captu participes efficerentur. Quinam ij fuerint dæmoniaci & furioſi, & quibus de cauſis à dæmone arrepti, & obſeſſi, quorum meminiſſe inquit Cyrillus, curioſitate forſam ductus perquires lector; ſed tremota (vt credo) perterritus reſponſum ab ipſo Paulo ſuperiùs accipies; tum Monachis, tum etiam cunctis vitam exercentibus ſpiritualem valde perutile, quo apparebit propter quam leuia peccata Deus olim ſpirituales, ſanctoſque viros Sathanæ tradi, & ab ipſo poſſedi permiſerit. *Quin etiam* (inquit n. 29.) *quod maius eſt ſignum Clementiæ, & benignitatis; quicunque in montibus & ſpeluncis degere quidem propter Chriſtum, ſed non ex Chriſto elegerant, inconſiderato & non ſtabili calore ſecuti exercitationem, humanæ quidem imbecillitatis, & Chriſti verborum, quod abſque illo nihil poſſumus facere, obliti; inani faſtu & vanâ perſuaſi arrogantia, & quæ rectè geſſerant miſeri ſibi adſcribentes exſiccati deſolatu diuinæ pinguedinis dedecus deformitatis miſerabiliter induerunt. Qui ergo ſic ſtultè ſenſerant, & ideo traditi erant Sathanæ ad interitum carnis, vt ait Paulus, vt ſaluus fiat Spiritus aut alioqui mente erant læſi, & malè affecti, & pœnas dederant in eo quod peccauerant, vt diſcerent cum in honore eſſent, effecti rationis compotes intelligere ac noſcere opificem & auxiliatorem, & non eſſe ingrati in eum, qui eis dederat gratiam, ij experti ſint eum* (nempe Theodoſium) *valde benignum, & paternè in ipſos ſe gerentem.* Quippe qui quartam domum extruxerat ad eorum curationem tam Spiritus quam corporis, vt ſtatim amplius conſtabit.

Quarta domus pro furioſis & dæmoniacis.

Cur à dæmone obſeſſi.

Nec putet quis ſolos Theodoſij Monachos 89.
clementiſſimam Dei manum propter leuiſſimas culpas his cecidiſſe flagellis: pluribus omnque iam ratio temporibus, quo plus Aſcetica feruebat diſciplina, maiorem in Monachos poteſtatem dæmones accipiebant: quod luculenter exponitur lib. 4. Vit. Patr. c. 51. ex Caſſiano Collat. 7. c. 23. vbi hæc habet: *Satis nobis experientia noſtra, & ſeniorum noſtrorum relatione compertum eſt, non eamdem vim dæmones nunc habere contra Monachos, quam anteriori tempore, inter Anachoretarum principia, in quibus adhuc raritas Monachorum in eremo commanebat. Tanta namque tunc erat dæmonum feritas, vt vix pauciſſimi tolerare habitationem ſolicitudinis poſſent. Siquidem in ipſis Cœnobiis in quibus commorabantur decem vel duodecim, ita eorum atrocitas graſſabatur, & frequenter viſibiles ſentiebantur aggreſſas, vt non auderent omnes pariter noctibus obdormire, ſed viciſſim aliis deguſtantibus ſomnum, alij vigilias celebrantes, Pſalmis & orationibus, ſeu lectionibus inhærebant. Cumque illos ad ſoporem naturæ neceſſitas inuitaſſet, expergefactis aliis ad eorum, qui dormituri erant cuſtodiam ſimiliter vigilia tradebantur. Vnde dubitari non poteſt, vnum è duobus nunc eſſe; aut enim virtute Crucis etiam deſerta penetrante, & eius gratia vbique coruſcante retuſa eſt nequitia dæmonum, aut negligentia noſtra illos ab impugnatione priſtina reddidit lentiores, dum dedignantur aduerſum nos illa intentione confligere, qua tunc contra illos probatiſſimos Chriſti milites ſæuiebant.*

Maiorem olim dæmones in Monachos habebant poteſtatem.

Vigiliæ contra dæmones.

Cæterum corporaliter traditos Sathanæ vel 90.
infirmitatibus magnis etiam viros ſanctos nouimus pro leuiſſimis quibuſque delictis, cum in illis nec tenuiſſimum quidem peccatum aut maculam in illo iudicij die patietur

Pro leuibus culpis obſeſſi.

inuenire

Digitized by Google

inuenire diuina clementia : vt illos tanquam aurum probatum ad illam perpetuitatem glorioſam nulla indigentes penali purgatione tranſmittat. In exemplum autem rei huius adducitur Moyſes vir ſanctiſſimus, qui in eremo quadam cui nomen Calamus. *Commoratus, cum & ipſe ſingularis & incomparabilis vir eſſet ob reprehenſionem vnius ſermonis, quem contra Abbatem Macharium durius protulit, tam diro dæmoni eſt confeſtim traditus, vt humanas egeſtiones ori ſuo ingereret. Quod flagellum purgationis diuinam ei intuliſſe diſpenſationem, ne vel momentanei peccati macula in eo reſideret velocitate curationis eius demonſtratum eſt. Nam continuò Abbate Machario in orationem proſtrato, dicto citiùs malignus Spiritus à Deo fugatus diſceſſit. Ex quo manifeſtò perpenditur non deberi eos abominari, vel deſpici quos videmus diuerſis tentationibus, vel malignis ſpiritibus tradi, quia hæc duo credere immobiliter nos oportet; primo quod ſine Dei permiſſu nullus omnino tentetur: ſecundo quod omnia, quæ à Deo nobis inferuntur, velut à piiſſimo Patre, ac clementiſſimo medico pro noſtris vtilitatibus irrogentur.* Quid autem Theodoſius ageret, cum in Monachos ſuos flagellum obſidentis Sathanæ graſſantem viderit? Subdit ibidem Cyrillus.

91. Nuſocomia inſtituit ad Inſanorum curationem.

7. *Pro eis accendebatur tamquam pro filiis propriis, & alioqui beneuolè in eos afficiebatur. Cumque eis conſtituiſſet locum quietum, & tranquillum, permiſit, vt in eo agerent, vt eſſet eis quodammodo alterum Monaſterium & ob multitudinem eorum, qui erant congregati, & ob ordinem miniſterij, & ob ſtatum eorum, qui miniſtrabant, & ob ſumptum eorum quæ ſuppeditabantur.* Vbi nota cum Cyrillo, non tantum animi conſolationem furioſis ac Dæmoniacis procuraſſe Theodoſium, ſed & nonnullis à morbo liberationem. Ex quo manifeſtè apparet primò præter obſeſſionem à Dæmone, naturalem etiam Epilepſiæ, ſeu morbi Sacri, afflictionem plurimos fuiſſe perpeſſos. Secundò Theodoſium primum omnium viam aperuiſſe, moremque reſeraſſe ea extruendi Xenodochia, ſeu Noſocomia, quæ his temporibus ad curationem inſanientium & furioſorum emotæ mentis paſſim toto orbe Chriſtiano, ingenti miniſtrorum & curationum apparatu, quaſi quædam Monaſteria ædificata conſpicimus (Hiſpanis *Caſa deloe Orates*) piiſſimo rei tantæ Theodoſio præcedente Archetypo.

92. Exhortat dæmoniacos ad fortiter ferendű.

8. *Magis ergo quam aliorum homo Dei ſicut diximus, vincebatur ipſorum* (nempe furioſorum, & obſeſſorum à dæmone) *commiſeratione, & in eis recreandis magnam adhibebat curam & diligentiam, & eos conſolabatur verbis aptis ad perſuadendam tolerantiam.* Nec dubito tibi lector fore iucundum auream Theodoſij exhortationem, Monaſticis refertam documentis, qua furentium, & abreptorum animos inter lucida compoſitæ mentis interualla confortabat, vt forti animo ferrent, quæ ſic habet. n. 30.

Exhortatio Theodoſij ad Monachos ſuos propter eorum culpas, leuiſſimas tamen, à dæmone obſeſſos.

Nequaquam, ô filij, nequaquam reſoluamini & eneruemini hac temporali afflictione. Neque hoc vobis videatur optandum à Deo omnino non corrigi. In laboribus enim, inquit, & in flagellis caſtigare Ieruſalem. Sic dicit Deus per Hieremiam, c. 12. Anima mea nunquam à te deficiat. Caſtigat enim ſed benignè, & caſtigat omnem filium quem recipit, poſſum dicere ex diuina Scriptura, adeo vt diſciplina eius & caſtigatio non ſit ira, ſed dilectionis, & ad correctionem peccatorum, inducta propter benignitatem. Bonum eſt ergo, ô fratres, & valde bonum, cum hac ſpiritaliter caſtigati fuerimus, illic Dominicas plagas non experiri: & cum hic ad tempus afflicti fuerimus, quæ finem non habent, tormenta effugere. Hic enim nihil pati longe eſt grauius, quam pati: & excedere è vita abſque tentationibus, vt cuius non fuerit purgata materia peccatorum multis afflictionibus, quod eſt apertum indicium terribilium afflictionum, & nothorum potius, quam germanorum filiorum ſignum euidens. Quanquam ne illud quidem omnino conturbabit animum eorum, qui ſapiunt, ſi figmenti Diuini dæmon euadit Dominus. Nam datur quidem eis poteſtas ab eo, qui creauit, tamquam quibuſdam punitoribus, hei mihi, ad caſtigationem filiorum, qui declinarunt. Datur autem quantum ille nouerit ſufficere caſtigationem, non quantum ipſi volunt. Vix enim parcerent hominibus, qui nec brutis quidem pepercerunt, vt Sacra docent Euangelia Matth. 8. *Conficiamur ergo per hanc diſciplinam ſenſum accipere peccatorum, & non egere aliis plagis grauioribus, quod incorrecti maneamus poſt plagam. Efficiamur probati per afflictionem. Quod contra noſtram voluntatem eſt illatum, fiat etiam proprium voluntatis, in eo quod moderate feramus ea quæ contigerunt, & gratias agamus ei qui intulit diſciplinam, legibus benignitatis. Ipſe percuſſit, & ipſe nos ſanabit. Et hoc habeo à Propheta* (Oſſea. c. 6.) *Percutiet & alligabit, & non tardabit ad curationem.* Hæc ille. Quæ quam appoſitè ad perſuaſionem dicta fuerint de ſe eſt manifeſtum.

In hac vita pati ſignum filiorum Dei

93. Eucharistiæ participatio.

9. *Quando oportebat veneranda participare Sacramenta, lex erat apud eos pulchrè admodum conſtituta, vt vſque ad diuinitus inſpirata Euangelia, vnuſquiſque in ſua Eccleſia ſimul & lingua diuinam audiret vocem: poſtea autem omnes congregarentur in vna (exceptis dæmoniacis,) in magna ſcilicet Græcorum Eccleſia. Quod quidem in hodiernum vſque diem faciunt, & illic ſunt participes ſanctificatorum.* Si vſque ad Euangelia diuiſi erant per Sacella agmina Armeniorum, Beſſarum, & Græcorum, conſequens videtur in vnoquoque Sacello, atque in omnibus ſimul Sacrum fuiſſe celebratum: cumque poſt Euangelium ad Eccleſiam Græcorum cuncti congregarentur, neceſſe erat ante conſummatum in vnoquoque Sacello Miſſæ Sacrificium, Preſbytero in altari relicto, ad Sacra participanda conuenire; quod ab omni cultu alienum eſſe, dubitari nequit. Hæſi quidem in hac Salebra, atque diù inſiſtere coactus, quo me verterem vix habens, occurit animo Theodoſium Cœnobij ſui bellum machinatorem, taliter templum, ædeſque ſiue Sacella diuerſa diuerſis nationibus Monachorum extruxiſſe, vt Sacrificiū Miſſæ, quod in magna Eccleſia Græcorum dumtaxat celebrabatur, poſſet ſimul & ſemel à tribus aliis circum extructis proſpici Sacellis Arme-

Templi mirabilis ſtructura.

notum,Beſſatũ,& furioſorom, talireȝ tamen ab inuicem diſſitis,vt alteturtinque alta voce concionantes præpediri noo poſſent.

94. Euchariſtia olim Dæmoniacis data.

Vbi etiam notandum Euchatiſtiam Dæmoniacis prudentiſſimè negaſſe Theodoſium: cum tamen vix adhuc ſatis explotatum ſit eis debere negati,atque Theodoſij ipſius æuo arreptitiis minime denegaretur, vt conſtat ex D. Proſpero de promiſſ. & prædic. Dei dimid. temp. c.6.vbi cum retuliſſet iuuenculam quandam tatione Atabem, & ſanctimonialem proptet impudicum ſtatuæ veneris aſpectum atteptam à dæmone fuiſſe, atque per ſeptuaginta fermè dies totidemque noctes nullum cibum potumve in ſtomachum, guttur eius dæmone occopante, traiecıſſe, ſubdit: *Accidit autem,vt quintus decimus Dominicus illuceſſceret dies, aſcendente nobiſcum Sacerdote, vt matutinum illuc Sacrificium ſolito offerretur.Puellam Prapoſitus ad altare perduxit,eo inceſſu,& habitu quo ſoleat rubore perfuſa ex opulis poculiſque mulieres adutnire. Sed vt ſe illa proſtrauit altari, clamore fletus ſui cunctis aſtãtibus gemitus lacrimaſq; induxit ad quibus tãtum malum auferendum praſens plebs Dominum exorabat:erat enim iam indecens murmur in populo.Peracto itaque Sacrificio cum eadem inter cateras breuem particulam corporis Domini tinctam à Sacerdote perciperet.Semhora maadens ,traiicere noa valuit,nondum illo fugato de quo dicit Apoſtolus: Quaconſonantia Chriſti ad Belial? Et iterum non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem damoniorum. Manu igitur faciem eius ſuſtentante Sacerdote,ne ſaactum proiiceret,à quodam Diacono ſuggeſtum eſt,vt calicem Saluarem gutturi eius Pontifex applicaret, quod factum eſt. Statim ve locum illum, quem diabolus obſederat Saluatoris imperio reliquit, Sacramentum quod ore geſtabat, tum laude Redemptoris tranſgluiſſe, puella clamauit. Hinc laitia,hinc voceo in laudem Dei &c.* Quod A. C.434.Thedoſio adhuc ſupcıſtite,accidiſſe inquit Baronius ib.n.16.

95. Signum Synaxis.

10. Vidiſti Synaxes more veterum in paleſtra Theodoſij celebrari: è veſtigio ſigoum quo ad Collectam vocabantut accedat: *lignum* (inquit Cyrillus n.56.) *quod coauocat ad Eccleſiam pulſabant* (quibuſdam fratribus caſu Monaſterium accedentribus) *ante boram conſuetam, & ſynaxim ſignificabant fratribus.*Et n.60. *Iuſſit aliquando vt prater ſolitam horam pulſaretur ligaum nondum enim erat hora ſecuada diei,& pracipit vt fratribus ſignificaret Synaxim.* Vide notata.n.26. huius cap.

Lectio die noctuque.

11. Lectioni Diuinotum Librorum Monachis incumbendum ad ſuam, aliotumque vtilitarem docuit exemplo. *Quod autem* (inquit n.33.) *& permanſit cum eo toto vita ſua tempore, & eſt veluti neceſſarium aliquid,& ſemper conſequens erat Diuinorum lectio Eloquiorum,quam non tempus,non morbus, non ſenium, noa aliquid aliud ex iis,qua accidunt interrupit. Quin etiam cum iam eſſet imbecillus,& iam ad extremam veniſſet ſenectutem, nec de catero poſſet amplius progredi, liber erat in manibus, & vincebantur labores à laboribus,à meditationis,inquam, laboribus, labores ſenectutis & imbecillitatis. Ad quos cum dies non ſufficeret, illius lucem lucerna ſupplebat in noctibus.*

Exhortationes ad fratres.

12. Hinc eximius euaſit verbi Dei preco imo & interptes Sacrotum librorum quos veterum more,vt credo,ſuis expooebat, *& qui exteraam* (inquit num.34.) *ae guſtauerat quidam ſapientiam,& in libris gentilium ne linguam qaidem exercuerat, tanta verborum copia faciebat admonitiones, vt nullus eorum qui in bis libris conſueuerant,& arte dicendi linguam ſatis acuerant,facile poſſent cum eo contendere. Docebat itaque non ex humana ſapientia, ſed ex gratia boni Spiritus, qui ad eum veluti dixerat; Ecce dedi verba mea ia os tuum.* Placuit integtam illius admonitionem ad Monachos ſuos à Cytillo Theodoſij rerum curioſo obſeruatore aſſeruatam, rantoque Monachatus Magiſtro dignam, ptoducete, quæ ſic habet.n.35.

Admonitio S.P. Theodoſij ad Monachos ſuos.

ROgo fratres per charitatem Domini noſtri Ieſu-Chriſti, qui dedit ſe ipſum pro peccatis noſtris, aggrediamur aliquando curam gerere noſtrarum animarum: doiore afficiamur ob vanitatem vita noſtra praterita. Decertemus pro futuris ad gloriam Dei, & filij ſui. Ne remaneamus in hac Socordia & mollitie, praſens quidem otium admittentes, in craſtinum autem diem & perendinum principium operum differentes. Neſi comprahenſi fuerimus ab eo,qui noſtras animas decipit, nequaquam inſtructi operibus, excludamur quidem à Thalamo gaudij, fruſtra autem & incaſſum defleamus, deſpectui male habitum vita tempus lugentes, tunc quando nihil iuuabit eos, qui agent pœnitentiam. Nunc eſt tempus acceptabile, nunc eſt dies Salutis. Hoc eſt tempus pœnitentia, illud remunerationis. Hoc eſt tempus operandi, illud verò danda mercedis Hoc eſt tolerantia, illud conſolationis. Nunc Deus eſt adiutor eorum, qui conuertuntur à mala via; tunc erit terribilis, & qui decipi non poterit, examinator rerum, & verborum, & cogitationum. Nunc fruimur patientia, tunc iuſtum cognoſcemus iudicium, quaado reſurrexerimus, alij quidem ad aternum ſupplicium, alij autem ad vitam aeternam, & recipiet vnuſquiſque congruenter ſua operationi. In quod tempus Chriſto obedire differimus, qui vocauit nos ad regaum ſuum celeſte? Non expergiſcemur? Non nos reuocabimus à vita conſueta, ad perfectionem Euangelij? Quomodo oculis apprahendemus illum terribilem, & inſignem diem Domiai, in quo eos quidem, qui dextera Domini per bonas appropinquant actiones, excipiet regnum Domini, eos vero, qui ad ſiniſtram ſunt abiecti, propterea quod à bonis deſerti ſint operibus, abſcoadat gehenna ignis, & tenebra aterna, & ſtridor dentium? Nos autem dicimus quidem nos cupere regnum cœlorum, ea autem non curamus; quibus id poſſumus aſſequi, ſed pro pracepto Domiai nullum laborem ſuſcipientes, in vanitate mentis exiſtimamus nos eſſe aquales honores conſecuturos iis, qui vſque ad mortem reſiſtunt contra peccatum. 96.

97. Interpretatus libros Sacros.

Cæterum quo lucidius appareat, non ſolum admonitorem, ſed & Interpretem ſanctorum librorum in ſuo Cœnobio egiſſe Theodoſium, audi ſubiecta à Cyrillo. n.36. *Deinde* (inquit) *cum huiuſque perfeciſſet orationem, nonnunquam ea etiam,qua ſua erant,addebat,& qua excitabant ad obedientiam, & parabant ad tolerantiam, & vniebant ad concordiam. Addebat autem ſua, non vt quiſquam ſe iactans, & glorians,*

ſed

ſed qui ſeipſum oſtenderet eadem ſentire, & ſimul ea quidem, quæ iam dicta ſunt à Veteribus, propter breuitatem vere vel ſententiæ magnitudinem, vulgi captum excedunt, ipſe ſuis addimentis reddens apertiora, manifeſtaque & clara reddens omnibus. Qualis autem fuerit in tradendis Fidei dogmatibus aduerſus hæreticos, atq; in defendendis ſacris Conciliis prodit Epiſtola ipſius ad Anaſtaſium Imperatorem qui triginta librarum auri machina Theodoſij turrim in fide firmiſſimam aggreſſus fuerat à Nicenæ Synodi dogmatibus ipſum auertere tentans: de quo vide Baronium to. 6. A. C. 511. à n. 25.

98. Prælati virtutes.

13. Hactenus de Inſtitutis, quæ ad opus Dei pertinent, in quibus longius quam volui fluxit oratio. Nunc ad mores. Et prius ad eos, qui ſuauiſſimum temperatiſſimum, ac ſingulariter humanum Theodoſium conſtituebant Prælatum. *Erat erga omnis ſeipſum varians, & mutans ſpiritali ſapientia, non virga caſtigans, ſed ſermone ſale condito, & qui perſuadebat vſque ad profundum motum mentis, vt qui vim haberet ex ipſa operum fiducia. Ea ratione & conſolans erat moleſtis terribilis, & increpans deſiderabilis, & iucundus. Quis ita fuit, & cum multis conuerſans vtiliſſimus, & ad ſenſus colligendos, & ad efficiendum vt intro colligerentur aptiſſimus, adeo vt is in maiori eſſet tranquillitate in medijs tumultibus, quam ij, qui ſunt in ſolitudine, & idem ſimul eſſet & cum multitudine, & ſeparatus* n. 33.

Opus manuũ viribus metiendum.

14. Secum tantummodo auſtero modo & more agebat, labores laboribus vincens, ſolaque meditatione manuum opera interrumpens, *imbecillioribus quidem labores alleuans, augens autem robuſtioribus, adeo vt neque imbecillitas opprimeretur immoderatione, neque vires inſoleſcerent, ſi non comprimerentur.* Quod in cap. 36. 37. & 48. ſuæ Regulæ tranſtulit D. P. N. Benedictus.

Victus.

15. Victus adeo moderatus & frugalis, vt cum vir quidem valde diues facultates ſuas in Monachos aliaque pia opera diſtribueret, ſoliſque Theodoſij diſcipulis per obliuionem aut ignorationem non impertiiſſet benedictionem, illi fame & egeſtate preſſi *ei exhibebant moleſtiam, vt ſe & illos manifeſtos redderet diuiſori: & magno ſtudio inſtabant, neque enim ſe habere, quo deinceps alerentur: qui paucas quidem habebant ſiliquas: & cum eæ nonnunquam deficerent, ea quæ reſtabant oſſa coquebant vt iam dictum eſt* (nempe dum ageret de Anachoreſi Theodoſij quam dedimus n. 83.) *& eis vtebantur ad famis ſolatium* num. 17.

99. Veſtis interior Ciliciũ.

Veſtem interiorem Theodoſij fuiſſe cilicium pium illud atque perpetua memoria dignum facinus Kerici (al. Cerici) ducis Romani exercitus Comitis Orientis oſtendit: qui cum incurſionem aduerſus Perſas facturus eſſet, ac Hieroſolymam primùm iret, vt illinc aduerſus hoſtes ducis Catholici ſumeret auxilium, & in tranſitu ad Theodoſium iret; ita fuit, *captus ab eius admonitionibus, vt ipſum cilicium, quo magnus ille interius induebatur, loco cuiuſuis alterius rei arma, peteret quibus ſe conſeruaret. Quod quidem cum accepiſſet, & induiſſet, & conſueta aggreſſus eſſet certamina, paulo poſt victor rediit, cum & animi & manus præclara oſtendiſſet facinora, & digna quæ commemorentur. Cum rebus igitur fortiter in bello geſtis inſignis & clarus eſſet reuerſus rurſus venit ad ſanctum cum vehementi cordis exultatione, & gratias agens, & ei vniuerſam adſcribens victoriam. Dicebat enim. Illo ipſe tempore pugnæ, mihi quidem cum pro thorace tuum induiſſem cilicium, veniebat in mentem confidere, & in hoſtes irruere.* n. 57.

17. Exteriorem autem ipſius veſtem Laneam fuiſſe, panneamque geſtaſſe cucullam, miraculum aliud nihilo inferius oſtendit. Cum enim mulier quædam cancro in mamilla laboraret, atque *ſenſim, & ſine vllo ſtrepitu cum valde ſitiens, & in animo habens illam, quæ laborabat profluuio ſanguinis* Math. 9. *cum prope eſſet, mamillam ſenſim aperuit, fecitque vt cucullam attingeret, & rurſus ſicut illa ſuffuratur curationem ſimul ac pannum attigit eius dolor receſſit* nu. 46. An vero cuculla hæc Theodoſij ſolius capitis fuit operimentum, veſtiſue talaris, non conſtat. Adi librum 2. c. 11. an. 19. vbi fusè de cuculli & cucullæ forma & differentiis; atque inde qualis hæc fuerit cuculla, conijcies. Externa cucullus panneus.

Promptiſſimam, omnique proprio arbitrio carentem obedientiam tenuiſſe Theodoſij palæſtram, inde palam fit, quod cùm ſibi à Deo fuiſſet reuelatus terræ motus quidem, quo poſtmodum vniuerſa Antiochia fuit euerſa, atque pro ingruenti illa neceſſitate, Deique ira placanda preces extraordinarias Conuentui ſuo indicere vellet, (vide idem Inſtitutum apud Scithiotas l. 3. c. 5. n. 22.) *iuſſit, vt præter ſolitam horam pulſaretur lignum; nondum enim erat hora ſecunda diei, & præcepit vt fratribus ſignificaret ſynaxim, illi autem conuenerunt quidem, neque enim poterant contradicere, vt qui optimè didiciſſent obedientiam*, n. 60. 100. obedientia.

19. Quantum verò diſcordes quoſdam ex ſubditis ſuis fuerit inſequutus, terram vſq; contingens, vt eos ſummo, vt aiunt, ſtomacho ad humilitatem erudiret prodit Luculenter nu. 61. vbi hæc habet: *Contendebant, & depugnabant inter ſe aliquãdo duo ex fratribus. Is autem ſuadebat vt componerent inimicitias, & odium commutarent amicitia, quã docet omnem Chriſtianum, multo autem magis Monachos. Quoniam autem docens non perſuadebat. Videbat autem illorum maiores eſſe inimicitias, quam vt ſuis verbis placari poſſent, fit ſupplex proximus paſtor ouium, magiſter diſcipulorum, pater filiorum; & illorum bonum poſtulabat ipſe tanquam proprium beneficium, eorumque morbum & vultus medicus rogabat, vt ſanaret. Rogabat autem non leuiter, nec contemptim, ſed magnopere & vehementer, ſed magnam moderationem afferens & humilitatem: Se enim humi deijciens iacebat, aperta figura humilitatis mollire ſe credens duritiem inimicitiarum, nec prius deſtitit rogare, quam eorum odium mollierit, & eos qui à ſe inuicem male erant diuiſi, amicitia vinculis colligauit.* Humilitas.

20. Neque ſilentio prætermittere fas eſt eam erga Eccleſiaſticas Cenſuras reuerentiam, qua Theodoſij animus ad ſolam excommunicationis vocem piè deterritus pauebat. Segregauit *aliquando aliquem ex fratribus* (inquit n. 62.) *iuſtè ſe gerens, cum iuſto ſcilicet coniuncta clementia videbat enim morbum egere tali medicamento. Ille vero bona malis commutans ſimul & ordinem tranſilit, & eamdem rurſus intulit pœnam ei, qui nihil habebat ſimile, perinde ac ſi quis iuberet ſanos ea tolerare, quæ tolerant ægroti; adeo vt ſit manifeſtum, fratrem quoque alio morbo laborare grauiori, nempe impudentia. Quid ergo magnus Theo-* 101 Cenſuræ etiã iniuſtæ timendæ.

doſius moderatione & humilitate valde excelſus & cæleſtis? Pœnam quidem ſuſcipit, tanquam quæ rectè fuerit impoſita, & vt quæ in ipſo locum habeat: neque prius diuinis communicauit Sacramentis, donec ipſe, qui ligauit, induxit ipſe quoque ſolutionem.

102. Cura ægrotantium.

21. Enitebat maximè Theodoſij ſchola cura ægrotantium. *Qualis autem ille eſſet in hac re* (inquit n. 28.) *iam vult declarare oratio. Cum tres domos ædificaſſet, vnam quidem iis, qui propter Chriſtum erant ſeiuncti, & toti mundo crucifixi* (Monachis nempe) *tribuit ad curam corporis infirmitatibus*, noſtris *en fermeria. Deinde duas permiſit iis, qui in mundo viuebant & verſabantur, & ex iis ipſis, vnam quidem iis, qui erant inſigniores & honeſtatiores, alteram vero iis qui erant viliores & pauperiores, qui opus habebant alterius auxilio.* En duo Xenodochia Theodoſij Cœnobio aggregata. Quid rurſus? *Quin etiam* (ſubdit) *ſuis Monachis, quorum propter ſenium & labores longæ exercitationis ſoluta erat vis membrorum (Oportebat enim ne hoc quidem effugere Theodoſij ſolitudinem) Iis cum in loco ſeparato aptum extruxiſſet gerontocomium* (locum ſcilicet vbi ſenes curantur) *id eis permiſit ad recreationem diuturnæ afflictionis, tanquam bonis viatoribus, longa via & aſpera defeſſis accommodatum diuerſorium. Præterea autem aliud quoque ab eo conſtructum eſt noſocomium* (locum nẽpe in quo ægrotãtes curantur, vulgo dictum *infirmarium*) *nempe ad opera commiſerationis verè miſericordi & clementi animæ, quod etiam erat donum mulieris verè honeſtæ, moribuſque piæ & religioſæ, quæ quidem eius admirans bonitatem, domumque & ſeipſam cum filiis ei legitur mundo quidem renuntians, Deo autem totam ſeipſam permittens, & volens vt ſui filij ſub illo viuerent.* Monachi facti.

103. Largior erga miſeriores.

Largiorem adhuc miſeris præſertim qui laborabant contagioſiſſimo morbo comitiali (*Sacro* vulgariter dicto) pietatem impertiebatur. Qualiter eorum miſerebat, opem ferebat, & calamitates ſubleuabat, prope incredibile, ac ſimile portenti eſt: gratum autem erit ea de re loquentem audire Cyrillum: n. 24. *Cum autem* (inquit) *in omnes, qui egeſtate premebantur ita eſſet miſericors, eius magis augebatur miſericordia in eos, in quibus rurſum erat malum grauius, & cum egeſtate erat prætereà morbus, aut membrorum mutilatio, eaque ſacra, quod grauiſſimum excrucians, Ea ratione, erat etiam oculus quidem cæcorum, pes verò claudorum, indumentum autem nudorum; eorum qui tecto carebant, tegumentum, ægrotorum medicus, largitor, adminiſter, famulus omnibus omnia factus propter excellentem benignitatem, ſanguinem abluens, vulnera mundans, labra admouens labris eorum quorum erat caro mutila, & ita eos ſapienter conſolans, & perſuadens, vt moderatè ferrent calamitatem cum ſcirent eos, qui ſapiunt, non modò ipſos non auerſari, ſed eos potius beatos ducere & amplecti.* Et poſt nonnulla n. 25. *Quamobrem ſi quis eum dixerit communem portum, & communem medicinæ officinam, communem domum, commune penarium, rectè dixerit, & congruenter veritati ægrotantium, eſurientium, algentium, peregrinantium.* Et paucis interpoſitis: *Aliis quidem veſtes quoque dabantur quibus iis erat opus; omnibus autem ſimiliter dabantur alimenta. Atque meminerunt quidem, qui ad hæc miniſtrabant, ſe vno die pluſquam* 100. *menſas paraſſe.* His autem non ſolum Theodoſium fuiſſe intentum, ſed & ipſius ſcholam in eiſdem charitatis operibus ex Inſtituto vires exercuiſſe ſuas, his aperit eodem nu. 24. *Et ſunt huius quidem rei multi oculati teſtes, maximè autem ex his, qui hoc miniſterium vna cum eo obibant, qui cum primo hanc inſignem benignitatem, & commiſerationem ſimiliter atque alij auerſarentur, illius deinde egregiam reueriti moderationem, perſuaſi fuerunt rectè ſapere.* Primus igitur Theodoſius viam Monaſtico Hoſpitalitatis Inſtitoto reſerauit, quam in Hiſpania hiſce temporibus fratres S. Ioannis de Dios Hiſpani ingreſſi ſunt, atque ſub Infirmorum curationis ſcopo ab Apoſtolica ſede eorum Religio approbata dignoſcitur: vide idem ferè à Chriſoſtomo inſtitutum c. 9. n. 164.

23. Placuit pro Colophone Hoſpitium à Martiano totius Monachatus Paleſtini Præfecto pernecеſſario ſibi Theodoſio ipſum conuenienti paratum referre, eſculentis moderatum & honeſtum, Monaſticis vero documentis ſplendidum, piiſque ac læpidis facetiis ornatum, quo & Theodoſium hoſpites ſuos ſuſcepiſſe credo. Reuertebatur Theodoſius hic vir præclarus aliquando à Bethleem in Monaſterium ſuum. Magnum autem laborem *itineris recreans* (inquit Cyrillus n. 47.) *diuertit ad Martianum. Cum autem veniſſent ad amplexum, & ſe inuicem ſpiritali impetiiſſent oſculo, cum eo animo quoque congrediente, primum quidem fuit eis appoſita menſa ſermonum, quibus præclarè ſuos paſcebãt animos, ſe oblectantes Sanctorum eloquiis, & ſenum narrationibus, cum quibus intercedebat eis morum cognitio* (Vide D. Benedictum c. 53. de Hoſpitibus ſuſcipiendis) *Cum autem tempus inuitaret, vt meminiſſent etiam alimenti corporis, non aderat quidem frumentum, vt panis apponeretur, lentem autem diſcipulis iuſſit coquere Martianus: Et illa quidem fuit appoſita ſine pane. Cum autem cognouiſſet magnus Theodoſius tam apertam inopiam, qui egens erat, fuit diues in inopia, ipſeque magnoperè ſtudebat, vt Lautiori conuiuio exciperentur hoſpites. Iuſſit ergo diſcipulo vt è pera proferret panes, quos parauerat ad viaticum. Et illi quidem producti ſunt, & appoſiti. Ij vero propter charitatem, quæ lætificat, non minus lautè celebrarunt conuiuium ex iis, quæ erant neceſſaria, quam ſi prolati eſſent cibi ſuperflui.*

104. Hoſpitio quando Martianus Theodoſium ſuſcipit.

Vt ſolet autem fieri ſermones quoque admiſcentur conuiuio, & eum plures ex iis lepidi & iucundi (vide ſupra n. 32. & 86.) *Hilariter autem Diuinus eum rogabat Martianus dicens: Noli ægrè ferre tanta fame laborans hoſpitium, nec conqueri, quod panem vobis non appoſuerimus, cum frumentum nobis admodum turpiter defecerit. Cum hoc dixiſſet, admirabilis Theodoſius defixis oculis in barbam Martiani vidit granum frumenti, quod neſcio vnde ceciderat, & illinc ſuſtulit hilari & læta dextera, & dixit: Ecce frumentum. Quomodo autem dicitis vos egere frumento? & hoc quidem ab eo dictum, etiam factum fuerat lepidè & iucundè. Ille autem cum granum tanquam egregiam aliquam & præſtantem ſementem ſupinis manibus accepiſſet, id ponit in horreo frumenti, credens eam ſine labore multum fructus allaturam, & eſſe ſuperaturam agricolarum induſtriam. Id autem ei accidit longè ampliùs & copioſius quam ſperabat. Nam cum ſequenti die eſſet horrei oſtium aperturus (ô arcana tua Domine miracula) videt quæ intùs erant plena fructibus, qui reuera prouenerant abſq; agricultura, aut potius cum agricultura ſolius orationis.*

105. Facetiæ conuiuio admixtæ.

106. S. Baſilij morum, & ſcriptorum excultor. 24. Quod tandem non omnis obſeruatio in his (etſi totam mouentibus admirationem) morum Inſtitutionibus non ſit conſtituta, in eo oſtendebat Theodoſius quod crebrò omnium eorum recordabatur. *Salutarium Conſtitutionum, & Sermonum, quæ inſtruunt ad exercitationem, Magni inquam Baſilij, cuius etiam vitam imitans, & eius orationis magno captus amore, ſtudebat animam quidem illius moribus, linguam autem eius ornare eloquentia*; cuius poſt non multum tempus ſequutus eſt iudicium D. P. N. Benedictus cap. vltimo ſuæ Regulæ, cui titulus. *De eo quod non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac ſit Regula conſtituta*, vbi inter alia, quibus ad doctrinam mores, & Inſtituta Veterum Patrum ſectanda Monachos exhortatur; *Nec non* (inquit) *& Collationes Patrum, & Inſtituta, & vitæ eorum, ſed, & Regula S. P. N. Baſilij quid aliud ſunt, niſi bene viuentium, & obedientium Monachorum exempla, & inſtrumenta virtutum.*

107. Quantum vixerit. Hos ex innumeris virtutibus Magni Archimandritæ Theodoſij Monaſticem redolentes excerpſimus flores. Eiuſdem cum Origeniſtis aliiſque hæreticis certamina, labores quæ pro Eccleſia perpeſſos, paſſim apud cæteros rerum Eccleſiaſticarum Hiſtoriographos inuenies. Clauſit extremum diem poſt S. Sabam Senio confectus, *cum annos vixiſſet 105. & paulo, & amplius iuxta Cyrillum* num. 67. & vſque ad Agapeti Pont. Max. tempora peruenit: annum ſcilicet Christi 535. ac proinde vt rectè obſeruat Baronius A. C. 532. num. 21. corrigenda ſunt, quæ in Saba inquit Cyrillus, nempe Theodoſium ante B. Sabam vita exceſſiſſe. Diem feliciſſimi eius tranſitus celebrat Eccleſia 11. Ianuar. vt iam diximus: quo autem anno obierit, non conſtat.

§. V.

Quouſque Magnorum Patrum Euthymij, Sabæ, & aliorum ſe extenderit Inſtitutio.

108. Ratio dubitandi. Dvbiam ſatis atque perplexam reddunt tituli materiam ea, quæ in ſuperioribus c. 5. num. 83. de duratione Monachatus Bethleemitici tetigimus, rati Hieronymi diſcipulos, & Paulæ Virgines atque vtriuſque ſcholam Aſceticam Barbaros irruptione ſub Alamundaro Siſice vniuerſam Paleſtinam, & Arabiam deuaſtante ac Romanos præſertim incurſante, periiſſe. Cum autem, Euthymij Sabæ Ioannis Silentiarij, Marciani & Theodoſij paleſtræ non longè à Hieroſolymis ſitæ fuerint, imo circumcirca ædificata Monaſteria, Lauras erectas, atque habitatas ſolitudines viderimus toto cap. 6. & 7. conſequens omninò videtur eadem procella extinctos cœteros Monaſticæ diſciplinæ cultores circa A. C. 509. quo à Baronio ibi. Nicephoro, aliiſque Hiſtoriographis incurſio Alamundari facta refertur. Præſertim cum Cyrillus Monachus Paleſtinus, cui fidem integram in hac re merito faciunt Authores paſſim huius rei expreſsè meminerit. *Eodem tempore* (inquit) in Ioanne Silent. num. 11.) *Alamundarus Siſices qui accepit Regis autoritatem in Sarracenos ſubiectos Perſis, inuaſit Arabiam & Paleſtinam, cum magna ira in Romanos omnia diripiens, & multa hominum millia abducens in ſeruitutem, & multa faciens nefaria, poſtquam capta fuerat Amyda.*

109. Christiani dicti olim Romani. Nec nodum ſolues, ſi dicas, Alamundarum Romanos quidem, quorum infenſiſſimus erat hoſtis, acriter incurſaſſe, vt ex illis conſtat, *cum magna ira in Romanos, &c.* tùm etiam, & Sarracenos Romano Imperio ſubiectos (conſtat enim ex Sarracenis Paleſtinam, & Arabiam incolentibus alios Romanos obtemperaſſe, alios verò hoſtes Romanorum fuiſſe) Paleſtinis verò, Armenis, Arabibus, Beſſis, Græcis, aliiſque nationibus; quibus potiſſimum Euthymij, Sabæ & Theodoſij paleſtræ conſtabant, pepercisse. Hoc, inquam, nodum difficultatis non ſoluit. Nomine enim *Romanorum*, & *Christianorum* vocis ſono tenus diuerſa erant, vtroque tamen ex tempeſtate Chriſtianiſmum profitentes exprimebantur ſynonimè, & abſque vlla diſtinctione, vt conſtat ex Epiſt. Theodoſij Iunioris ad Acaciũ Epiſc. Beræēſem, quæ extat inter Acta Epheſinæ Synodi tom. 5. cap 10. vbi hæc ait: *Voſque probatos Romanæ* (ideſt Catholicæ ſeu Chriſtianæ) *Religionis Sacerdotes eſſe manifeſto argumento declarate.* Et apud Gregor. Turon. de Flor. martyr. cap. 79. *Quid putatis* (*dicebat vnus ex illis* nempe Arrianis Catholicos perſequentibus) *quod nunc iſti Romani dicant*: & eodem lib. cap. 25. de altero Arriano Principe loquens inquit Gregorius idem: *Cogitauit intra ſe dicens: Quia ingenium eſt, Romanos enim vocitant homines noſtræ Religionis, &c.* Idemque manifeſto prodit Cyrillus in Euthymio num. 14. vbi eadem prorſus phraſis vtens & confuſione vocum, inquit: *Cum autem circa finem Regis Iſdegardis mota eſſet magis perſecutio aduerſus Chriſtianos, illi ducentes hoc ſibi eſſe magno ſtudio contendendum, vt omnes venarentur Chriſtianos, omnes quotquot erant tribuum apud ſe Præfectos, quin etiam ipſum quoque Aſpebertum, vt omnes vias diligenter cuſtodirent, conſtituunt, vt nullus Chriſtianus poſſet clanculum confugere ad Imperium Romanorum.* Et in ſequentibus nunc *Chriſtianos*, nunc *Romanos* clade interemptos vemundatos, & in ſeruitutem abductos narrat.

110. Barbari cuncta deuaſtãt. Nec valet iterum, ſi dixeris, Agarenorum quadrigas oppida dumtaxat inuaſiſſe prædæ & ſpoliorum fomite accenſas, Cœnobia verò, Lauras, atque Eremicolarum cellas in montibus, ſpeluncis, & cauernis terræ ſitas horruiſſe, atque Eremi inhoſpitalitatem, & Monachorum inopiam flocci pendiſſe. Occurrit namque Cyrillus in Ioanne Silent. num. 11. vbi Alamundari irruptione deſcripta ſubdit: *Cumque multitudo barbarorum diſperſa eſſet per hanc ſolitudinem, iique, quibus mandata fuerat cuſtodia ſolitudinis* (excubitores nempe, noſtris *las centinelas*) *denuntiarent, vt caueretur barbarorum irruptio in Monaſteria; maxima Lauræ Patres ſignificarunt Venerando Patri* (Ioanni Silentiario) *vt deſiſteret quidem in Ruba vitam degere, veniret autem ad Lauram.* Nulla ergo quantumuis horrida, occulta, pauperve Chriſti pauperum Eremus à Barbarorum furore tuta erat.

111. Aliæ Agarenorũ in Monachos incurſiones. Neque ea duntaxat ab Agarenis in Monachos Paleſtinæ incurſio facta eſt, quæ ſub Alamundaro A. C. 509. à Baronio graſſata refertur à num. 7. plures namque alias ab eiſdem Barbaris ante Alamundari aduentum fuere perpeſſi. Id autem ex eo perſpicuum fit, quod recedente quandoque Saba in Eremum Antho

Monacho

Monacbo ſuo comitatus, *Cum ſic eſſent interſe coniuncti*(inquit Cyrillus in Saba.n.16.)*eos inuadunt quidam Agareni planè barbari, & animo maligniſſimi, qui quidem volentes honeſtam accipere occaſionem, vt perinde ac iniuria affecti ſe viderentur vlciſci, non autem priores facere iniuriam, mittunt ad ſanctum vnum ex ſuis veluti quandam eſcam, vt ſi illi vel minimum impetum feciſſent in eum, qui miſſus fuerat ipſi ambos inuiderent, & interficerent.* Illi vero præuiſo periculo, ſola ad Deum precatione armati, rogabant, vt ab eorum inſidiis liberarentur dicentes. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine tuo manificabimur. Quoniã non in fortitudine equorũ, nec in tibiis virorum delecti, ſed in contritione cordis & humilitate nomen tuum inuocantibus. Sic finem acceperunt eorum preces, & terra dehiſcens quomodo olim Dathan, ita etiam tentatorem illum, qui ad eos miſſus fuerat, in aliorum conſpectu deuorauit.* Hoc autem portentum contigiſſe aduertit Cyrillus n. 17. Sabæ ætatis anno 40. cumque natus fuerit A. C. 439. conſequens eſt incidiſſe in A. C 4-9. uiginta, annis ante Alamundari aduentum in Paleſtinam. Et in Euthymio n. 14. loquens de Alphabeto Græco duce Sarracenorum apud Perſas, poſtea ad fidem conuerſo & in ſacro fonte *Petro* appellato (de quo pluries ibi) inquit *Is itaque Aſpeberius videns tantam in Chriſtianos incenſionem, & inſaniam, & motus miſericordia eorum calamitatis non ſolum non prohibuit quominus fugerent, ſed eis quoque manum prabuit adiutricem. Qua de cauſa accuſatus apud Regem Iſdigerdem, & illius veritus crudelitatem, acceptis protinus ſuis facultatibus, cognationeque & puero Terebone, transfugit ad Romanos.*

112. Sub bis tamen Agarenorum in Monachos irruptionibus, adhuc in Paleſtina & Arabia Monachos genere & Religione Romanos extitiſſe, & Bethleemitica adhuc perſeueraſſe Monaſteria, prodit Cyrillus apertè in Euthymio n. 45. vbi *Frater*(inquit)*erat in Laura Romanus genere, nomine Æmilianus.* Et in Saba n. 51. *Conſilio*(inquit) *diuini Saba qui illic erant Monachi*(nempè in maxima Laura)*cuidam Paulo committunt adminiſtrationem, qui erat quidem Romanus genere. Ipſe autem cum ſex ſolum menſes admodum inuitus permanſiſſet in Laura, aufugit in Arabiam.* Et ibidem n. 34. inquit: *Ipſe* (nempe Martianus) *præerat iis, qua ſunt in Bethleem Cœnobiis.* Quæ cum Saba vix quinquagennario acciderunt, vt ibi notatur, neceſſe eſt ſexdecim annos euerſionem Cœnobiorum Paulæ Romanæ & Hieronymi præceſſiſſe. Poſt vero Bethleemitica Monaſteria fuiſſe ſubuerſa tradit Procopius Orat. 5. de Ædificiis Iuſtiniani Sabæ ſenectam agentis coæui, vbi *Item* (inquit *Siletheon Abbatis Romani in Bethleem templum adificauit. Similiter & Ioannis Abbatis in Bethleem murum inſtaurauit* diruta ſcilicet impetu Alamundari, vt ſæpè aduertimus. Iam verò cur Alamundari ira, Euthymij Sabæ, Theodoſij & aliorum Patrum paleſtris, Lauris, Cœnobiiſque pepercerit, cæteris Monachorum templis ad ſolum æquatis, eorumque habitatoribus interemptis, hoc opus, hic labor eſt.

Romani in ſchola Euthymij & Sabæ.

113. Dicam quod ſentio Crediderim Magnum Euthymij Cœnobium in loco Pharæ Lauræ constructum (cuius meminimus cap. 6. n. 37.) irruptionis huius tempore florens, tot tantiſque præſidiis firmatum fuiſſe, atque munitum, vt Argarenorum oppugnationibus aditus omnes fuerint penitùs interclnſi, & nulla illud vi capere potuerint, Deo, Euthymioque ita diſponentibus, quo eiuſdem exubiæ ſacræ, totiuſque Monachatus gazæ toti Paleſtinæ & Arabiæ in nouo eius Cœnobio reſeruarentur. Sed quia nec veritas quidem ſine veriſimilitudine fidem facere poteſt, nouumque, atque inauditum alicui videri poterit Monachos, quibus viam in cælum ſibi munire curæ erat, Lauram ſuam more captorum tutam, clauſam, ſeptam, taliterque munitam habuiſſe, vt armorum incurſibus obſiſtere poſſet, veniat in medium deſcriptio ipſius Cœnobij à Cyrillo facta in Euthymio nu. 77. pauloque altius nunc repetita, quâ, vt credo, diligenter attentâ, nec tenuiſſimus de cæterò ſcrupulus ea de re apud aliquem reſidere poterit. Tranſierat Euthymius ad ſuperos: corpore iam aberat, ſed animo præſens Eliam diſcipulum ſuum, atque ſucceſſorem ſic alloquitur nu. 70. *Oportet te hoc quoque ſcire ante alia, quod Deo viſum fuit, haud ita diù ab hinc hanc Lauram fieri Cœnobium. Deinceps autem & vbinam adificari Cœnobium, & quemadmodum conſtrui oporteat pracepit Elia.* Cum autem opere iofecto obiiſſet Elias, apparuit iterum Euthymius Pheido diſcipulo ſuo in mari quandoque periclitanti, atque ea, qua prius ſolebat allocutione: *Noli timere (inquit) Ego ſum Euthymius Dei ſeruus. Te oportet venire ad meam Lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipſis fundamentis, Cœnobium vero adificare illic, vbi meum adificaſti cœmeterium, non enim Lauram, ſed Cœnobium potius eſſe locum, Deo placet.* His in ſomnis auditis rapitur Pheidus velut alter Abachuc in cincino capitis, atque in Phara Laura ſtatuitur. Deinde autem ad Patriarcham Hieroſolymitanum tranſiens, cum ei, quæ acciderant, renuntiaſſet; *ipſi quoque Pheido permittit, vt adificet Cœnobium, & concedit vt ad id proficiſcatur, ſimul profeſſus ſe quoque omnibus viribus opus vna eſſe aggreſſurum.* Quale autem opus Deo architecto, Euthymio operis præſide, Patriarcha adiutore, Pheidoque exemplaris executore prodierit, ſequẽtibus tradit Cyrillus ſubdens n. 77.

Euthymij Cœnobium valde munitum.

Apparet Euthymius Eliæ.

Pheido.

Cum autem Pheidus magnam manum accepiſſet miniſtrorum, & domus adificatorum, & vnum ex mechanicis in Lauram, & cum adificaſſet Cœnobium, ſepique & foſſa eſſet complexus, vetus quidem templum attribuit fratulus ad cœnaculum, alterum autem templum ſuperius adificat. Intra Cœnobium vero excitat turrim, qua eſſet aperte veluti propugnaculum totius ſolitudinis, & eam collocat in medio cœmeterio. Vbi obſerua lector, amabo te, Cœnobij mirabilem ſtructuram, templum nouum extructum, vetus in Refectorium addictam fabricam totam ſæpi, foſſaq; complexam turriſque propugnaculo munitam: quæ quidem munitionem & fortificationem arte fabricatam ſpectant. Nunc ad præſidia, quibus Cœnobij locum munierat ante natura, non ſine aliquo diuino numine: de quibus ſubdit n. 78 & 79. 114.

Deſcriptio munitionis arte factæ.

Et quidem collis admodum breuis inter duos valles, qua ex Oriente ad Occidens ſimul paulatim exeunt, & ad Auſtrum inter ſe commiſcentur. Ad Boream autem patet pulcherrima campi planities, circiter tria ſtadia quam fieri poteſt optimè excogitata ad voluptatem & delectationem. Per eam mediam torrens perfluit, qui ex alto deſcendit ex colle, qui eſt ad Orientem, ſitque loco veluti 115.

Munitio à natura.

quadam Zonas. Perpende loci eminentiam aſcenſu difficilem, duabus vallibus veluti foſſa circumſeptam, totum collem torrentis Zona vallatum, omnemque aditum ad collem obſtruxiſſe torrentem, cuius amplexu locus Cœnobij inſula, vel peninſula euaſerit. Sed neque his contentus Pheidus nouam adhuc adiecit fortificationem: *In ipſa* enim *collis in planitiem inclinatione* (ſubdit) *& eorum eleganti mixtione, & coniunctione exurgit turris veluti quadam vertex, & arx quadam, & turrim deinceps conſequitur porta, qua eſt verſus planitiem.* Ecce ſecundam turrim diuerſam a turri cæmenterij ſupra Euthymij exubias in propugnaculum erecta, ſeu potius arcem, vel caſtellum noua fortiorique munitione collis aſcenſum portamque Cœnobij inexpugnabili more defendêtem. Quid ergo mirabere lector Alamundari impetum, eiuſque copias Cœnobij tanti munitionibus tum ab arce, tum à natura fabricatis ceſſiſſe, cæteriſque Paleſtinæ, Arabiæ & Bethlemi templis Cœnobiis & cellis incurſionis huius rigore periclitantibus, Euthymij domum victricem euaſiſſe, in qua eiuſdem ſacri cineres, ſeruorque Monaſtici Inſtituti in poſterum reſeruarentur?

116. **Sabas rogat Iuſtinianum pro munitione ſuæ Lauræ.** Vlterius ad idem argumento mihi eſt, quod cum Ioannes Silentiarius Rubam ſolitudinem habitaret eiuſdem irruptionis diebus: *cumque multitudo barbarorum* (nempe Alamundari milites regionem totam diſcurrentes ad prædam) *diſperſa eſſet per hanc ſolitudinem, ij quibus mandata fuerat cuſtodia ſolitudinis denuntiarent vt caueretur irruptio in Monaſteria: maxime Lauræ Patres ſignificarunt venerando Patri vt deſiſteret quidem in Ruba vitam degere, veniret autem ad Lauram & quieſceret* (ſecutus) *in cella ſua.* Vbi perpendendum in maxima Sabæ Laura decimo poſt Alamundari incurſionem anno ædificata, præſidium cuſtodientium Lauram poſitum fuiſſe, quibus eius cuſtodia mandata erat, quô ſicut & Cœnobium Euthymij à barbarorum incurſu (Si forte iterum accidiſſet) euaderet illæſa. Id luculenter prodit Cyrillus in Saba num. 101. vbi de ipſo Saba Iuſtinianum Imperatorem à alloquente, ſic fatur: *Cum eo* (nempe Saba) *aſſiduè colloquens* (Imperator) *& eum honorans, ſicut prius Anaſtaſius, vehementer inſtabat, vt aliquod pecunia, vectigal, ſubiectis ei Monachis conſtitueret. Ille autem vectigalium quidem, inquit, & pecunia, quantum ſatis eſt ad vſus neceſſarios ille nobis promdebit, qui populum non obedientem copioſè aliquando aluit in deſerto, & aquam eduxit è petra: & qui non ſolum neceſſaria, ſed etiam ſæpè qua redundant ſuppeditat. Tibi autem, ô Imperator, ſi tanta eſt cura, vt nobis gratificeris, adſunt alia non contemnenda occaſiones, per quas poteris in nos tuam exercere liberalitatem. Nam & qua ſunt meis constructa manibus Monaſteria, cum nullum in propinquo habeant præſidium, in quod ſe recipiant, nullo negotio capi poſſunt ab inimicis, & prima incurſione venire poſſunt ad manus hoſtium.*

117. **Imperator iubet muniri Lauram.** Quid autem adhæc pius Imperator? *Cum diuinus Sabas* (inquit Cyrillus num. 104.) *propoſuiſſet tales apud Imperatorem petitiones, ille perinde ac iamdiu ſitiens gratificari ſancto, ſtatim ſcribebat, imperabat, decretum in omnem partem mittebat, ne hac differrentur & in longum protraherentur, ne eorum, qua fiebant, dilatio tam pulchrorum beneficiorum obtunderet ſplendorem.* Et num. 106. *Imperator ergo tanto ſtudio affectus aduerſus huius viri petitiones* iubet (inter alia) quod *& præſidium propè Lauram muniant, vt in inimicorum inſultibus eſſet tutum Monachis refugium.* Et poſt pauca *Præterea autem de duabus quoque ædibus.* (propè Lauram) *conſtructis, ille ſuffragatur, quarum vna quidem eſt ad excipiendos hoſpites, altera verò ad recreandos eos, qui morbo affligantur* (de quibus ſupra in hac cap. numer. 33.) *Quin etiam illic conſtitutos multos pecuniæ redditus, & templorum renouationes, qua exuſta fuerant à Samaritanis, & propter inimicorum incurſiones extructum præſidium, ei cõgruenter ſequitur.* Hoc autem quod Sabas didicit, ex his quæ paſſus eſt, Euthymius ipſe proprij Cœnobij præuenit munitionibus, atque ſe ipſum iam diu antea, ſuoſque aduerſus inimicorum inſultus præmuniuit.

118. **Euthymij & Sabæ Monachatus in Arabiam tranſuectus.** Hinc iam continuatum habemus Monachatum Euthymij, Sabæ, Theodoſij, Marciani Ioannis Silentiarij aliorumque Patrum quorum obiter memoria incidit, vſque ad A. C. 559. in quo Silentiarius Baronio teſte deceſſit. A. Paleſtina vero in Arabiam Petreám tranſuectum à diſcipulis Euthymij dubitare non ſinit Cyrillus qui in Euthymio ipſo numer. 28. Ioannem Raythenſem (ita dictum à Monaſterio *Raythu* in Arabia) inter præcipuos eius ſectatores enumerat, cuius hortatu S. Ioannes Climacus Abbas Montis Sinay in eadem Arabia ſcalam ſpiritualem 30. graduum nunquam ſatis laudatam exarauit; de quibus plura cap. ſeq. Nacti ſunt Sabas Theodoſius Ioannes Silentiarius, Raythenſis & Climacus Solem Occidentis Sanctiſſimum P. N. Benedictum, qui iuxta communem calculum A. C. 480. hanc lucem videre deſuper datum eſt, quemque in Monte Sina Monachatus ſui ſucceſſorem habuiſſe l. 8. dicemus. Interim vide Lepium A. C. 1035. vbi plura de Monaſteriis Sinaiticis à Benedictinis tractu temporum inhabitatis, Vetus etiam Sabæ, eiuſque nominis Monaſterij extat memoria apud Ioannem Diaconum in vita S. Gregorij l. 1. c. 9. & in lib. Cenſuum Cod. Vatic. vbi Sabæ Cœnobium inter viginti duo Romæ inſigniora recenſetur, vt notat Baronius in Martyrol. Rom. 5. Decemb. A. quod poſtea Monachis itidem Benedictinis traditum recenſet Petrus Cluniac. l. 5. ep. 25. ad Eugen. Pap. III. gratias ei referens, eo quod in quodam populi Romani tumultu Monachos, qui ex Cluniaco ad illud aduenerant, ſacrilegè à Cœnobio adiectos plagiſque & verberibus afflictos benignè exceperit: his verbis: *Experta iam erga nos in expulſione fratrum noſtrorum de ſancto Saba dilectio, & ſtudium veſtrum quos eiectos ſuſcepiſtis deſolatos aluiſtis, verberatos confouiſtis.* Sed de his ſatis.

***

CAPVT

CAPVT VIII.

De Monachatu Arabiæ Petreæ ſub diſciplina Sanctorum Patrum Ioannis Raythenſis, Ioannis Climaci, & aliorum.

§. I.

Ægypti & Paleſtinæ Monachatum ab ipſis in Arabiam tranſmiſſum.

1. Ioãnes Raythenſis & Climacus quales viri? E Paleſtina recto curſu in Arabiam Petream ipſi à meridie confinem conuertimur, duo illa ſequentes clariſſima Orientis Lumina, Monachatus Sydera fulgẽtiſſima, duos ſcilicet Ioãnes, *Raythenſem*, alterum à Monaſterio in Raythu prope mare rubrum, quod incoluit & rexit; *Climacum* alterum ita nuncupatum à ſupercœleſti illa virtutum ſcala cœlum tangére, quam prioris rogatu, iuſſuque exarauit (*Climax* enim Græcè, Latine ſonat *ſcala*) alias *Scholaſticum* à præcellenti Theologia, qua erat perfectè eruditus. Quis qualiſque vir vterque fuerit, non aliter, neque aliunde melius, quam ex alterno, mutuoque vtriuſque teſtimonio coniicies, è mutuis ad inuicem, iiſque elegantiſſimis datis Epiſtolis Climaci Scalæ præinſertis excerpto, quibus alter, nempè Raythenſis, Climacum ad eam ſcribendam hortatur, alter vero iuſſis obtemperat. Ille namque Scholaſticum *Sanctum caput* paſſim compellat, & in recommendatione operis ad calcem ipſius ſubiecta, *ſanctiſſimum, mitiſſimum, & ſplendidiſſimum verticem*; & tan-

Climaci elogia. dem concludit: *Quoniam vero minime conuenit orationis de te curſum imperfectum relinquendo perire ô cœleſtis curſor) tuæ rurſus pulchritudinis breuem narrationem ſubtexentes, ita dicimus. Appropinquaſti item ſancto monti* (nempe Sina, in cuius iugo, vt Moyſes alter TABVLAS Monaſticæ legis accepit) *intentiſque in cœlum luminibus, atque in aſcenſum pedem ponens, & cucurriſti, & recurriſti, & exaltatus es, & aſcendiſti in iubilatione verſis in fugam inimicis, viamque præuius ipſe feciſti, & præceſſiſti: imo vero nunc quoque ducis, & præcedis nos omnes ad ipſum ſanctæ ſcalæ recurrens verticem, vnituſque Charitati,*

Raythenſis elogia. *Charitas autem Deus eſt.* Climacus vero Raythenſem in Epiſtola Reſponſiua nunc paſſim quoque *ſacrum diuinumque caput*, nunc *Magiſtrorum ſummum*, nunc *Doctorum optimum* elogiis elogia rependens, veneratur.

2. Arabici Monachatus initia. Neutrum autem ex his in Arabiam inuexiſſe Monaſticem, ſed ab Apoſtolorum tempore in eam Orientis partem, non ſecus ac in cæteras Orbis diſtractum, perſpicue patet ex dictis lib. 2. c. 7. num. 20. & cap. 11. n. 73. Sequentibus etſi vetuſtiſſimis ſæculis floruit in Raytho Amonas Abbas vt autor eſt Pelagius Libell. 8. de Verbis Seniorum num. 16. vbi. (inquit) *Abbas Amonas de loco qui dicitur Raythum.* Et alibi paſſim meminere Monachorum ibidem degentium Ioannes Moſchus in Prato ſpirituali cap. 153. Theodoretus in Philoth. c. 2. Caſſianus lib. 4. Vit. Patr. c. 10. Metaphraſtes apud Sur. tom. 6. Nouemb. 5. in vita Sanctum Galactionis & Epiſtomes, qui tertio ſæculo in fine floruere de quibus l. 2. c. 13. à n. 21. Peruenit ad aures Syrorum Monachatus Sinaitici fama, eâque ineſcatus Simeones priſcus, ſpeluncam paruulam deſerens, quam Meſopotamiæ in colebat, montem Sina Monachis procuIdubio ac Monaſticis ſtudiis refertiſſimum petere decreuit. Rem narrat Theodoretus in Philotheo vbi poſt ipſius conuerſationem in ſpelunca pluraq; alia ipſius miranda facinora hæc habebat. *Sed rurſus amans quietis ad montem Sinæum voluit peruenire. Cum autem id ſciuiſſent multi viri optimi, & qui eamdem ſequebantur philoſophiam, ſimul accurrerunt, volentes eſſe ſocij eius peregrinationis.* Et poſt multa: *Poſtquam ergo peruenit in montem quam deſiderabat* (nempè Sinæum) *aiunt ſenem illum admirabilem in loco illo, in quo Moyſes dignus eſt habitus qui Deum videret genua flexiſſe, & non prius ſurrexiſſe, quam vocem diuinam audiuerit, quæ illi ſignificabat Domini beneuolentiam. Quoniam autem tota vertente hebdomada ita perpetuo fuerat inclinatus, & ne minimum quidem cibi ſumpſerat, iuſſit vox, quæ ad eum facta eſt, vt ea ſumeret, quæ erant appoſita, & prompto, & alacri animo comederet. Cum autem manum extendiſſet, & tria mala inueniſſet, & ea comediſſet, vt iuſſerat qui dederat, & ei plenæ reſtitutæ ſunt vires, & alacri vt par erat, animo eos qui cum eo verſabantur ſalutauit. Reuerſus autem duo Philoſophiæ extruxit gymnaſia: vnum quidem in vertice montis, de quo prius diximus, alterum autem infra. propter ipſas oras lateris montis. Cum in vtroque autem athletas virtutis congregaſſet; horum & illorum exercitator fuit & pædotriba.*

Succeſſit iis in Arabia Syluanus, qui è Scythi in Paleſtinam patriam ſuam, & inde in Arabiam Monaſticem tranſtulit, iuxta notata in hoc lib. cap. 3. & Seuerianus de quo Cyrillus Monachus in Saba apud Sur. tomo. ſexto Decembr. 5. Progreſſus etiam eſt hac tempeſtate è Monachis in Sina monte vitam degentibus Anaſtaſius inde *Sinayta* dictus, vir apud Scriptores Eccleſiaſticos celebertimus, de quo Euagrius lib. 4. cap. 38. *Anaſtaſius vir quidem erat, tum in Sacrarum litterarum cognitione apprimè deſertus, tum in moribus, & tota vitæ ratione adeo exquiſitus, vt etiam rerum leuicularum magnam curam haberet, inque illis nec à conſtanti & ſtabili animi ſui propoſito decedere vellet, ne dum à rebus maximi momenti, & ponderis, & quæ ipſum Deum viderentur attingere. Quin etiam ita ſuum temperauit ingenium, vt neque propter lenitatem animi, atque comitatem, nimis facilè his rebus, quæ minus rationi conſentientes erant, cederet, neque propter ſeueritatem & inclementiam ægrè his, quas recta ratio poſtulabat, aſſentiretur. Ac rebus ſeriis audiendis eius patebant aures, & vt ſermone profluens, ita in quæſtionibus diſſoluendis acutus, & perſpicax: rebus autem ineptis, & nullius momenti occluſit aures: linguam verò ſic freno cohibuit, vt & Sermonem ratione moderaretur, & ſilentium loquela præſtabilius efficeret.* Eodem ferè ad verbum encomio Anaſtaſium celebrat Nicephorus lib. decim. ſeptim. c. 30.

3. Anaſtaſij Sinaitæ Acta.

Floruere eodem ſæculo, atque eiſdem fermè diebus Raytenſis Climacus & Anaſtaſius: ex quibus Raythenſis ad Generalem Arabiæ Monachorum Præfecturam aſſumptus eſt, Climacus peregrinationem arripuit, Deique prouidentia ad eruditionem Monachorum ſeruatus eſt, vt ſtatim videbimus. Anaſtaſius vero ad Epiſcopatum Antiochenum euectus, vt animi ſui celſitudine; eximiaque doctrina vbique in Oriente expectata liberè & apertè reſiſteret Iuſtiniano Imperatori publico edicto fouenti hæreſim Aphtartodocitarum aſſerentium corpus Chriſti Domini ante paſſionem non fuiſſe corroptibile neque naturalibus, & irrepræhenſibilibus perpeſſionibus obnoxium; aliudque ſacros Apoſtolos, & Diuos Partes non tradidiſſe. Qua de re *eodem modo* (inquit ibidem Euagrius) *etiam Monachis Maioris & Minoris Syriæ de hac re ſciſcitantibus ſententiam reſpondit.* Quam ob cauſam cum Imperator, vt ſibi ita reſiſtentem Anaſtaſium in exilium agere conſilium cœpiſſet, compoſitam orationem (quæ heu non extat) aduerſus eam hæreſim Antiochenis, vt ea ſe defenderent, ſcripſit eruditione plenam. Mortuo autem Iuſtiniano apud Iuſtinum eius ſucceſſorem obtrectatores paſſus, in exilium miſſus eſt, quem vſque ad Mauritij tempora pertulit; à quo reſtitutus, tandem horrendo Martyrij genere extinctus eſt Anno Chriſti 599. quod hic refert Nicephor. libr. 18. cap. 44.

Martyrium. *E throno ſuo turbatum, funeque pedibus alligato, per vrbem tractum fœda morte affecerunt. Pudendas namque naturæ partes inter tradendum enſe exciſas, in os eius iniecere. Poſtea vero illum perinde atque holocauſtum quoddam igni tradidere, virum ſapientia, & virtute præclarum, primariumque Dogmatum Eccleſiæ Doctorem, quippe qui lucubrationes multas eidem reliquerit.* Sed verò quia ad Epiſcopatum præreptus nihil de Aſcetica diſciplina, qua Monaſticem illuſtraret ſcribere potuit, cætera eius Acta, atque ſcripta percurrere noſtrum non eſt. Plura apud Nicephorum citatis locis inuenies, & apud Baron. A. C. 563. 572. 595. & deinceps: nos enim Climacus reſque Monaſticæ ad alias literas vocant.

4. Raythenſi ſcalam debemus.

His itaque magiſtris, atque doctoribus montis Sina totiuſque Arabiæ Petreæ caput extulit Monachatus. De Raythenſis patria parentibus, & Actis nihil præter dicta num. r. ſcriptum inuenio; paucis tamen plura de illius ſanctitate, & doctrina comprehendit Climacus ibi: atque vtraque ipſius Epiſtola, cum ea, qua Climacum ſcribere iubet, tum, & qua ſcripta ab ipſo commendat, illum piiſſimum, atque eruditiſſimum produnt. Nec parum eſt, quod ipſi Aſceticum adeò illuſtrem ab ipſo efflagitatum, eiuſque iuſſu, atque rogatu à Climaco editum debeamus: de quo latius infrà num. 13.

5. Monaſticem arripit.

Ioannis autem Climaci Acta breuiſſimè ſcripſit Daniel Monachus apud Surium tom. 3. Martij 30. *Sed anima illius* (vt bene, inquit Baronius in Not. Martyrol. eodem die lit. g.) *diuinæ quadam effigies multo clariùs perſpicitur in eius ſcriptis*, quæ tu conſulas. *Quænam hunc virum diuinum ciuitas tulerit, atque antè cœleſtis militiæ glorioſam exercitationem educauerit, non facilè dixerim, cum id mihi non ſatis diligenter exploratum ſit. Hic cum per ætatem corpoream ſexdecim fermè eſſet annorum, ſe ipſum obtulit Chriſto ſacrificium gratum atque acceptabile, Monaſticæ vitæ iuge colla ſubijciens in monte Sina.* Monachatus primordia. *Inclinans verò ceruicem, & confidens in Domino, ac ei, qui ſe ſuſceperat Patri veluti optimo cuidam gubernatori ſe totum permittens, altiſſimos, atque ſæuiſſimos vitæ præſentis fluctus abſque periculo traiiciebat. Adeo verò perfectè mundo propriiſque voluntatibus mortuus erat, vt inexpertem rationis ac voluntatis animam quandam habere videretur, atque proprietate naturali omnino liberatam. Idque cum ante cœleſtem ſimplicitatem mundana ſapientia non fuerit imperitus, ſanè mirabilius eſt. Philoſophiæ enim tumor à Chriſti humilitate, vt plurima alia, longè remotus eſt.* Hæc Daniel loc. citat.

6. Vndè Climacus dictus.

En qualiter Ioannes à primis iam vnguiculis *Scholaſtici* nomen præferebat, quod poſtea in argumentum ſpectatiſſimi huius viri meritò venit: nam, & *Climaci* appellatio Trithemio noſtro Latinè ſonat *Scholaſticus*, quæ *Scholaſticus* poſtmodum reſonuit Eminentiſſimo D. Cardinali D. Franciſco Ximenio de Ciſneros, à quo ſcriptam credo præfationem ſcalæ fronti præfixam in editis eius iuſſu Toleti A. C. 1505. vbi hæc habet. *Ob hanc libri appellationē* Climacus quid. (nempè *ſcala ſpiritualis*) *autor libri appellatus eſt Climacus: Climax enim Græcè Latinè eſt ſcala. Vnde Climacus Latinè dici poteſt ſcholaſticus, vel ſcalarius. Alij Scholaſticum interpretantur, neſcio an verè, aut potius vocabulum Scriptorum vitio corruptum eſt, qui pro eo quod eſt ſcholaſticus, ſcholaſticum ſcripſerunt.* Cui conconſentit Ludouicus Granatenſis in Prologo ad Notas, & traductionem in Hiſpanum. Quod vt ſit, certum eſt Climacum ſcholaſtici cognomen à ſæculo ſuo iure optimo fuiſſe adeptum ob inſignem eruditionem, qua opus illud egregium, in quo totius Monaſticæ perfectionis norma rectiſſimè traditur, aliaque à Trithemio recenſita, exarauit; quorum aliqua non extant. Concinit ipſi Ambroſius Camaldulenſis in Prologo ad nouam interpretationem ſcalæ ſpiritualis, vir Latinè, & Græcè apprimè eruditus, qui conſiderans quandam eiuſdem libri interpretationem editam ab Angelo Clarin Ordinis Minorum obſcuriſſimam eſſe, eo quod nimium hæſiſſet literæ, atque contra Veterum eruditorum præcepta de Verbo ad verbum tranſtuliſſet, hortatus à Venerabili Abbate Matthæo, cuius erat iuris, imo obedientia compulſus, denuò librum hunc Latiniſſimè ac perfectiſſime è Græco fecit Latinum. Idem prorſus Climaco euenit Hiſpanè loquenti; prius obſcurè tranſlato, poſt Ludouici Granat. eleganti ſtylo dilucidè loquenti.

7. Scholaſticus iure dictus.

His calculum addiderim album: tot namque gradibus, vt mihi ſanè videtur, ſcholaſticis ſui ſæculis Doctoribus Climacus ſe præcellentem oſtendit, quot ſcalam ſuam expoſuit. Nec mirum in Monaſticis eximium pariter egiſſe Magiſtrum, qui 15. annorum curriculo in Cœnobio, & 40. in ſolitudine cunctorum quæ docuit, fecit periculum. Tota autem ipſius doctrina dictis, factiſque Patrum admirandis ſcatet, quorum ipſe teſtis fuit oculatus, quibuſque in admirationem ſimul, ſtuporem

& delectationem animum rapit; & aperta adeo ac dilucida tedit ea, quæ tefert, vt iis legentem aſſentiri cogat. Abundat præterea crebris Eccleſiæ Patrum ſententiis, præſertim Gregorij Nazianzeni cognomento Theologi, cuius doctrinæ addictiſſimus erat (Theologus nempè Theologo); innumeriſque ſimilitudinibus, & comparationibus, quibus tanquam ſtellis firmamenti niteſcit opus: quod præſertim in compendioſa quadam recapitulatione perſpicies ab ipſo ſubiecta gradui 26. cui titulus de *Diſcretione*. Præ cæteris autem, ſi in cæteris admirandus ſit, mirabiliorem inuenies in definitionibus virtutum, & examine vitiorum. Pluries namque vitium, quod inſequitur, alligat nexibus virtutis oppoſitæ, illudque ſiſtit tribunali rationis, vbi ad interrogata reſpondere coactũ, fatetur appellationem ſuam, originem, prolem, proprietates, effectus, cauſalitates, & dependentiam cæteris vitijs; virtutes ſibi inimicas; cæteráque omnia exactam notitiam expectantia, ea breuitate, & elegantia, vt nihil vltra deſiderari poſſe videatur; Quibus ſcholaſtici nomen beoè promeritus eſt.

8. Plures eiuſdem æui Ioãnes ſcholaſtici.

Cæterum quia Climaci æuo non vnum tantùm ſed plures huius nominis, & cognomenti tunc temporis celebres apud hiſtoriographos inuenies viros, caue Lector ne in altero decipiaris Ioanne *Scholaſtico*, cuius meminit Procopius libr. 1. de Ædif. Iuſtiniani Imperator. ex Apocriſiario Eccleſiæ Antiochenæ in Patriarcham Conſtantinopolitanum iniuſtè eucto poſt impiam io Eutychium verum Patriarcham à quibuſdam de exilio latam ſententiam, quem Baronius tom. 7. Anno Chriſti 564. numer. 14. ſeruum gloriæ, & nundinatorem rerum Eccleſiaſticarum iuſtè compellat: non enim minus à Climaco diſtat, quam tenebræ à luce. Meminit alterius Ioannis ſcholaſtici Cyrillus Monachus ipſius ſynchronos apud Surium tom. 6. Decemb. 5. in Saba num. 91. vbi hæc habet: *Erat autem Scythopoli vir ſcolaſticus nomine Ioannes bono animo, & vitam ſuam virtute exornans qui de quodam Syluano multam narrabat improbitatem, & quadam prædixit, quæ non ita multo poſt effectum ſunt conſecuta nempe igne in media vrbe accenſo malum malè eſſe periturum.* Cumque Sabas obierit Anno Chriſti 531. iuxta dicta capite ſeptimo, numero 68. eiuſque diſcipulus fuerit Ioannes Raythenſis Climaci in Monachatu collega, conſequens fit prædictorum ſæculo *Scholaſticum* noſtrum claruiſſe. Quiſnam verò ex his *Scholaſticis* Ioannes Climacus fuerit, tertius ne, an cum altero duorum confundendus, non ſatis liquet.

9. Quibus Climacus ab aliis diſcernatur.

Fateor *Scolaſtici* cognomentum valdè accomodatum eſſe ad confuſionem vitandam quidquid enim de aliorum eiuſdem cognomenti identitate ſit, vel differentia, penes hoc *Climacus* à duobus aliis diuerſus facilè oſtenderetur, quod is *Scolaſticus*, illi vero *Scholaſtici* compellarentur. Verùm quia *Scholaſtici* nobile cognomen Climaco denegare fas non eſt, ſoppoſita diuerſitate impij ſcholaſtici Antiocheni à Scyto-politano, Climacus cum Scytopolitano confundendus mihi videtur, in quem ea quadrant, quæ à Cyrillo de vitæ ipſius ſanctitate, & futurorum prædictione narrantur, quippe qui longè diſtantium cognitione cœlitùs donatus eſt, vt refertur in eius Actis apud Sur. loc. cit. num. 9. quique Paleſtinam Arabiæ confinem peregrinatus ſanctum Sabam ea tempeſtate Monaſticæ vitæ eximium Præceptorem abſque dubio inuiſit, & magiſterio potitus eſt. Quibus accedit Sabam in receſſu quodam à Monaſterio, & Laura, dum inuidiam quorundam obtrectatorum fugeret, ac ſæpè aliàs, Scytopolim ſe contuliſſe; vt refert Cyrillus in eodem num. 42. *Ne inquietus eſſet fratribus cauſa offenſionis ab illa ipſa Laura recedis, & venis ad partes Scytopolis* (quæ in finibus eſt Paleſtinæ, & Syriæ, finis) *manet verò in quodam loco, qui erat quidem deſertus, vocabatur autem fluuius Gadarorum.* Gadera parum à Scytopoli diſtat, vt videre eſt apud Ptolomæum Tabula 4. Aſiæ ibi autem Sabam pluries conueniſſe Climaco Scytopoli peregrinum agenti, peruium erat.

10. Cuiuſdam incogniti Patris elogia.

Hæreo autem, quo me vertam non habens, quiſnã fuerit doctiſſimus alter Monaſticæ diſciplinæ Magiſter, Monaſterij cuiuſdã 230. Monachorum Abbas, apud quem Climacus peregrinus adhuc diu moratum ſe eſſe fatetur, quemque à gradu 4. Scalæ ſuæ non longe ab initio ſuppreſſo nomine per cunctos fere ſubſequentes gradus, & tractatu *ad Paſtorem* pluribus ad ſydera tollit: præſertim autem grad. 6. vbi hæc habet: *Cum in Cœnobium quoddam veniſſem aliquando; animaduerti Iudicis Paſtoriſque optimi terribile iudicium, &c.* Et iudicis enarrato inquit: *Alia igitur plurima admiranda, & memorabilia in illo digniſſimo, ſempérque memorando, grege, & Paſtore percepi:* & vt alia innumera id genus elogia prætermittam, hæc habet ad Paſtorem: *Dictum quidem iam à nobis eſt etiam in prioribus* (nempe in Gradibus Scalæ) *de illo, Patre Patrum, Doctore Doctorum, cuiuſmodi fuerit ſuperna ſapientia totus admixtus abſque ſimulatione reprehenſor diligens, pudicus, pius, miſericors, animo lætus, & ſplendidus, & quod mirabilius omnibus eſt, queſquunque ſaluari cupientes vidiſſet, eos excellentiori quadam diligentia erudiebat: quos item voluntatem aliquam propriam, vel affectionem habere ſenſiſſet, ita illos iſtâ priuabat, vt iam omnes cautè obſeruarent, ne vlla prorſus in re voluntatem ſe habere vllam propriam oſtenderent. Habebat autem id in ore iugiter venerandus ille Melius eſſe aliquem ex Monaſterio expellere, quam voluntatem propriam hunc implere permittere.* Euolui pluries vtraque manu ſingulos ſcalæ gradus, nec tamen, quiſnam is eſſet, coniectura aliqua, vel ſaltem habere potui.

11. An fuerit S. Sabas.

Forſam à ſignis conicies ſanctum Sabam eiuſque Cœnobium ſub his quaſi ſub tenui velo latere delineamentis: paucis namque interpoſitis ſic habet ibidem: *Erat præterea huic venerabili ſubiecta, & Laura, in qua ex Monaſterio eos, qui ad Monaſterium eſſent idonei, conſtituebat, is qui in omnibus perfectus erat.* Cumque ex toto capite ſeptimo huius libr. à numero quarto,

paſſim

paſſim inculcetur Sabam Maximæ illi Lauræ à ſe ædificatæ, cunctiſque decantatæ præfuiſſe: atque ab ipſo ſtatutum perfectioris vitæ prætextu tranſitum è Monaſterio ad Lauram ab Euthymio præceptore ſuo exhibitum, vt patet ex cap. 6. à num. 4. conſequens omnino videtur Climacum his aliiſque locis, de Saba loquutum. Quod videtur placuiſſe Baronio in Not. Martyr. Rom. 30. Martij lit. g. vbi ait: *Vixit Climacus non longè poſt tempora Iuſtiniani, ac poſt S. Sabam Abbatem, cuius, ea quæ ſcribit aliquando confirmat autoritate.* Sed iam hæc diuinatio eſt,

Non eſſe Sabam probatur.

cum Sabam nullibi nominet Climacus. In contrarium autem eſt irrefragabile argumentum ex Climaci narratione gr. 4. num. 21. deſumptom vbi refert, quod imminente S Epiphaniæ ſolemnitate Macedonius illius Cœnobij Monachus à Magno illo Patre ante duos ſolemnitatis dies obſeruauit, vt ſe Alexandriam proficiſci fineret, citius tamen ſe, ob diei feſti miniſterium; rediturum ſpondens, nempè vigiliæ feſtiuitatis. Cumque dimiſſus ab Abbate die ſtatuto non rediret, poſt diem vnum peractæ feſtiuitatis Alexandria remeauit ad Monaſterium. Ex quo manifeſtè apparet. Magni illius Patris Monaſterium itinere dimidij, vel vnius ad ſummum diei, ab Alexandria diſtaſſe. Sabæ autem Cœnobium 120. milliarium interuallo ab Alexandria ſeparatum extitiſſe ex Cotographia particulari manſionum Ægypti Syriæ, & Paleſtinæ à Roſuveido in tabula ænea inciſſa palam fit. Vt omittam, ea quæ Venerandus ille iugiter habebat in ore: *Melius eſſe aliquem ex Monachis expellere, &c.* ſi de S. Saba ſcripta eſſent, ad aures quandoque Cyrilli Monachi Actorum eius fideliſſimi teſtis atque hiſtoriographi peruenirent, qui cum Monaſtica Sabæ Inſtituta iudicia, dicta, & facta, ſumma curioſitate percurreret, nihil de Monachorum expulſione ſtatuiſſe refert. Nomina item Laureotij, Iſidori Meitæ, Abacyri Macedonij, & aliorum ſilentio præterit Magni illius Patris diſcipulos, quos Climacus exprimit; pluresq; alios promit in nullo cum Climaco conueniens, vt percurrenti eorum ſcripta patebit. Neque de his Raythenſem certiorem facere opus erat, vt potè qui Sabæ ſchola nutritus, ipſius inſtituta, & diſcipulos ſicut ſeipſom noſſet.

12. **Querela de Veteribus Scriptoribus**

Miror ſanè Climacum Luculentum Scriptorem, atque in conquirendis, & tradendis eiuſdem Abbatis tot Monachorom, & diſcipulorum propriis nominibus, cuiuſdámque Monaſterij cui nomen *Carcer* à magno illo Cœnobio vno lapide diſtantis geminam appellationem, locū, ſitum, horrorem, ac multiplices obſeruantias, politiſſimum, tanti Patris ac Monachatus magiſtri (quem, & ſi paſſim laudet, numquam ſatis laudaſſe putat) ſilentio protſus obtuiſſe nomen. Sed hæc quotidiana ac iuſta nobis de Veteribus querela eſt, neutiquam in præſenti abſque dolore præteriri digna. Id tantum de hac re ad poſteritatis memoriam reliquit monomentum, Magnum illum Abbatem ſuam propè Alexandriam habuiſſe paleſtram. Quibus adiunge Alexandrino tractui Nitriæ montem eſſe confinem, in quo ſub Amonia magnique Athanaſij Alexandrini Epiſcopi diſciplina tot ſplendoribus emicuit. Nitriotarum Monachatus, de quo fusè lib. 3. toto cap. 4.

Minus adhuc ab Alexandria diſtat Cellia, interuallo nempe 20. milliarium vt ex Corographia Roſuveydi citata perſpicitur, Cellia inquam Nitriæ appendix atque contigua, ſic dicta ex Rufino lib. 2. Vit. Patr. cap. 21. *Pro multitudine diſperſarum in eremo Cellularum.*

Climacus Nitriā peragrat.

Nitriam autem, Celliam, tractuſque Confines ea eſſe loca, quæ Climacus peregrinus inuiſit, atque in eis Magnum illum Patrem conueniſſe, quem paſſim tacito nomine celebrat, eiuſque paleſtram, Cænobium, Lauram, Carcerémque pœnitentium ibidem ſita eſſe, ex eo mihi probatur, quod Nitria & Cellia celeberrimæ olim fuere Monachorum, imo & Chriſtianorum omnium, peregrinationes. Nitriam namque inuiſit Hieronymus, qui in Apolog. aduerſus Rufin. *Contendi* (inquit) *Ægyptum, & inſtraui Miniſteria Nitria.* His adde: Inſtituta Monaſtica, quæ ab ore Magni illius Patris, & ab exemplis Monachorom ſui iutis accepit Climacus, & ſcripto tradidit Raythenſi, eiuſque Conuentui in tabulis Scalæ, affinia valde eſſe Nitriotarum moribus, multumque ſapere Scithiotarum Nitriotis itidem confinium leges: atque ex his cuiquam veroſimile erit. Magnum illum Patrem Magnorum Amonis, Athanaſij aliorúmque Nitriotæ diſciplinæ Præceptorum extitiſſe ſucceſſorem. Cumque ante Climaci tempora Scithiotas Mazicium barbarorum clade conſtet ex lib. 3. cap. 5. à numer. 77. fuiſſe interemptos, conſequens ſit Nitriotarum adhuc mihi perdurantium inſtituta mores, & exempla Raythenſis Conuentui, totique Arabiæ propoſuiſſe imitanda: vt fuſiùs inferius tradenda cum inſtitutis eorum conferenti apertè conſtabit. Hæc dicta ſint, dum afferat dies aliquid probabilius.

Nitriotarum inſtituta in Arabiam inducit.

Porro Paleſtinam quoque peragraſſe Climacus, Sabam vidiſſe, & excoluiſſe, eiuſque mores Monaſticos Scalæ tabulis admiſcuiſſe, quibus etiam Arabiam ditaret, non aliter, nec abunde melius, quam ex Inſtitutionibus vtriuſque paleſtræ obiici poterit. 13.

Climacus Abbas montis Sinai.

Et primum aliqua ſimul Cenobia ſub vnius capitis Præfectura tunc temporis in Arabia extitiſſe, inde liquet, quod Climacus, cum Scalam ſcribebar, montis Sinai Prælatum agebat, vt apertè conſtat ex ſuperſcriptione Epiſtolæ hortatoriæ Ioannis Raythenſis ad ipſum, quæ ſic habet: *Domino ſingulariter mirabili Ioanni Abbati Montis Sinai.* Et ex ipſius Climaci verbis grad. 27. num. 20. vbi ait: *Cum vellem ijs, qui iuniores adhuc ſunt, corporis opus in Collectus interdicere, &c.* Et expreſſius ex commendatione Scalæ vbi Raythenſis: *atque ideo tibi Dominus fratrum principatum credidit, &c.*

Subditus Ioānis Raythenſis.

Tunc autem ſubditum etiam Ioannis Raythenſis egiſſe Climacum, patet primo ex Epiſtola ipſius reſponſiua ad Raythenſem quem ſic alloquitur. *Accepi Venerandam Epiſtolam tuam, imo præceptum, ac vires noſtras excedentem iuſſionem. Tuum enim erat, reuera tuum à nobis rudibus, verbiſque imperitiſſimis doctrina atque correptionis præcepta requirere. Familiare enim tibi ſemper fuit nobis per te ipſum proponere humilitatis exempla. Sed nos, vt id fateamur, quod veriſſimum eſt, niſi metus, atque ingens periculum eſſet iugum ſanctæ Obedientiæ, quæ vir-*

tuſum omnium mater eſt, à nobis excutere, nunquam profectò ea quæ ſupra vires noſtras ſunt, tentare auſi fuiſſemus. Et poſt pauca: *Quoniam verò Dei fieri Patres noſtri Obedientiam deffiniunt, in iis rebus, quæ ſupra vires ſunt nihil diſcernendo obtemperare præcipientibus, imbecillitatem noſtram piè obliti ea, quæ ſupra nos ſunt, audacter tentare aggreſſi ſumus.* Et inferiùs idem expreſſius ex inobedientiæ argumento iterum tradit inquiens: *Cæterum, vt dixi inobedientiæ mortem reformidans, & veluti metu ad obediendum impulſus, timore ſimul, atque deſiderio tuæ ſanctæ iuſſioni obtemperare inſtitui, vt gratus obediens.* Et gradu 2. *Age iam, age, ad eos qui nos piè violentiſſimo charitatis iure ſubegerunt, & fideliter coegerunt, fideliſſimos famulos Dei, indignam manum noſtram per obedientiam indiſcuſſam extendentes hoc orationis noſtræ initium ſumamus.* Quibus apertè liquet Climacum ad Abbatiam erectum ex obedientia rigoroſa à Raythenſi coactum ſcalam ſcripſiſſe: atque rigoroſam inobedientiam, vtpotè mortem animæ, reputaſſe ſibi iuſſis ab eo non obtemperare: ac per conſequens iuris ipſius fuiſſe.

14. Priſci Patres Vrbaniſſimi.

Nec te moueat quod Raythenſis in eadem Epiſtola pluriès Climacum rogare dicat, vt tabulas, ſeu ſcalam ſcribere velit. Id namque Vrbanitatis, atque humani ſermonis lepori ac venuſtati, quibus Priſci Patres ſtudioſiſſimi erant, adſcribendum oſtendit Raythenſis ipſe; qui poſtquam Climacum *Dominum ſingulariter mirabilem, æqualem Angelis, Patrem Patrum, & Doctorem eximium* in ſuperſcriptione compellauerat, ſtatim iure atque autoritate Præfecturæ vſus, ſic eum alloquitur: *Agnoſcentes nos à perfectione longiùs remoti tuam diſcuſſionis ignaram, ſingularemque ac virtutibus cæteris ornatam obedientiam, huiuſmodi ſupplicatione vtimur*: quibus apertè oſtendit *ſupplicationem* ad vrbanum ſalem, *obedientiam* vero ad iuriſdictionem & authoritatem præcipientis reſpexiſſe. Iis autem in Raythu & Sina ſub vno communi capite conſtrutis Cœnobiis alia eis per Arabiam aggregata fuiſſe, quibus Congregatio coaleſceret de me ipſo non coniicio, ex culmo potius ſpicas perſpicio. Vide apud Sabam morem eundem c. 7. à n. 12.

15. Peregrinâtes Climac.

Rursùs peregrinatio piorum locorum ab Euthymio & Saba percipiendæ vtilitatis prætextu, ac ſeſe Patrum exemplo, quos peregrini inuiſebant, acriori impetu incitandi ad virtutem aſſumpta, Climaci animo ita hæſit, vt ex toto gradu 4. & 5. aliiſque locis ſcalæ ipſius apertè percipiatur, quàm plurima peragraſſe Cœnobia, diuque & familiariter circum Ægypti Paleſtinæ & Arabiæ loca apud Monaſticæ diſciplinæ Magiſtros diu & familiariter commoraſſe, quorum geſtis & dictis paſſim totam paginam implet. *Atque peregrinationem vt intellectualium adoleſcentularum magiſtram adamauit*, *inquit* Daniel Monachus in eius Actis num. 2. Eamque ipſe toto gradu 3. pluribus efferr, quibus ad ea quæ gradu 4. 5. & aliis de peregrinationibus ſuis refert, gradum parat. Vide peregrinantes Euthymij capite 6. à numero 7. & Saba capite 7. à numero 2.

16. Præterea tranſitum à Monaſterio in Eremum, quem ſummæ tenuitatis lineam, ſupremamque Monachatus perfectionem reputauere Euthymius, & Sabas, ſic exponit Daniel numero 3. *Decem igitur & nouem annis ita conuerſatus eſt* (nempe Cœnobita) *ac bonæ ſubiectionis exemplar omnibus factus, cum is, qui ſe exercuerat* (quiſnam ille fuerit non conſtat) *ſenior factus migraſſet ad Chriſtum, & ipſe ad vitæ ſolitariæ ſtudium egreditur. Quinto autem ab Eccleſia lapide paleſtrâ ſuæ domicilium conſtituit, loco cui Tholas nomen eſt.* (Meminit loci huius Climacus ipſe gr. 6. aliumque Monachum ſibi in hac Eremo ſucceſſiſſe commemorat) *ibique quadraginta annos ſummâ animi magnanimitate, & alacritate tranſegit.*

Tranſitus à Monaſterio ad eremum.

17. Paleſtinorū mores tranſeunt ad Arabiam.

Ex his quam plurimiſque aliis Arabici Monachatus Inſtitutis æquè Paleſtino affinibus fusè infra referendis palam fit poſt dies multos à Syluano Paleſtino Ioannem Raythenſem Seuerianum, Paulum, alioſque Patres Euthymij & Sabæ ſcholis nutritos, qui è Paleſtina in Arabiam fecere tranſitum (quorum nomina promit Cyrillus Monachus in Euthymio & Saba locis apud Surium citatis) ſecum etiam eorundem Patrum ac Magiſtrorum inſtituta, & mores tranſuexiſſe. Ea vero ibi dilatata, atque in praxim reducta veroſimilius eſt: cum Raythenſis Euthymij diſcipulus Generalem, vt vidimus, tenuerit Arabiæ Præfecturam. Moribus autem Nitriotarum à Climaco adductis fuiſſe admiſta, vtraque conferenti patebit ad oculum. Nunc ad Inſtituta, & prius ad Anachoretica Climaci veniamus.

§. II.

S. Ioannis Climaci Inſtituta Anachoretica.

18. Climaci Anachoreſis.

PErgit Daniel in Actis. *Iam verò quis poſſit quantos ille* (nempe in Eremo) *pertulit labores, dignè aut verbis, aut plauſibus proſequi? Quomodo enim id efferri in lucem poterit, cum omnis eius labor clam & ſine arbitro exactus ſit: Veruntamen & primitiis quibuſdam & velut prauiis occaſionibus beatiſſimi viri ſanctum vitæ Inſtitutum audiamus.*

Cibus.

1. *Edebat quidem ex omnibus, quæ ſibi per profeſſionis ſuæ votum edere licebat.* Quænam hæc fuerint edulia, ſatis denotat hortuli olerumque cultura de qua ſtatim.

Eremus aſperrima.

2. Nec putes Climaci eremum, cui nomen *Tholas* in quo quadraginta annos exegit, palmis aliiſque arboribus conſitum fuiſſe: adeo namque frondibus & graminibus deſtituta erat, vt necdum ibi terra eſſet (locus vtpotè ab *Arabia petræa* non degenerans) quæ olera ferre poſſet, eumue à Solis ardore defendere. Vtrumque Daniel depingit in Actis num. 8. his verbis: *Huic* (nempe Moyſi diſcipulo & in ſolitudine comiti) *aliquando ſanctus Pater præceperat, vt quodam ex loco pinguis glebæ materiam conueheret pro latiori horti, olerumque cultura. Sed cum iam meridianum tempus adeſſet, & ſolis incendio fornacis in morem locus ille igneſceret* (erat enim menſis Auguſtus) *victus Moyſes & à tranſuectione fatigatus, aliquantula requie opus ſibi eſſe decernit, atque ſub immanis ſaxi, vmbra ſeipſum demittens obdormire cœpit.*

3. Olera

Abſtinentia. 3. Olera autem tanto culta labore & ſudore, noo ad Satietatem, imo neque neceſſitatem ſumebat; *ſed modicè omnino* (inqoit Daniel) *vt & ex hoc faſtum, atque elationem cornu ſapientiſſime deilceret, breuitate quidem victus inſanam gula rabiem penitus affligens, atque illi per inediam clamans: Tace; obmuteſce.*

19. Abſtractione ab hominibus Caſtitatem cuſtodit. 4. *Solitudine propterea, & raro hominum congreſſu fornacis huius flammam, Luxuriam ſcilicet, adeo extinxit, vt omnino obſtructa ſedaretur, nullaſque moleſtias irrogaret.* Vnde ipſe gradu 3.n.8. *Si autem* (inquit) *noſtra ſeceſſio ad eas partes humiliores ſunt, & minus celebres, & ab omni conſolatione ſaculi remotiores.* En Caſtitatis cultum.

Humilitas. 5. *Raro congreſſu corporis, rarioreque vſu ſermonis inanis gloria ſanguiſugam araneæ ſimillimam mortificauit.*

Paupertas. 6. *Cupiditatem (quam idolorum venerationem Apoſtolus eſſe definit) miſericordia Dei, rerumque exiguitate fortiſſimè fortis iſte ſuperauit.* En paupertatem.

obedientia. 7. *Iracundia tyrannidem in ſe ipſo per obedientia gladium occiderat.* Crediderim Climacij in eremo ab obedientia Abbati ſuo præſtita ſolutuio non fuiſſe, quod & loci proximitas ſuadet; vno namque lapidè tantummodo à Monaſterio eiuſque, qui ſe in Cœnobiticis exercuerat, diſtabat *Tholas*: quo eius ſubiectionis iure Eremitæ Sabæ viuebant; vt conſtat ex dictis in hoc lib.c.7.n.12. Poſſet tamen adhoc perfectum agere obedientes, ac Monachi numeros implere etiamſi ab Abbatis obedientia liber iret, de quo fusè l.2.c.8.n.16.& l.4.c.4.n.19.

Mortis memoria. 8. *Accediam, animique deſidiam (quam merito iugem anima mortem dixerim) mortis memoria iugique pietatis exercitationem deuitauit.* Sed in quibus ſe manuum opibus exercebat?

Opus manuum. 9. *Libellos conſeribere ſolitus erat.* Eodem labore alios eremi Patres accediam viciſſe reperies l.4.c.1.n.7.& c.2.n.3.& 10.

20. Lacrimæ. 10. *Vbi vero in huius corona contextu ponam lacrimarum illius fontem, rem quidem raram, & qua in multis non facile inuenitur, quarum hodie ſupereſt ſecreta officina, ſpelunca breuiſſima in extremitate quadam ad radicem montis poſita, tantumque ab illius, atque omni alia cellula remota quantum ad obſeruandas gloria inanis aures ſatis eſſe videbatur.*

Somnus. 11. *Somni tantum capiebat, quantum ſufficere poſſe arbitrabatur ad ſeruandam animi intellectuſque ſubſtantiam.*

Perpetua oratio. 12. *Ante ſomnum vt plurimum orationibus vacans.*

13. *Curſus eius omnis perpetua erat oratio, amorque incomparabilis ad Deum: hunc enim die noctuque mundiſſimo Caſtitatis ſpeculo intuens, ſatietatem vllam capere nolebat, imo vero (vt magis proprie loquar) non poterat.*

Vulnera animæ aperienda. 14. *Erat vir ſanctus occultorum vulnerum medicus Monachus enim quidam Iſaac nomine, cum aliquando graui carnis æſtuaret incendio, curſu ad illum perueniſt vndique mœrore circumfuſus, inteſtinumque bellum ſingultibus & lachrymis patefecit.* Oratione autem ab vtroque ad Deum effuſa, ſerpens carnis fugatus eſt. V. D.P.N. Benedictum cap.7. gr. 5. humil. & cap.46.

Silentium. 15. Nec ſilentio præteriti dignum eſt ſilentij grauitatem cæteris adeo prætuliſſet vtilitatibus, vt omnino alios erudire eruditiſſimos ipſe recuſaret. *Huius aliquando* (inquit Daniel numer. 6. *Diuini Patris vitam imitari cupiens, eiuſque diſciplinis imbui, atque ab eo vera Philoſophia elementa percipere quidam ex iis, qui vitam ſolitariam delegerant Moyſes nomine pleroſque Sanctorum Patrum precatores exhibuit, per quos, vt ſe in diſcipulum ſuſciperet, ſummis precibus orauit. Igitur illorum precibus fretus a ſancto viro vt optauerat ſuſceptus eſt.*

16. Quid autem ipſi iam in lege Domini os ſuum aperienti, atque pro vtilitate communi piè ſilentio nuntium danti contigerit, his refert n. 10. *Cum verò præterea hic venerandus Pater verbe gratia ad ſe venientes exſatiaret, ac doctrina fluenta largiſſimè profunderet, maligni quidem homines inuidia facibus inflati, tantamque frugem, quanta ex illius doctrina gignebatur, cohibere molientes, loquacem illum, ac nugacem vocare cœperunt. Quod ille animaduertens, cunctaque in eo qui ſe confortabat Chriſto, poſſe edoctus, nec ſolum per ſermonis exhortationem eos, qui ad ſe vtilitatis ſuæ cauſa veniebant, erudire volens, ſed multo potius per ſilentium & operum Philoſophiam vſque ad certum tempus tacere inſtituit, meliſluumque doctrina fluuium compeſcere Satius eſſe & melius exiſtimans hoc interim detrimento affici ſtudioſos bonorum amatores, quibus fortaſſe per ſilentium amplius profuturus erat, quam ingratos illos iudices amplius irritari.* 21. Silentio obtrectatores vincit.

17. Duobus tantum diſcipulis in Anachoreſi contentus fuit, Moyſe & Iſaac: duorumque aut trium tantummodo ſocietatem ex ſententia approbabat, quaſi vitam mediam inter Cœnobiticam, & Ereměticam: quod ipſe gr.2. in fine his verbis expreſſit. *In tribus maxime principalibus ſtatibus Monaſtica omnis continetur vita. In Anachoreoſeos, vel ſeceſſionis certamine, & ſolitudine: in vnius contubernio in ſolitudine; in Cœnobij cum tolerantia commoratione. Ne declines* (inquit Eccleſiaſtes *ad dexteram vel ad ſiniſtram, ſed via regia ingredere. Medius enim prædictorum ſtatuum aptiſſimus pleriſque fuit. Væ enim ſoli, inquit, quoniam ſi in accediam ceciderit, aut ſomnum, aut deſidiam, aut deſperationem, non eſt in hominibus, qui illum erigat. Vbi vero ſunt congregati duo vel tres in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, ait Dominus.* Sic ſentiebat Climacus cum his, quorum ſententiam refert, dum Anachoretam agebat, Moyſes & Iſaac ſocietate contentus: poſtmodum verò Magni illius Patris conſilio, quem Nitriæ peregrinus inuiſit, mutauit ſententiam, vt iam ad Cœnobitica ipſius Inſtituta deuenientes dicemus. Anachoreſim Cœnobiticæ vitæ præfert. Mutat ſententias.

§. III.

S. Ioannis Climaci Inſtitutiones Monaſticæ.

QVadraginta annis exactis in eremo, iamque intra eorum curriculum Anachoreſi, & peregrinatione completa ad Monaſterium redit Climacus, mutataque ſententia vela vertens Cœnobiticam vitam Anachoreticæ præfert: qua vero occaſione id euenerit, gratum erit Redit Cœnobium.

erit ab ipſo audire gr. 4. n. 26. vbi hæc habet: *Mori ego aliquando quibuſdam ex illis fortiſſimis ſenibus* (quos Nitriæ inuiſit) *de ſolitaria vita quiete quæſtionem* (vtrum nempe Cœnobiticæ ſit præferenda?) *Illi vero ſerena ac ſubridenti facie, læto atque placido geſtu aiunt ad me: Nos, ô Pater Ioannes, terreni cum ſimus, terra etiam proprius vitæ Inſtitutum cœpimus: illud conuenire iudicantes, vt pro menſura infirmitatis noſtræ, & bella ſubiremus, ſatis eſſe exiſtimantes cum hominibus* (in Cœnobio) *luctari, qui aliquando quidem efferantur, aliquando quidem manſueſcunt, & reſipiſcunt, quam cum dæmonibus, qui aduerſum nos ſemper* (in eremo) *armantur, & ſæuiunt. Alius verò rurſus ex illis ſempiternè memorandis viris; cum me in Domino plurimum diligeret, meque familiariſſimè vteretur, mihi ſemel placidiſſimè dixit: Si reuera, ſapientiſſime cum ſis, effectum, virtutemque verborum eius, qui dixit: Omnia poſſum in eo, qui me confortat Christo, tota anima intentione complexus es, accinge ſicut vir lumbos tuos obedientia linteo, & à quietis* (id eſt vitæ ſolitariæ) *cœna conſurgens, in ſpiritu contrito fratrum pedes,* (in Cenobio) *laua, imo vero abiecta mente fratrum pedibus aduoluere, &c.* Et poſt nonnulla: *In hoc enim verò cognoſcent omnes, amantiſſime Pater, quod Christi diſcipuli ſumus, ſi in vnum congregati, dilectionem habuerimus ad inuicem. Huc huc* (rurſus aiebat amicus optimus) *huc accede, nobiſcumque vna commorare, irriſiones horis ſingulis, vt aquam viuam, bibe. Nam cuncta, quæ ſub cœlo ſunt, perſcrutatus iucunda, & læta S. Dauid, nouiſſime omnium excitans aiebat. Ecce nunc quid bonum, aut quid iucundum? Nihil ſane aliud, quam habitare fratres in vnum. Quod ſi nondum huiuſmodi patientia & obedientia tam præclaro bono digni ſumus, reliquum eſt vt infirmitatem agnoſcentes noſtram procul à certaminis ſtudio in ſolitudine* (imperfectiori vtpote conuerſatione) *ſtemus, & huiuſmodi athletas* (Cœnobitas ſcilicet) *beatos confiteamur, eiſque patientiam imprecemur.*

Præferendã vitam Cœnobiticam.

23. Quid autem ad hæc Climacus? Subiungit. *Victus ſum, fateor, verbis optimi Patris & præſtantiſſimi magiſtri, qui mihi Euangelica & Prophetica autoritate, ac longe amplius ſinceriſſimi amoris iure repugnauerat, ex quo factum eſt, vt Sancta obedientia abſque vlla controuerſia iam palmam non inuitus darem.* Nec diſtulit Climacus conſilium hoc executioni mandare; nam vt ibidem nequit, poſt ſeptem profectus eſt. Poſtmodum vero in melius iam mutato conſilio plura diſertiſſimè in laudem vitæ Cœnobiticæ ſcripſit; atque his præcipuè eodem gradu cecinit Palinodiam: *Noli citiùs accurere, neque oleueris facile, cum enarrari audis ſolitariorum atque Anachoretarum Patrum Vitas: tu enim pro martyris militia incedis* (Vide notata lib. 2. cap. 10. à num. 13.) *neque ſi cadere in conflictu contingat, fraterna ex acie excedendum eſt. Nam tunc maxime indigemus medico, cum vulnera ſuſcepimus: Is enim, qui adiutorio ſubnixus pedem in lapidem offendit, ſi adiutorio deſtitutus eſſet, non offenderet ſolum, ſed omnino moreretur.* Vbi plura circa idem argumentum quibus concinit D.P.N. Benedictus cap. 1. eodem ſæculo, ab eodem ſpiritu afflatus.

Conuictus Climacus ſcripto profert Cœnobiticum.

24. Agebat 75. ætatis ſuæ annum, cum palmas obedientiæ à Senibus conuictus dedit. Suſceperat namque Monaſticum habitum anno ætatis 16. degerat 19. in tyrocinio Cœnobij, in ſolitudine vero, & peregrinatione 40. vt ex eius Actis habemus. Recens verò conuerſum à Nitriotis Patribus in Arabiam migraſſe, atque in Monaſterio montis Sina aliquanto, licet breui tempore, prius quam illius Abbas perficeretur vitam egiſſe communem, haud obſcurè tradit Daniel in Actis num. 12. Vbi ait *Cum igitur ita bonis omnibus excelleret, vt ſimilis inueniri non poſſet.* Quid tunc Monachi Sinaitæ? *Vno ſimul omnes voto, vnoque affectu tanquam nouum quemdam Moyſem inuitum illum ad Fratrum Magiſterium, & regimen aſſumpſerunt, lucernam vt ita dixerim, ſuper Principatus candelabrum eleuantes, optimi ſane talium indices. Nec ſpe ſua fruſtrati ſunt. Aſcendit enim & ipſe ad montem* (nempe Sinai!) *ſacratamque caliginem ſubiens* (ſoli forſam poſt Moyſem Climaco per viam iuxta dicta cap. 7. num. 9. *Dei manibus conſcriptam legem ſuſcepit, Deique contemplatione fruens, & intellectualibus gradibus* (Scalæ ſcilicet inibi ab ipſo ſub *Fabularum* nomine exaratæ) *Verbo Dei aperuit os ſuum, & ſpiritum attrahens, eructauit Verbum bonum de bono theſauro cordis ſui. Atteſtantur autem his quæ diximus quotquot per eum Spiritus ſancti eloquijs, & gratia potiti ſunt: plurimique ex his eius gratia ſaluati ſunt, hodieque ſaluantur. Teſtis Paſtor noſter Optimus Ioannes* (*Raythenſis*) *à quo magnus ille exoratus de Sinai monte ad nos vſque animæ cognitione deſcendens, veluti nouus aliquis Dei ſpeculator ſuas à Deo tabulas inſcriptas oſtendit nobis, extrinſecus quidem actiua vita, intrinſecus vero contemplatiua doctrinam continentes.* Præbuerat ſeipſum Climacus Anachoretis regulam viuam operum exemplo; quæ verò ſcripto Sinaitis quorum Abbatem agebat dum ſcalam ſcriberet cæteriſque Arabis Monachis, quibus de cætero viuerent, Inſtituta Cœnobitica dedit, hæc ſunt ex tabulis eius carptim excerpta.

Proficitur

Montis Sina.

Montem aſcendit.

Scalam ibi eo ſcribit.

1. Et primum (quod caput eſt fortiſſimi Cœnobitarum Inſtituti) Qualis debeat eſſe Abbas, fusè ac luculenter tradit aureo illo tractatu *ad Paſtorem*, Ioannem ſcilicet Raythenſem, cui ſcopus *Qualis debeat eſſe rationalium ouium paſtor?* Vbi hæc habet: *Optimus gubernator ſeruabit nauem, bonuſque Paſtor viuificabit, atque morbidas ſanabit oues. Quanto oues Paſtorem indeſinenter proficiendo ſequuntur, tanto pro eis ille Patrifamilias rationem amplius reddet.* Quadrat D. P. N. Benedictus capite 2. & 64.

25. Qualis debeat eſſe Abbas.

2. *Sint tibi emplaſtra, nouacula, Collyria, potiones, ſpongia, vel penicilla phlebotomica, ideſt emiſſorio ſanguinis, cauteria, vnctiones, Medicamina, ſomnium inducentia, gladius, ligatura, &c.* Concinit D. P. N. Benedictus ibidem, & toto cap. 28.

3. *Medicus perfectè debet eſſe integer, ac vitiis liber, vt certo tempore poſſit maximè iracundum ſe fingere. Niſi fueris huiuſmodi perturbationibus penitùs liber, non poteris rurſus abſque perturbatione iſta ſimulare.* Conſonat iis idem cap. 2.

4. *Non te pigeat imbecillitatem Verbis contriſtare ad tempus, ne per tuum execrabile ſilentium infirmus longo tempore ægrotet, vel moriatur. Multi enim ex gubernationis ſilentio impegerunt repente in ſaxa, & ſcopulos. Audiamus quid Paulus ad*

Timotheum

Digitized by Google

Timotheum ſcribat : Iuſta, inquit, opportunè, importunè. Solent qui præſunt plerumque ex humilitate vitare reuerentiam, vtilsaque diſcipulis tepidiùs dicere, vel etiam omnino reticere. Sed non debes in erudiendis, formandiſque diſcipulis magiſtri officium atque auctoritatem declinare. Verùm quidquid fieri debeat, præceptaque Dominica ex diuinis literis docere. V.D.Bened.c.2.& 64.

5. *Debet bonus & probus Magiſter militum ſingulorum, qui ſub ditione ſunt, ſtationem, atque ordinem noſſe. Fortè enim inter eos ſunt ſingulares pugnatores, qui vltra commilitones ſuos honorari debeant.* Concinit D P.N. Benedictus cap. 2. 61. 62.& 63.

6. *Caue ne ſis nimium ſcrupuloſus minimorum inquiſitor.* Idem c.64.

7. *Inſpiciat diligenter is, qui præeſt, & ſumma cura denotet, qui ſibi ex grege ſuo contradicant, & reluctentur, eoſque coram aliquibus maioribus natu, grauiſſimis obiurgationibus increpet, vt aliis incutiat metum, etiam ſi grauiter illi per has ignominias angantur. Eſt enim perutile, & neceſſarium ita nonnullos lædi, vt plurimi ex ea læſione corrigantur.* Fuſiùs idem exponit D. P. N. Benedictus cap.64.

Domini appellatio à Raythenſi expreſſa. 8. *Domini* appellationem qua ſignificatur Abbatem Chriſti Domini gerere vices, ac peculiari cęteris reuerentia honorandum, expreſſit ſolerter Raythenſis in ſuperſcriptione Epiſtolæ hortatoriæ ad Ioannem Climacum Coabbatem ſuum inquiens : *Domino ſingulariter mirabili Ioanni Abbati Mentis Sinai,* &c. Eandem compellationem ſtatuit D.P.N.Bened.c.63. Hæc de præcipuis Abbatis virtutibus.

26. Monachus quid. 9. Quia vero in renuntiatione rerum omnium Monachatus quidditas, & eſſentia poſita eſt, triplicem renuntiationis gradum in primo ſuæ ſcalæ diſtinguit Climacus, vt bene notat Ludou.Granat. Primum rerum omnium, ſecundum ſui ipſius. Tertium conſtituit in vnione cum Deo. De primo agit gradu 1. de ſecundo grad. 2. de Tertio in ſequentibus. Perfectum autem Monachum inſtructurus, methodo doctrinali (vt par erat in hac ſacra Philoſophia) ab ipſius deſinitione ſumit exordium inquiens gr.1. *Monachus eſt Ordo & ſtatus Angelicus in corpore materiali & ſordido conſūmatus.* Vide notata l.1.cap.3.à num.10. *Monachus eſt, qui ſolum ad Deum aciem mentis intentus, illum ſemper orat & in omni tempore, & loco, & re. Monachus eſt perpetua naturæ violentia, ſenſuumque legitima & indefeſſa cuſtodia. Monachus eſt caſtificatum corpus, expiatum os, animuſque diuino ſemper lumine irradiatus. Monachus eſt afflictus & mœrens animus, qui iugi mortis memoria, ſiue vigilans, ſiue*

Renuntiatio quid. *dormiens ſeipſum ſemper exercet.* Quid autem renuntiatio ipſa ſit ibi exponit inquiens. *Mundi derelictio eſt ſpontaneum odium, abnegatioque naturæ ex deſiderio fruendi eis rebuſque ſupra naturam ſunt, tanquam ex ſua ſtirpe progenita.*

Qualiter facienda. Qualiter vero facienda? *Quicunque vitæ præſentis commoda ſponte, alacriterque relinquunt prorſus, aut futuri Regni gratia, aut ex peccatorum multitudinis memoria, aut ſola diuinæ charitatis cauſa iſtud faciunt. Porro ſi nulla ex prædictis intentionibus duce id fecit, huius irrationabilis eſt renuntiatio.* Et poſt nonnulla : *Qui ex timore initium renuntiationis accepit, thymiamati ardenti ſimilis fortaſſe videatur, quod initiò quidem ab odoris ſuauitate cœpit, poſtmodum vero in fumum.* Quadrat omnino iis, quæ Philo de Therapeutis refert in fronte Inſtitutorum lib.2.cap. 12. à numer.4. Vide notata ibid.num.12. Prudenter tamen aduertit ibidem Climacus : *Ne illa quidem renuntiationum genera vituperemus, aut condemnemus, quæ caſu fiunt. Vidi enim* (inquit) *quoſdam fugientes cum procedenti Regi inuiti accurriſſent, repente in illius obſequium atque inter illius milites aſcribi, regiamque viam ingredi, atque inter illius conuiuas numerari. Vidi ſemen in terram de agricolæ manu negligenter lapſum, fructum lectiſſimum ac plurimum tuliſſe.* Caſu facta non contemnenda.

10. Dicto de Monacho & renuntiatione in communi : de his quæ Monachus renuntiare oportet dicere aggreditur. Et primum de beatiſſima ſemperque memorabili obedientia, Cœnobiticarum virtutum ſuprema, & earum principe, quæ Religionis voto formantur : quam ſic deſcribit : *Obedientia eſt animæ propriæ perfecta abnegatio per corpus certius oſtenſa, aut forte verſa vice. Obedientia eſt mortificatio membrorum in viuente animo. Obedientia eſt inexaminatus atque indiſcuſſus motus ſpontanea mors, vita curioſitate carens; ſecurum periculum, immediata ad Deum excuſatio, metus mortis contemptio, tuta nauigatio, confectum dormiendo iter. Obedientia eſt ſepulchrum voluntatis, & excitatio humilitatis, Nihil reſiſtit, nihil diſcernit mortuus in bonis, aut ijs quæ videntur malo. Obedientia eſt diſcretionis depoſitio inter diuitias diſcretionis. Obedientia eſt nunquam ſibi, ne in iis quidem quæ videntur optima, vſque ad conſummationem vitæ credere. Obedientia eſt ſimulationis, propriiſque deſiderij renuntiatio.* Conſonat omnino iis D. P.N. Benedictus c.5.& alibi. 27. Obedientia quid.

Qualiter autem iuxta multiplicem hanc obedientiæ deſcriptionem Magni illius Nitriotæ Patris diſcipuli, quarum Acta Arabibus ſuis imitanda proponit, obedierint, pluribus atque mirandis illuſtrat exemplis, ex quibus vnum vel alterum audire non erit iniucundum. *Cum ad menſam* (inquit ibidem num. 17.) *conſediſſemus, ſummus ille magiſter inclinans ſuum ſacrum os ad aurem meam : Vis, inquit tibi oſtendam in extrema profundaque canitie diuinum ſenſum, atque prudentiam? Cumque id ſummis precibus orarem, aduocat ex proxima menſa quendam Laurentium nomine qui quadraginta ferè & octo annos in Monaſterio egerat, ſecundusque erat Sacrarij Presbyter. Qui cum veniſſet, atque Abbati genibus flexis adſtaret, ab illo quidem benedicitur, ſed cum ſurrexiſſet, nihil illi penitus dixit; ſed ſic ante menſam abſque cibo ſtare permiſit. Erat autem tunc prandij initium. Itaque prolixam horam, aut fortaſſe duas, immobilis ſtetit : adeo vt ipſe quoque erubeſcerem, neque in illius faciem intueri præ verecundia poſſem. Erat enim canus totus; octogeſimumque agebat iam ætatis annum. Manſit autem ſine reſponſo vllo vſque ad refectionis finem. A quo cum ſurgeremus mittitur iam à ſancto illo, vt memorato Iſidoro* (eiuſdem Cœnobij Monacho) *diceret 39. Pſalmi initium* (Hoc eſt expectans: Expectaui Dominum : & intendit mihi.) *Non omiſi ego, vt ſum Verſutiſsimus, quin ſenem illum tentarem. Itaque cum eum poſtea interrogarem, quid aſtans cogitaſſet? Chriſti, inquit, imaginem Paſtori impoſui, neque vnquam penitus hoc ab illo præceptum exiſſe, ſed à Deo exiſtimaui. Quare, Pater Ioannes, non coram menſa hominum, ſed coram altari diuino adſtare me putans orabam, nullamque pe-* 28. Laurentij Monachi obedientia.

nitus malignam cogitationem aduerſus paſtorem admittebam, pro ſincera in illum fide & charitate. Dictum eſt enim Charitas non cogitat malum. Vbi obiter nota plura ad Monachatum pertinentia. I. Menſam communem. II. Presbyteros Monaſterij III. Genuflexionem coram Abbate, atque inde abſque verbo *Benedicite* non ſurrexiſſe Laurentium. IV. Protractam vſque ad duas horas refectionem, eo quod Conuentus 230. Monachorum numero conſtabat, vt ſuperius narrauerat. Alia de virtute obedientiæ notat Granatenſis in præſenti ad myſticum ſpectantia. Nos ad hiſtoriam.

Obedientia impoſſibilium.

11. Neque oblitus eſt Clemens obedientiæ erga impoſſibilia: ſic enim Raythenſem Præfectum ſcalam ſcribere præcipientem alloquitur in Epiſt. Reſponſiua. *Quoniam verè Deiferi Patres noſtri, veraciſque ſemper ſcientia Magiſtri obedientiam diffiniunt in eis rebus, quæ ſupra vires ſunt, nihil diſcernendo obtemperare præcipientibus; imbecillitatem noſtram piè obliti ea, quæ ſupra nos ſunt, audacter temare aggreſſi ſumus.* V.D.P.N.Benedictum cap.68.

29. Caſtitas quid.

12. Caſtimoniam pluribus effert gr.15. cui titulus *De incorruptibili pudicitia & Caſtitate,* quam ſic deſcribit. *Caſtitas eſt incorporea naturæ familiaritas. Caſtitas eſt Chriſti iucundum diuerſorium, terreſtriſque Clypeus cordis. Caſtitas eſt exceſſiua naturæ abnegatio, corporiſque mortalis atque corruptibilis mirabiliter reuera ad incorpoream ſpiritualémque ſubſtantiam* (nempè Angelicam) *contentio. Caſtus ille eſt, qui amore amorem excludit, ignemque igne, ſpiritus extinxit.* Diſertè admodum, & copioſè in hoc gradu caſtitatis excellentiam, luxuriæ contrarietatē, dæmoniſque decipulas oſtendit S. Doctor. plures circa ſubiectam materiam, atque implexas quæſtiones in vtramque partem agitatas, nunc Patrum dictis, nunc proprio iudicio reſoluens, vt dignus ſit, qui iugiter à Monachis conſulatur.

30. Auaritia quid.

13. Paupertatem Monaſticam explicaturus grad.16. Sic prius auaritiam ipſi oppoſitam diffinit. *Auaritia, ſiue cupiditas, eſt idolorum veneratio, infidelitatis filia, infirmitatum occaſiones præfert, ſenectutis eſt vates, terræ ſiccitatem præcinit, venturæ famiſ proſpiciendum ſuadet. Auarus eſt Euangeliorum irriſor, tranſgreſſor voluntarius. Qui charitatem poſſidet, pecunias ſpargit; qui verò vtramque rem continere ſe dicit, ipſe ſe fallit.*

Quid paupertas.

Poſt pauca verò: *Nuditas rerum omnium curarum eſt depoſitio, ſecuritas vitæ, viator omnibus impedimentis liber, mœroris alienatio, mandatorum fides. Nudus Monachus mundi totius eſt Dominus; Domino enim curam ſui credit, & per fidem omnes poſſidet ſeruos. Qui in ſancta ſubiectione durant, à cupiditate longiſſimè remoti ſunt. Quid enim iam habeat proprium, qui ipſum quoque corpus ſuum alieno imperio expoſuerunt? Magnus quidem ille eſt, qui pecunijs pietatis gratia renuntiauit.* Quadrat D.P.N.Benedictus cap 33.

31.

14. Traditis iis, quæ eſſentialiter Monachum conſtituunt: nunc de his, quæ Monachum perficiunt audiamus Climacum loquentem, & primum ſub peregrinationis nomine, & titulo *Sæcularium* omnium communicationem etiam conſanguineorum taxat in Monachis, gr.3. inquiens. *Qui peregrinationem amplecti inſtituis, caue girouagum, & ſtudioſum voluptatis dæmonem.* Vide D. P.N. Benedictus cap.5. Subdit: *Caue obſecro ne fortè cuncta aquarum tibi plena videantur, ſi propinquorum affectu, & amore tenearis, atque diluuie amoris ſæculi vnà pereas. Noli miſereri parentum, aut amicorum lachrymas, alioquin in æternum lacrymaberis: &c.*

Communicationē ſæcularium taxat.

Temperat autem dicta ſequentibus: *Non quò propinquos noſtros & patrios agros oderimus, idcirco ab illis ſecedimus (abſit id penitus) ſed vt detrimentum quod ab illis in nos manere ſolet, fugiamus.* Hæc nouiter ſæculo renuntiantes admonet: quæ cap. ſeq. à num. 102. commodiùs explicabuntur ſequentibus eos alloquitur, qui profeſſione ſæculo nuntium dedere. *Qui poſt abrenuntiationem cum ſæcularibus verſatur, ſiue iuxta illos commanet, prorſus aut in eoſdem laqueos incidet, aut cor in eiuſmodi cogitationes inquinabit, aut certè, ſi non inquinatus fuerit, eos, qui inquinantur iudicans, & ipſe inquinabitur.*

32. Superbia quid.

15. Humilitatem, quæ fundamentum eſt totius ſpiritualis ædificij, enixè commendaturus, prius ſuperbiam ita deſcribit g.21 quô gradum ad humilitatem paret. *Superbia eſt Dei abnegatio, inuentio dæmonum, aſpernatio hominum, condemnationis mater, laudum progenies, ſterilitatis argumentum, diuini adiutorij expulſio, ſtuporis præcurſor, lapſuum miniſtra, caſus materia, iracundiæ fons, ſimulationis ianua, firmamentum dæmonum, delictorum cuſtos, duritiæ, & crudelitatis artifex, compaſſionis, & miſericordiæ ignoratio, amarus exactor, immitis index, Dei aduerſatrix blaſphemiæ radix.* Et infra: *Alium ſapiens Monachus contradicit vehementer, humiliter autem ſentiens contradicere neſcit. Non ſuſtinet cypreſſus in terram inclinari, neque Monachus elatus corde obtemperare. Superbus Monachus dæmone opus non habet, ipſe enim ſibi & dæmon & hoſtis, & inimicus eſt.*

Quid humilitas.

Humilitatem autem his diffinit. g.25. *Humilitas eſt animæ gratia ſine nomine, ſolum apud eos nomen habens, qui illius experimentum cœperunt. Humilitas eſt ineffabiles diuitiæ, Dei appellatio, & donum. Humilitas eſt regni cœlorum ianua ſibi appropinquantes introducens Sacra eſt biga Charitas, atque Humilitas.* Gradus autem humilitatis, quos ipſe *proprietates* appellat, ſic exponit: *Prima atque præcipua eſt ignominia ſuauiſſima ac iucundiſſima paſſio.* Conſonat D.P.N. Benedictus cap.7. grad.4. *Secunda eſt omnis iracundiæ victoria, atque in eius extinctione ſeruanda mediocritas. Tertius autem gradus optimus, vt bonis ſuis nunquam aliquis infideliter credat, iugiterque addiſcere deſideret. Si hic finis, & ratio, & modus eſt ſuprema ſuperbia, virtutes, quæ non adſint, gloriæ cauſa ſimulare; id profectò erit altiſsima humilitatis argumentum, culpas, quæ iiſdem non adſint, in quibuſdam rebus vilitatis gratia confingere.* Quadrat ipſe gradu 6. & 7.

33. Officium diuinum.

16. Gnauiter Diuinarum laudum penſum nocturnum pariter, & diurnum perſoluere docuit gr.18. Cui titulus *de ſomno, & Oratione, & Pſalmodia in Congregatione* Vbi nota *Congregationis* nomen pro *Conuentus* Monachorum vnius Cœnobij vſurpaſſe, quod familiare eſt D.P.N. Benedicto tot ferè locis, quot capitibus Regulam digeſſit.

Congregatio quid.

Præſertim cap.63. vbi ex profeſſo *de Ordine Congregationis.* Quod in præſenti obiter notauerim, vt hinc lapſum corrigas Alphonſi Rodriguez Societatis Ieſu, Parte 2. libri cui titulus *Exercicios de perfeccion* cap.23. in fine,

Digitized by Google

ne : vbi cum retuliſſet ex Ceſeræo lib.8. Dialog. cap. 38. reuelatum deſuper fuiſſe Rodulfho ſeruo Dei, quindecim tantummodo Monachos ſuæ *Congregationis* carnem ſuam tunc temporis cum Chriſto crucifixam geſtare, *Congregationis* nomine vniuerſam Ciſtercienſium familiam, collectionem ſcilicet quamplurium Cœnobiorum ſub vno Generalis capite, perperam autor iſte intellexit. Nouerat optimè Rodulfus feruidam Ciſtercienſium conuerſationem, ac miranda primordia, eoque mirabatur quindecim tantum ex Conuentu Cœnobij ſui ad perfectionis culmen peruenisſe: cum tamen poſſet reuera amplius mirari ex paruo grege Conuentus Luchenſis tot Monachos carnem ſuam ſuperſtitem adhuc cum Chriſto crucifixiſſe, ipſiſque in Cruce aſſociatos apparere meruiſſe, quippe etſi Conuerſus (noſtris *Lego*) nominis huios *Congregatio* ſignificationem optimè callebat. Miratur autem Alphonſus Rodriguez procuidubio ex ignorantia eiuſdem ſignificationis, & quaſi alio cœlo natus) quindecim tantum ex latiſſima Monaſteriorum Ciſtercij Congregatione carnem ſuam cum Chriſto crucifixiſſe: quod abſque dubio in Ciſtercium iniurioſum eſt: idque vir alias pius credere citò non debuit, cum feruor incipientis Ciſtercij, vbique ab hiſtoriographis decantetur. Sed humanum aliquid paſſus eſt. Vide dicta l.2. c.10. n.15.& l.3.c.3.n.13.

34. Qualiter diuina laus agenda?

17. Qualiter Diuina laus agenda ſit, atque Vigiliis adſtandum, pulchrè his docet gr. 19. *Terrenis quidem ac mortalibus Regibus, qui adſtant, alij expediti ac nudi ferè ſunt, alij faſces, alij clypeos, alij gladios tenent. Eſt autem ingens atque incorporalis priorum ad ſequentes differentia, quippe illi propriè cognati Regis eſſe, atque familiariſſimi ſolent: hi vero ſerui & miniſtri. Et iſta quidem ita ſe habent. Agè vero iam, nos quoque quonam modo in Veſpertinis, diurniſque Conuentibus, & orationibus Deo, & Regi noſtro aſſiſtimus, ſolertias inſpiciamus.* Idem aduertit D.P.N.Bened. c.19. & 20.

Signum ad Orationem ſignificandam.

18. Signum, quo Monachi ad opus Dei, Orationem, Synaxim, ſeu Collectam vocabantur tubam fuiſſe tradit apertè gr.19.vbi ait: *Dei amator Monachus, mox vt ſonus tubæ increpuerit ad orationem vocans, lætus & hilaris dicit: Euge, euge; negligens, væ mihi, væ mihi.* & g. 18. *Obſeruemus diligenter, & inueniemus cum inſonuerit ſignum ſpiritualis tubæ, viſibiliter quidem congregari fratres, inuiſibiliter vero conuenire inimicos.* Eodem ſigno vtebantur Pachomiani vt videre eſt lib.3.cap.6. n.20. His qualiter oratio vocalis agenda.

35. Oratio mentalis quid?

19. Mentalis orationis exercitium pluribus eleganter Climacos Monachorum animis infigere conatur gr. 2. quam ſic deſcribit. *Oratio ſecundum qualitatem quidem ſuam coniunctio, atque vnitio eſt hominum & Dei: ſecundum actionem vero conſtantia mundi, reconciliatio Dei, lacrymarum mater, earumque item filia, peccatorum propitiatio, tentationum pons, tribulationum interpoſitus paries, bellorum confractio, Angelorum opus, incorporearum omnium virtutum cibus, futura lætitia, infinita operatio, virtutum fons, gratiarum miniſtra, profectus inuiſibilis, nutrimentum animæ, mentis illuminatio, deſperationis amputatio, ſpei demonſtratio, triſtitiæ ſolutio, Monachorum diuitiæ, ſolitariorum theſaurus, iræ imminutio; ſpeculum profectus, menſurarum indicium, ſtatus inſinuatio, futurorum reuelatio, flentibus clementiæ ſignificatio.* Et poſt multa num. 8. *Statum tuum oratio tua manifeſtabit tibi: hanc enim Monachi eſſe ſpeculum Theologi rectiſſimè tradunt.*

Monachi ſpeculum.

Oratio perpetua.

20. Nec vero communi, atque conuentuali oratione præfinito tempore ad Deum effuſa contentus, perpetuam atque continuam orationem Monachos docet grad.4. n.12. Cauens autem ne ex ſurreptione naturali intermitteretur ab aliquo, ſeſe omnes ad oraculum mutuo excitandos aliquibus ſignis eorum Patrum exemplo monebat. *Nam nec ad menſam* (inquit) *ſedentes à ſpirituali opere ceſſabant. Cæterum ſigno quodam, nutuque incognito occulto in animo orationis ſemetipſos beati illi viri admonebant. Neque vero ad menſam ſolum reſidentes, hoc eos facere animaduerteres, verùm & cum ſibi obuiarent, aut cum ſimul conuenirent id faciebant.*

Lectio.

21. Verùm quia orationi lectio ſubſeruit, materiamque miniſtrat, lectioni incumbere admonet g.19. & ad Paſtorem legendi horam ſtatuit orationis. Quibus pulchrè concinit D.P.N. Benedictus c.4. vbi inter alia bonorum operum inſtrumenta, hæc affert: *Lectiones ſanctas libenter audire.* Et ſtatim: *Orationi frequenter incumbere:* & Cardinalis Turrecremata ad marginem: *Pulchra conſequentia, poſt lectionem oratio.*

36. Alia exercitia peculiaria.

22. Exercitia alia peculiaria, præter ſolitum lectionis & Orationis penſum, vnuſquiſque cum gaudio Spiritus ſancti offerebat Deo. *Erat igitur* (inquit ad Paſtorem) *dulce ſpectaculum expletis Veſpertinis orationibus videre magnum illum velati Regem in ſolio ſedentem, extrinſecus quidem ex lignis fabrefacto, intrinſecus vero ſpiritualibus gratijs ornato, quod circunſtabant veluti ſapientes apes decorus ille cætus & Congregatio, eiuſque ſermones tanquam Dei verba auſcultabant. Et vnus quidem 50. alius 30. alius 100. Pſalmos ante ſomnum memoriter dicere, alius toties genua flectere, alius vero ſedendo ſomnum capere iubebatur, hic diffinitam legendi horam, ille ſimiliter ad orationem ſtandi acciperet.*

Inſpectores.

23. Cæterum ne quis lectionem, orationem, aliave ſpiritualia exercitia, ſua otioſitate præpediret, *Conſtituerat* (inquit ſubdens) *ad hoc duos fratrum inſpectores, qui die quidem congreſſus, & colloquia, & otioſitatem ſollicitè inſpicerent, & prohiberent. Nocte vero intempeſtiuas vigilationes, & quæ Scriptura tradere fas non eſt arcerent.* Idem fere ad Verbum ſtatuit D.P. N. Benedictus cap.21. de *Decanis Monaſterij:* quibus eadem inſpicere, cura eſt.

37. Mortificatio iuuenum.

24. Corporis, & animi afflictionibus iuuenilis ætatis ardores ſedandos ſtatuit, ad Paſtorem inquiens: *Sanos, & vegeto corpore iuuenes mortificare, atque laboribus edomare ne deſinas, laudabunt enim & gratias tibi referent exitu ſuo tempore:* Et ibidem: *Explora magnanimos, eoſque fruſtra coram infirmioribus fratribus ignominia affice, vt per alterius medicinam vulnus alterius cures, molliores que patientes fieri debeas.*

Mortificationum varia genera.

25. Varias formas affligendi corpora, & affectus à Patribus illis excogitatas refert gr.4. vbi inter alia. *Vir quidam* (inquit) *Iſidorus nomine Alexandrinæ ciuitatis primarius in ipſo Cœnobio ante hos annos ſæculo abrenuntiauit, quem & ipſe illic videre merui. Nunc paſtor ille mirabilis*

mirabilis ſuſcipiens , aſpectuque ex ipſo aſperum quendam & intractabilem ſuperbumque , ac ſæculi dignitate tumidum conijciens , humana arte dæmonum aſtum ſapientiſſimè detexit : atque ad Iſidorum. Si reuera Christi iugum tollere decreuiſti, volo vt ante omnia ea obedientiæ laboribus exerceas. Cui ille: Sicut inquit fabro ferrum ſubiectum eſt, ita & ego, O ſanctiſſime, me ipſum obedientiæ expono. Quo ille reſponſo, gratiſſimoque exemplo curatus, continuo Iſidoro exercitij munus admouit, ut ſerro. Volo, inquiens, frater, vt ante Monaſterij ianuam aſſiſtas, omniumque ingredientium vel egredientium prouolutus pedibus dicas : Ora pro me, quia peccator ſum Quod ſeptem annorum ſpatio Iſidorum peregiſſe refert. Subiungit ibidem piam eiuſdem Patris crudelitatem , qui in diſpenſatorem Monaſterij pium, mitem , pudicum , & moderatum abſque vlla cauſa inuectus, iuſſit de Eccleſia intempeſtiuè proiici. Cuius rei , cum Climacus rationem ſciſcitaretur , magnus ille Pater reſpondit : *Sicut crudele eſt ex ore famelici infantis panem rapere , ita & ſeipſum , & operarium lædit, qui animas ſuſcepit regendas , niſi illi coronas, quantas illum ſuſtinere poſſe nouit , horis ſingulis prouidere ſatagit, ſiue per contumelias, ſiue per ignominias, ſiue per abiectiones , ſiue per ludibria , &c.* Alia id genus breuitatis cauſa omittimus mortificationum exempla, quæ tu conſulas ; hiſque adiunge, quæ de Laurentio dicta ſunt num. 28. Vide D. Bened. grad. 4. Humilitatis.

38. Cogitationum reuelatio.

26. Nec minimam, minuſvè frugalem inter animi afflictiones repntes occultos animi motus reuelare Prælato , quod in ſchola ſua Climacus diligenter obſeruari voluit : *Is autem* (inquit gr. 4 2.) *qui Monaſterij diſpenſatio credita erat, hoc mihi enarrauit. Iuuenis cum eſſem, atque in cura animalium degerem, contigit vt in grauiſſimam animi ruinam præcipitarer. Ego , cui conſuetudo erat nihil vnquam in cordis fouea occultum ſeruare, apprehenſa cauda, quam finem operis appello, medico mox facinus meum nudaui. Qui ſerena facie ſubridens , leuiterque maxillam meam feriens; abi, inquit, fili, miniſterium tuum, vt prius, exequere nihil penitus metuens. Ego itaque fide firmiſſima roboratus , paucisque diebus ſanitatis meæ certus factus, viam meam gaudio ſimul , & tremore plenus currebam.* Et poſt multa , libellum breuem ad latus cuiuſdam Monachi cingulo appenſum vidiſſe refert ; cuius rei cauſa curioſius requiſita didicit, *eum quotidie cogitationes ſuas in eo notare, haſque omnes Paſtori annuntiare ſolitum.* Vnde poſtmodum ad Paſtorem. *Non poteſt* (inquit) *Medicus infirmum curare , niſi prius ab eo exoratus fuerit , ac prodendo vulnus tota fide ad illum infirmus conuertatur. Qui erubeſcunt medicos vulnera putreſcere fecerunt.* Concinit D. P. N. Benedictus capite 7. grad. quinto humilit. & cap. 46.

27. De abſtinentia à cibis ſic fatur gr. 14.

39. Cibus. *Primum itaque abſcindamus à nobis eos cibos, qui impinguare poſſunt , tum verò & calidos, ne oleum flammæ adijciamus , deinde verò ſuaues , atque delectabiles. Si fieri poteſt , eos cibos corpori indulgeamus , qui facilè repleant, & maximè leues vileſque & exigui ſint , vt ex repletione facilè inexplebilem illius auditatem ſatiemus , per exiguitatem verò leuitatem , atque vilitatem celeri digeſtione ſecuta, cito reſpirare poſſimus , atque à nimio calore tanquam à flagello liberemur :* vbi plura luculenter de ſatietate, libidinis aliorumq; vitiorum matre. Prohibitis autem cunctis pinguibus , calidis, & delicatis, quid aliud ſupereſt, niſi panis , & olera cruda?

28. De potu vini hæc habet eodem gradu, Potus. Gaſtrimargiam inſequens , id eſt nimiam ingluuiem , fallaceſque ventris prodens prætextus. *Mox , vt aduenit hoſpes in charitatem totus ex gula concupiſcentia mouetur , detrimentumque ſuum conſolationem fratris exiſtimat. In aduentu quorumdam vinum bibere ſtatuit , & dum virtutem abſtinentiæ ſibi videtur occulere, vitij ſeruus efficitur.* Crediderim tamen S. Doctorem tam in aduentu hoſpitis , quam in quotidianis refectionibus immoderatum tantummodo vini vſum prohibuiſſe , qui apoſtatare facit ſapientes. Seruata tamen Monaſtica parcitate cunctis modicum vini , ſenioribus præſertim , permittendum ſenſiſſe innuit , ſubdens poſt pauca. *Vidi nonnunquam illuſione dæmonum ſeniores aliquos benedictione ſua iuuenes non ſibi ſubditos ad potandum vinum , atque ad remittendam abſtinentiam aliquam hortari* (forſam in aduentu hoſpitis , quod & hortatur Priorem D. P. N. Benedictus cap. 53.) *Hic ſi fuerint probata viſa atque autoritatis , habuerintque teſtimonium in Domino , obtemperandum moderatè erit , ſi verò negligentiores ſint huiuſmodi , illorum benedictionem non curamus : idque potiſſimum , ſi adhuc carnis infeſtamur ardoribus.*

29. Opus manuum paſſim inculcat. Ex pro- 40. Opus manuum.
feſſo autem gradu 13. de Accedia Monachorum inimica plura luculenter ſcribit , quorum hæc eſt pulchra Concluſio. *Vinciatur* (inquit) *& hic tyrannus à peccatorum memoria, cædatur ab opere manuum. Dic nobis , ô tu remiſſe ac diſſolutè, quis te malè genuit, aut qui ſunt nepotes tui , teque appugnantes ? Ille verò percunctantibus iſta reſpondeat. Ego in iis, qui verè obedientes ſunt , non habet vbi caput reclinem , qui verò mihi per ſolitudinis quietem cedunt , cum his vnà dego. Stirpes vero meæ locorum mutationes ſunt , quæ mecum fiunt, inobedientia ſpiritualis Patris , futuri iudicij obliuio, nonnunquam verò & profeſſionis derelictio. Porro aduerſaria mea , à quibus nunc vinctus teneor , Pſalmodia Operi manuum coniuncta, mortiſque memoria ; qua verò me penitus necat, oratio eſt.* Vix aliud, quò plus Operis manuum dignitatem extolleret, ſcribere potuit. Vide D. P. N. Benedictum c. 48. (Accediæ filiæ.)

30. Diſputatio de moribus à crepundiis 41. Diſceptatio de moribus.
Monachatus Therapeutis familiariſſima , & communi calculo ab Aſceticæ diſciplinæ Patribus probata , à Ioanne Climaco eximio ſui temporis Scholaſtico ſub ſcholaſtica forma in Cœnobio Magni illius Patris accepta, traditur grad. 25. vbi de Humilitate acturus hæc habet : *Adiecit ſermo theſaurum* (humilitatis) *diſcutere in vaſis fictilibus , imo verò in corporibus reconditum , cuius qualitas neque agnoſci , neque vllis verbis exprimi poſſit. Solus ei titulus ſupereminet incomprehenſibilis qui ingentem , atque infinitum perſcrutandi laborem verbo quærentibus præſtet.* Conuenerant (ni mea me fallit coniectura) in communi Collecta ſeu Synaxi Patres Monaſterij ad diſceptationem de moribus , publico prius præmonitu denunciata materia in ea Collatione

ne pertractanda, præmeditatiſque à ſingulis eorum circa quæſtionis epigraphe iis, quæ ad ipſius reſolutionem vnuſquiſque aſſequi potuiſſet. Subdit namque: *Erat autem titulus* (controuerſiæ) *huiuſmodi*: *SANCTA HVMILITAS*. Hoc eſt: quid qualiſque virtus ſit humilitas? Subſcriptum autem; *Quicunque Dei ſpiritu aguntur, hi nobiſcum intellectuale hoc ſapientiſſimumque Concilium conueniant*. Quid tunc poſtea? *Et conuenimus* (ſubdit) *& conquiſiuimus, ac diſcuſſimus venerandi tituli virtutem*. Quæſtione autem hinc inde agitata, quid vnuſquiſque conſedentium fuerit opinatus, his refert. *Et alius quidem hanc* (nempe humilitatem) *eſſe dicebat rectè factorum intenſiſſimam obliuionem. Alius vero extremum ſe omnium, magiſque peccatis obnoxium exiſtimare* (V.D.P.N. Benedictus cap. 7. gr. 6. & 7.) *Alius mentis cognitionem, qua ſcilicet quiſque imbecillitatem propriam, infirmitatemque cognoſcit*. (V. D.Bened. ibi.) *Alius verò in irritationibus anticipare proximum, primumque iracundiam ſoluere*. (V.D.Bened. cap. 71.) *Alius gratiæ Dei, & miſericordiæ agnitionem. Alius rurſum contriti animi ſenſum, ac voluntatis propriæ abnegationem*. V. eundem gr. 2. Quid vero Climacus ipſe, qui Patres ad diſceptationem prouocauerat? *Ego verò* (ait) *cum omnia audiſſem, apud me ipſum diligenter & vigilanter examinans, beatiſſimum illius ſenſum per auditum diſcere non potui. Quæ circa & omnium nouiſſimus, veluti canis cadentes micas ex menſa probatiſſimorum beatiſſimorumque Patrum colligens, de hac ſingulari virtute ita diffiniens, dixi: Humilitas eſt, &c.* Dedimus ipſius reſolutionem num. 32. longam de natura, proprietatibus, Origine, & progenie humilitatis, vitiiſque ipſi contrariis texit ibidem tractationem. Concinit huic Inſtituto D. P.N. Bened. cap. 33. Vbi *tabulas & graphium* Monachis prouideri iubet, proculdubio ad appingenda dubia & notationes circa lectionem. Vide dicta l. 2. c. 12. num. 20. Vide etiam Nitriotarum ſtudium l. 3. c. 4. n. 7.

42. Scriptum diſputationis taxat.

31. Cæterùm qui tractationem de Virtutibus ad morum ædificationem ſtatuit, & approbat, Theologiæ ſtudium prohibere videtur gradu 7. his verbis: *Non ſanè conuenit lugentibus* (id eſt Monachis) *Theologiæ ſermo. Nam ex eo ſolui illorum fletus conſueuit. Is enim, qui de Theologia diſſerit, in ſolio Doctoris pompam præferenti, qui autem luget, in cilicio & ſterquilinio ſedenti comparatur. Atque hoc eſt, vt reor, quod Dauid Maximus interrogantibus reſpondit; qui perfectè & Doctor, & ſapientiſſimus fuit: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena, id eſt vitioſitatis?* Verum Climacus non tam ſtudium Theologiæ, quam ſtrepitum argumentorum, diſputantium fremitus, vociferantium clamores, pedum crepitus, Doctoratus pompam, Cathedræ faſtum, cæteraque huiuſcemodi Theologiæ Scholaſticæ diſputationem plerumque Comitantia condemnat, in quibus nonnulla vitioſitas eſt, flctuſque ſolutio. Sed hæc non tam voluntatis vitia, quam rationis ſatellitiæ iudicanda ſunt, quibus ſtudij fallitur labor.

Digniores ad Presbyterum promouendi.

32. Plures ad Presbyteratus gradum euectos notauimus numero 18. Quibus autem meritis promoueri debeant exprimit grad. 4. numero 15. Vbi de Iſidoro Alexandrino ciue primario ad Monachatum ſuſcepto, pluribuſque obedientiæ & mortificationis actibus probato, inquit: *Itaque cum ſeptem illic annos peregiſſet, atque ad profundiſſimam humilitatem, compunctionemque perueniſſet, voluit Pater poſt incomparabilem viri tolerantiam, cuius ſuperiori tempore apertum documentum dederat, hunc fratribus connumerare, & vt reuera digniſſimum & ordinatione honorare*. V.D.P.N. Benedict. cap. 62.

33. Prudentiſſimè circa ſuſceptionem nouiter ad Monachatum venientium his conſulit Raythenſem tractatu ad Paſtorem ipſum conſcripto. *Ante ſæcularem legitimamque prudentiam manus citò nulli imponamus, ne fortè oues aliquæ in ætate diſcretionis ignaræ adductæ, cum poſtmodum ſcire iam, atque intelligere cœperint, onus, atque æſtum ferre non poſſint, atque ita deuoluantur ad ſæculum*. Id poſtea Concilium Tridentinum approbauit ſtatuens ante 16. ætatis annum, in quo *ſæcularis prudentia* vigere iam incipit, neminem ad profeſſionem admitti. Recole notata in hoc lib. cap. 4. numero 19. Quadrat iis quæ à Scithiotis & Euthymio ſtatuta eſſe notauimus de pueris ad Monachatum non admittendis, quibus etiam in motiuo conſentit gradu 4. numero 53. vbi hæc habet; *Vidi plerumque inſtantes pueros ſimplicitate ac decore mirabiles, ſapientiæ, eruditionis, atque vtilitatis acquirendæ gratia ad magiſtros proficiſci, nihilque inde eruditionis conſequi, niſi tantum aſtum & nequitiam ex reliquorum contubernio. Qui ſenſum habet, intelligat*. Intelliges, lector, ſi refrices notata lib. 3. cap. 5 num. 50. & 51. & in hoc lib. capite 6. num. 26. 43. Pueri non admittendi.

Puerorum Inſtituta diuerſa.

34. Hinc ad Paſtorem de iis, qui in minori ætate fuerint ad Monachatum ſuſcepti, ſic præcautum, & prouiſum eſt. *Erunt itaque omnibus qui ſub nobis degunt Inſtituta atque habitationes pro corporeæ ætatis varietate differentes; neque enim quiſquam reiici à portu debet*. Idem pueris quoad Inſtituta prouidet D. P. N. Benedictus c. 30. 31. 37. 39. 41. 45. Idemque præcauet c. 22.

35. Mirum eſt quanto, quamque diuturno examine ſuſcipiendi ad profeſſionem probarentur: *Admirabar ego* (inquit gradu 4. numero 20.) *illic præſens nouiter ex ſæculo aduenientium fidem, & tolerantiam, atque in ignominiis, & contumeliis, aliquando & perſecutionibus inſuperabilem patientiam, quas non tantum ab Abbate, ſed ab eis quoque, qui longè inferiores erant, perpetiebantur. Itaque ædificationis gratia quendam ex fratribus ſciſcitatus ſum, qui annos 15. egerat in Monaſterio Abacyrum nomine, quem etiam maximè iniuriis affici ferè ab omnibus videbam, nonnunquam verò etiam ex menſa à miniſtris fugari. Erat enim frater naturaliter linguæ aliquantulum incontinens. Dicebam itaque ad illum: Quid eſt frater Abacyre, quod te quotidie à menſa expelli video, ac nonnunquam incenatum? Qui ad hæc ita reſpondit: Crede mihi Pater; probant me Patres mei, vtrum Monachus eſſe cupiam: non verò id faciunt. Quam ego Patris aliorumque intentionem non ignorans, leuiſſimè, ac ſine vlla moleſtia, omnia tolero. Et ecce quintum decimum iam annum ago iſtud cogitans, ſicut & ipſi, quando Monaſterium ingreſſus ſum, mihi dixerunt,*

44. Probatio Nouitiorũ.

Abacyri patientia.

Probatio vſque ad trigeſimum annum.

runt,quod vſque ad trigeſimum annum renuntiantes probare ſolebant. Probationem per iniurias, reſque aſperas, & difficiles approbat D. P. N. Benedictus cap. 58. Tempus vero probationis ad vnius tantum anni curriculum contraxit: quod poſtmodum generali decreto Concil. Trident. vbique obſeruari iuſſit ſeſſio. 25. c. 15.

45. **Detonſio.**
36. Suſceptioni habitus detonſio ſubiungitur eodem gradu. Vbi cum retuliſſet Magnum illum Patrem latroni cuidam ingreſſum ad Monaſticam conuerſationem distuliſſe, quouſque fratrum adſtante cætu peccata ſua publicè confiteretur, ac detegeret, atque ipſe iuſſis obtemperaſſet, nihilque omninò reticeret, *Conceſſum* (inquit) *igitur ſtatim tonderi, fratribuſque aggregari permiſit.*

Veſtium color.
37. Veſtium color ille Climaco placuit, qui & præcedentium ſæculorum Patribus, natiuus nempe, & nulla arte fucatus. *Nihil æquè* (inquit gr. 21. n. 8.) *ac humilis nec vlla ſimulatione fucatus habitus intuentes ædificare poterit.* Et gr. 7. n. 5. *Ipſum quoque indumentum tuum te ad exercitium luctus hortetur. Omnes enim qui mortuos lugent, nigris veſtibus operiuntur.* Nigrum colorem pro *nigello*, vel *ſubnigro* natiuo accipe: nigro namque & artificiali nullibi vſos fuiſſe Monachos apertè conſtat ex dictis l. 2. c. 11. à num. 57. Quis autem color nigellus ſit, vel ſubniger. v. ib. n. 73.

Mutatio locorum taxatur.
38. Locorum mutationem, quam accediæ filiam eſſe docuit, iis, quæ adducimus num. 40. in Monachis acriter damnat. *Qui enim proni ac faciles ad migrationem, mutationemque locorum ſunt, improbi omnine indicantur. Nihil ita boni operis fructus conſueuit obtundere, vt locorum crebra mutatio.* Hæc ille gr. 4. num. 45. V. notata in hoc lib. c. 5. num. 43. Et apud D. P. N. Benedictum c. 58. in profeſſionis formula expreſſum locum, quo ſibi opus fuit, vt Monachis ſtabilitatem ſuaderet.

46. **Proſtratio pro contentione ſedanda.**
39. Scurrilitatem, otioſa verba, contentiones, vel alias maledicos noxioſve ſermones districtè in omni loco totius corporis humili proſtratione (quæ & apud nos viget) caſtigabantur. *Nam ſi quando contingeret* (ait gr. 4. num. 10.) *vt eorum aliquis abſente Abbate quicquam maledici, aut alias noxij, vel otioſi ſermonis loqui cæpiſſet, occulte nutu latenter eum frater alius grauitatis admonens, à cæpto ſermone retrahebat. Quod ſi ille fortaſſis minus aduerteret, iam, qui admonuerat, proſtrate ante illum toto corpore abibat.* V. D. P. N. Benedictus c. 6. Et poſt nonnulla: *Si quis autem ex illorum numero aduerſus fratrem contendere vnquam cæpiſſet, præteriens alter aduoluebatur illorum genibus, ſicque iracundiæ motum mitigabat.* Quid D. P. N. Benedictus cap. 71. minores ſine mora facere præcepit, vel ſi leuiter priorum animum contra ſe iratum, vel commotum ſenſerint.

Examen conſciẽtiæ.
40. Porro examinandæ conſcientiæ qualibet die, & hora mirabilem rationem aptiſſimo exẽplo edocuit gr. 4. n. 54. vbi ait: *Optimus ille trapezita eſt, qui quotidie veſpere lucrum ac detrimentum omnino computat, quod ſcire manifeſtius non poteſt, niſi horis ſingulis in tabulis omnia denotet: nam cum calculi horis ſingulis ponuntur, totius diei ratio poſtmodum clarius agnoſcitur.*

Trapezita quid.
Trapezita, id eſt *campſor* vel *mercator* 32. distinct. *In nomine Domini.* Vnde Plaut. in Capt.

——— *Subducam ratiunculam,*
Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſit.

V. dicta n. 38. de Monacho libellum cingulo appenſum ad litus habente in quo appingeret cuiuſque diei & horæ peccata.

42. Addit Climacus Canones quoſdam pœnitentiales, ſeu multatitios, quibus delinquentium peccata ſecundum culpæ menſuram punirentur. Et primum Excommunicationis Regularis pœnam luculenter promit gr. 4. n. 21. his verbis: *Dilectus Domino* (Macedonius) *qui primus erat Monaſterij Diaconus, aliquando imminente S. Epiphaniæ ſolemnitate, Abbatem ante duos dies obſecrat, vt ſe propriæ neceſſitatis gratia Alexandriam proficiſci ſineret, citius tamen ſe ob diei miniſterium, & præparationem rediturum ſpondens. Igitur infeſtus bonis omnibus diabolus Diacono impedimento fuit, vt dimiſſus ab Abbate ad Monaſterium die ſtatuto ſacræ ſolemnitatis non rediret. Igitur poſt diem vnum peracta feſtiuitatis reuertentem Abbas amouit à miniſterio.* (Vide ſuſpenſionem ab exercitio Ordinis Diaconatus) *atque in vltimo incipientium conſtituit ordine. Igitur cum in tali ordine dies 40. peregiſſet, rurſum illum ad priſtinum gradum reduxit ſapientiſſimus Pater.* Hæc pro leuiſſimis culpis. 47.

Excommunicatio regularis.

Separatio à gradu.

Exilium.
43. Districtius iudicium erat iis, qui grauioribus tenebantur: *Si quis enim* (inquit ibidem) *inter eos quemquam odiiſſe inueniretur, hunc Paſtor vt damnatitium ad ſeparatum huiuſmodi reis Monaſterium, veluti in exilium, mittebat.* ad Mooaſterium (vt reor) cui nomen *Carcer* ſecundo lapide inde ſegregatum de quo plura à n. 50.

Eloquẽtium in Oratorio pœna.
44. Delinquentes in Oratorio hoc pacto puniendos ſtatuit ibidem. *Ad orationem plerumque ſtantibus nobis animaduertit Pater ſanctus quoſdam inuicem colloquentes: quos ante fores Eccleſiæ ſtatuens, iuſſit vt per ſeptem dies cunctis intrantibus, & exeuntibus proſternerentur, ſiue illi Clerici, ſiue Presbyteri fuiſſent.* V. D. P. N. Benedictum c. 44.

Ordo fraternæ correptionis ſeruatur.
45. Qualiter fratrum leuiſſimæ contentiones à prætereuntibus cohiberentur, videmus nuper Regula 39. n. 46. *Quod ſi* (is, qui pro reconciliandis fratribus ad eorum pedes prouoluebatur) *ſeruare illos iniuriæ memoriam ſenſiſſet, rẽ protinus ad eum deferebat, qui poſt Abbatem ſecundus in Monaſterij regimine præerat, eoſque ante Solis occaſum in gratiam reuocare nitebatur.* En primũ, & ſecundum fraternæ correptionis gradũ iuxta c. 18. Mathæi piè obſeruatum. Pergit ad tertium: *Sin vero illi obdurati amplius exaſperarentur, aut cibum ſumere vſq; ad reconciliationem non permittebãtur, aut* (incorrigibiles eſſe deprehenſos) *certè Monaſterio expellebantur. Laudabilis ſanè, memorabiliſque diligentia, ex qua fructus vberrimus gignebatur, atque noſcebatur.* Et ad Paſtorem nu. 4. poſtquam collyria potiones, penicilla, cauteria, vnctiones, ligaturas, aliaque morborum ſpiritualium remedia ordinatim adhibenda monuerat Climacus, ſingulis pharmacorum myſteriis luſtratis, & illuſtratis concludit: *Vltimus omnium gladius eſt, terminus ſcilicet atque ſententia ad excidendum ſpiritaliter mortificatum corpus, ac putre membrum, ne reliquis quoque eius contagio communis fiat.* Et tandem ne vel in hoc Magnus ille Pater exemplar eſſe deſierit, inquit ibidem num. 20. *Habebat autem id in ore iugiter Venerandus ille: Melius eſſe aliquem ex Monaſterio expellere, quam voluntatem propriam hunc implere permittere.* Vide D. P. N. Benedictum cap. 28. Vbi eiſdem non ſolum pharmacis, ſed & ſententiis vtitur. V. dicta l. 3. c. 3. n. 17. 48.

Expulſio incorrigibilium.

46. Noluere

49. Reuertentes admittendi. 46. Noluere tamen piiſſimi Patres ſemel expulſos humiliter ad Cœnobium reuertentes iteratæ receptionis remedio carere. *Expulſus eſt* (inquit Climacus gr.4.) *aliquando à Patre vnus ex fratribus, qui apud illum proximum ſuum, vt nugis, & loquacitate deditum, criminatus fuerat. Qui ad Monaſterij ianuam ſeptem dies perſeuerans, orabat vt ingreſſu ſimul & venia potiri mereretur. Quod cum didiciſſet ſtudioſus animarum cuſtos, nihilque omnino ſex illis diebus illum comediſſe exploraſſet, hoc illi denuntiat, vt ſi omnino habitare in Monaſterio vellet, ſtatuendum ſe ſciret in pœnitentium Ordine.* Eorũ pœnæ. *Cumque hoc libenter amplecteretur pœnitens, iubet eum Paſtor ad ſeparatum peccata lugentium Monaſterium* (nempe *Carcer* de quo ſtatim) *deduci, Quod & factum eſt.* Idem protſus ſtatuit D. P. N. Benedictus cap. 29. Quas autem criminoſus ille falſuſque delator, vel ſaltem contumelioſus, qui faciam tanti Patris non eſt reueritus, aliiſque ſimilibus aut grauioribus peccatis obnoxij, penas dederint, ad Carcerem cum ipſis deſcendentes iam videbimus.

§. IV.

Monaſterij pœnitentium (*alias* Carcer *&* Condemnatio) *admirandæ, ac penè incredibiles auſteritates.*

50. Petit Climacus perduci ad Carcerem. LIBVIT ea, quæ Climacus de Monachis poſt lapſum pœnitentibus tradit gradu 5. ſeorſim referre, & annotare, ne nimium protracta Oratio faſtidiis adhæreſcere incipiat, vel faſtidire fugiens nimium contracta ſcitu & admiratione digniſſima, noſtrumque ſpectantia Inſtitutum prætermittat. Pergit itaque gradu 5. num. 51. *Locus erat vno tantum lapide à magno Monaſterio Carcer appellatus, omni mortali conſolatione deſtitutus. Cum autem* (inquit ſupra numero 1.) *audiſſem ego imbecillus magnum quendam eſſe, & peregrinum ſtatum atque humilitatem eorum, qui ſeparatum illud Monaſterium, quod Carcer appellatur, incolebant; quodque illi luminari luminarium, de quo ante mentionem fecimus, adiacebat; obſecraui iuſtum illum, vt me illuc viſendi gratia perduci faceret. Ceſſit precibus meis.* Et infra numero 12. horrorem eius deſcribens inquit: Loci deſcriptio. *Erat eius loci facies, & habitatio tota tenebroſa, informis, fœtida, ſordida, ſqualida, Carcer enim & Condemnatio rectiſſimè appellabatur.* Ad huoc locum ex magno magni illius Patri Monaſterio (aliiſque forſan ipſi adiacentibus) tranſmittebantur quicunque incorrigibiles è Monaſterio pulſi, iterum humiliter) pulſantes reuertebantur, & quicunque alij in publicâ, grauiaque peccata prolapſi fuerant; vel ſi occulta, conſcientiæ tamen vulnera Abbati ingenuè aperientes, liberè & Habitatores qui. feruenter *Carcerem* hunc, & *Condemnationem* flagitabant, vt pluries ibidem innuit. *Anima enim* (inquit de iis loquens) *quæ priori confidentia priuata ſpe conſequenda beata tranquillitatis excidit, ſigillumque caſtitatis aperuit, diuitiiſque gratiarum ſpoliata, & diuina conſolatione deſtituta, pactumque, & placitum Domini violauit, &c.* Et inferius magnus ille Pater Climacum ſic alloquitur: *Erat hic ante decem annos frater quidam nimium ſollicitus atque ſtudioſus, taliſque operarius, vt cum ego illum cernerem ita ſpiritu feruentem, tremere cuperim; illique à diaboli inuidia nimium metuere; ne fortè dum vehementius curreret, offenderet ad lapidem pedem ſuum; Quod & factum eſt. Tum verò profundo veſpere regreditur ad me, nudat vulnus, quærit emplaſtrum, petit cauterium, perturbatur vehementius proiecit ſe in pauimentum, apprehendit pedes, multiſque illos lacrymis vbertim rigans petiit ſe ad eam quæ vidiſti cuſtodiam damnari* Quod amplius ex progreſſu narrationis manifeſtabitur.

Talia autem ac tanta monſtra commemorat Climacus, ſermones refert, vultuque exprimit, vt non ſemel vereatur ea, quæ narrat, legentibus fabellas commentitias poſſe videri? 51. Incredibilia penè eſſe fatetur. *Quæſo* (inquiens) *fratres ne ea quæ dicta ſunt fabulas exiſtimetis.* Et iterum: *Non autem ignoro fore vt iſta quibuſdam videantur incredibilia, aliis vero ad credendum difficilia, nonnullis etiam deſperationem parientia beatiſſimorum illorum certamina.* Teſtem autem oculatum eorum extitiſſe quæ refert, his iteratò aduertit: *Cum triginta dies in cuſtodia illa perſeueraſſem, impatiens in maius illud Cœnobium ad magnum Patrem reuerſus ſum. Qui, vt me aſpexit immutata facie, totumque veluti attonitum, agnouit ſapientiſſimus immutationis cauſam, & ait ad me: Quid eſt Pater Ioannes? Vidiſti ne laborantium certamina? Ad quem ego: Vidi inquam Pater, vidi & admiratus ſum.* Et paulo ante: *Quæ ego omnia cum apud illos audiſſem, & vidiſſem, parum abfuit, quin deſperatione abſorberer, cum meam intuerer mollitiem, & negligentiam, eamque Sanctorum illorum afflictioni compararem.* Quibus præmonitum oportet eſſe lectorem, ne ſimul admiratione attonitus, in incredulitatem, vel deſperationem trahatur.

52. Pœnitentia quid. Cæterùm priuſquam lubricam ingrediamur pœnitentium officinam quid in ea Spiritus Domini incaleſcente feruore in animabus ſuis calidiſſimo artificio fabricabantur, his exponit Climacus gradu 5. narrationem aggreſſurus: *Pœnitentia eſt reuocatio baptiſmatis. Pœnitentia eſt ſecunda vitæ conuentio ad Deum. Pœnitens eſt humilitatis emptor. Pœnitentia eſt corporea conſolationis perpetua & iugis repudiatio. Pœnitentia eſt ſe ipſam ſemper condemnans cogitatio, ſecuraque cuiuſque ſui cura. Pœnitentia eſt ſpei filia, infidelitatiſque, & deſperationis abnegatio. Pœnitens eſt reus confuſione liber. Pœnitentia eſt reconciliatio Domini per bona opera peccatis repugnantia. Pœnitentia eſt conſcientiæ emundatio. Pœnitentia eſt voluntaria earum rerum omnium, quæ affligant, toleratio. Pœnitens eſt cruciatuum ſibi ſemper opifex. Pœnitentia eſt valida ventris afflictio, animæque in ſenſu firmiſſimo iugis reprehenſio.* Hic ſcopus, finis, & intentio in *Carcere* degentium. Subdit prouocans peccatores ad pœnitentiam.

53. Prouocat ad pœnitẽdum. *Currite & accedite, venite & narrabo vobis omnes, qui Deũ irritaſtis. Congregamini, & videte quanta ad ædificationem oſtendit Dominus animæ meæ.*

Præferamus ordine, atq; honore eorũ narrationẽ, qui per ignominiam ſerui, atque operarij venerabiles ſunt. Audiamus obſeruemus, faciamus, qui aliquam præter ſpem ruinam paſſi ſumus, ſurgite, & ſedete, qui per ruinam ſcelerum iacetis. Attendite fratres mei verba mea: inclinate autem veſtram, qui Deum rurſus vobis ipſis per veram conuerſionem reconciliari cupitis.

Et poſt pauca narrationem aggrediens: *Cum perueniſſem* (inquit) *ad Pœnitentium Monaſterium, imo verè ad regionem lugentium, vidi reuera* (*ſi dicere id audeam*) *quæ negligentis oculus non vidit, auriſque deſidioſi non audiuit, & in cor pigri hominis non aſcenderunt, res & verba, quæ Deo vim inferre poſſent, habitus, & ſtudia, quæ ipſius clementiam celerrimè flecterent.* Ex his quædam gradu 4. Cætera gr. 5. acerbatim commemorat, quæ diſtinctè à nobis, & ordinatim diſponenda ſunt.

55. Perpetua Clauſura. 1. Perpetua his clauſura erat. *In hoc* (Monaſterio) *ij, qui poſt ſupernam vocationem deliquiſſent, ita eos claudebat Pater, vt procedere inde nuſquam valerent. Non quidem omnes ſimul, ſed ſeorſim ſingulos, aut certè multum duos ſimul: ibique tandiu morabantur, quoad eum Dominus de ſingulorum remiſſione certiorem faceret.*

Cibus. 2. Qualis victus? *Non illic vnquam fumi vapor apparebat, non vinum, non oleum ad cibum, non aliud quidquam præter panem, & minuta olera.*

Oratio. 3. Qualis oratio? *Conſtituerat autem illis, qui præeſſet loco, magnum, & ſingularem quemdam virum Iſaac nomine, qui perpetuam ferè orationem ab ijs, qui ſibi ſeruandi tradebant, exigebat.*

Opus manuum. 4. Quale opus manuum? *Erant illis ad accediam vitandam plurima palmarum folia.* Quibus proculdubio ſtoreas, fiſcellas aliaque id genus Ægyptij Panes fabricabantur, de quibus Paſſim Palladius. Ioannes Moſchus, & Paſchaſius in Vit. Patr. Vnotata lib. 3. cap. 5. num. 29.

56. Omni vitio, & conſolatione carebant. 5. Vitiorum omnium agmen indè penitùs exulaſſe, omnique humana conſolatione deſtitutos extitiſſe his ſubindicat. *Quem apud illos locum riſus habere poterat: quem otioſus ſermo? Quem iracundia? quem furor? Nec eſſe quidem in hominibus iracundiam ſciebant: adeo luctus furorem omnem penitùs extinxerat. Vbi apud illos contradictio? Vbi feſtinitas? Vbi confidentia? Vbi corporis obſequium, & cura? Vbi vel veſtigium inanis gloriæ? Vbi deliciarum expectatio? vbi pomorum deguſtatio? Vbi feruentis oleæ ſolatium? Vbi gulæ illecebra? Horum enim omnium apud eos ſpes nulla erat. Num verò terrena cuiuſque rei cura angebantur? Num iudicare vllum omnino hominum didicerant? Nihil horum penitùs in illis inueniſſes. Cæterum iugiter ad Dominum clamabant, ſoláque orationis vox audiebatur.*

57. Corporum habitus. 6. Corpora eorum omnino ærumnis confecta, preſſa miſeriis, ictibus lacerata, vultus, frontes, oculos, oráque animæ ianuas, horrore mæſtitia, lachrymis, & pallore reſperſa, ſic depingit. *Genua illis ex perpetuo orationis curſu occaluerant. Oculi defecti, & fatigati intus profundè receſſerant, pilis omnibus amiſſis ciliorum. Genæ ardentium feruore lacrimarum aduſtæ videbantur. Facies marceſcentes, ac pallida ſqualebant, nihilque à mortuis in comparatione differebant. Pectora tunſionis ictibus dolebant, ſaliuaque ſanguinis ex pectoris illiſionibus emittebantur. Vbi lecti vſus? Vbi indumenti munditia, & firmitas? Omnia ibi diſciſſa erant, & ſordida, ac pediculis operta. Quid autem eſt eorum, qui à dæmonibus arripiuntur, ſi illis conferatur, afflictio. Quid mortuos plangentium amaritudo? Quid mœror in exilium degentium? Quid parricidij reorum pœna? Nihil ſanè eſt eorum cruciatus, ſuppliciúmque, quo inuiti afficiuntur, ſi voluntaria iſtorum pœna conferatur. Illic profectè verba Dauid rebus ipſis cerneretis impleta, ærumnis affectos homines, atque vſque ad finem vitæ incuruatos, totiſque diebus mæſtos incedentes, & ex putrefactis illi corporis Partibus fœtorem exhalantes: qui quòd ſine vlla carnis cura degerent, obliuiſcebantur comedere panem ſuum, potumque aqua cum gemitu miſcebant, & cinerem cum pane manducabant. Adhæſerant illorum oſſa carni, ipſique vt fœnum aruerant.*

7. Hæc quantum ad generalem viuendi rationem cunctis pœnitentibus illis communem. Quid autem communi penſo abſoluto ſinguli addiderint orationis, ieiunij, gemituum, mortificationum, habituſque pœnitentiſſimi, his carptim explicet. 58. Singulorum peculiares afflictiones. *Quoſdam* (inquit) *ex reis illis vidi noctibus totis ſubdiò ſtare peruigiles, pedeſque immobiles tenere, cumque ſomno miſerabiliter depreſſi agitarentur, vim naturæ inferre, nullamque ſibi ipſis requiem omnino indulgere; ſed ſeipſos increpare, ignominijſque, & contumeliis afficere; atque excitare alios; miſerabiliter in cœlum intuentes, & illinc adiutorium cum gemitu, & ſuſpiriis, & vocibus inuocantes.*

Alios in oratione aſſiſtentes, ac reorum in morem vinctis poſt terga manibus, luridas facies ſuas inclinantes, indignos ſe, qui in cœlum aſpicerent, vociferantes; nec quicquam ad Deum orando dicere præ cogitationum, & conſcientiæ hæſitatione præſumentes: neque quomodo vel vnde orationem facerent inuenientes, ſolámque animam tacitam, mutatamque mentem Deo offerentes tenebris, ac deſperatione (proculdubio de viribus ſuis) plenam.

Nonnullos in pauimento ſtrato cilicio, & cinere ſedentes, ac faciem genibus operientes, frontémque in terram collidentes.

Alios iugiter pectora tundentes, animámque ſuam, ac vitam ſuſpirio ingenti reuocantes.

Ex his alij quidem pauimentum madefaciebant lachrimis.

Alij verò, quod lacrymarum imbres non haberent, miſerabiliter lamentabantur.

Plurimi, vt fieri in mortuis ſolet, ſuper animabus ſuis vlulatum diræ vocis emittebant, anguſtiam cordis ferre non valentes.

Alij ex intimo corde rugiebant, atque intra os gemitus ſonum cohibebant: interdum vero cum ſe continere non poſſent, repente exclamabant.

Vidi ego illic aneos mutos nonnullos; habitu, cogitatione, & actu quaſi à ſemetipſis exceſſiſſent. Veluti aneos quoſdam ſummo ex mœrore effectos, ac totos tenebris obſitos, & ad omnia vitæ huius velut inſenſibiles factos.

factos. Mentem quippe iam in humilitatis abyſſo demerſerant, ac mœroris igut oculorum lachrymas fixerant.

Alias item mæſtos ſedere, atque in terram fixis obtutibus ſtare perſpexi, caputque aſſiduè mouere, ac Leonum in morem ex imo corde rugitum, ac gemitum emittere.

Ex his alij pleni ſpe remiſſionem omnimodam inquirentes orabant.

Alij ex ineffabili humilitate indignos ſeſe remiſſione iudicabant, nec omnino poſſe Deo rationem reddere clamabant.

Quidam hic excruciari, vt illic miſericordiam conſequerentur à Domino, ſupplices poſcebant.

Plerique ex conſcientia onere attriti ac depreſſi ſatis ſibi eſſe ex animis dicebant, ſi vel ſuppliciis eximerentur, regueque non potirentur.

Vidiſſes in illis æſtuantes linguas inſtar canum ex ore procedentes.

Ex his alij ſub ardentiſſimo ſolis æſtu ſe ipſos cruciabant.

Alij contra acerrimo frigore ſe affligebant.

Quidam modicum aqua deguſtantes, ne omnino ſiti exareſcerent, ita quieſcebant.

Nonnulli cum panis exiguum quid accepiſſent, reliquum manu longiùs proiiciebant, indignos ſe, Numerus pœnitentium magnus. *qui rationali cibo veſcerentur, aſſerentes, quippe qui irrationabiliter egiſſent.* Vbi nota, Lector, ſatis magnum, atque frequentem fuiſſe numerum Monachorum *Carcerem* incolentium, cum per viginti ferè diuerſimodè pœnitentium claſſes numero plurali ſempet vtatur Climacus, atque in aliquibus nunc *plurimos*, nunc *pleroſque* conſtituat: quibus vocibus non ſola ſignificator multitudo Marhematica, quæ in numero duali Salnatur, ſed multitudo copioſa ſupetlatino nomine importata.

59. Preces communes. 8. Facta pœnitentium vidimus ſtupenda. Dicta nunc æqoe portentoſa audiamus, & primum preces communes, ſiue Conuentoales oratione lachrymoſiſſima ad Deum fuſas, quæ lapides quoqoe ipſos ad compunctionis ſenſum emollire potuiſſet, digna quidem, quæ à pœnitentibus iugiter refricetur. Ea vero ſic babet.

Oratio. *Nouimus ſanè, nouimus, omnibus iam pœnis, atque cruciatibus non eſſe digniſſimos. Et meritò quidem, neque enim idonei iam ſumus, qui pro debitorum noſtrorum multitudine ſatisfacere poſſimus, etſi orbem vniuerſum, vt pro nobis lugeat, conuocauerimus. Illud ſolum oramus, illud deprecamur id tota animi intentione ſupplicamus, ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua corripias nos, neque iuſtiſſimi iudicij tui legibus excrucies nos; ſed parciùs, atque miſericordiùs. Satis enim nobis eſt ingenti illa tua ac terribili comminatione, ſuppliciiſque illis occultis ignetis, atque inauditis liberari. Neque enim, vt pœnis omnibus omnino liberemur, petere audemus. Qua enim facie, quo animo id ardeamus, qui profeſſionem noſtram violauimus, eamque poſt priorem, clementiſſimamque remiſſionem ſordidauimus.*

60. Colloquia. 9. Aliquando eis conſeſſus, & collocutio indulgebatut pro aliquali ſpititus refocillatione, ne omnino ſuffocareotur mœrore, atque deficerent. Conuenienter autem hæc inuicem colloquebantut.

Quid putatis contiget? Quænam erit illa ſententia? Quis finis noſter? Putas erit reuocatio? Num ſupereſt vlla ſpes veniæ mæſtis? humilibus? reis? Num valuit Oratio noſtra ingredi ante conſpectum Domini, aut meritò repudiata eſt, abiectaque atque confuſa? Aut ſi forte inerauit, quantum peregit? quantum placuit Deo? quantum profecit? quantum operata eſt? Emiſſa quippe ex immundis corporibus, & labiis, parum virium habere potuit. Putas omnino reconciliabit Iudicem? an ex parte? An vulnerum vel medietas deleta eſt? Quippe maxima cum ſint plurimis & laboribus, & ſudoribus, & doloribus indigent. Putas appropinquauerunt nobis Angeli Cuſtodes noſtri, an adhuc longiùs à nobis ſtant? Niſi enim illi appropient nobis, inutilis, & infructuoſus eſt omnis labor noſter. Neque enim habet vim confidentia Oratio noſtra, neque munditiæ pennas, vt ingredi ad Deum poſſit, niſi hanc è proximo aſſumant Angeli, qui nobis præſunt eamque offerant Deo.

Hæc tamen ſe ipſos exhortantes, atque excitantes aiebant:

Curramus, fratres; curramus, curſu enim opus eſt, & vehementi curſu: quoniam cam noſtro decoro, atque optimo excidimus. Curamus, neque carni huic noſtræ ſordidæ, & nequam parcamus fratres, ſed occidamus illam, ſicut prius occidit nos. Sic dicebant, ſicque beati rei illi faciebant.

10. Audiuimus conſedentium colloquia; 61. nunc Soliloquia ſeorſum flentium, quaſi Soliloquia. iacula è cordium pharetris emiſſa, attendamus. *Nec quicquam apud illos audiſſes* (inquit Climacus) *niſi hæc verba.*

Væ, Væ me miſerum; iuſte, iuſte; parce, parce Domine Nonnulli: Miſerere, miſerere, dicebant.

Alij verò rurſus miſerabiliùs clamabant: Ignoſce, ignoſce, ſi poſſibile eſt, Domine.

Alij pectus validè manibus cedentes, quaſi ad ipſam iam adſtarent cœli ianuam, ad Dominum dicebant: Aperi nobis Iudex ianuam aperi nobis, ex quo illam nobis ipſi per peccatum clauſimus.

Clamabat alius: oſtende faciem tuam tantum, & Salui erimus.

Alius è contra: Appare iis, qui in tenebris, & vmbra mortis ſedent, humilibus tuis.

Alius rurſus: Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia perijmus quia deſperamus (de nobis) *quia nimium defecimus.*

Nonnulli autem aiebant: Putaſne apparebit Dominus vltra ſuper nos?

Alij verò: Num pertranſibit anima noſtra debitum intolerabile?

Alij: Putas ne adijciat Dominus vlterà conſolari in nobis? Putas illum audiemus dicentem nobis, qui ſumus in vinculis inſolubilibus: Exite; & qui in inferno pœnitentiæ ſedemus. Relaxamini? Putas ne clamor noſter ad aures Domini ingreſſus eſt?

Rurſus: *Secum hæc in animo voluentes; virtutiſque, qua exciderant altitudinem conſiderantes:*

Digitized by Google

Memorati ſumus, aiebant, dierum antiquorum, ignitique illius ſtudij noſtri.

Alij ad Dominum clamabant: Vbi ſunt miſericordia tua antiqua Domine, quas oſtendiſti animæ mea in veritate tua? Memor eſto opprobrij, & laboris ſeruorum tuorum.

Alius verò: Quis me, aiebat, ponat ſecundum menſem dierum meorum priorum, in quibus me cuſtodiebat Deus, quando lucebat lucerna lucis eius ſuper caput cordis mei?

Sicque priores omnes virtutes ſuas memorabant, atque iſta infantium more plorantes dicebant Vbi nam eſt orationis puritas? vbi huius certiſſima fiducia? Vbi dulces lacrimæ? In amaritudinem ecce verſæ ſunt. Vbi ſincera ad Paſtorem fides? Vbi orationis illius in nobis efficacia & virtus? Perierunt iſta omnia, & quaſi nunquam viſa ſint, defecerunt, veque nunquam fuerint, ita deleta ſunt, & perdita.

62. Mala quæ in ſe imprecabantur à Deo.

11. Neque his factis, dictiſque tantam mouentibus admirationem memorables illi pœnitentes contenti; *alij, vt dæmonio à arriperentur, orabant; alij, vt morbum Sacrum inciderent, precibus à Domino poſcebant, Plurimi oculos amittere, miſerandumque omnibus ſpectaculum fieri, optabant. Nonnulli mendici fieri, & languore corporis contrahi, ſolum ne futura ſupplicia experiri cogerentur, cupiebant.* Vlterius: *Rogabant nonnunquam iſti magnum illum Iudicem, (Paſtorem dico inter homines Angelum) vt ferrum, ac torques collo, ac manibus imponeret, pedeſque patientium conſtringeret ligno; nec eos inde prius ſolueret, quam Sepulchrum ſuccederet: imò vero nec Sepulchrum quidem. Neque enim profectò hanc quoque beatorum illorum reuera miſerabilem ad Deum charitatem, atque pœnitentiam abſcondam. Quoties ad Dominum profecturi, & incorrupto tribunali Iudicis ſiſtendi erant felices illi regionis pœnitentium ciues, hoc per eum, qui ſibi præerat, adiurantes, à Magno illo ſummis precibus petebant, ne Sepulchra humana dignarentur ſed brutorum inſtar, aut fluuialibus vndis traderentur, aut in campum proiecti beſtiis deuorandi permitterentur. Quod & nonnunquam fecit illorum precibus obtemperans.*

Quæ à Prælato.

63. Quid Moribundo ad ſtantes dicebant.

12. Poſtremo tandem. *Cum extrema illorum hora adueniſſet, terribile omnino miſerandumque ſpectaculum cerneres. Nam cum eum, qui ſe præcedebat, & efflare iam animam ſenſiſſent ſocij, ſenſu adhuc integro vigente circumſtabant illum, ſitique æſtuantes, & lugentes, ac deſiderio pleni; miſerabili omnino habitu, mæſtiſſimoque ſermone capita ſua commouentes, & efflantem iam animam interrogabant; miſericordiaque flagrantes aiebant ad illum.*

Quid eſt frater? Quomodo tecum agitur? Quid dicis? Quid ſperas? Quid ſuſpicaris? Perfeciſti ne ex labore tuo, quod quærebas, aut non valuiſti? Perueniſti, aut potius nondum ſpe tua es? Accepiſti certam aliquam fiduciam, an adhuc incerta ſpe fluctuas? Conſecutus es libertatem, an agitatur, ambigitque cogitatio? Senſiſti aliquam in corde tuo lucem, an tenebris adhuc & ignominia plenus es? Vlla ne tibi vox intrinſecus facta eſt, dicens, Ecce ſanus factus es: aut Dimittuntur tibi peccata: aut, Fides tua te ſaluum fecit? Illam ne tibi adhuc vocem audire videris; Conuertantur peccatores in infernum; Et, ligatis eius manibus, & pedibus mittite illum in tenebras: Et, Tollatur impius, ne videat gloriam Dei? Quid ais frater? Dic nobis oramus, vt nos ſcire poſſimus, quidnam illic nos maneat. Tuum quippe tempus iam clauſum eſt, aliudque de cæterò in æternum non inuenies.

13. *Ad hæc alij quidem dormientium: Benedictus Dominus, aiebant, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.* 64. Quid moribundi reſpondebant.

Alij vero illud gementes dicebant: Forſitan pertranſibit anima noſtra aquam ſpirituum aeris intolerabilem. Quod non confidentes aiebant, ſed conſiderantes quam ſit pauendum illud terribile, incertumque iudicium. Alij verò mæſtiùs quiddam reſpondebant, & dicebant. Væ animæ illi, quæ ſeruauit profeſſionem ſuam integram, & immaculatam. Hac enim hora tantum ſciet, quid illi præparatum ſit.

Exemplar hoc reſpiciens libris aliis non eget.

Hinc merito quidem gradum quintum, vbi plurima ex his refert, concludit Climacus inquiens: *Finis tibi, & forma, & exemplar, & imago ad pœnitentiam ſint ſancti illi rei, quos memorauimus, atque ita in omni vita tua libris omnino opus non habebis.*

65. Quare infirmis hæc proponuntur?

Sed ais: Quorſum hæc fere incredibilia, quibus parum abeſt quin deſperationis barathro abſorbeamur, vireſque noſtras omnino ſuperantia infirmis animis proponuntur? Reſpondeo ex Ludouico Granat. in Notis ad ipſum grad. 5. Ea quidem incredibilia videri, attenta ſolum infirmitate noſtra; peruia tamen, & digna fide, ſi virtus conſideretur diuina. *Cauſa diligendi Deum Deus eſt* (inquit D. P. N. Bernardus initio tractatu de Diligendo deo) *modus ſine modo diligere.* En veri atque admirandi pœnitentes Deum ſuum ſuper omnia, & ſine modo (vt ſic loquar) diligentes, ſummumque bonum, Deum nempe, peccatis amiſſum ſine modo dolentes: quod à vero Dei amore, ſeu ardenti Charitate eſſe, quis neget? Quid autem miteris talia verum Dei amorem in anima operari? Nonne paſſim videmus, parentes cæco naturæ amore erga liberos corripi, atque in eorum deceſſu non ſolum anxiè dolere, ſed eo tandem deuenire, vt ſe ipſos dilacerent, ac perimant? Quid ergo miremur æternæ lucis illuſtrante candore, diúque perpenſa culparum grauitate, quibus Deus ipſe deperditur, ad hæc extrema *Carceris* illius feliciſſimos pœnitentes deueniſſe? Noſtra igitur negligentia (inquit Granatenſis) incredibiles nobis reddit nobiles pœnitentium horum afflictiones quæ ſine modo diligentibus Deum acciderunt. Sed ne eò deficiendum nobis eſt, quod eorum mirandas virtutes, attingere non poſſimus. Sancti namque homines in omnibus excellentiores nobis extitere; & ſicut eorum acta in cunctis imitari ex neceſſitate non tenemur, itaque neque eorum certamina. Attamen vtiliſſimè infirmis, ac deſidioſis eorum exempla, ac pœnitentiæ rigores proponuntur, propter tria præcipuè. Primo vt appareat vis auxilij Diuini, quo debilitas noſtra roborata tot, tantaque facinora exequi valet, quæ etiam & nobiſcum cooperaretur, ſi ea Deo iuuante animosè conaremur. Secundo vt accendamur, & excitemur ad aliqua ſaltem, eorum, quibus ad reliqua promereamur auxilium. Tertio vt, ſi neque hoc quidem fecerimus, ad minus

rubore

rubore confuſi infirmitatem noſtram agnoſcamus, quô forſam nihil eſt maius. Idque idem Climacos gr. 26. n. 33. apertè admonet dicens: *Irrationabilis valdè ille eſt, qui virtutes Sanctorum, quæ ſupra naturam ſunt audiens, de ſe ipſo deſperat. Aut enim ad imitationem ſanctæ fortitudinis excitant, aut ad ſummum tui [illegible], & eius, quæ in te eſt fragilitas, demonſtrationem per beatiſſimam humilitatem te conuertunt.*

66. Felíciores qui poſt lapſum lugẽt. Ad calcem accipe lector ex eodem gr. 5. vnam vel alteram Climaci ſententiam quibus conceptum temperes horrorem, atque etiam ſi peccaueris, ad anchoram Diuinæ miſericordiæ confugiendum ſcias. Narrabat Climacus attonitus, totuſque perterritus magno illi Patri Laborantium prædicta certamina, quæ in *Carcere* viderat: & vt erat ingenio præditus, & Sacra Theologiæ ſcientia prædioes, ſub intulit: *Feliciores exiſtimaui, qui poſt lapſum lugent, quam qui nunquam lapſi ſunt, & ſe ipſos non deflent. Hic enim ruina ſua cauſa fuit beatiſſimæ ac tutiſſimæ reſurrectionis. Tunc ille: ſic inquit, eſt.* Atque ita eſſe ſentiunt grauiſſimi Theologi ad quæſt. 23. 1. p. cum D. Auguſtino lib. de Natur. & gra. cap. 28. & de Correctione & gra. cap. 9. dum explicat verba illa Apoſtoli Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum &c.* Quod extendit etiam ad peccata: non quidem per ſe ſumpta, quia peccatũ non poteſt per ſe eſſe effectus Diuinæ voluntatis, in qua poſita eſt ratio prædeſtinationis, ſed ad permiſſionem peccati, quæ in Deo ex complacentia, & intentione dandæ beatitudinis procedere poteſt: Quibus conſentit Damaſcenus lib. 2. de Fide cap. 19. *Sinit* (inquiens) *ſuperbum in ſtuprum incidere, vt per huiuſmodi lapſum imbecillitatem ſuam cognoſcat, & humilior fiat.*

67. In Deo ſperandum. Tandem Climacus ibi. *Noli turbari ſi quotidie laberis, neque reſilias, ſed ſta viriliter: prorſus enim venerabitur venerentiam tuam tuus cuſtos Angelus. Dum adhuc recens, atque in ſanguine eſt vulnus, facile curari ſolet: num quæ diuturna, & neglecta, atque obducta vetuſtate ſunt, difficillimè ſanantur, ingentique labore, & ferro, & cauterio, & igne viſibili, vt curari poſſint, indigent. Plurima ſunt, quæ tempore fiunt inſanabilia, Deo tamen omnia ſunt poſſibilia. Antequam corruamus, & Clementem eſſe Deum dæmones ſuggerunt; poſt ruinam verò, durum & immitem dicunt. Noli ei credere, qui poſt grauiorem lapſum in minimis deffectibus ingemiſcenti dicit: vtinam id non feciſſes, nam iſtud quidem nihil eſt. Sæpè enim parua munera ingentem Iudicis iram mitigarunt.* Cæteros Scalæ gradus annotationibus proſequi noſtrum non eſt, Canones tantum Regulares percurrere aggreſſi ſumus. Vide Dionyſium Carthuſianum: & Ludouicum Granatenſem. Petit enim id plus temporis, atque olei plus.

§. V.

Monachatus Arabici duratio.

68. Quo tẽpore floruerit. Floruit S. Ioannes Climacus Seculo 5. Sabæ Ioanni Silentiario, Ioanni Raythenſi, Theodoſio aliiſque Orientis Clariſſimis Patribus coæuus, æuo fere eodem ſanctiſſimi P. N. Benedicti prius iam occidentem illuminantis.

Deficit à vera Chronologia Trithemius aſſerens claruiſſe Climacum circa tempora Conſtantini, Conſtantij & Conſtantis, qui regnauerunt A. C. 346. quod quantum è verò diſtet, ſatis ex eo liquet, quod Raythenſis Euthymium habuerit tyrocinij ſui Præceptorem vitâ functum A. C. 476. iuxta dicta c. 6. n. 44. Raytenſis autem Climacum Scalam exarare præceperit. Trithemium ſequebatur Gaulterius ſec. 4. ſed in quinto mutauit ſententiam. Per oppoſitum exceſſit Baronios in Not. Martyr. putans non longè poſt tempora Iuſtiniani claruiſſe: quod ego verum eſſe crediderim, quantum ad tempus, illuſtre illud, clarumque Aſceticum, *Scalam* nempe, ſeu *Tabulas* exarauit: cum enim ad Abbatiam Montis Sinai euectus ſcribere cæperit, tunc verò 75. ætatis ſuæ annum egiſſet, vt pluries notauimus, Octogennarius fere primam operi manum admouit, cuius & libri, & vitæ finis poſt tempora Iuſtiniani incidere potuerunt. Diem obitus Celeberrimi huius viri 30. Martij Elogio celebrat Eccleſia. Quo autem anno primam ſupremamque viderit Lucem, non conſtat.

Magni huius Patris Inſtituta diu multumque in Arabia duraſſe ſuadent Acta S. Simeonis natione Siculi ab Eoberuino Doleienſis Monaſterij Abbate conſcripta (quæ vel ipſe ex ore Simeonis audiuit, vel à fidelibus viris ab ipſo audita didicit, vt ipſe in Præfatione aduertit apud Surium tom. 3. Iun. 20.) vbi refertur quod peragratis Sanctis Hieroſolymæ locis ei Monaſterio S. Mariæ in Bethleem in quo biennio vixerat. *Ad aliud Monaſterium, quod eſt ſitum ad radices montis Sinai, in eo ſcilicet loco, vbi Sanctus Moyſes ardentem vidit non ardere rubum, ſeceſſit, vbi ab Abbate receptus per aliquot annos in ſeruitio fratrum permanſit.* In huc autem Cœnobio vigentem adhuc Climaci eorumque Partum (quorum ipſe in Tabulis mores ſuis imitandos tradit) S. Simeonem inueniſſe diſciplinam, ex his quæ Eoberuinus ſubiungit haud obſcurè perſpicies: ait enim. *Creſcente autem perfectionis vitæ deſiderio Abbatem humiliter rogauit, vt liceret ei in aliquo ſecretiori loco commanere, & impetrauit.* Et poſt pauca. *Poſt hac ad Monaſterium regreditur, ſuo Magiſtro iterum ſubditur, cui confitens perpeſſus inſidias diaboli, diſtrictiori ſe continentia conſtrinxit per aliquot hebdomadas, in die tantum Dominica cibum ſumens. Regula autem Monaſterio talis erat, vt non prohiberetur quicumque ieiunare vellet.* Vbi plura notanda ſunt. I. Perfectioris vitæ prætextu Simeonem, facultate Abbatis obtenta, eremi ſecreta petiiſſe: idem autem feciſſe Climacum, primordiiſque Monachatus in Monaſterio Sinaitico expletis ad ſolitudinem Tholæ receſſiſſe conſtat ex dictis n. 16. huius cap. II. Ad ſe reuerſum Simeonem calculum, vt aiunt, reduxiſſe, mutataque ſententia Cœnobiticam vitam ſolitaria eſſe potiorem facto ipſo fuiſſe confeſſum. Idipſum autem Climaco accidiſſe, manifeſtè probatur n. 22. III. Cogitationes ſuas, motuſque, ac Phantaſias, quas intrinſecus à dæmone in cacumine montis ſina fuerat perpeſſus, ſtatim Abbati ſuo reuelaſſe Simeonem. Quod iterum atque iterum Climacus inendi num. 20. & 38. IV. Integrum vnicuique Monachorum fuiſſe ſibi liberè ieiunij tempora præfigere ſecundum

69. Diu eius inſtituta duraſſe.

ipſius Cœnobij regulam. Hoc autem haud obſcurè permiſſum à Climaco inuenies gradu 14. vbi de ieiuniis, quibus gula debellatur loquens inquit:num.2. *Carnis igne creſcente illam puniamus atque in omni tempore & loco abſtinentiam ſeruemus*: Et poſt nonnulla pinguibus, calidis, ſuauibuſque cibis præſcriptis, de quo ſupra. n. 59. nullaque alicubi prandij hora deſignata inquit. *Conſidera te ipſum prima diei hora, meridie & veſpere antequam ſumas cibum, atque ex hoc addiſces ieiunij vtilitatem. Exultat quidem manè atque appropinquat cogitatio, ſexta vero cum aduenerit, aliquanto remiſſior fit, circa ſolis vero occaſum prorſus humiliatur.* Quæ procul dubio multùm afferunt coniecturam ad credendum vſque A.C.1030. in quo Euburenirus ea Simoni contigiſſe commemorat, in monte Sina S.Ioannis Climaci Inſtituta duraſſe.

70. Aliud Cœnobium in à Sina barbaris dirutum. Eiuſdem tamen Cœnobium aliud (forſam cui ipſe à Monachis Abbas præfici paſſus eſt) non diu adeo, multumque poſt ipſum duraſſe, eadem S. Simeonis acta teſtantur: vbi de quodam ſeceſſu, à quodam Patre, cuius imperio viuebat in eremo, orare mittebatur, hæc habent: *In vertice autem Montis Sinai, eo videlicet loco in quo Moyſes gloriam Dei vidit, & legem in Tabulis lapideis ſcripſit.* (Recognoſce locum quem Climacus conſcendit Tabulas ſuas ſcripturus) *Aliud Monaſterium erat, quod propter incurſantes, [illegible], qui per illam eremum ſemper vagantur, omni habitatione deſertum remanſerat. Eò poſt hæc exercitia vir Dei Simeon mittitur, & vt ibi moraretur, præcipitur.* Plurimas per hæc tempora Chriſtianorum Eccleſias Monachorúmque palæſtras barbarorum clade Arabiam & Paleſtinam deuaſtantiam extinctas, & ad ſolum æquatas vide in Saba cap. præcedenti à n. 108. & alibi, quorum incurſione Climaci Cœnobium periiſſe non miraberis. In eodem autem Sacro Sinai montis iugo poſtmodum S. Banonium D.P.N. Benedicti diſcipulum Cœnobium iamdiu ante dirutum reſtauraſſe, ibique Magiſtri ſui regulam docuiſſe, refert Zepius A.C. 1035. de qua re commodius lib.8. vbi de eiuſdem Regulæ per vniuerſas orbis partes dilatatione, & praxi agendum nobis eſt. A S. Bononio inſtauratum.

DE

DE VETERI MONACHATV, ET REGVLIS MONASTICIS LIBER QVINTVS.

DE MONACHATV SYRIÆ VNIVERSÆ, Meſopotamiæ, & India.

DOCTORIBVS SANCTIS PATRIBVS IOANNE Chryſoſtomo, Ephræm, Barlaamo, & aliis.

CAPVT PRIMVM.

De Monaſticis D. Ioannis Chryſoſtomi Inſtitutionibus in Syria.

§. I.

Monachum, & Monachorum legiſlatorem extitiſſe probatur.

1. Chryſoſtomus Regulã Monachorũ ſcripſit.

SED iam ad Syriam reuocamur magni illius Ioannis Monaſticarum Inſtitutionum ſpectatores, qui ab aureo ore cognomẽtum accepit. Hunc ſiquidem non vt cumque Monachum, ſed præſtantiſſimum Monachorum legiſlatorem Syria reuerita eſt; vtpotè, qui Aſceticas Regulas ſcripſerit, vt Leo Imperator Porphyro-genitus in eius laudibus teſtatur inquiens: *Cum vitam ſuſcepiſſet Monaſticam, qui etiam ante, & ſi vllus alius, erat ſolitarius, tanquam tunc incipiens dat ſe Monaſteriis* (impeditus fuerat aliquandiù in ſolitudinem ſecedere maternis deprecationibus) *quotidie ad interiora ſe extendens. Cum talis autem cerneretur, rogatur quidem, vt fratrum ſuſcipiat Præfecturam, ſed minimè id ſuſtinet. Decreta autem, & ordinem omnis bonæ Monaſticæ exercitationis Diuinis hic Zelotes conſcripta eis tradidit.* Præuentus tunc fuerat fauore illo cœleſti, quo à B. Euangeliſta Ioanne peruiſum librum acceperat, aiente: *Hoc accipe: Ego quidem Ioannes, qui in myſtica cœna ſuper Chriſti pectus recubui, & illinc hauſi fluenta Theologiæ.* Tradidit ei quoque Apoſtolorum vertex claues ſuas in ſignum futuræ Pontificiæ poteſtatis. Vidit id Heſichius Syrus veneranda canitie Monachus, cui Ioannes noſter Monaſticis imbuendus ſe tradiderat: vt referunt Metaphraſtes, & Imperator, qui ſubiungit: *Ioannes autem tunc ſcripſit libros de Monaſtica exercitatione.*

Magna res, & omni admiratione digna; ſcripſiſſe ſcilicet Ioannem ipſo ſui Monachatus tyrocinio Regulas Monaſticas, exercitatiſſimis viris grauiter profuturas: tunc ſiquidem tertium dumtaxat, aut quartum vt plurimum, agebat religionis annum: quandoquidem ſolos quatuor in eo exegit Cœnobio ſub Heſichio, de quo Simon ait: *Vir quidam genere Syrus* (vt ipſe Ioannes) *nomine Heſichius, ætate quidem iam prouectus, tempore autem ferè quoque æqualem habebat exercitationem, qui ipſe quoque erat vnus ex illis, qui in ſacro illo entrecebantur Monaſterio, cuius veſtigiis inſiſtere cupiebat magnus ille Ioannes.* Verum intra illud quadriennium tantum profecit Ioannes, vt de eo ſubinferat: *Omnes autem intuebantur ad vitam Ioannis, tanquam viuum exemplar. Nam etſi erant apud ſingulos* (conuentus) *qui vita, & ordine præſtabant aliis, is tamen erat omnium primus eruditor, & Magiſter.* Et quò ampliùs mireris, non excedebat 20. ætatis annum; vtpotè 18. conuerſus, & quatuor in Cœnobiali vita peragens: vnde aufugiens, eremiticam ambiens, in ſpelunca biennio latuit ferè inſomnis.

2. Quo tempore. Vitæ eius perfectio.

Sed graui totius ægritudine Antiochiam remeare cogitur, curationis gratia: vbi ad Diaconatum, tametſi inuitus, euectus eſt à Meletio Antiocheno Antiſtite. Quinquennio autem — Deſertũ relinquere cogitur.

elapſo, & Meletio tranſlato ad ſuperos, reuertitur in primum Monaſterium, Fratrum tegendorum curam ſuſcipiens. At nec ſic quidem in ſolutione perſtare permiſſus; nam *Flauiano, qui Meletio paulo ante in Sede ſucceſſerat* (ait Metaphraſtes) *Deo in aurora canenti ſacros hymnos, apparens Angelus, in Monaſterium, in quo erat Ioannes, iuſſit ire quam citiſſimè, & eum ducere ad Eccleſiam, & conſecrare Sacerdotem futurum Deo vas electionis. Hoc etiã celitùs à Ioanne cognito, & voce deſuper audita: Quod Deus ſtatuit, quis poterit euitare? acceſſit ad Monachos, & cum eis dixiſſet, ſe abſceſſurum, affert eis dolorem, qui non poteſt verbis exprimi. Poſtquam autem eos verbis ſatis eſt conſolatus, deinde de eo quoque, quod erat illis vtile futurum, ſollicitus, electis duobus ex omnibus, qui erant & vita, & ſermone reliquorum omnium præſtantiſſimi, Fratrum curam eis committit.*

3. Baſilius Chryſoſtomi Socius, quis. Hoc loco monendi ſunt erroris ſui aſſerentes magnam magno Ioanni cum magno Baſilio fuiſſe conſuetudinem, cum eoque in Cœnobio aliquando verſatum: ex quo fieret, vt ab eo in diſciplinis Monaſticis eſſet eruditus: quod ſanè ſcripſit Socrates lib. 6. c. 3. quem imitati deinceps fuere Nicephorus lib. 13. c. 2. Leo Imper. in Ioannis encomiis, Equilinus lib. 3. Cathal. c. 27. Germanus Brixios Altiſſiodorenſis in Prologo ad libros de Sacerdotio, & quidam alij. Cæterum Baſilius ille Chryſoſtomi amicitiis decoratus longè alius fuit, vti iampridem Metaphraſtes animaduertit, inquiens: Ioannes *Angelicam ſeu Monaſticam vitam ſtatuit ſuſcipere, ad hoc, conſultore, & Inſtituti ſocio vtens Baſilio quodam ſuo familiari, & qui erat vnius animi, & fraterni cum eo ſpiritus. Non is autem erat ille, qui & patriam, & ſedem ornauit Cappadocam vt quidem exiſtimant, decepti à ſimilitudine nominis, ſiquidem ad fidem huius rei faciendam, hic ipſe ſufficit lingua aureus,* Chryſoſtomus ſcilicet) *qui ſatis illud oſtendit in libris de Sacerdotio. Dicit enim eum eſſe ipſum ſecutum toto tempore, & eaſdem attigiſſe diſciplinas, & eoſdem habuiſſe præceptores. Quod autem maximè omnium prohibet, non hunc eſſe magnum illum Baſilium, eſt quod ipſum quidem oſtendit eiuſdem patriæ, fuiſſeque & genere pares, & diuitiis. Quomodo vero ſtatuas, hoc eſſe Magno, & huic maximo communia, quæ ſunt maximè diuerſa. Siquidem plurimum inter ſe differunt Antiochia, & Capadocia. Sunt autem multa quoque alia, per quæ coniici poteſt, non eſſe hunc magnum Baſilium, ſed quendam alium ortum Antiochiæ.*

4. Baſiliorum diſcrimen. Conſentit Baronius to. 4. A. C. 381. inquiens: *Sed & grauiore illi detinentur errore, qui Baſilium illum, quocum à puero aſſueuerat, quique poſtea ad Epiſcopatum aſſumptus eſt, exiſtimant fuiſſe ipſum Baſilium Magnum, Cæſareæ Capadociæ Epiſcopum: nam agebat iam ſeptimum annum in Epiſcopatu, Cæſarienſis Baſilius, cum iſte iunior creatus eſt, vt ex temporum exacta ratione habita, perſpicuè licet inſpicere. Sed & cum atteſtatione Chryſoſtomi conſtet* (lib. 1. de Sacerdotio) *Baſilium iuniorem eo tempore, cum creatus eſt Epiſcopus, non exceſſiſſe ætatem annorum 22.* (*æquales enim erant*) *quomodo fingi poteſt, hunc illum eſſe Baſilium ætate ſenem, qui & poſt ſequentem annum ex hac vita migraſſe dicatur? Cæterum & cum ipſe Chryſoſtomus de iuniore Baſilio dicat, eadem illum, quâ ſe patria eſſe natum, nempe Antiochia, facultatibus pauperem; quam longè diſcrepat ab illo Magno, patria Cæſarienſi, quem prædiuitem fuiſſe. Gregorius Nazianzenus, & Nyſſenus affirmant? vel quid conueniens, vt Baſilius Cæſarienſis Antiochiæ electus eſſet ab Epiſcopis Syriæ, ſicut iunior iſte, de quo Chryſoſtomus ſcribit? vel cum conſtet Baſilium hunc eremum cogitantem eſſe electum, Baſilium verè magnum liquet, poſtquam cum Gregorio Nazianzeno eremum incoluiſſet, vocatum eſſe ad Epiſcopatum.* Hæc ille, & rectè; niſi quod humanum aliquid paſſus eſt, cum Iuniorem Baſilium *facultatibus pauperem* dixit; vt in eo quoque diſcrimen vtriuſque conſtituat: à quo facile liberaretur, ſi Metaphraſtem attendiſſet aientem, *fuiſſe & genere pares, & diuitiis*, aut ipſum attentiùs legiſſet Chryſoſtomum de ſuo Baſilio hæc inter cætera ſcribentem lib. illo 1. de Sacerd. *Erant & alia item, quæ voluntatum noſtrarum conuenientiam hanc cõſtantem, inconcuſſamque ſeruarent. Neque enim ob patriæ amplitudinem, claritatemque alter altero ſeſe plus efferre, ac venditare poterat* (vtriuſque enim erat patria Antiochia) *neque ego ſumma diuitiarum copia abundabam, ille contra, extrema premebatur paupertate; quinimo facultatum noſtrarum modum, conſiliorum paritas, & ſtudiorum æquabilitas æmulabatur. Adde, quod & nobis idem generis honos, ac ſplendor, vt nihil non concurreret ad voluntatem ſtudiorum, ſententiarumque conſenſionem.* Quid clarius? Sed Baronius raptim librum euoluens, ſola ea verba ſibi carpſiſſe videtur: *Ille contra extrema premebatur paupertate*, minimè in negationem præmiſſam oculos iniiciens. Baronij lapſus.

Adde Inſtituta Ioannis Chryſoſtomi non parum ab Inſtitutionibus magni Baſilij differre. 5. Baſilij & Chryſoſtomi Inſtituta diuerſa.
Sed vnde id habeam, inquiris: cum liber illius de *Monaſtica exercitatione* perierit? Magno planè totius non ſolum Monachatus, ſed & Chriſtianæ, ac litterariæ Reipublicæ damno periiſſet Aſceticus ille tractatus, ſi tamen verè periiſſet: vehemens ſiquidem ſuſpicio ſubit animum, extare; ſed ſub Baſilij nomine circumferri titulo *Conſtitutionum Monaſticarum* condecoratum. Moueor verò ex eo quod ſentiam, multos Aſceticos tractatus diuerſorum Patrum Græcorum in vnum corpus ob materiæ ſimilitudinem: & Monachorum commoditatem iampridem coaluiſſe; Sed tamen cum Baſilij regulæ cæteras volumine antecellerent, vnde ortum exiſtimo, vt omnes Baſilio per errorem adſcriberentur, ex tranſcriptorum prius, recognitorum poſt incuriâ vſque ad tempora noſtra tranſfuſum. De qua re iam pridem Biuarius noſter Hiſtoriæ huius auctor dubitauerat, in libello quodam ſupplici ad Philippum 4. pro examine cuiuſdam ou næ imaginis S. Baſilij inferiùs dando l. 6. c. t. à n. 6. vide ib. n. 33. Hoc ſi ita eſt, vt ego reor, de quo ſtatim §. ſeq. conſequens eſt, vt inibi fateamur Aſcetica extare opuſcula eorum Patrum, quos huiuſmodi argumenti libros exaraſſe ſcimus, præſertim Ioannis Chryſoſtomi, quem de *Monaſtica exercitatione* librum, Decreta, & ordinem omnis bonæ Monaſticæ exercitationis continentem ſcripſiſſe, perſpicuis, vt vidiſti verbis Leo Imperator affirmat. Ad rem verò de qua in præſenti (differentia ſcilicet Inſtitutionum Baſilij, & Chryſoſtomi, ex qua Baſilium Chryſoſtomi à Magno Baſilio diſcernere intendimus) ſufficiet lectori

tum

Chryſoſtomi regulas quas §. 5. trademus Baſilianis è regione ponere, & conferre; præſertim Regulam 26. vbi Chryſoſtomus de Monachis ſuis: *Nunquam* inquit, *prandium norunt ſed cœnam.* Et rurſus: *Veſpere autem facto ſe laboribus abſoluentes tunc menſam petunt:* Baſilius vero Serm. 1. de Inſtitut. Monachorum: *Bipartite*, inquit, *diuidenda meridiana oratio eſt, ita videlicet vt pars vna cibum præcedat, altera ſubſequatur.* En Chryſoſtomus ſolam cœnam agnoſcit poſt peractas Dei laudes diuinas: Baſilius vero prandio diuidendam ſtatuit orationem meridianam. Item: Chryſoſt. Reg 27. panem cum ſale pro victu Monachis præſcribit, infirmiſque oleum oleribus adiungere, cunctiſque ad ſummum (*Si ita fors ferat* caſu ſcilicet ex temporali noſtris *per extraordinario*) in magna aquæ ac leguminum copia, fruſtulum minutiſſimum ſalitæ carnis (noſtris *Vnca*) conicere permittit, vt patebit ſecunda parte huius libri loco à nobis exponendo num. 129. huius cap. Baſilius vero Interrog. 18. ex fuſ. diſp. cuncta Monachis omnibus fercula deguſtanda reſoluit, quæ in menſa apponuntur, ſolummodo ſollicitus de vilitate ciborum, quæcumque illa ſint, & quod faciliora inuentu, & comparatu ſint, vt conſtabit lib. 6. c. 3. à n. 42. Et ſic in aliis quæ ſigillatim percurrere non vacat, tu vero otio conſulas.

§. II.

Librum Aſceticum D. Ioannis Chryſoſtomi de Monaſtica exercitatione, *inter Magni Baſily opera ſub titulo Conſtitutionum Monaſticarum circumferri.*

6. Tractatus huius præſtantia.

INter tractatus Aſceticos, qui ſub Magni Baſilij nomine circumferuntur, *Conſtitutiones Monaſticæ, tam ad eos qui in ſocietate cum cæteris, quam ad eos, qui ſolitariam ipſi ſeorſim vitam agunt; pertinentes*, præ cæteris ni fallor, ſublimem redolent ſpiritum, dignum quidem tanti Doctoris nomine honorari. Nobilem autem hunc tractatum (meritum ſanè, vt de eius autore inter per illuſtria Eccleſiæ lumina decertetur) Chryſoſtomi aureo ſtylo certiùs, ceu domino, & autori, adſcribi debere, pluribus mihi conſtabilitum, ac planè perſuaſum eſt, ex quo vtriuſque Sancti Doctoris ſcripta hiſtoriæ huius continuandæ cura ductus, vtraque manu reuolui. Et primùm quidem vt certum ſtatuendum Magni Baſilij operibus aliqua Aſcetica iam diu antea intermiſta fuiſſe: quæ nullius autoris nomenclaturam præferebant. Latam huic veritati viam aperit Ioannes Gillotius Trecenſis operum D. Baſilij recognitor, atque editioni Pariſienſi A. C. 1566. præfectus in Paræneſi ad lectorem Animaduerſionibus *aduerſus Canonicas delinquentes* ſubiecta, & Monaſticarum Inſtitutionum tractatui, de quo in præſentiarum eſt controuerſia, immediate præiacta, his verbis: *Poterant hic alia adlegi Animaduerſiones numero 49. niſi eas in poſtremum penè reiecisset locum exemplaris Græci recognitor, aut excuſſor. Quatenus datur coniectura aſſequi, in cauſa fuit, quod autoris nullius præferunt nomenclaturam, cui certius ceu domino aſſeri poſſent. Sunt enim ἀνεπίγραφα, ἢ ἀδέσποτα ὑπάρχει; hoc eſt,*

Quædam Aſcetica inter Baſilij opera ſine certo autore circumferri.

titulo carentia, ſine certo autore, atque impoſita. Eadem verba, & eodem loco videre licet in editione item Pariſienſi A. D. 1550. ſub curis Ludouici Miræi Roſetani: neque enim alias nactus ſum antiquiores. Rurſus poſt Homilias *de laudibus vitæ ſolitariæ.* Animaduerſiones aliæ multatitiæ inueniuntur in vtraque editione aduerſus vtriuſque ſexus delinquentes Cœnobitas hoc titulo prænotatæ: *Pœna incerti autoris, & inſcriptione carentes.* Quibus indubitatum redditur pluribus ab hinc annis Aſcetica opera titulo, ac nomine autoris carentia volumini Aſceticorum Baſilij pluribus eiuſdem argumenti ſcriptis coagmentata fuiſſe ſuperadditas ac tanto vitæ Monaſticæ Doctori, & præcellenti Magiſtro imponi conſueuiſſe: nihilque nouum à me in hac parte abſque graui fundamento, vt certum venditari. Quod iam pridem ſubodoratus fuerat Biuarius noſter in libello quodam inſta inſerendo l. 5. c. 1. n. 34.

7. Tractatum iſtum Chryſoſtomi eſſe non Baſilij 1. ratio.

Hinc ad aſſerendum, perilluſtrem hunc tractatum, cui titulus *Conſtitutiones Monaſticæ*, Chryſoſtomi opus eſſe, non Baſilij, moneor primo ex Collectaneis Suidæ Græci, atq; antiqui Chronologi, qui cum ad Baſilium peruenisset, eiuſque ſcriptorum ſeriem texeret, eo ordine, quo in vulumine iacent operum ipſius, inquit: *Aliud proin opus ſcripſit de Monaſtica exercitatione.* Siſte nunc paululum lector, & recognoſce, amabo te, titulum Aſcetici libri à Chryſoſtomo editi, qui perditus deplorabatur; ac deinde Suidæ teſtimonium verbis Leonis Imperatoris, Simeonis Metaphraſtes è regione pone aſſerentium Chryſoſtomom ſcripſiſſe libros *de Monaſtica exercitatione*: Decretaque, & ordinem *omnis bonæ Monaſticæ exercitationis.* Diuinum hunc Zelotem ſuis conſcripta tradidiſſe. Nonne graui coniectura ducor ad aſſerendum inter opera Magni Baſilij Chryſoſtomi Aſceticum meruiſſe, atque obtinuiſſe locum? Sed ais. Vnde tu colligis titulum hunc *de Monaſtica exercitatione* Monaſticis Conſtitutionibus iam diu Baſilij nomine decoratis à Suida adaptari? Planè ex ordine & loco quem à Suidæ æuo vſque in præſens Aſcetica ſcripta Baſilij in volumine operum eius obtinere dignoſcitur: nam cum dixiſſet, Baſilium ſcripſiſſe opus *de Monaſtica exercitatione*, ſubdit: *de Virginitate aliud.* Hoc autem ordine (paucis interiectis, & quibuſdam anepigraphis) collocatos eſſe tractatus Aſceticos in vulumine operum Baſilij tom. 2. non indiget probatione ſed ſenſu.

8. Vnde dictus de Monaſtica exercitatione.

Sed obiicis: Nullum Aſceticum opus Magno Baſilio adſcribit Suidas præter librum *de Monaſtica exercitatione*, quomodo ergo negabimus opus eſſe Baſilij? Fateor: ſed potuit contingere hoc ſolum opus Aſceticum ad Chronologi huius notitiam perueniſſe, idque per errorem (vt cæteris contingit) attribuiſſe Baſilio, eò ſolum quod ſic accepiſſet à maioribus, ac Baſilij nomine decoratum inueniſſet. At Suidas ipſe ſolerter introſpecto tractatu titulum ei *de Monaſtica exercitatione* reſtituit ac Epigraphe (anepigraphos foſſam) ex ipſius viſceribus deſumpto præfixit, quò nomenclatura ipſi rei aptaretur. Nam ſi accuratè, ſtudio inquirendæ veritatis, & non oſcitanter, tractatus ille legatur, crebro terminos hoſce *decertatio, exercitium certamen, congreſſus, exercitatio*, repetitos in eo depræhendes, quibus Monaſticarum virtutum con-

ſtictus

Digitized by Google

ſlictus luculenter ab autore exprimuotur. Cumque proprietatem Græci idiomatis vtpotè Græcus ipſe apprimè calleret Suidas, opus hoc aliis *Aſceticum*, ipſe cum omni ptoprietate ſermonis *de Monaſtica exercitatione* appellauit, quod Impetator & Metaphtaſtes facere, ſumpta appellatione à vetbo Græco *ἀσκέω*, idtſt *exerceo*, & à nomine *ἄσκησις. ι.& η.* quod *exercitium*, ſeu *exercitationem* ſignificat lege obſecto caput primum, & ſi non aliod.

9. II. Ratio ex D. Hieronymo. Mooeor ſecundo argumento graui negatiuo ex teſtimonio D. Hieronymi de Vit. illuſtr. qui Baſilij ſcripta diligentet enumetans, inquit, *Egregios elaborauit libros, & Aſceticum, & breues, varioſque tractatus.* Vbi Hieronymus non quidem perfunctoriè, vel fortuito arrepta occaſione, ſed dedita opera, ac maturo Baſilij operum examine, quæ ſibi æquè atque eorum autot nota etant, *ASCETICVM* tractatum ſcripſiſſe promit; non *Aſcetica.* Quod ſi plura *Aſcetica* ſcripſiſſet Baſilius, diminutè qoidem Hiſtoriographum agens Hietonymus, atqoe Illoſtriſſimi Scriptoris ſui temporis opera recenſens, *Aſceticum* ſingulari numeto ſcripſiſſe, poſteritati tradidiſſet: imò eadem cura, qua *breues, varioſque Tractatus* Baſilium ſcripſiſſe refert, varios etiam tractatus *Aſceticos* exaraſſe nattaret. Ne ergo incuriam hanc Hieronymi ſolertiæ obiiciamus, Magnum Baſilium vno vel alio *Aſcetico* opere ad Monachorum ſuotum eruditionem fuiſſe contentum credete licet: aliqua verò operum eius volumini adaucta, autorum adhuc ſuotum deſiderare oomenclaturam.

10. III. Ratio ex Regula B. Benedicti. Simile huic atgumentum deſumitur ex cap. vltimo Regulæ D. P. de Benedicti vbi Monachos ad vitæ perfectionem Sanctotum Patrum ſcriptis inſtruendos adhottaos, inquit: *Collationes Patrum, & inſtituta, & vita eorum, ſed & Regula S. P. N. Baſilij, quid aliud ſunt, niſi bene viuentium, & obedientium Monachorum exempla?* Vbi S. Legiſlator Hietonymum imitatus de Regula Magni Baſilij loquens ſingularis ttactatus *Aſcetici* meminit, cum potius vterque *Aſcetica*, & Regulas Baſilij commendate deberet, ſi fidem vulgo haberent, tot Monaſticos tractatus vno operum eius volomini aſſuenti. Fauet huic exiſtimationi Trithemius de Vir. Illuſtr. qui Baſilij Magni opera tecenſent, & ad Aſcetica perueniens inquit: *Scripſit Regulam Monachorum, librum vnum.* Quod ſi Baſilij fætus eſſent quotquot ſecundo tomo operum ipſius continentur (quæ nunc enumerare non vacar) qua fronte ctedendum eſt id Hierooymum, Benedictum, atqoe Ttithemium ignoraſſe? Si veto non ignorabaot, quorſum Hierooymus *Aſcetici* tantum, ſolius *Regula* Benedictus, & vnius tantum libri, de Regula loquens meminiſſet Trithemius? Sed inquis: Quænam ergo ea eſt Magni Baſilij Regula, cuius meminit B. P. Benedictus? Ea ſanè quam integram, genuinã, & emaculatam, atque à Biuario pluries ptomiſſam, Deo dante trademus lib. 5. agentes de Monachatu Magni Baſilij, ex nobili ac vetuſtiſſimo antiquitatis monumento, Codice ſcilicet M.S. Ceradygnẽſi membranaceo Gothicis caracteribus exarato, magno Dei beneficio poſt Biuarij immatutum deceſſum ad hoc Nucalenſe Cœnobium ex ſacris mæniis aduecto, ac debita vtrobique veneratione habito: cui etiam S. Pachomij integram Regulam lib. 3. cap. 6. à n. 13. ttaditam, aliaque de Veteri Mooachatu ſcitu digniſſima in poſterum debebit Monaſtices. Conſooat Illuſtri huic exemplari Ttithemius ibidem his verbis *Scripſit* (Baſilius) *Regulam Monachorum lib. 1. cuius initium Humanum genus*, quod Caradinenſi omnino cotteſpondet, vt ſuo loco videbimus & Smaragdus qui eodem exemplari vſus eſt in Regula S. Baſilij ad calcem Commentatiorum Benedictorum excuſſa vt notabimus libro 3. capite 3. numero 14. Neque his cooteodo tractatus alios, præter Regulam à Magno Baſilio exaratos non fuiſſe: id namque abſque ipſius, imo abſque ipſotum iniuria niſi maiori examine ptæuio aſſerete non licet: ſolummodo autem mihi nunc in aniioo eſt oſtendiſſe, probabilitet à nobis coniectatum ptæced. o. 5. Tractatus aliquos Aſceticos Græcotum Patrum ob matetiæ ſimilitudines, & legentium commoditatem in vnum coaluiſſe cotpus, ac Baſilij nomine editos & decotatos; aureoque Chryſoſtomi ſtylo generioum ipſius reſtituere opus, dignum quidem cuiuſuis eorundem Patrum ſpiritu, & eloquentia. De cæteris alibi forſam incidet ſermo.

Moueor tandem ex certa atque indubitata regula autorum omnium opera Patrum aliorumque ſcriptorum alienis elucubrationibus adnuſta ptoptiis autotibus matura recognitione reſtituentium. Ea vero eſt ſpirituum diuerſitas; puta, dulcedo, leoitas, aſperitas, vehementia, grauitas, ſublimitas, phraſiumque, ac modi dicendi ſimilitudo, & conuenientia, quæ omnia tanquam delineamenta quædam, viuiſque colores, aoimum & meotem proprij autoris irrefragabiliter expreſſam reddunt. Is vero tractatus titulo hucuſque *Monaſticarum Conſtitutionum, ac* Magni Baſilij nomine donatus vehementer mihi ſpititum, phraſim, & modum loquendi Chryſoſtomi tedolet, nimirum paſſim ſimilitudinibus, & moralitatibus ornatus, velut ſtellulis firmamenti niteſcens, quibus pro mote Chtyſoſtomus paginam omnem implet: vt conferenti patebit. Iam vero pto more noſtto libello ipſo autori proprio reſtitutô, eoque vt par eſt in duas partes diſtributo; præcipua Chryſoſtomi tum Anachotetica tum deinceps Monaſtica Inſtituta proferamus. 11. IV. Ratio ex phraſium ſimilitudine.

§. III.

D. IOAN. CHRYSOSTOMI

LIBER

De Monaſtica exercitatione Tam ad eos qui in ſocietate cum cateris, quam ad eos qui ſolitariam ipſi ſeorſim vitam agunt.

PRIMA PARS.

Ad eos qui ſolitariam ipſi ſeorſim, ſeu Anacheticam vitam agunt.

NOT. Libellum hunc in duas partes diuiſiſſe Chryſoſtomum, atque in prima Anachoretis, in ſecunda Monachis Inſtituta dediſſe palam

palam eſt ex prologo ſecundæ partis (in excuſſis c. 19. nobis primo ſecundæ partis) vbi ait: *Ac de iis quidem qui ſingulariter, & ſeorſim à cæteris ſe ad pietatem exercent, deo ſolitariam vitam complexis ſuperius* (hoc eſt præcedentibus capitibus huius primæ partis) *dilucidè quantum potuimus diſputauimus &c.* & cap. præced. (nobis 29. primæ partis) capud illud adiungere ait, *ne ad abſolutam huius partis* (nempe primæ) *pertractationem cumulus omnino vllus deeſſe videretur.*

PROLOGVS.

12. Intentum libri huius.

SÆpè numero, veluti qui eam, quæ eſt ſecundum Chriſtum, philoſophiam amplexus ſis, cupiditatibuſque, ac voluptatibus, & vitæ huius curis contemptis ſtudium ea eam rem tuum contuleris, vt qua à prauis, & carnalibus iſtis proficiſcũtur, affectionibus te, quam fieri poſſit, maximè cogitatione abduceres, auocareſque de hoc meum quæſiuiſti, quam conficiendo Inſtituti tibi, atque adeo initi iam certaminis, curſu rationem te ſequi oporteret, quomodoque cupiditatum illarum, quæ à corpore profectæ, ſe ad animam inſinuare ſolitæ ſunt laqueos declinares, & quid primo potiſſimùm cauere deberes, & quid item deinceps: ſimiliterque quid ſtudiosè conſectari: quò videlicet, & rebus prauis, atque à vero abhorrentibus declinandis, & rectis conſectandis, eadem opera, & vitia fugeres, & honeſtis virtutum officiis fungerere. Sanè quæ poſt illud etiam poſtulaſti, vt literis mea de hac re tibi ſententiæ explicationem mandarem. Sanè nos quoque ea res impulit, vt neutiquam honeſtum huiuſcemodi ſtudium tuum negligendum putaremus, ſed contra potius, quantum viribus conſequi poſſemus, admonitis dandis fulciremus, contabiliremuſque: neque id, vt qui parem omnino propoſiti argumenti dignitati, orationis facultatem allaturos nos ſperaremus, ſed ne quam haberemus, eam ſilentio, veluti quodam terræ tumulo, obrueremus: atque hoc modo denuntiatum intentatamuè ei, qui humi talentum defoderat, ſupplicium euaderemus.

NOT. Excuſſi Prologum iſtum ſequentibus aſſuunt, *capitis primi* titulũ abſque materiæ recapitulatione præfixũ ſed abſre, cum palam ſit hucuſque præloquutum autorem, in ſubiectis verò de exercitatione caſtitatis, quæ materia primi capitis eſt, pertractaſſe. Conſtat autem tum ex his, tum ex initio capitis ſecundi, aliiſque locis, aliquo flagitante amico chariſſimo, ac per neceſſario, à Chryſoſtomo hunc exaratum eſſe libellum. Quiſnam autem is fuerit adhuc ignotum eſt.

Ad quem exaratus?

Cæterum ille mihi, & primus & ſolus occurrit Baſilius Chryſoſtomo à primis vnguiculis amicitiis coniunctiſſimus, ad quem ſcripſit libros de Sacerdotio, quemque ibidem autorem ns ſic alloquitur in limine libri primi. *Fuere mihi olim amici quamplures, iidemque veri & germani, ac qui amicitiæ leges tum exactè intelligerent, tum diligenter ſeruarent. Horum complurium in numero vnus quidam eximia erga nos charitate, & beneuolentia, ita illos exuperare ſtuduit, vt omnes tanto poſt ſe interuallo ipſo relinqueret, quanto ille reliquos alios, à quibus vtcumque amarer, reliquiſſeat. Hic idem ex iis erat, qui lateri meo perpetuò aſſiderent; etenim cum earumdem diſciplinarum ſacris initiati fuimus, tum etiam præceptoribus iiſdem operam vterque dedimus, erat & nobis eadem animi propenſio: erat ſtudium par in illas ipſas in quibus verſabamur litteras: præterea idem deſiderium iiſdem è rebus natum. Neque enim ſolum quo tempore ad magiſtros, ſcholaſque condiſcipuli ventitaremus, ſed etiam cum illinc egreſſos conſilium iam inire oporteret, quam tandem reliquæ nobis viam tenere, & hic quoque eadem in nobis animorum conſpiratio, eadem concordia apparebat. Erant & alia item quæ voluntatum noſtrarum conuenientiam hanc conſtantem, inconcuſſamque ſeruarent.* Subiicit iis adducta num. 4. Quiſnam autem fuerit iſte Baſilius, an Seleucienſis Iſauriæ Epiſcopus, an Raphanenſis in Syria, vel Biblienſis in Phænicia, qui omnes coæui fuere Chryſoſtomo, dubitat Baronius A. C. 382. quem tu conſulas. Nec dubitas tractatum hunc in eremo ſcripſiſſe Chryſoſtomum, dum ibi cum Baſilio conuerſaretur, vbi etiam alios eiuſdem materiæ elucubratos ab ipſo enumerat ibidem Baronius, nimirum inſignem Commentarium aduerſus collegam deſerti deſertorem, duos libros de *Compunctione cordis*, tres de *Prouidentia*, totidem *aduerſus vituperatores vitæ Monaſticæ*, Tractatum de *Virginitate*, & aliquas Epiſtolas.

In eremo ſcriptus.

CAPVT I.

De exercitatione Caſtitatis.

ENim verò cauſa quidem, quam prætexere ſoleant homines, dum ſe totos cupiditatibus, ac vitæ curis huius immergunt, coniugium eſt vt plurimum. Neque enim vehementior vlla, violentiorque hominum corporibus inſita reperiri libido poteſt, quam maris fœminæ, & fœminæ viciſſim cum mari coniunctionis appetitus. Neque id mirum omnino; cum enim is mortalium generi ad propagandam ſobolem diuinitus eſſet datus conſentaneum fuit, vt quod omnium in ſe functionum caput contineret, huic vehementior etiã quaſi impetus & vis quædam eſſet adiuncta: ſimiliterque neque curæ vllæ, quæ accidere hominibus ſoleant grauiores, quam eæ, quæ à coniugio profectæ, gregatim innumerabiles penè aduolant: cum Paulus dicat, Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt de iis, quæ ſunt mundi, curarum ſarcina degrauatus. Etenim qui ſolus eſt, hic eam vnam tantummodo neceſſitatem habet, vt ſibi & rebus ſibi, & corpori ſuo neceſſariis prouideat; quamquam hanc ipſam etiam, ſi velit, poſſis negligere: quippe cum haud magno hoc negotio indigeat, vt hoc ſibi imperet vnuſquiſque. Qui verò coniugis ac liberorum ſemel curam ſuſceperit, hic ſine dubio, cum ipſe ſui iuris amplius non ſit, neceſſariò illa adigitur facere, per quæ voluntatibus vxoris mos geratur, & in filiorum curatione occupatus, infinitas cogitur curas exhaurire: quas profectò, ſi ſingulas velim exponere, longior ſim, quam hoc loco neceſſe ſit.

13. Coniugij appetitus cunctis violentior

Coniugium curarum abyſſus.

Qui igitur à mundi vinculis liber eſſe gliſcit, hic coniugium veluti compedes quaſdam profugit, & Deo vitam ſuam conſeruauit, & caſtitatem profeſſus eſt, ea re, ne ſibi amplius liberum eſſet vxorem ducere, ſed aſſiduè vſque protegenda caſtitate aduerſus naturam decertaret, & naturæ impetus illos, qui omnium habentur acerrimi. Qui enim eiuſmodi eſt, hic, cum Deum ſibi vnicè amandum propoſuerit,

14. Caſtitatis pugna.

Digitized by Google

propoſuerit, & eius ab omnibus perturbationibus vacuitatem, aliquatenus ſaltem, quantum poßit, cupiat conſequi, & ſpiritualem puritatem, tranquillitatemque mentis, & ab omni intemperiè ſubmotam placiditatem, & quæ ex his naſcuntur, lætitiam & gaudium optet deguſtare, in eo laborat, vt ab omni concretione materiæ, corporalique affectione, animum turbulenter exagitante, longißimè cogitationes adducat ſuas, & cœleſti lumine citra vllam ſatietatem largiter hauſto, puro, neque vmbra vllo præpedito meatis oculo, res diuinas vndique contemplatur. Is autem vbi ad huiuſmodi habitum, ſtatumque hoc modo animum ſuum iugi exercitio deduxerit, Deo, quatenus Dei ſimilitudinem mortalis poteſt attingere, ſimilis efficitur; ab eoque ſummè & diligitur, & charus cum primis habetur: vt qui factu difficillimum certamen confeceris, & mente ab omni penitùs materiæ contagione, ac corporea labe expedita, atque pura affectionum iſtarum effecta, familiariter cum Deo congredi potuerit. Proinde qui per eam, quam dixi, exercitationem ad huiuſmodi habitum peruenerit, hic flagitioſiſſimè, ac peruerſiſſimè fecerit, ſi voluptatum blanditus delinitus, ad carnis, vitia denuò denuò delabatur, & ſi ſuſcipiendis, quæ inde ſurſum aſcendunt, exhalationibus, animi oculos ſibi veluti craſſiſſimâ quadam nebula offuſos eſſe patiatur vellicataque ab libidinum fumo mentis acie, excidat à contemplatione rerum Diuinarum.

Deo hominem aſſimilat.

15\.
Caſtitatis voto adſtrictus incapax

NOT. Bene in excuſſorum margine monentur Luthetani de antiquitate voti Caſtitatis ad illa verba: *Qui Deo vitam ſuam conſeruauit, & caſtitatem profeſſus eſt, ea re, ne ſibi amplius liberum eſſet vxorem ducere &c.* Quibus nihil clariùs dici potuit pro Catholica, & perpetua veritate de neceſſitate votorum ad ſtatum Religionis, & incapacitate ineundi nuptias eorum qui Caſtitatem profitentur. Vide de hac re pro dignitate diſputata lib. 2. c. 4. 5. & 6. per totos.

CAPVT II.

Quod vita contemplatiua, actiua debet anteponi.

NOT. Editi materiam capitis 2. 3. 4. 5. & 6. ſub hoc titulo coniungunt *Quod oratio debet omnibus rebus anteponi*: ſed abſre quidem, cum non capiat titulus pertractata ſub ipſo, vt legenti patebit.

16\.
Humanitas Christi pietatis Archetypum.

OMnis actio, chariſſime, omnis item ſermo ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti excolendæ pietatis, virtutiſque obeundæ Regula eſt. Propter hoc enim etiam humanam naturam ſuſcepit, vt in ſe velut in tabula quadam veram nobis pietatem, ac virtutem depingeret eamque omnibus nobis, maribus ſimul ac fœminis, ante oculos ſtatutam, vnicuique pro viribus imitandam, ceu Archetipon proponeret. Neque enim alia de cauſa ille noſtrum corpus gerit, niſi vt (quoad fieri poſſis, ad imitanda vita ipſius ſtudia nos conformemus. Quapropter tu quandocumque vel factum ipſius audieris memorari, vel dictum, ea nolito negligenter, & tanquam aliud agens, audire: quin ſtude potiùs, vt mente tecum ipſo cogitando, rimandeque ad eorum profundum peruenias, eorumque, quæ ibi operè traduntur, particeps fieri contende. Etenim Martha quidem hoſpitio Dominum ſuſcipit: ad eius verò pedes aſſidet Maria. Laudandum ſanè in vtraque ſorore ſtudium: cæterum tu res diſtinguito. Nam Martha ipſa in miniſterio occupata, ea parabat, quæ hoſpitis corpori futura erant neceſſaria; contra Maria, cum ad pedes illius aſſideret, audiendis quæ ab eo dicebantur, vacabat. Sic altera Domini partem illam, quæ tangi aſpectu poterat, reficiebat: altera partè illi, quæ oculta cerni non poterat, conſulebat. Verè enim, qui aderat, is & homo erat, & Deus, idem Dominus ambarum mulierum ſtudium approbabat. At Martha, cum labore nimio delaſſaretur, Dominum rogabat, vt ad ſe in ſuſcepto munere adiuuandam ſororem vellet adhortari. Dic enim illi tu, inquit, vt ſurgẽs ſimul mecũ miniſtret. Cui Dominus: Martha, Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima. Maria autẽ optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Neque enim ea fuit cauſa, quamobrem huc veniremus, vt in toris ſupini recumberemus, neque vt ventrem exploremus: ſed ob eam rem hic ſumus, vt paſcamus vos verbo veritatis, & myſteriorum contemplatione. Ita Dominus, neque illam à ſuſcepto miniſterio eſt dehortatus, & huic laudem tribuit; quod, quæ diceret, attentiùs auſcultaret.

Mariæ & Marthæ miniſteria.

17\.
Nobilius Mariæ miniſterium.

Agedum igitur per duas mulieres duo mihi vitæ genera introduci, animaduertito: vnum quidem inferioris notæ, nempe quod in craßioribus ſe obeundis vitæ huius muneribus occupariè: quamquam ipſum quoque mirificè commodum eſt: alterum nobilius, & cum ſpiritu magis coniunctum, nimirum quod ſeſe ad arcanas res contemplandas altius extulerit. Hæc tu, qui audis, ſpiritui conuenientor interpretare, & vtrumuis magis placuerit, deligito. Et ſi miniſtrare vis, in nomine Chriſti miniſtrato; Ipſe enim dixit: Quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Nam ſiue mendicos reficis, ſiue dolentiũ miſericordia cõmoueris, ſiue neceſſitate aliqua & calamitate oppreſſos auxiliari manu ſubleuas, ſiue aduerſa valetudine laborãtes inſeruis, omnia iſthæc officia perinde Chriſtus habet, ac ſi in ipſum propriè conferrentur. Quod ſi mauis Mariam imitari, quæ ſpreto corporis obſequio, altiùs ad rerum Diuinarum contemplationem aſcendit, legitimè, & vt par eſt, verè negotium tractato, corporis curam abiicito, agricolationem deſeritò, apparatus etiam epularum, & obſoniorum aſpernator, & ad Domini pedes aſſideto, & quæ ille dicat, auſcultato, vt arcanorum Diuinitatis particeps efficiare. Siquidem officiis iis, quæ corpori impenduntur, potior eſt dogmatum Chriſti contemplatio. Accepiſti igitur chariſſimè exempla, & vnà etiam rationem, vtra mauis, ſectare; aut videlicet egentium miniſter eſſe, aut Chriſti dogmatum ſtudioſus inueſtigator. Quod ſi vtraque ſimul potes imitari, vtrinque omnino ſalutis fructum reportabis. Cæterùm præcipuum ſpiritualis doctrina locum tenet, reliqua vero omnia in ſecundis conſiſtunt. Maria enim, inquit, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Proinde ſi tibi quoque in animo fuerit Chriſti arcanis imbui, & ad pedes illius aſſederis, & Euangelium ipſius ſuſceperis, totam tibi rem deſeres familiarem tuam, & vacuus ab omni ſolicitudine deges, corporis proprij etiam obliuiſcere; atque hoc modo in contemplationibus verſans, familiariùs cum eo colloqui poteris, & Mariam ita imitare, vt ſupremæ gloriæ fructum conſequaris.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT III.

Quid in oratione petere, qualiter orare, & gratias agere oporteat.

18. Quæ in oratione petenda.

PORro quandocumque oras, caue diligenter, ne quæ petis, peruerſè petas, & aduerſum te Dominum irrites, non pecuniam, non gloriam humanam, non vt agas pro poteſtate, non aliud quippiam ex numero eorum, quæ citò prætereuolant: ſed pete regnum Dei, & quæ ad vſum corporis pertinent, omnia ille tibi ſuppeditabit quemadmodum ipſe Dominus dicit: Quærite primum Regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

Duplex orandi modus.

Duplex eſt autem chariſſimi, orandi modus: quorum alter in glorificatione, adhibita animi ſubmiſſione cernitur; alter in petitione, qui quidem priori ſubiicitur. Cum oras igitur nolito confeſtim ad petitionem accedere: quod ſi hoc non facis, indicio es ipſe de voluntate tua, te ſcilicet, quod neceſſitate vrgearis, Deo preces adhibere. Quapropter quandocumque inſtituis orare, coniugem, liberos, teque adeo ipſum relinquito, à terraque procul abſcedito,

Vnde oratio exordienda?

cælumque ſuperato, & naturas omnes, tam quæ cerni quam quæ cerni non poſſunt relinquito, & ab eius glorificatione exorditor, qui omnia condidit; cumque in eo ſatis fueris commoratus, non mente vaga, neque huc, illucve, temere deerrante, neque (vt Græcorum mos eſt) fabulas garriens, ſed de Sacroſanctis literis carpens quæ dicas, dic: Gratias

Egregia formula gratias agendi Deo.

tibi ago Domine propter incredibilem clementiam, & in ferendis hominum culpis facilitatem tuam, qui peccantem me quotidie patientia tua ſuſtines, & ad reſipiſcendum omnibus nobis poteſtatem facis. Propter hoc enim taces, & nos ſuſtines Domine, vt tibi gratias agamus, qui ſalutem generis noſtri, modò terrendo, modo leuiter exhortando moderaris: quique per Prophetas primò, poſtremo etiam per aduentum Chriſti tui nos viſitaueris. Tu enim finxiſti nos, non autem ipſi nos. Tu es Deus noſter vbi vero iam ſatis gratias egeris, Deumque petitis è Diuina ſcriptura laudibus glorificaueris, tum iterum

19. Orandi formulæ.

adhibita humilitate ordire, ac dic. Equidem non ſum dignus Domine, qui coram te verbum faciam, quoniam vehementer peccator ſum. Et licet nullius tibi culpæ conſcius ſis; nihilominus tamen ita te oportet dicere. Etenim cum multis in rebus offendamus omnes, maiorem tamen offenſarum partem ne intelligimus quidem. Idcirco Apoſtolus dicebat; Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus non ſum. Quod idem eſt, ac ſi diceret: multa delicta committo, quæ committere me non intelligo. Propter hanc cauſam etiam Propheta ait: Delicta quis intelligit? Quare nihil mentitus ſis, ſi te peccatorem appellaueris. Nam ſi intelligis, vel hoc ipſum peccas, quod te peccatorem negas. Quin potius ſic dicito: Peccatis peccatores omnes vinco Domine, nempe qui Diuinum præceptum violem, quo iubemur, vt cum omnia fecerimus, inutiles nos ſeruos appellemus, nimirum qui ea præſtiterimus quæ præſtare debebamus. In hac aſſidua cogitatione eſſe te oportet, te vt eſſe inutilem credas, & aſſiduè præceptum illud memoria retinere: Humiliſate inter vos alij alios ſuperiores vobis arbitrantes.

Gratiarum actio.

Cum timore igitur, humilitateque Deum orate. Vbi vero verbis humilitatem tuam ſatis oſtenderis, dixeriſque Gratias ago tibi Domine, quod peccantem me tandiu patientia tua ſuſtinuiſti, & in hodiernum vſque diem nullas à me peccatorum meorum pœnas expetiſti. Equidem Domine infinita iam pridem commeritus eram ſupplicia, d. . . ., ne eram qui longiſſimè à conſpectu expelleres tuo: verum tua me patientiſſima lenitas peccantem clementiſſimè ſuſtinuit. Gratias inquam ago tibi, tametſi ad parem tuæ in me clemētiæ gratiarum actionem haud quaquam eſſe me idoneum intelligo. Simulac vero ambabus hiſce partibus ſatisfeceris, gratiarum actionis videlicet, & humilitatis, tum demum quod petere debes, petito: non diuitias (vt ante dixi) neque terrenam gloriam non ſanitatem corporis (ipſo eſt enim qui te creauit, ipſi curæ eſt incolumitas tua: neque non probè intelligit, quam è re tua, que ſit vel bene valere, vel male) ſed quemadmodum iuſſus es, regnum cælorum petere tantummodo, & neceſſitatibus corporis tui ipſe (vt dixi) prouidebit. Munificentiſſimus eſt enim idem, & auguſtiſſimus rex noſter, & indignè fert quandocumque quis exiguum à ſe aliquid petit, quandocumque quis noſtrum de rebus ipſum minime ipſi conuenientibus rogat. Noli igitur illum tibi oratione tua iratum facere, ſed ea petito tibi, quæ digna ſunt & Rege, & Deo. NOT. Profligat Chryſoſtomus à puritate Orationis ineptas Græcorum fabulas, atq; hirundiniam garrulitatem. Primum vitium aperit Cyrillus Alexandr. lib. 2. contra Iulian. vbi cum Apoſtata obiceiſſet Galileos (ſic *Chriſtianos* appellat) à Græca & Hæbraica veritate deſciſcere, ſic reſpondet Cyrillus. *At ſi volueris veriſſimam cauſam cognoſcere propter quam ea, quæ à Græcis dicta reliquerimus, & Hebraica elegerimus, quæ ab ipſo accepimus, dicemus. Igitur Græci quidem fabulas finxerunt pro diis incredibiles & monſtruoſas. Dixere enim Saturnum deuoraſſe filios, & iterum euomere, & nuptias item inceſtas. matri enim Iupiter congreſſus eſt, procreauitque ex ea liberos. Idem duxit vxorem filiam ſuam, imo non duxit vxorem filiam, ſed ſimpliciter congreſſus cum ea, alteri eam tradidit. Ad hæc narrantur Bachi diſcerptiones, & membrorum cohærentia. Talia Græcorum fabulæ habent. Habes hinc ſufficientem defenſionem.* Et Clemens Alex. 6. Strom. poſt initium refert illud quod in magna aëris ſiccitate vniuerſa Græcia decantabat: vnius ſcilicet Aëaci precibus copioſum imbrem è cœlo impetratum, quo penè mortuæ Segetes reuiniſcerent. Additque mendacem Græciam verum Samuelis miraculum falsò quidem Aëaco adſcripſiſſe *ea* inquit, *tanquam Græcas fabulas prodigioſe narrantes*, de quo vide Euſebium lib. 10. de Præparat. Euang. Nec nouiter à Patribus Græcorum mendacitatem notatam putes. Iamdiù enim ante Iuuenalis Satyr. 10. occinerat.

Petitio gratiarū actioni ſuccedat.

Deus indignè fert exigua à ſe peti.

20. Græci fabuloſi.

——— ——— *& quidquid Græcia mendax.*

Audet in hiſtoria &c.

Et Virgil. 2. Æneid.

Fallaces Graios, ſimulataque dona mineruæ

Et Polit *Mendaces Graios vana periuria gentis*

Vnde & in prouerbium per ironiam abiit *Græca fides*, apud Eraſmum in Adagiis Chil. 1. Cent. 8. & Hadrianum Iunium Cent. 7. vbi vterque doctè de Adagij origine.

Garrul.

Eorundem autem garrulitatem pulchrè Cyrillus idem depræhendit lib. 2. in Eſaiam tom. 4. ad verba illa cap. 19. *Bibent*

Ægyptij aquam, quæ iuxta mare, &c. vbi hæc habet: *Sin velit quis aquarum raritatem aliter accipere, & ad ſubtilioris intelligentiæ profunditatem deſcendere, non à ſcopo recedat, ſi aridem, & inſulſam orationem Græcorum ſapientum aquis comparet, piſcibus autem, & papyro & calamo, aliiſque quorum alma & nutrix eſt aquarum natura, hominum frequentiam. Hi faciunt zithum, non enim vinum offerunt, quod cor*
Zythum ſpuria doctrina. *hominis exhilarat, ſed ſpuriam quandam & inutilem doctrinam, eamque verbis ſubtilibus, & elimatis, vt quidem videntur efferunt. Hec enim, vt opinor, byſſus, vel ſericum ſignificat, vt dicat eos nimium ſubtilitati, & argutiis ſtudere. Et linum ſiſſile. Minutiæ enim apud eos ſubtiliter ac tenuiter diſſeruntur, verum prorſus friuola, & frigidis ſpeculationibus referta. Frigidus enim zythus. Eſt autem Ægyptiorum quidem potus, ſed frigidus, & turbidus: Talis ſiquidem eſt eorum eratio, & tales ſunt doctrinæ.* Hæc ille. Zythum, ſeu Zythus idem eſt ac nobis *Cerneza*, de quo potu Plin. lib. 22. cap. vlt. *Et frugum quidem hæc ſunt in vſu medico. Ex iiſdem ſiunt & potus Zythum in Ægypto, Celia, & ceria in Hiſpania, ceruiſia, &c.* Hinc Fastus, de frigida Græcorum garrulitate.

Garrula ſublimem ſi Græcia iactet Homerum.

Cuius (& ſi præcellentis inter Græcos Poëtæ) Ilias nobile opus, quo Troiæ captæ hiſtoriam 24. libris explicat, in prouerbium abiit garrulitatis apud Eraſmum Chil. 4. Cent. 5. Adag. *Prolixius Iliade*, cuius materiam Virgilius duodecim tantum libris complexus eſt.

CAPVT IV.

Ab oratione non recedendum, quouſque petita impetremus.

21. Orationis importunitas petita impetrat. HÆC *autem petens ab eo, ne prius receſſeris, quam quod petis impetraueris. Hoc enim fieri oportere in Euangolio ſuo indicans Dominus dicit: Quis ex vobis habet amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice accommoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod apponam ei: & ille de intus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere & dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans, dico vobis, etſi non dabit illi ſurgens eo quod amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Hoc autem exemplum idcirco nobis proponitur à Domino, vt in fide acres ac pertinaces eſſe nos doceat. Exemplum enim ab homine ad alium hominem ſumit, vt intelligas nulla laboris fatigatione debere te à ſuſcepto propoſito deſiſtere, vt videlicet quandocumque aliquid petieris, nec impeeraueris; tandiù perſeueres, quoad impetres. Si tamen, vt ſupra dixi, ea petas, quæ voluntati Dei non repugnant.*

22. Diffidentia in oratione cauenda. *Neque verò tecum tacitus dixeris: Peccator ſum, & propterea non exaudior. Vt enim diffidentia ille tibi cauſam omnem præcideret, illud adiecit: Etſi non dabit illi ſurgens, eo quod amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius dabit illi quotquot habet neceſſarios. De cætero autem, etſi menſis præteriit, & ſi annus, & ſi triennium, & ſi quadriennium, & ſi anni complures, acriter perſeuerato tamen, donec impetres; ſed poſtula cum fide, neque interea rectè vnquam viuere intermiſeris. Incidit enim plerumque, vt pudicitiam quis quando adoleſcens fuit, conſtanter retinuerit, tum latenter inſinuante ſe voluptate naturales libidines excitantur, oratio languidior efficitur, iuuentuti vinum ſuperinijcitur, actum eſt de pudicitia; idem denique non eſt homo, qui erat antea. Hoc modo exiſtere in hominibus mutationes ſolent, ſi quis non generoſo animo vitioſis iſtiuſmodi affectibus obſtiterit, & quantum in ipſo ſit, non omnia præſtiterit, & ad Deum vociferans opem ſibi illius implorauerit.* Homo facile mutatur.

Si enim libidinibus ſe quis ex ignauia dederit, ſeque metipſe volens hoſtibus ſuis prodiderit, hunc nullo modo Deus neque adiuuat, neque exaudit; quippe, cum prior ipſo vitio ſuo à Deo ſe alienauerit. Qui enim à Deo ſe optat iuuari, is nunquam deſerit quod ſe addecet, quippe cum prior ipſo vitio ſuo à Deo ſe alienauerit. Qui enim à Deo ſe optat iuuari, is nunquam deſerit quod ſe addecet, officium ſuum: qui autem hoc facit, is Diuino auxilio nunquam deſtituitur. Quapropter danda in eo opera eſt, ne vlla in re conſcientia noſtra nos condemnet: tum vbi hoc fecerimus, implorandum eſt diuinum auxilium; implorandum autem, non lente, non mente huc illucque temerè aberrante. Qui enim ſic facit, is tantum abeſt, vt impetraturus ſit quod petit, perficiet prius, vt ſibi Dominus iraſcatur. Etenim ſi qui coram principe aliquo ſtat, & ipſum alloquitur, magno cum metu ſtat, & cùm corporis extrinſecùs, tum mentis etiam intrinſecùs attentos oculos tenet periculi metu: quanto tandem maiore cum metu trepidationeque cenſendum eſt oportere nos ſtare in conſpectu Dei, tota mente in illum vnum intenta, neque vſquam alio? cum ipſe non hominis partem illam modò, quæ foris apparet, vt homines faciunt, ſed illam etiam quæ intus occulta oculorum aſpectum fallit, clariſſimè peruideat. 23. Peccata fructum orationis impediunt. Qua reuerentia alloquendus.

Si igitur ſic, quemadmodum decet, ſteteris coram Deo, & quæ in te ſunt omnia, pro viribus præſtiteris, perſta, donec omnino tandem impetres quod petis. Sin conſcientia te tua condemnat, tanquam qui negligentius rem tractes, & ſi in oratione aliud agens animo minus attento ſtes, cum poſſis omnem abs te repellere diſtractionem, ne præſidentior auſis conſiſtere coram Deo, ne ſiat tibi oratio tua in peccatum. Si verò propterea, quod à peccato debilior factus, hoc à te ipſo impetrare non potes, quin interim dum oras, animo ac mente diſtrahere, enitere contra quantum potes, & ipſe tibi metipſi vim affer, & coram Deo ſtare perſeuera, mentemque tuam in illum defixam tene, ipſamque ad ſe ipſam aduoca. Si ita feceris ignoſcet tibi Deus, quoniam non ex contemptione, ſed ex infirmitate, eo modo quo conueniret, coram Deo ſtare non vales. Hoc modo ſi tibimetipſi vim feceris, teque ad omne opus bonum paraueris, ne deſtiteris prius, quam illud impetres, quod rogas, ſed patienter fores eius pulſa dum petis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Quid enim eſt aliud quod velis impetrare, niſi ſalutem tantum modo, quæ eſt ſecundum Deum. 24. Qualiter diſtractionibus reſiſtendum.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT V.

Qualiter ſanctorum Patrum exemplo patienter orandum.

25. Abrahæ Orationis patientia.

SCire vis, chariſſimè, quopacto olim patienter ſancti viri expectare ſoliti eſſent neque deſperationi ſe darent? Abraham Deus, cum iunior eſſet vocauit, & à terra Aſſyriorum in Paleſtinorum fines tranſtulit, cum ei dixiſſet: Tibi dabo terram hanc, & ſemini tuo poſt te: & ſicut aſtra cœli ſic erit ſemen tuum, quod numerari non poterit. Multorum deinde annorum iam numerus effluxerat, naturaliſque in eo iam ad procreandum vis erat extincta, & iam iam moriendi tempus inſtabat; neque tamen ille cum hac hoc modo ire animaduerteret, dixit vnquam; Domine, ſemper en mihi filios promittis, & gentium multarum futurum me patrem prænuntias. Naturales in me ad creandam ſobolem motus exacta iam ætas extinxit, & Sara vxor mea ſenio confecta amplius iam per annos parere non poteſt: proinde fallax eſt promiſſum tuum. Quam enim veteli duo ſobolis habere ſpem poſſum[illegible] Neutiquam hoc ille dixit, potiuſque nec cogitauit quidem, ſed fide immobilis permanſit: cumque ætas quotidie magis ac magis ad maius ſenium declinaret, nihilominus excitabatur in eo tamen, ac veluti iuueneſcebat ſpes, & & collabente corpore, & deſperationem afferente, fides ipſi, & animo ſimul, corpore vires addebat.

Deus facit vt res fieri poſſint.

Sic enim ſecum cum animo ſuo cogitans, ipſe dicebat; Deus eſt qui promiſit: ipſe eſt Dominus naturæ, & aliter quam quemadmodum ille promiſit res cadere non poteſt; ipſe eſt, qui quo ſua ſponte fieri non poſſunt, vt fieri poſſint, facit. Omnium enim rerum potens eſt, & arbitratu ſuo cuncta commutat. Hanc tu Abrahæ fidem imitare. Igitur cum natura in eo iam vis defeciſſet, & innati ad procreandum motus in eo eſſent extincti, tunc demum viuum Dei promiſſum apparuit. Hæc tu tibi imitanda exempla propone. Nos vero annum oramus & deſiſtimus poſtea: biennium ieiunámque, & ieiunandi poſtea facimus finem. Nolimus igitur animum ad Dei promiſſum deſpondere. Qui enim illi promiſerat, multiplicaturum ſe ſemen illius, idem quoque promiſit nobis daturum ſe quidquid ab eo petierimus.

26. Fide orandum.

Similiterque ille etiam eſt, qui dicat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Etenim cum ab eo longiùs abeſſes, laborareſque, & grauiſſima peccati ſarcina eſſes oneratus, miſericordia motus leuandi tibi oneris cauſa, & requietis in poſterum largiendæ, te ad ſe ipſum accerſiuit, & tu ei fidem non habes? Atqui licèt tacere velimus, ab ipſa tamen noſtra ipſorum arguimur conſcientia. Neque enim propterea ipſi fidem abrogamus, quaſi nos reficere non poſſit; ſed iugum eius ſupra nos tollere recuſamus, ſuaue illud & leue pigetque nos ingredi per anguſtam portam in regnum cœlorum; potiuſque geſtare malumus Sarcinam peccatorum, & per voluptatis libidines latam viam tenere, & per amplam portam ingredi in perditionem.

At ſæpè petiui, inquis, neque impetraui tamen. Prorſus quia non rectè petiiſti, videlicet aut dubitabundus, aut aliud agens, aut quæ tibi vtilia non erant futura. Quod ſi & quæ tibi erant vtilia ſæpè petiiſti, at non tamen perſeuerantiam adhibuiſti. Scriptum eſt enim: In perſeuerantia veſtra poſſidebitis animas veſtras: Et qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

CAPVT VI.

Cur Deus à nobis exorari velit.

NOuit Dominus cor eorum qui orant. Qaid eſt ergo, inquis, quamobrem Deus à nobis rogandus ſit? An neſcit fortaſsè ipſe, quibus rebus nobis ſit opus? Qaid ergo actiact illum orare? ſcit ſine dubio Dominus, quibus nobis rebus ſit opus; & omnia ad corpus pertinentia largiter nobis ad potiundum ſuppeditat: & cum ſingulari ſit bonitate, pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, etiam priuſquam à nobis rogatus ſit. 27. Temporalia nobis Deus non orantibus tribuit.

Fidem vero, & virtutis opera, & regnum cæleſte, niſi cum labore, & perſeuerantia forti admodum oraueris, nunquam impetrabis. Spiritualia, perſeueranter orantibus. *Deſiderandum eſt enim primum: tum vbi deſideraueris, ex animo quærendum, adiunctis fide ac perſeuerantia: neque omnino quod præſtare ipſe poſſis, quicquam prætermittendum: neque patiendum, vt à tua ipſius conſcientia condemnare, veluti qui negligenter, & cum ſocordia ores: & cum hæc omnia ſeruaueris, tum demum voti compos efficiaris tui, quando Dominus voluerit; quandoquidem quæ tibi expediant, melius ipſe intelligit, quam tu: & ea re fortaſſe differt quæ daturus eſt, vt eo modo magis te ad aſſiduitatem vocet, & vt intelligas quod ſit donum Dei, & vt datum diligenter cuſtodias.* Cur Deus quæ daturus eſt differt. *Siquidem nititur vnuſquiſque, quod magno labore inuenit, id maiori etiam quadam diligentia cuſtodire; ne eo amiſſo, labores etiam vna cum eo ſuos multos amittat, neuè neglecto Dei munere æterna vita indignus efficiatur. Quid enim profuit Salomoni, cito ſapientiæ donum inueniſſe, quod poſtea erat amiſſurus?*

28. Celeriter impetrata citò amittuntur.

Proinde noli vnquam animum deſpondere, niſi celeriter inuenias, quod rogas. ſi enim intellexiſſet Dominus te, ſi munus celeriter impetraſſes, id nunquam eſſe amiſſurum, ſine dubio, quæ eius eſt bonitas, vltrò ipſe tibi nullo tuo rogatu detuliſſet. Nunc autem tibi proſpiciens hoc facit. Etenim ſi, qui talentum quod acceperat, ſaluum cuſtodierat, is tamen propterea, quod illud ad quæſtum non contulerat, condemnatus fuit, qui non veriſimile eſt, eum multò grauiùs multatum iri qui illud etiã amiſerit? Hæc ergo cum ita eſſe intelligamus, ſiue maturiùs aliquid, ſiue ſeriùs conſequimur à Deo, hoc tenere conſtanter debemus, vt ipſi gratias agamus, quando Dominus, quæcumque facit, ea omnia ſaluti noſtræ conſulens facit, tantum nos ne puſillanimitatis vitio à petitione conſtanti deſiſtamus. Idcirco enim ſimilitudinẽ attulit de vidua illa, quæ duritiam iudicis iniqui emolliuit aſſiduitate ſua, vt nos quoque aſſiduitate adhibita impetraremus poſtulata noſtra. Aſſiduitas impetrat à Deo petita. *Ex hoc enim & fides noſtra, & charitas erga Deum declaratur, quando namque, eſto quod petimus, non celeriter auferamus, gratias ipſi tamen agere non deſiſtimus, conſtanter immanentes petitioni. Gratias ergo illi agamus aſſiduè, vt digni habeamur, qui ſempiterna ipſius bona conſequamur. Ipſum enim addecet gloria, in ſæculorum ſæcula. Amen.*

CAPVT VII.

De moderandis animi cogitationibus.

29. Mene quid & eius functio?

PRINCIPIO ſanè omnis in eo adhibenda cura eſt, vt animi agitatio in officio retineatur: quod aſſequemur, ſi eam mentis imperio ſubiiciemus, quæ ipſa diligentiſſimè obſeruans prouideat, ne à recto animus futiliter aberret, neuè à trahentibus ipſum in diuerſam partem, corporis affectionibus prauis prægrauetur? quemadmodum enim per oculum corpus videt, ſic animus cernit per mentem ipſi agnatam: at neque vt vnum in altero, ſed vnum & idem prorſus animus eſt & mens. Hæc autem naturalis eſt vis quædam, neque aduentitia eius animi partis in qua poſita ratio eſt. Etenim anima quando excitata vi intellectuali, quam à procreatrice ſua Sacroſancta Trinitate inſitam accepit, de rebus, de quibus debet ex officio, quæque honeſta ſunt, conſultat; tunc libera eſt ab inſidiis corporis, motuſque eius perturbatio proſpiciens, comprimenſque, & in ſe digna tranquillitate verſatur, & in pacatiſſimo otio res natura conuenienter contemplatur, oculis quantum fieri poteſt in Sacraſanctam ac Venerandam Trinitatem intentis: nimirumque illud reputat, & ſecum aſſiduè expendit, quam excellens Diuina gloria maieſtas ſit, ad quam (quæ eſt illius fulgoris incredibilis magnitudo) aſpirare nemo poteſt: ſplendorem præterea immortalitatis contemplatur, ſapientia infinitam vim quamdam, ſolidiſſimam, & omni fluctuatione vacuam tranquillitatem, itemque affectione omni, ac motu carentem naturam. Cui enim ex improuiſo accidere nihil poteſt, veluti qui reconditam in ſe ipſo, non ſecus ac in quodam theſauro rerum omnium ſcientiam teneat, tam præſentium, quam futurarum, & vniuerſa ipſe complexus ſit, cuiuſque ditioni ſubiecta ſunt vniuerſa, nihilque ſit in rerum natura, quod aut aduerſum accidere, aut omnino contra attollere oculos poſſit, huic conſentaneum eſt, perpetuam ſemper pacem adeſſe, atque tranquillitatem. Siquidem repentini, & qui præter ſpem eueniunt rerum caſus, ij ſunt, qui perturbationem mortalium mentibus ſolent afferre. NOT.

30. Diſtinctio intellectus ab anima.

Plura hic, & in ſequentibus Theologicè ſatis attingit Chryſoſt. Primo indiſtinctionem omnimodam intellectus ab anima ibid. *neque vnum in altero, ſed vnum & idem prorſus animus eſt, & mens*; cuius oppoſitum celebre ſatis eſt aſſertum in ſchola D. Thomæ cum ipſo 1. parte quæſt. 77. art. 1. & quæſt. 79 art. 1. ad 1. vbi plura de ſenſu huius propoſitionis.

Contẽplatio huius vitæ, in quo ſita ſit?

Secundo: contemplatiuam vitam in Sacroſanctæ Trinitatis contemplatione præcipuè conſiſtere docet; ſecundario in conſideratione virtutum moralium, & effectuum in Trinitate *non ſecus ac in quodam theſauro rerum omnium* contentorum: *quæ quidem* vt inquit D. Thom. 2. 2. quæſt. 180. art. 4. cap. *in futura vita erit perfecta, quando videbimus Deum facie ad faciem, vnde & perfectè beatos faciet. Nunc autem contemplatio Diuinæ veritatis competit nobis imperfectè, videlicet per ſpeculum in ænigmate; vnde per eam fit nobis quædam inchoatio beatitudinis, quæ hic incipit, vt in futuro continuetur:* de qua in præſenti. Tertio docet contemplationem hanc inchoatam, omni fluctuatione vacuam, ac motu naturæ carentes afferre tranquillitatem: cui etiam doctrinæ ſuffragatur apertè D. Thom. ibidem art. 8. cap. vbi reſoluit vitam contemplatiuam eſſe diuturnam propter duo: Primò *quia competit nobis ſecundum actionem incorruptibilis partis animæ, ſcilicet ſecundum intellectum, vnde poteſt poſt hanc vitam durare. Alio modo quia in operibus contemplatiuæ corporaliter non laboramus. Vnde magis in huiuſmodi operibus continuè perſiſtere poſſumus, ſicut Philoſophus dicit in 10. Ethic.* Idem docet articulo 6. cap. & quæſtione 179. artic. 1. ad 3. Contemplatione non laboramus

Quem autem praua affectio prorſus nulla obturbat, contraque cui virtus eſt omnis, omniſque dignitas comes adiuncta, hunc ſine dubio ritè, vt par eſt, lætari exiſtimandum eſt, eiuſque lætitiam immutabilem eſſe, atque ſempiternam, quando lætitia virtutis ac bonitatis eſt affectatrix, vt eſt apud Prophetam: lætabitur Dominus in operibus ſuis. Animus igitur quicumque mentem ſuam peruigilem & in actionibus rectis aſſiduè occupatam detinuerit, is & in his quas dixi, contemplationibus verſabitur, & huiuſmodi exercitatione, conſuetudineque mores ſuos ad æquitatem, ad iuſtitiam, modeſtiamque ac tranquillitatem componet, atque perpoliet. Idem verò vbi mentem agitare deſtiterit, & in res cognitione dignas intendere, ex templo veluti importuni proterui atque canes abſente moderatore ex diuerſis partibus libidines corporis foras ſedant, & vehementer in ipſum oblatrant, & variis modis dilacerare conantur: quippe videlicet, cum earum ſingulæ vitalem pro ſe quæque illius vim ad ſe rapiant. 31. Lætitiã virtutis comes.

Siquidem duplicem ego animi eſſe arbitror vim, cum ipſe vnus ſit, atque idem: quarum altera corpus attingat, vitalis ſcilicet: altera quæ tota in perſpicienda veritate verſetur, quam quidem rationalem etiam appellamus. Sed enim ex his quam vitalem nominauimus vim, eam, quoniam contemperata eſt cum corpore, animus propter contemperationem illam naturaliter, non voluntariè progignit. Etenim quemadmodum fieri non poteſt, quin Sol res eas illuminet, ad quas radios ſuos appulerit: item quoque fieri non poteſt, quin animus, in quo corpore inſit illud viuificet. Contra vis illa veri perſpiciendi, à voluntate proficiſcitur, motum hinc ſortita ſuum. Quamobrem qui animus vim illam contemplatricem ſiue rationalem ita inſtituerit, vt aſſiduè peruigil ſit (vt ait Propheta: Neque dormitabit, qui cuſtodit te) dupliciter is vitioſos corporis motus conſopit, ac tranquillat. Siquidem & ſe in rebus potioribus, ſibique affinibus inquirendis occupat, & motus corporis ſui confuſaneos obſeruans cohibet, atque compeſcit. Si vero quod ignauiæ ſeſe dediderit, eam contemplatricem deſidem torpere paſſus ſit, otioſam itidem vitalem vim nacta libidines corporis, pareitaque nullo moderante, prohibentéve, animum ad ſuos appetitus ac functiones pertrahunt. Ex quo intelligi poteſt affectiones corporis tunc eſſe violentas, quotieſcumque ratio, quæ in nobis eſt, ceſſat: eaſdem illa moderante, & imperium ſuum exercente, facillimè obtemperare. Quare ſi quis rectè modo rem putare voluerit, nullo pacto, is corpus culpandum exiſtimabit. NOT. Contemplationis Dei comitem eſſe lætitiã docet Chryſ. cui fauet D. Th. 2. 2. q. 3. 32. Animæ vis duplex.

32. Contemplatio delectabilis.

q.3.art.5. c.eo quod in ea ſita ſit vitæ huius, & futuræ beatitudo, quæ optima operatio hominis eſt, optimæ potentiæ, & reſpectu optimi obiecti: *Et quia vnuſquiſque* (inquit) *videtur eſſe id, quod eſt optimum in eo, vt dicitur in 9. & 10. Et hic, adeo talis operatio eſt maximè propria homini, & maximè delectabilis:* puta cauſaliter; quatenus ea ſtante in intellectu non poteſt non reſultare in voluntate delectatio. Diſtinguit deinde Chryſoſt. duplicem vim animæ rationalis, *vitalem* ſcil. & *rationalem*: ſub vitalis membro animalem & vegetatiuam comprehendit. Vitalem eam dicit, quæ propter contemperationem cum corpore *non voluntariè progignit*, quod de vegetatiua potentia non obediente imperio rationis intellige cum D.Th.1.2. q. 17. art.8.& 9. & q.50.art.3.ad 1.& 22.q.148.art.1. ad 3. & alibi. *Animalis* autem ea eſt Chryſoſtomo, cuius affectiones violentæ ſunt, *quotieſcumque ratio quæ in nobis eſt ceſſat*: motus namque appetitus ſenſitiui, nati ſunt ſubeſſe imperio rationis, eoque moderari: vt paſſim cum ipſo docent Theologi. Argutè tandem contemplationem quam *vim percipiendi* appellat) à voluntate proficiſci inquit, *motum hinc ſortita ſuum.* Cui apertè concinit D.Thom.2.2. q. 180.art.7.ad 1. his verbis. *Ad 1. dicendum: quod vita contemplatiua licet eſſentialiter conſiſtat in intellectu, principium tamen habet in affectu: in quantum videlicet aliquis ex charitate ad Dei contemplationem excitatur. Et quia finis reſpondet principio, inde eſt, quod etiam terminus & finis contemplatiuæ vitæ habet eſſe in affectu: dum ſcilicet aliquis in viſione rei amatæ delectatur, & ipſa delectatio rei viſæ amplius excitat amorem.*

Triplex animæ vis.

Con-templatio ab affectu principium habet.

CAPVT VIII.

Quod corpus malum non eſt.

34 Corpus moderatione rationis eget.

NEQVE *enim alienum eſt, vt opinor, ſi in hacce mea tibi ſententia explicatione etiam prauas illorum opiniones eripuero, qui malè de corpore ſuſpicati ſunt. Vt enim, chariſſimè luculenta quædam res, ac per ſe bona equus eſt, & quo is natura ferocior eſt, ac vehementior, eo præſtantior haberi ſolet: ſeſſore tamen perito eget, moderatoreque, nempe qui ipſe rationis ſit expers. (Enimvero in eum vbi moderator aſcenderit, ille quidem conabitur vti ingenio ſuo: Hic ſi naturales rector iumenti motus rectè ac ratione inſidens gubernat, præterquam quod ipſo vtiliter vſus eſt, etiam ad finem, quem ſibi propoſuit, peruenit, nempe qui & ipſe incolumis ſeruatus ſit, & iumentum ad vſum ſibi commodiſſimum eſſe intellexerit; contra vero vbi pullum, qui in frænando præeſt, vitioſè inſtituerit, & pullus ſæpè numero à recta via aberrat, & per confragoſa ruens, ſe & ſeſſorem ipſum plerumque in eamdem ruinam dat, & vtriuſq; caſus non aliunde quam ex rectoris ignauia proficiſcitur.) Similem etiam in animo quoque & corpore eſſe exiſtimare rationem debes. Neque enim temerè tributi corpori appetitus ſunt, ſed vt ad res aliquas prorſus vtiles eſſent, & commodi. Ipſum autem rationis eſt expers, nimirum ob eam cauſam, vt rationis præſtantia maiorem animus dignitatem obtineret. Si enim naturales ipſe corporis rectè temperat motus, præter id quod incolume illud conſeruat hoc etiam accedit, quod ipſe perpetuo a periculis permanet liber. Si verò neglecta ratione ſe ſomno dediderit, & moderandi corporis habenas ignauia remiſerit, & ipſum corpus, velutiquod ratione moderatrice deſtitutum ſit, à recta egreditur via, & animam ſecum vna in eamdem perniciem trahit: non quidem ob eam cauſam quod ſuaptè natura ipſum vitioſum, ſed quod illa negligens ſit. Etenim ſi eiuſmodi eſſent affectiones iſtæ corporis, quæ ab animo domari non poſſent, meritò culpa in corpus poſſet transferri. Si verò immanè ſunt multi, quorum ſtudiis deuicta illa ceſſare, nequaquam ab iis iure corpus culpatur, qui ipſum tanquam vitiorum autorem traducere non dubitant: ſed negligentiæ culpa in eo eſt, cui delatum corporis imperium eſt, cum neque ipſe animus naturaliter malum in ſe habeat, ſed propterea in vitio ſit (ſi quando ſit) quod virtutem deſerit. Siquidem vitium nihil aliud eſt, quam virtutis deſertio.*

Appetitus corporis vtiles.

Corporis vitia menti tribuuntur.

N O T. Pulchrè confutat Manetis errorem aſſerentis corpus ſuapte natura eſſe malum, & à malo principio factum, quem ſequuti ſunt Paterniani, Venuſtiani, Priſcillianiſtæ, & Patriciani de quibus Gaulterius in Chronol. ſect.3. damnati à Leone 1. ep. 71. & in Concil. Bracarenſi 1. cap.3. & impugnati à Caſtro l.4. aduerſus hæreſ. V. *Caro & corpus humanum.*

CAPVT IX.

Quod nequaquam temere cum mulieribus frequenter colloqui liceat.

AC *de moderandis quidem animi in cogitando motionibus, corporiſque affectionibus in officio continendis, deque amplitudine ac tranquillitate hominis interioris, ſimiliterque de rerum ad ipſum pertinentium contemplatione, ac cura, ſuperius, quantum potuimus abundè diſputauimus. Verum enim non in eo tantum elaborandum nobis eſt, vt motus animi in cogitando moderemur, ſed quoad fieri poſſit, ab earum etiam rerum congreſſu longiſſimè fugiendum eſt cum primis, quæcumque in conſpectum nobis adducta, refricata libidinum memoria conſilium rationiſque vim nobis perturbant, atque confundunt: bellaque & ſolicitos in animo angores cient. Etenim bellum quod præter voluntatem noſtram incidat nobis, excipere, fortaſſe neceſſarium ſit, ipſum verò aliquem ſibi voluntarium creare, id vero ſummæ ſtultitiæ eſt. Siquidem ignoſci ei forſitam poſſit, qui in priore illo victus ſit (nolim autem omnino hoc Chriſti athletis euenire) atqui in poſteriori hoc ſuperatus diſcedat, is præterquàm quod rem admodum ridiculam facit, non meretur etiam cur ſibi ignoſcatur. Quo circa fugiendæ imprimis cum mulieribus nobis congreſſiones ſunt, collocutioneſque, neque ad eas vnquam accedendum, niſi cum grauiſſima nos aliqua ad eas neceſſitas impellat, & aliter facere non poſſimus. Atque ipſa etiam vbi nos neceſſitas adegerit, ab ipſis non ſecus atque ab igne cauendum eſt; adeo vt quam ocyſſimè nulla mora ab iſtis nos extricemus. Animaduerte enim quid de hac re Sapientia dicat: Abſcondet quis ignem in ſinu ſuo, & veſtimenta ſua non comburet? Aut: Ambulabit quiſpiam ſuper carbones ignis, & pedes non comburet?* 35

Bellum voluntariè amplecti ſtultum.

Mulier vt ignis cauenda.

Digitized by Google

36. Mulierum colloquutio nulli non periculoſa.

Quod ſi quis dicat, ex aſſiduo ſe cum mulieribus colloquio, congreſſuque, & conuictu non admodum lædi, hic ſine dubio aut maris naturæ particeps non eſt, & portentum eſt quoddam inſolentiſſimum, & præter omnium opinionem admirabile, & vtriuſque ſexus (vt ita dicam) confinio poſitum: cuiuſmodi eſſe illos ferunt, qui nati eunuchi ſunt: ſiquidem hoc illis etiam velimus tribuere, quod nullo modo fœminarum libidine afficiantur, aut moueantur: Concupiſcentia enim Spadonis deuirginans iuuenculam, inquit Sapiens, aut certè ſi expers non eſt cum totus immerſus libidinibus obruatur, ebriis aut phrenitide correptis ſimilem ſe eſſe non ſentit, qui grauiſſimis affectis morbis, morbum à ſe tamen abeſſe omnem exiſtimant.

Scandaloſa.

Verum quod ratio non dat, hoc demus nos in diſputatione: poſſe videlicet aliquem exiſtere, qui nullis libidinum aculeis pungatur, aut extimuletur. Verùm, & ſi hoc ipſe non ſentit, qui quæſo hoc ita eſſe, cæteris item facilè poterit perſuadere? Porro quod quis nulla propoſita vtilitatis ſpe, multitudinem ſcandalizet, hoc ei arbitror non vacare periculo. Quanquam ad hanc alia etiam ratio ſpectanda eſt, quod eſto vir nullam ipſe in animo ſuo pernicioſæ cogitationis noxam conceperit, de muliere certè, quod ea quoque idem faciat, nunquam nobiſcum controuertet, quod ipſa videlicet nullis corporis libidinibus moueatur. Quin incidit ſæpenumero propter conſilij imbecillitatem, & maiorem quandam in eo ſexu ad libidines procliuitatem, cum fœmina ipſa aliquantulum eius, qui inconſideranter ſecum congreſſus ſit, libidine commota ſit. Atque ille quidem nullum vulnus acceperit, ſed ſæpenumerò inflixerit: & quemadmodum id fecerit non intelligit. Tum per ſimulationem videlicet ſpiritualis charitatis monachum crebro adiens mulierculæ, oculis primum peccato largiter explere ſe incipit, & formam illius aſpectibus laſciuis depaſcitur, & abditam intus virginem, cuius amore præcipuè Sponſus tenetur, impuris cogitationibus vitiat, & corrumpit.

Mulier viro libidinoſior.

37. Qua moderatione eis colloqui liceat.

Proinde ne eorum quæ diximus quicquam eueniat, danda eſt opera, vt (ſi quà fieri poſſit) mulierum colloquia congreſſúſque funditus fugiamus. Sin id non poſſit, in eo euitendum eſt certè, vt quam rariſſima illa, & quam breuiſſima fiant: neque id ex odio ſexus; apagè: neque vt qui cognationem illarum abnegemus: quin potius earum etiam patrocinium ſuſcipiamus, & quantum in nobis eſt, benignè faciamus, & cum omnibus promiſcuè, quæ natura humanæ participes ſunt, tum verò illis præcipuè, quæ pro ſeruanda integra caſtitate in certamen deſcenderunt, veluti quæ in pari ac fraterno nobiſcum curriculo certent: congreſſum tamen defugiamus, ne ex ipſarum aſpectu, in memoriam eius, cui ſemel nuntium remiſimus, libidinis, cuique aditum ad nos perpetuò interclusimus, redire cogamur. NOT. Tota ferè iis concinit Sacra atque prophana pagina. Et primum de incauti igneique muliebris aſpectus periculo Eccleſiaſtici 9. inquit Sapiens: *Ne circumſpicias ſpeciem alienam: propter ſpeciem multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.* Ex patribus ſibi ipſi præ cæteris conſonat Chryſoſt. ipſe hom. 3. de Verbis Iſayæ vbi ait *Vt ignis vbi fœnum arripuerit, nihil moratur, ſed ſimul vt attigit materiam, incendit flammam: itidem, ignis concupiſcentiæ ſimul atque per oculorum intuitum elegantem attigerit formam, protinus exurit animum.* Vnde Tibulus lib. 4. in laude Sulpitiæ ad Martem inquit.

38. Forma fœminæ ignis.

———————————————caueto

Ne tibi miranti turpiter arma cadant.
Illius ex oculis cum vult exurere Diuos,
Accendit geminas lampadas acer amor.
Illam quidquid agit, quoquo veſtigia mouit,
Componit furtim, ſubſequiturque decor.
Seu ſoluit crines, fuſis decet eſſe capillis,
Seu compſit, comptis eſt veneranda comis.
Vrit, ſeu Tyria voluit procedere palla.
Vrit, ſeu niuea candida veſte venit.

Et Paris Helenæ apud Naſonem, inter plura ad rem.

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.

Nulli viro non exitialis.

Nulli autem hominum periculoſam non eſſe mulieris formam, argutè probat ex illo Eccleſ. 20. *Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam:* & 30. *Sicut Spado complectens virginem, & ſuſpirans.* Vndè lib. 1. Vit. Patr. Cum magnus ille Ioannes cognomento Eleemoſinarius (cap. 23. vitæ ipſius apud Roſuuey.) Monachum quendam Eunuchum Hebræam puellam (quam ad fidem conuertere cupiebat) alloquentem comparat; Monachus ipſe reſpondit: *Timens itaque ego iudicium Dei aſſumpſi eam, æſtimans quod non immitteret tentationem Sathanas ſpadonibus: neſciebam verò quod nemini parcit.* Quidni ergo virum exurat fœminæ conſuetudo, qua Spado, *nec vir, nec fœmina* (quique vt Naſo 2. Amor. eleg. 3. inquit

Mutua nec Veneris gaudia noſſe poteſt)

iuxta Salomonia dictum exardeſcit? Hoc autem fœminis ipſis incendij autoribus euenire, prodit Iuuenalis ſat. 6. vbi diſſuadens matrimonium à mulierum flagitiis, inquit.

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia ſemper.
Oſcula delectant, & deſperatio barbæ.

Hinc dato (*quod ratio non dat.*) diſputationis ergo virum in congreſſu vacare periculo, fœminam tamen ex maiori procliuitate ad venerea, vulnus ſemper libidinoſæ commotionis accipere, aduertit Chryſoſt. cui apertè fauet Terentius in Hecyra; inquiens. 40.

Fœmina nunquam periculo vacat.

Cenſen' te poſſe reperire vllam mulierem
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri?

Et Propertius lib. 2. Eleg ad Iouem pro ægrotante

Tu prius, & fluctus poteris ſiccare marinos,
Altàque mortali deligere aſtra manu
Quam facere vt noſtræ nolint peccare puellæ

Et lib. 3. de Mulierum incontinentia

Obiicitur toties à te mihi noſtra libido
Crede mihi, vobis imperat iſta magis
Vos vbi contempti rupiſtis fræna pudoris
Neſcitis captæ mentis habere modum, &c.

CAPVT X.

Quod corporis exercitatio in opere faciendo, corporis viribus admetienda eſt.

VErùm enim verò illud conſequens eſt, vt venter ipſe quoque in officio contineatur: ſiquidem ventris

Venter qualiter moderandus.

ventris moderatio animi perturbationum compreſſio eſt: perturbationum autem compreſſio animi pax eſt, atque tranquillitas. Animi vero tranquillitas nihil aliud quam virtutum fecundiſſimus fons. Porro continens ventris moderatio ea praſtantiſſima iudicanda eſt, quam vires corporis cuiuſque definiunt. Siquidem inuenti nonnulli ſunt, qui in rebus grauiſſimi laboris perferendis nihil omnino graue pertuliſſe ſibi viſi ſunt, eaque laxamenti loco potius quam laboris habuere, idque propter vegetam, ac praduram, qua illorum in corporibus ineſſet harmonicam temperaturam ac robur eximiā. Verum enim quod hi tolerare facilè potuerunt, aliis cauſa fuit cur periclitarentur, quandoquidem ea nonnunquam in diuerſis corporibus diſſimilitudo reperitur, qua inter æs ferrumve, ac arentia ſiue ſarmentitia ligna. Quamobrem ita amplectenda à nobis continentia eſt, vt eam cum viribus corporis commetiamur. Quæ enim ſolo animo cernuntur virtutes, ea omnes omnibus promiſcuè æqualiter ſeruanda proponentur, veluti manſuetudo, morum facilitas, ſummiſſio animi, ſiue humilitas, bonitas, amor in fratres, innocentia, ſtudium veritatis, miſericordia, lenitas, humanitas: has enim peculiares animi eſſe virtutes dicimus, quādo ad eas parandas, ce'edaſnè animo, corpus nihil plus affert, quam quod ipſi quadam (vt ita dicam) veluti curia eſt in qua huiuſcemodi res deliberantur.

Idem labores cur aliis graues aliis leues.

Corpus curia virtutum animi.

Porro modum vires corporis finient, ſi neque videlicet leniores quis labores ſuſcipiet, quam quantis ferendis eſſe par poſſit: neque ſi ea item perſequi voluerit, quæ ſuſtinere ſe non poſſe intelligat. Siquidem huius res quoque rationem haberi arbitror oportere, ne cum propterea, quod in continentia colen ſeruatus modus non ſit, corpus eneruauerimus inertes deinceps, & ad res gerendas inutiles exiſtamus. Neque enim eo conſilio Dominus hominem finxit, vt ſegnis ac languens deſideret, ſed contra potius vt eſſet, qui ſe in laboribus honeſtis exerceret: quandoquidem & primò in paradiſo Adæ præcepit vt laboraret, & paradiſum ipſum cuſtodiret (etſi enim hiſce verbis alter quidam adiunctus eſt ſenſus, nihilominus tamen propterea hoc ipſum etiā quod omnibus expoſitum eſt, imitatione ac ſtudio dignum eſt) & tum deinde poſtquam ex eo illo eiectus exularit, ſententiam tulit, vt pane ſuo in ſudore vultus ſui veſceretur. Quod autem quæ Adæ dicta tum fuerint, ea omnibus etiam dicta ſint, qui ab eo ſunt oriundi ex hoc liquido perſpici poteſt, quod cum illum tantummodo, tum nominatim Deus morte mulctaſſet, quando dixit, Terra es, & in terram reuerteris: nihilominus tamen omnes, quotquot ab eo originem duxere, eiuſdem ſimiliter vnà cum eo calamitatis participes extitere. Quamobrem cōuenit vnumquemque neque naturæ ordinem, neque præſcriptos à natura opifice limites tranſilire, potiuſque in his continere ſe, & corpus in actione aliqua occupatum tenere, illudque prouidere, ne ipſum, dum grauius, quam par eſt, premit, opprimat. Quandoquidem ſapientiſſimè ego illum rationem arbitror ſuam inſtituere, quicumque ſe intra conſtitutos huiuſcemodi fines contineat.

41.
Mediocritas in labore corporali ſeruanda.

Homo natus ad laborem.

42.
Probatur ex S. Scriptura.

Pluribus præterea hoc quod dicimus ſanctarum litterarum teſtimoniis poſſumus confirmare. Siquidem præcipiunt Diuina oracula vt laboremus, & corpus acta ſuai motionique expoſitum habeamus, potiuſque aliorum indigentiis ſubueniamus, quam aliundè ipſi opem expectemus. Vt autem ipſum immoderatis macerationibus extabefactum reddamus, ac diſſolutum, hoc verò nullo modo. Huius autem rei fide omni digniſſimus teſtis eſt Paulus, apud quem quodam in loco ſcriptum eſt ſic: Audimus inter vos quoſdam inordinatè ambulantes, nihil laborantes, ſed curiosè agentes. Et ordinis diſſolutionem, laboris deſertionem pronuntiat: Non enim, inquit, inordinatè nos inter vos geſſimus, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione, nocte & die laborantes. Et quod hoc etiam maius eſt, Ad ea quæ mihi opus erant miniſtrauerunt manus hæ. Itemque alio in loco: Vt laborantes, inquit, panem ſuum manducent. Et alibi: Vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotium agatis, & laboretis manibus veſtris.

Prorſus liber eſſe ab omni animi elatione Monachus debet, & mediam verò ac regiam viam ingredi, neque ab ea vel in hanc, vel in illam partem vſpiam declinare, vt videlicet aut ſegnitiem amplectatur, aut continentia ita corpus affligat, vt ad obeunda deinceps munera ſua vtile eſſe non poſſit. Si enim rectum eſſet, homines diſſoluto corpore deſidere, & veluti ſpirantes mortuos iacere, credibile eſt tales nos à prima conditione Deum fuiſſe conditurum. Quod ſi hoc ille non fecit, illud haud dubiè ſtatuendum eſt, eum rationem eſſe illam ſecutum, quam eſſe rectam intelligebat. Quod ſi tales ille nos finxit, quales ſi eſſemus, rectiſſimum erat futurum, peccant quicumque quantum in ipſis eſt, quod rectè factum eſt non conſeruant.

Monachis moderatio laboris ſuadetur.

43.
Præceptum laborandi cunctis hominibus cōmune eſt.

NOT. Vno verbo D.P.N. Benedictus hæc omnia complectitur c. 48. vbi de labore manuum loquens, *Omnia* (inquit) *menſuratè fiant propter puſillanimes*, quod etiam moret breuis æquè ac peruetuſta ſententiola Comici *Nequid nimis.* Bene autem editi in margine notant, Monachos *niſi per ſui Ordinis ſtatuta obligentur, non teneri ad manualia opera.* Nulla namque Monachorum ſtatuta aliquid addunt vel ſubtrahunt generali præcepto laborandi in Sacra ſcriptura paſſim expreſſo, vt probat D. Th. 22 q. 181. a. 3. in arg. ſed contra: vbi ait: *Ad præcepta ſeruanda, quæ communiter omnibus proponuntur eodem modo tenentur Religioſi ac ſæculares: ſed præceptum de opere manuali communiter omnibus proponitur vtpote 2. Theſal. 3. non ergo Religioſi magis tenentur operari, quam ſæculares.* Imo neque aliter in præſenti Chryſoſt. is qui ſolitariam vitam ſeorſim degunt præceptum laborandi proponit, vt patet apertè ex illis verbis n. 41. *Quod autem quæ Adæ dicta tum fuerint* (ſcilicet vt in paradiſo laboraret) *ea omnibus dicta ſunt, qui ab eo ſunt oriundi* & n. 42. *Præcipiūt Diuina oracula vt laboremus &c.* Diuina enim oracula non plus in hac re Monachos quam ſæculares alloquuntur. Quod ſi per ſtatuta Ordinis labor manuum indicitur Monachis, vt ibidem notat D. Th. In c. ex D. Hieron. ea tantum obligatione teneri cenſendum eſt, quam D. Benedictus veterum Patrum veſtigia ſecutus c. 48. ſtatuit, eo ſcilicet, quod *otioſitas inimica eſt animæ &c.* & c. 50. *ſi neceſſitas loci, aut paupertas exegerit &c.* quæ iterum cum obligatione generali cunctorum hominum recidit vt videre eſt apud D. Th. 16. in c. vbi ait quod *labor manualis ad quatuor ordinatur. Primo quidem & principaliter ad victum quærendum, Secundo ad tollendum otium &c.*

44.
Labor manuum antiquus in molliora ſtudia mutatus.

Quod ſi eumdem nobis Benedictum obiicias c. 48. aientem: *Si autem neceſſitas loci, aut*

aut paupertas exegerit, vt ad fruges colligendas per ſe occupentur, non contriſtentur, quia tunc verè Monachi ſunt &c. verus ergo Monachus non eſt, qui non laborat. Iis eruditè, vt aſſolet, ſatisfacit noſter. Nicolaus Brauo in Not. ad c. 50. n. 2. inquiens quod taliter operantes erunt *verè* Monachi, hoc eſt imitatione priſcorum, prout in Ægypto & Oriente alibique antiquioribus retro temporibus eſſe ſolebant. Quibus aliàs verior & perfectior Monachatus ſucceſſit in maiori & ſolemniori expreſſione votorum, autoritate approbationis, ſtabilitate, clauſura, addictione frequenti ad ſacra indeſinenter tractanda, potioribus ſtudiis ſectandis, & aliis quibus decor & diſciplina Monaſtica, ſi ritè teneatur, præfulget, & quibus manuum laborem reſtauret, & melius reponat. Quæ omnia latius tangit idem autor ad cap. 48. n. 14. quem tu conſulas. Vide autem plura de hac re notata l. 3. c. 3. a. n. 15. c. 4. n. 6. c. 5. n. 29. c. 6. n. 5. & 67. & lib. 4. c. 2. n. 10. c. 3. a. n. 1. c. 4. n. 16. & c. 5. n. 71. & alibi.

CAPVT II.

Cogitationum animi moderanda vehementia.

45. Vis cogitationis.

ILlud autem diligenter pietatis cultor obſeruato, num quæ ex iniuria in ipſius animo domicilium ædificauit praua affectio, ne delituerit; nunc vbi peruigil illa ac vehemens in Deum mentis intentio oblanguerit: ne forte Spiritus ſanctificatio, & quæ inde in animũ promanat, illuminatio obſcurata ſit. Vigentibus enim his, quæ diximus, bonis nullam prorſus rebellionis occaſionem nanciſcentur hæ corporis affectiones: quippe cum animus videlicet in rerum altiorum cura ſit occupatus, neque corpori vſquam libidines excitandi locum concedat. Si enim cogitantibus ſæpè numero aliquid nobis de rebus vitæ huius, mente acriter in aliquam cogitationem defixa, neque oculi, neque aures muneribus funguntur ſuis, animuſque relictis ſenſibus in ea cõmentatione totus inhæret, multò, profectò faciliùs, ſi in animis noſtris diuinus amor viguerit, omnis prorſus vel leniſſima etiam à nobis de libidinibus aberit cogitatio. Quod ſi ſeſe hæ interdum loco paululum commouerint, exemplè faciliimè eas in ordinem rediget magnanimis prudentia.

Animi tepiditas.

Vtrumne quæſo præſtabilius eſt, fœcundas arbores imitari, quæ & ipſæ copioſa ſunt, & alios fructuum quos habent vbertate delectant: an aſſimilem eſſe oleribus iis, quæ immodico æſtu ſolis ardere & ſiccitate langueſcunt, neque vlla in re (vt eſt apud Prophetam) à beta ſemielixa differre? (quippe qui ne tuarum quidem ipſius neceſſitatum eſſe miniſter valeas: & quod grauius eſt, qui integras ad teipſum tuendum à natura vires acceperis) atque ex dimidia tantum parte ſolo videlicet animo, ac non etiam corpore philoſophiæ operam dare? Etenim ſi eſſemus extra corpus conſtituti, neceſſario ſolo tantum animo optima ac præclariſſima quæque ſequeremur. Verùm quia ex duplici natura conſtamus, duplex virtutis quoque eſſe ſtudium debet, idque tum ſtrenuitate corporis, tum animi etiã induſtria exerceri.

NOT. Locus Prophetæ à Chryſoſtomo citatus extat apud Iſaiam c. 51. & vbi vulgata. *Sicut oryx illaqueatus pleni indignatione* 41.
Dominum, ibi 70. *ſicut beta ſemicocta pleni furoris Domini.* Quæ verba exponens Hieronymus pulchrè & ad rem præſentis capitis doctrinæ omnimodam lucem affert his. *Pro beta ſemicocta reliqui Interpretes orygem captum, & illaqueatum tranſtulerunt, quod genus beſtiæ naſcentis in eremo inter immunda animalia Deuter. 14. ponitur: pro quo Septuaginta Syra lingua opinati ſunt thoreth, quæ dicitur beta. Hoc de nomine: tranſeamus ad ſenſum. Filij tui ſicut oryx venatorum laqueis irretitus, dormierunt in compitis & plateis; & ſuper nudam humum nuda membra ponentes, indignationem Domini, & increpationem Dei ſui propriis miſeriis indicarunt. Porro iuxta 70. qui noluerint habere diuitias ſpiritnales in omni verbo & ſcientia & operibus bonis, nequaquam habitabunt in domibus, quæ virtutibus extruuntur, ſed in principiis viarum, & in exitu tangentes omnia, & omnia relinquentes. Qui rectè dormire dicuntur illo ſomno, de quo ſcribitur. Dormierunt ſomnum ſuum, & inuenerunt nihil. Et comparantur betæ ſemicoctæ, quod genus oleris eſt viliſſimi, & fragiliſſimi. De quibus oleribus puto illud in Pſalmis dici: Ne zeleris in malignantibus &c. Quoniam ſicut fœnum velociter areſcent, & ſicut olera herbarum cito decident. Eſt etiam ægrotantium cibus. Qui ſemel incredulus eſt, appellatur beta cruda; qui autem ſimplici contentus fide poteſt dici beta cocta. Porro qui inter vitia atque virtutes medius fluctuat & duplici corde accedit ad ſeruientem Dei, iſte rectiſſimè vocatur beta ſemicocta, ad quem & in Apoc. Ioannis loquitur Deus: vtinam aut calidus eſſet, aut frigidus; nunc autem quia tepidus eſt euomam te.* Quid pulchrius ad rem? Neque ab hoc ſenſu plurimum diſtat orygis illaqueati ſimilitudo, qui cum ſolus inter animantia cætera contrario pilo, & ad caput verſo veſtiatur, quando irretiri cæperit, forſam progredi non valens capitur, eum regredi nolit: quod haud diſſimiliter indeſides iactauit D. P. Bernardus ſer. 2. in Purificatione.

Captam virtutis viam relinquentes betæ ſimiles

Beta olus viliſſimum & inſipidiſſimum.

Aptiſſimè autem intepidos inſipida adducitur betæ natura noſtris *Azelga*, quam peculiari epitheto *fatuam*, hoc eſt, omnis ſalſi ſaporis expertam ſalſiſſimus Poëtarum appellat Martialis l. 13.

Vt ſapiant fatua fabrorum prandia betæ,
O quam ſæpè petet vina, piperque cocus:

Et Catullus.

Languidior tenera, cui pendens Sicula beta.

Vnde apud Calepinum *Betæ* quoque appellabantur homines molles, & cinædi, & *betizare* dixit Auguſtus pro *languere*, & *effeminari.* Conſule Plinium lib. 19. cap. 8.

CAPVT XII.

In ſumendis cibis non voluptas, ſed ratio ſequenda.

POrro ſtrenuitas corporis non in otio poſita eſt, ſed in negotio. Quamquam illud quoque diligenter

genter animaduerti debet, ne per cauſam neceſſitatis corporis, eo impingamus, vt voluptatibus ſeruiamus. Si enim hoc poſſet impetrari, vt eum in perpetua inedia corpus teneremus, ipſius nihilominus integra opera ad munera ſua obeunda vti poſſemus, vtique eſſet hoc optimum. Verum quoniam rariſſima ea inueniuntur corpora, quæ in iſtiuſmodi victus ratione non concidant, & adhibita moderatione iciunandum eſt, & corpori neceſſarium maximè ſubſidium tribuendum: neque in aſſumendis cibis dux habenda voluptas eſt, ſed ratio; quæ neceſſitati ipſa modum prudenter definiat, more peritorum medicorum, qui nulla ipſi cum animi perturbatione, accommodata morbis remedia adhibent. Huiuſmodi enim animi affectio in quocumque fuerit, hic ſi cibum aſſumpſit, nihil eſt, quod ad philoſophiam attinet, quamobrem eo inferior habendus ſit, qui ab eo ſe temperarit. Quin potius is, & quod ad rei finem attinet, non perpetuum modo iciunium, ſed inediam etiam eſt aſſecutus; & quod ſapienter corpus gubernarit egregiè in eo regendo prudentiæ laudem inuenit. Neque enim moderata corporis in victu adiectio, continentiave, ea ſunt quæ cupiditates accendant, & libidines indomitas reddant. Nam hoc quidem intemperantia, & immodicus deliciarum luxus facit. Atque ad id quidem probandum, quod in præſentia diſceptandum nobis propoſitum eſt, hæc tum ex legibus naturæ, tum ex Diuinis litteris à nobis petita ſufficiant.

Ratio in ieiunio medicum imitetur.

Mediocritas inedia eſt.

NOT. Ex his quaſi ex vniuerſalibus principiis deſcendit (vt aſſolet) D. Parens Benedictus ad conſtituendam menſuram prudentem cibi & potus, *remota* (c. 39.) *præ omnibus crapula, & ſeruata in omnibus parcitate* & c. 40. *ne ſubrepat ſatietas vel ebrietas*: talique temperamento *quod ſi labor forte factus fuerit maior; in arbitrio & poteſtate Abbatis erit, ſi expediat, aliquid augere de cibis* c. 39. & c. 40. *ſi aut loci neceſſitas, aut labor, aut ardor æſtatis amplius* (vini) *popoſcerit, in arbitrio Prioris* (ideſt Prælati) *conſiſtat*. De *Hemina* quam pro menſura potus aſſignat vide dicta c. 1. nu. 5.

CAPVT XIII.

Chriſti Domini conuerſatio omnis internæ exercitationis extitit prototypon.

48.
Chriſti affectatio eius imitatio eſt.

VErum enim quoniam quæ diximus, ea non rationibus tantum roboranda ſunt, ſed exemplis etiam rerum geſtarum noſtra confirmanda ſententia eſt, ad ipſum iam Liberatoris noſtri vitæ inſtitutum pergemus, quod mortali in corpore ab ipſo ſeruatum, omnibus quicumque pietatem in vita colere vellent, virtutis exemplar, ac picturæ veluti probè expreſſam effigiem quandam propoſuit, vnde cuncti lineamentis illius inſpectis, cum nulla in parte à propoſito ipſo exemplari imitatione declinarent, ſimile inde pro ſe quiſque in vitam ſuam exemplum transferrent. Nam quod vitam ſuam liberator noſter præſtantiſſimi viuendi ritus omnibus ipſi obtemperare volentibus exemplar propoſuerit, ipſum audi, hoc apertiſſimè dicentem: Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, inquit. Quibus verbis nequaquam affectationem eam ille ſignificat, quæ corpore fit (quando qui hoc facere poſſit, reperiretur nemo, cum, quod ad corpus pertinet, Dominus in cælo nunc eſſe intelligatur) ſed acerrimam, quantum fieri poſſit, vitæ ipſius Inſtitutorum imitationem.

49.
Eius impeccabilitas.

Quæ igitur vita fuit Liberatoris noſtri? quam ille, dum hic inter nos verſaretur, vitæ rationem ſecutus eſt? Peccatum quidem non fecit. Qui enim à peccato vinci iuſtitia potuiſſet? aut quo pacto veritatem vanitas ſuperaſſet? quave ratione infirmitate virtus debellata ceſſiſſet? aut poſtremo, quomodo quod nihil eſt, de eo quod eſt, victoriam reportaſſet? Semper eſt enim Deus quippe cuius natura neque originem habeat, neque finem vnquam ſit admiſſura. Peccatum vero ipſum eſt nunquam, neque in propria ipſum per ſe ſubſtantia vlla ſua eſſe cognoſcitur. Cumque in iis magis, quo malè fiunt defectione boni, quam in iis, qui ipſum faciunt naturam ſuam poſitam habeat, intelligibiles quaſdam tenebras malefactis imprimit, quæ à iuſtitia lumine diſpelluntur. (Lux enim, inquit, in tenebris lucet) & eo vſque durant. Sublatis enim his vnà etiam ſimul peccati ſubſtantia deletur, & euaneſcit. Quæretur enim, inquit, peccatum eius, & non inuenietur; licet peccantibus pœna propter peccatum ſit repoſita, & ob ea, quæ flagitioſè fecerint, cruciatus propoſiti ſempiterni.

Peccatum nihil eſt.

NOT. Impeccabilitatem Chriſti Domini probat ex incompoſſibilitate eius, quod *ſemper nihil eſt*, ideſt peccati, cum eo *qui ſemper eſt*, ideſt Deo. Peccatum autem nihil eſſe cōtendit, eo quod in *defectione boni* conſiſtit; hoc eſt in priuatione bonitatis, ſeu rectitudinis. Quia verò etiamſi malitia moralis nihil reale ſit, attamen aliquid ſaltim morale eſt, cruciatus æterni dignum hominem conſtituens, quod à iuſtitiæ ſeu gratiæ lumine diſpellitur, hinc peccatum *intelligibiles quaſdam tenebras* appellat, quibus ſublatis, deleri inquit, & euaneſcere peccati ſubſtantiam. De quibus Theologi cum D. Th. 12. q. 72. Vide inter alios M. n. Iorca to. 1 in 12. diſp. 25. de Actibus humanis; vbi latè de priuatione, in qua conſiſtit eſſentia peccati, & to. 2. diſp. 40. de Gratia, vbi de oppoſitione morali gratiæ & peccati; ac diſpulſione peccati per gratiam.

50.
Chriſti virtutes.

Peccatum igitur non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. Sed contra, lenitatis, patientiæ, facilitatis, manſuetudinis, humanitatis, comitatis, animi ſubmiſſionis, prudentiæ, virtutum denique cuiuſque modi documenta præbuit completa; quæ quidem in Euangeliis omnia apertè explicata cernuntur. Ac lenitatis quidem ac patientiæ, perferendis aſſiduè Iudæorum inſultis (cum earum nouiſſima quæque, præ incredibili ſua magnitudine, priores apparere non ſinerent) ipſis eatenus clementer corripiendis, quatenus eorum improbitatem comprimeret vlciſcendis autem, aut perſequendis, ne tantillum quidem. Etenim in tollo aſſiduè vſque conſtanter perſeuerauit, vt (ſi fieri poſſet) illorum immanitatem ſuis benignè factis eninceret, & bene merendi perpetuitate conceptam in ſe alij acerbitatem mitigaret. Ad extremum etiam eorum cauſa, qui ſe in crucem agebant, crucifigitur. Comitatis vero comiter, vt par erat, ad ſe omnibus admittendis, & facilitate ſua ad colloquium ſecum animandis, non bonis modo, ſed iis etiam, quos ex conſuetudine iam improbitas delectaret. Hæc enim

Qualis patientia.

Comitas.

inducta

inducta meretrices mulieres ad illum adibant, publicanique, non vt aut illa libidinis, aut hi auaritia morbum augerent; ſed ea re, vt inolitas accreſcentes animi ſui labes abſtergerent; atque interlinerent: neque in deterrendo plus poterat facinorum conſcientia, quam in animo addendo recuperandæ ſanitatis ſpes; quæ quidem neutiquam prorſus ipſos fallebat, quando reipſa maiora multo experti nanciſcebantur, quam erant ea quæ opinione conceperant.

Porrò humanitatis ac miſericordiæ documenta illa quanta ſunt tandem? nunc in ſolitudine fame
51. Miſericordia & humanitas quanta
iam confectis menſam inſtructiſſimam apparare quæ dupliciter ipſos teneret, & rerum neceſſariarum copia, & admirabili illarum appritionis modo: nunc eorum qui adeſſent erant miſericordia commoueri, eo quod erant diſſipati, diſiectique velut oues non habentes paſtorem, inualetudines præterea corporis ſanare, debilitata, ac manca membra integrare, animorum morbos tollere, indiſſolubiles peccatorum nodos expedire exortarum violenter paſſionum, quas cum patre peccati diabolo pepigeramus, obligationes diſſoluere. Humilitatis
Humilitas.
exempla quanta denique nobis exhibuit? quod ipſe non ſolum vltro mortale corpus aſſumpſerit, ſed ex humilibus etiam parentibus (quod ad vitæ huius conditionem attinet) & naſci, & natus putari voluerit: ac naſci quidem ex matre, natus autem putari ex eo qui appellatus eſt pater. Prudentia verò prorſus illa fuere vel maxima quod & Sadducæos commento illo ſeptem fratrum, qui omnes cum vnius eiuſdemque vxoris viri fuiſſent è vita diſceſſerant, reſurrectionem conantes cauillari, refellerit: & ſimili modo Phariſæorum diſcipulos vna cum Herodianis à ſe ſummo pudore affectos dimiſerit, quando propoſita lubrica & ancipiti quæſtione, vtrum cenſum dari Cæſari oporteret, nec ne, reſponſum ab eo (vt ita dicam) ambidextrum abſtulerunt, quod
Reſponſum Chriſti ambidextrum.
alterinſecus illorum amentiam concerpere, & vellicare valeret; quippe quod non dari iuberet, ſed reddi: Reddite enim, inquit, quæ ſunt Cæſaris Cæſari; Cæſaris enim erat numiſma, cuius imaginem & titulum præſeferebat inſculptum.

CAPVT XIV.

Quod Chriſti Domini vita omnis corporeæ exercitationis exemplar eſt.

Atque hæc quidem animi præcipua virtutum
52. Quotidianũ victum laborando quæritat.
documenta ſunt, quæ ille edidit, & præter hæc alia etiam infinitis partibus plura. Corporis vero cuiuſmodi, ac quanta? propter quæ potiſſimum etiam hoc à nobis inductum exemplum eſt, qui prima ſua ætate parentum ſuorum imperio eſſet ſubiectus, & labores corporis omnes æquo vna cum ipſis animo illis obediens toleraret. Veriſimile eſt enim, cum homines illi eſſent, & iuſtitiæ & pietatis cultores, tenues tamen, neque neceſſariis ad victandum copiis ſatis inſtructi (quod ex præſepi intelligi poteſt, in quo venerabilis ille fœtus eſt fetus) ſolitos eos in aſſiduis corporis laboribus verſari, & hac ratione quotidianum ſibi victum quæritare. Porro Ieſus cum his, vt diuina littera prædicant eſſet ſubiectus, ſine dubio in perferendis etiam vnà cum ipſis laboribus morigeram declarabat ſuam obedientiam.

Cæterum vbi poſt ætate progreſſus, dominica iam diuinaque beneficia aperiret, diſcipulos denique
Prædicationis labor.
eligeret, & de cæleſti regno promulgando cogitaret, non angulo aliquo abiectus, & corpore viribus deſtituto, aliorum miniſterio indigebat: ſed aſſiduè nunc quidem itineribus faciendis, iiſdemque continenter pedibus conficiendis, ſimulque diſcipulis
Pedites iter facit.
miniſtrando, vt ipſe ait (Ego enim in medio veſtrum ſum, inquit, ſicut qui miniſtrat & item: Sicut filius hominis non venit, vt ſibi miniſtraretur, ſed vt miniſtraret) nunc diſcipulorum etiam ſuorum pedes lauando, poſt doctrina eos, & longioribus ſermonibus inſtruendo, impigroque ex locis
Semel tantũ iumento inſidet.
aliis in alia ſe transferendo, ſaluti noſtræ conſulere non intermittebat: ſemelque tantummodo iumento, eoque ipſo ad exiguum tempus vſus reperitur, neque id vt laſſitudinem corporis leuaret; ſed vt opere ipſo Propheticum oraculum confirmaret.

CAPVT XV.

Quod Apoſtolorum & Prophetarum conuerſatio interna, & externa exercitationis Monaſticæ typus eſt.

Qvid Apoſtoli, nonne ipſi quoque Dominum ſunt imitati? nonne aſſidui in laboribus erant? 53.
Animaduerte Paulum indiuiduè laborantem, contentéque itinera facientem, nauigantem, pericula Pauli labores.
adeuntem. Animaduerte cum tempeſtatibus iactaretur, agitaretur, flagris cæderetur, lapidibus peteretur, & animi robore, & corporis firmitate, contra aduerſa omnia fortiſſimè ſtaret. Quod ſi in eo ille fuiſſet, vt corporis vires immoderata incontinentia eneruaret, nunquam profectò ex illis quæ geſſit, ad coronam illam quam poſtea adeptus eſt, perueniſſet. Quamobrem præclare is facere exiſtimandus eſt, qui cum Domini & diſcipulorum, atque adeo Apoſtolorum ipſius, & animi virtutes, & corporis exercitationes ſibi imitandas propoſuerit, haud quaquam otio marcere corpus ſinit, ſed in optimis illud aſſiduè officiis continet. Cum enim animi munus ſit, de rebus bonis ea ſeligere, quæcumque corporis etiam opera conficiuntur; corporis exequi ea, quæ recta animus iudicarit: cui ſi ad exequendum vires defecerint, mancum quodammodo, atque inchoatum relinqui officium neceſſe eſt; quippe quod in ſola voluntate tanquam compreſſum iaceat, velut germen aliquod, quod in ſinu terræ deliteſcens comprimitur, in eaque occultus marceſcit, neque in eorum vſum foras ſe dat, quorum cauſa creatum eſt à natura.

At & diuturnam Dominus inediam pertulit,
dixeris. Idem fecit Moyſes, idem Elias Propheta. At enim illud tu quoque animaduertito, Do- 54. Moyſes & Elias actiuæ
minum, itemque Moyſem & Eliam hoc ſemel tantum feciſſe: reliquo autem toto vitæ tempore, & contemplatiuæ vitæ exercitati.
eam, quam par erat, perpetuò diſciplinæ moderationem adhibuerint, idque otio languere nunquam ſiuerint, ſed vſque in laboribus aſſiduiſque exercitationibus continuerint, ſicque auxiliari opera corporis, animæ virtutes illuſtriores reddiderunt, dum omnibus ſuis partibus abſoluendæ ſpirituali ſuæ conuerſationi operatiuam eiuſmodi, & actiuam vitam, ceu ſigillum ac clauſulam adiecerunt. Hoc
Moyſes, hoc Elias, hoc Ioan. etiã ipſe factitauit, qui cũ Et Ioannes Baptiſta.
aliquandiu ex arcano quodam Dei conſilio ſe in ſolitudine illa tenuiſſet, in loca poſtea culta egreſſus eſt; vbique prædicando, baptizandoque, quæ

munera

munera ipſam etiam rerum actionem attingunt, illa ſua ad extremum intrepida apud Herodem animi libertate certaminis ſui finem inuenit. Hoc idem & ſanctorum Catalogus omnis, & Ieſus ipſe ſeruauit, quando hi aſſiduè vſque in re agenda aliqua verſabantur. Quo circa proſpiciunm eſt vndique, cum ex legibus natura tum ex doctrina diuinarum literarum, tum ex ſanctorum omnium virorum exemplis, ipſiuſque adeo liberatoris noſtri vita inſtituto, & illa perfecta pietatis cultoribus viuendi norma, & honeſtius, & vtilius eſſe confirmando corpori ſuggerere quam adimere vires: idque ſtrenuum obeunda bona actioni, quam victum reddere, & exoletum, vltronea quapiam maceratione. NOT. De vittutibus Monaſticis Chriſti Domini vide dicta l.2.c 2.à n.1. Moyſi l.1. c.7. per totum Eliæ ibid. c.9. per totum Ioannis Baptiſtæ l.2.c.1. pee totum.

CAPVT XVI.

Quod opera illa conſectari Monachus debet, quæ ipſius profeſſioni idonea ſunt.

55. Cauponari Monachis non licet. *CÆterum in his ſe operibus exercere Monachus debet, qua ordinis ipſius decoro conueniant, cuiuſmodi videlicet ea ſunt omnia, à quibus cauponaria artis, & impoſtura omnis abſit ſuſpicio, quaque milla longiores animi diſtractiones, aut improbi quaſtus ſequantur, ſintque eiuſmodi, vt manentibus intra tectum nobis magna ex parte confieri poſſint, ne operum laboribus contentius quam par ſit confectandis, animi in virtutis commentatione, neruos, induſtriamque elidamus: in quo illud ſpectandum, vt opus abſoluatur, & à quiete tamen non diſcedatur ſi verò etiam tempus aliquod inciderit, vt neceſſario ſubdio aliquid adminiſtrandum ſit, haudquaquam hoc philoſophiam tamen impediet.* Diſtractius vbique fugienda. *Qui enim verè philoſophus eſt, is cum corpus ſuum curarum ſuarum domicilium, & animi ſedem firmiſſimam habeat, licet caſus illum in forum attulerit, licet in maxima conuentus alicuius celebritate verſetur, licet in monte aliquo, licet in agro, licet in media multiendinis frequentia ſit, ſtabilis tamen in naturali ſuo Monaſterio manet, quippe qui mentem ſuam introrsùm ad ſe ipſum recollectam habeat, & de rebus ad officium ſuum pertinentibus philoſophetur. Siquidem fieri facile poteſt, vt & qui ſe intra priuatos parietes contineat, is ſi negligenter ſe gerat, mentis agitatione circum vagetur foras, & viciſſim qui in foro medio verſetur, is ſi excubet perinde ſit ac ſi in magna eſſet ſolitudine conſtitutus, qui videlicet cogitationem ſuam ad ſeipſum tantummodo ac Deum conuerſam habeat, ſenſibuſque ſuis perturbationes omnino nullas admittat, qua à rebus orta ſenſilibus, in animos ſolent nobis incidere.*

56. Ordo quid in præſenti. NOT. I. Nomen *Ordo* in præſenti nullatenus in eo ſenſu vſurpandum eſt, quo à Monachia ſæculi noſtri ad ſignificandum Religionis alicuius corpus, pluraue Cœnobia, ſeu Cœnobiorum prouintias ſub vno capite accipitur; ſed quatenus idem valet, ac *Inſtitutio* ſeu *Ordinatio*: nam in primo ſenſu nunquam apud Veteres io vſu fuit, & vix temporibus D.P.N. Benedicti inuenitur introducta; quod latè pluribus ſtabilitum eſt in Comment. M. Maximi Epiſt. Nuncup. à n.43. quem conſulas quæſo vide infra l. 6. c.4. n.96. & 97. NOT. II. Prohibet Chryſoſtomus cauponariam artem tanquam *Ordini* ſeu *Inſtituto* tam Anachoretico quam Monaſtico adeo exitialem, vt neque cauponas ingredi nullatenus honeſtum iudicet. Cauponaria Monachis dedecens. Atque ita etiam Ægypti ſenſiſſe Patres, teſtis eſt Ioannes Moſchus cap.4. Prat. Spirit. vbi refert admonitionem Scethici Senis factam cuidam Monacho ingredienti tabernas his verbis: *Tu autem in cauponas ingrederis, & qua non vis audis, & que ſunt noxia vides, inhoneſtiſque, & viris, & mulieribus coniungeris.* Sed & ethnicis adhuc cauponarum frequentia turpis & indecens adeo viſa eſt, vt Cicero Piſoni hæc in probrum obiecerit: *Nonne tibi nox erat pro die, non ſolitudo pro frequentia, caupona pro oppido?* Cauponariam autem ipſam vt quæſtuoſam, effrænatiſque cupiditatibus, impoſturis, ac fraudibus obnoxiam taxat Martialis lib. Epig. 53. his.

Continuis vexata manet vindemia nimbis:
Non potes, vt cupias, vendere caupo merum.

Luculentiùs Mantuanus.

Unde honor eſt bibulis, & ſpes cauponibus ampla.

Hinc VI. Synodus Gener. Conſtantinopoli In Trullo Regij palatij A.C. 680. celebrata can.9. hæc ſtatuit. *Nulli clericorum liceat officinam habere tabernariam. Nam ſi clerico nefas eſt cauponam adire, multo magis in ea cateris miniſtrare. Quod ſi quid eorum, qua facere ipſi minime licet, ſuſcipiat, vel ceſſato vel deponitor,* & in Reformatione Cleri Germaniæ cap.3. apud Iouetium de Sanctionibus Eccleſ. claſſ.2. ſect.3. *Inſuper tabernas publicas euitent, niſi eas peregrè proficiſcentes ingredi oporteat &c.* Imo B.P. Benedictus non ſolum vilem, & abiectam cauponariæ artis quæſtuoſitatem, verùm quidquid impoſturæ vel fraudis ſpeciem vtcumque redolet, à Monaſterio profligat cap.57. inquiens: *ſi quid ex operibus artificum venundandum eſt, videant ipſi per quorum manus tranſigenda ſunt, ne aliquam fraudem præſumant inferre.*

NOT. III. Haud quaquam *Philoſophiam*, hoc eſt motum honeſtatem vero Philoſopho, ideſt *Monacho* quouis loco intermittere licitum eſſe contendit Chryſoſt. Orandum ſine intermiſſione. etiam in conuentus celebritate, in media frequentia in monte, in agro &c. cui Inſtituto conſonat penè ad verbum duodecimus humilitatis gradus apud D. P. Benedictum cap.7. vbi vere humilem Philoſophum fore Monachum loquit, *ſi non ſolum corde, ſed etiam corpore humilitatem ſe videntibus ſemper indicet, ideſt in opere, in Monaſterio, in Oratorio, in horto, in via, in agro, vel vbicumque ſedens, ambulans, vel ſtans &c.* iuxta illud Luc.18. *Oportet ſemper orare, & nunquam deficere,* & Theſſal. 5. *ſine intermiſſione orate,* de quorum ſenſu vide doctè notata a N. M. Nicolao Brauo in cap.20. Regulæ n.2.

CAPVT

CAPVT XVII.

Quod neutiquam temerè cum quibuſuis hominibus conſuetudinem habere Monachus debet.

57. Non omnibus aperiēda cordis arcana.

IAm ne illud quidem decere iudicandum eſt, temerè ſeipſum quibuſuis credere, denudareve aut aperire animi arcanum ſui. Siquidem homini in eo, quod ex Deo eſt, vitæ genere verſanti, multi parati eſſe inſidiatores ſolent, atque ipſi, adeò coniunctiſſimi quique in eum ſtudioſè quid agat, inquirunt. Quocirca danda omnino nobis opera eſt, vt non niſi magna adhibita diligentia, circumſpectioneque in congreſſum cum extrariis hominibus veniamus. Si enim ipſe Liberator noſter (vt eſt in Euangelio) omnibus ſeipſum non credebat, (Ipſe enim, inquit, Ieſu non credebat, ſeipſum illis) ſi ille purus, & labe omni carens ille ab omni culpa liber, ille iuſtus, ille qui quantuſcumque erat, nil niſi virtus erat, hoc faciebat, qui fieri poterit, vt nos qui peccatores ſumus, qui ad lapſum procliues, qui ab recto, quod nobis propoſuimus, itinere, identidem aberramus, idque & ob naturalem noſtram imbecillitatem, & propter eum, qui bello nos improbè, & acriter perſequitur: ſed hoc poterit impetrari, vt ſi curioſis hominibus vitam noſtram inſpiciendam expoſuerimus, non & prauas in nos calumnias conflemus; & ipſi nobiſmetipſis ſcandalos ſtatuamus? Siquidem plerúmque etiam quæ rectè fiunt, ea maleuoli in crimen vocare non dubitant: neque vel leuiſſimas quidem præterire offenciunculas ſinunt, quas non maledictis inſectentur.

Ieſus non omnibus ſe credebat.

58. Sæculares putant Monachos mutaſſe naturā.

Quamobrem in admittendis extrariorum hominum congreſſionibus magna adhiberi à nobis cautio debet. Etenim præter ea quæ diximus temeritatis vitio, aliud etiam peccatum incurrunt, cum ſcilicet cogitant eos, qui à communi cum cæteris viuendi inſtitutum mutarunt, non conſilium mutaſſe, ſed diuerſam planè ab humana induiſſe naturam, neque de pietatis cultoribus iudicant, tanquam de iis, qui cum in iiſdem affectionibus verſantur, eas tamen animi virtute, & voluptatibus à ſe ſegregandas rationis imperio ſubiiciant: ſed illud exiſtimant naturales ex illorum corporibus omnes funditus affectus eſſe ſublatos; quo fit vt ſi vel tranſuerſum vnquam ſpiritalis vir ab recto declinarit, confeſtim vertuntur ſi, l.ii ipſi, qui vehementiſſimè ipſum antea laudibus efferebant, admirabanturque, eius accuſatores exiſtant acerbiſſimi, palamque ſe ipſos reprehendant, vt qui ne priores quidem illi laudis veras tribuerint. Vt enim cum in certamine pugil aliquis concidit, illico in eum aduerſarius inſurgit, ipſumque ferit, & humo magis etiam affligit: item hi quoque ſimul atque aliquem de iis, qui aſſidui in virtutis cultura ſunt, paululum aliquid de virtutis curriculo deflexiſſe animaduerterint, extemplo in eum inuadunt, maledictiſque, & criminationibus perinde vt iaculis petunt, neque ſecum reputant ipſi ſexentis ſe quotidie vitioſarum affectionum telis trafigi: cum pietatis propugnatores, quamuis ſimilibus ipſi quoque affectibus ſint circumſeſſi, aut leuiſſimum inde, aut nullum plerumque incommodum accipiant, & quod magis eos mouere deberet, qui acriorem quam illi aduerſarium excipiant, quando hi appertiſſimè ei ſe aduerſarios profeſſi ſunt; & magnum quid adeptum ſe ille arbitratur, ſi de his victoriam reportet: contraque mortifera plaga loco ducit, quandocunque victus diſcedit, nimirum vt qui perfectè, & cunctis tum virtutis partibus ſit debellatus. Nam ſuſceptum ſibi aduerſus vitæ huius negotiis deditos certamen, id vero admodum contemnit: idque partim eo, quod ex illis plurimi eius ditioni ſponte ſe, atque adeo curſim venientes ſubiiciunt, veluti qui voluptatibus variis, & concupiſcentiis tanquam eſca deliniti ad peccatum illiciantur, ipſique victoriam de ſe quam facillimam præbeant: partim, quod quamuis ex iis nonnulli peccato aliquatenus videantur reſiſtere, hi tamen diſtractionibus variis impediti, paruo negotio à contentione illa acri auocantur, & depelluntur, verſique in fugam, & miſſilibus continenter petiti, multas ac fœdas ſecum cladis ſuæ notas ab hoſte irrogatas referunt.

Hinc Monachorum impiæ obiurgationes.

Sæculares vitia propria non conſiderant.

Monachorū acrior pugna.

Sæculares vltro ſe diabolo ſubiiciunt, Monachi victi.

Quod ſi aliqui extiterint aliquando, qui curarum vitæ huius impetu profligato, prementis ſe aduerſarii bellum exceperint, at longè tamen illarum diſpar certandi ratio eſt. Siquidem multis, atque adeo infinitis partibus maiora ſunt illa, quæ exhauriunt ii, qui ſe colendæ pietati totos penitus dedere. Alter enim retinere contendit ius ſuum, & in controuerſiis de rebus vitæ huius pertinaciſſimè litigat. Contra, Monachus de iure etiam ſuo iis, qui ſecum controuertunt, & delitigant, concedit, & præcepto illi obtemperat: Ab eo, qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. Ille vt par pari referat, percuſſus, & percutit, & iniuria læſus reddit: & hoc modo æquabile ſe tenere ius putat. At hic eatenus tolerans eſt iniuriæ, quoad iniuriis ſe aut plagis afficientis libidinem exaturet. Atqui idem voluptates corporis aſſiduè ſtudet coercere: dum alter earundem illecebras perpetuò conſectatur. Quo fit vt ne inter athletas quidem iure æſtimem haberi poſſe, qui in ciuili vitæ genere verſantur, quandocumque cum aſſiduis pietatis cultoribus conferantur. Not. Vide notata in cap. ſequent.

59. Monachi, & ſæcularis certandi ratio diuerſa.

CAPVT XVIII.

Quod ſeculares etiam honeſta Monachorum opera taxant.

60. Sæculares Monachum comedere nolunt.

ATque aliud etiam præterea animaduerto, quod iis ſolitum eſt vſu venire, qui communem ac vulgarem vitam ſequuntur, quandocumque in pietatis cultorum vitam inquirunt. Simul ac enim pietatis cultor cum animo ſuo ſecum ſtatuerit rectum eſſe, poſt longinquam eſuriem eſca corpus fulcire ſuum, ne ruat: veluti ſi omnino corporis ac materiæ expers eſſet, aut nullum prorſus, aut quam minimum cibum aſſumere illum, volunt. Et ſi ex huiuſmodi diſciplina quempiam animaduerterint, qui non vſquequaque inclementer corpus tractet, ac vel tantillum illius neceſſitati ſubueniat, hunc conuiciis, calumniiſque proſcindunt, deriuatáque ab vno in cunctos proteruia, petulantiáque, vniuerſos pariter lurcones quoſdam, & helluones appellant. Neque illud reputant ſe, cum his; & ex ipſis nonnulli ter etiam quotidiè epulatur craſſiſſimis, pinguiſſimiſque ſuffarcinati veſcantur cibis, & infinitam carnium molem deuorent, ingentemque ſupra modum vini ingurgitent vim, menſis tamen nihilominus ſe ita

Si vnum comedere vident, omnes lurcones appellant.

inhiare

inbiare, vt exemptis è vinculis poſt diuturnam eſuriem catulis aſſimiles videantur. Porro qui verè pietatis ſectatores ſunt, ij quam fieri poteſt, aridiſſimo vtantur cibatu, & ij quo præter imbecillitatem tenuet, admodum ad alendum vires ſint: idque in totum diem ſemel, quibus modo perpetuò diſciplinæ ordinem ſeruare in animo eſt, hunc ipſum quod modicè, vt ratio iubet, aſſumunt, itero vbi eius ſumendi tempus aduenit, fidenter nulla impediti religione, neceſſarium corpori auxilium tribuunt.

Quibus in menſa communicandũ.

Quo fit, vt nequaquam conuenire iudicandum ſit, libertatem noſtram ab alia conſcientia iudicari. Si enim nos cum gratia participamus, quid blaſphemamur pro iis, de quibus gratias agimus? cum exiguam admodum, & viliſſimi pretij ciborum portionem tanta nos cum voluptate amplectamur, cũ quãta ne ipſi quidem ſplendidiſſimos, & copioſiſſimos cuiuſque modi ferculis inſtructiſſimos menſarũ apparatus. Verum enim ex his, quos diximus, hominibus, ſi quis forte ſit, cuius perſpecta nobis & animi prudentia, & vitæ innocentia ſint, & diſciplinam noſtram in reuerentia habeat, hunc menſæ noſtræ communicari, ſi id vſus poſcat, à ratione neutiquam alienum fuerit. N O T. I. Duobus hiſce capitibus effrenatam ſæcularium in Monachos impudentiam miſero ſeculo noſtro pertinaciter, &(quod turpius eſt) impunè graſſantem viuis coloribus depingit, ac vehementi ſpiritu carpit Chryſoſt. Sed quid ego, vt Tullius olim, præſentia tempora doleo, quid mores? Nonne iidem ſemper mores, eadem ſemper tempora fuere? Nonne procax ſemper, & atheos vulgus non ſolum Gentilitatis errore, ſed Eccleſiæ etiam gremio fouetur? De nobis ſanè loquebatur Apoſt. 1. Cor. 4. cum aiebat: *Vſque in hunc diem & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris, maledicimur, & benedicimus, perſecutionẽ patimur, & ſuſtinemus; blaſphemamur, & obſecramus; tanquã purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc. Non vt confundam vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo.* Et quidẽ non parua nobis ex irriſione, quam patimur, oriretur cõfuſio, niſi quotidie his ab Apoſtolo moneremur. Quid namque peripſemate vilius, quod Ambroſio Calepino teſte, *propriè limatura, ſiue raſura, Scobs, ramentum, vel purgamentum* dicitur? Ea eorumque pretio ſecularibus Monachi ſumus; *nec minus apud gentium vulgus* (inquit Calep. locum Apoſtoli exponens) *Deteſtabiles ſumus, quam illi qui diris execrationibus onerati atque obruti pro ſalute publica abiici olim ſolebant: quæ ſententia congruit iis, quæ præcedunt. Peripſoma enim ramenta veſtigiorũ ſignificat, quæ vt ſordida abiiciuntur.* Quid vilius excogitari potuit? Deuenit Monachatus ad aurea ſæcula Patrum Ægypti, ibique teſte Ioanne Moſcho cap. 153. Prati ſpir. *Duo patres ſæculares erant Conſtantinopoli multum religioſi multumq; ieiunantes. Vnum igitur ex his veniens in Raythu, ſæculo abrenuntiauit, & factus eſt Monachus. Poſt aliquantulum vero temporis venit & ſæcularis frater eius in Raythu vt videret fratrem ſuum Monachum ſe reficientem nona hora; Scandalizatuſque dixit illi: Frater, cum eſſes ſæcularis, nunquam ante Solis occaſum ſumebas cibum. Tunc ait illi Monachus: Profecto frater quando eram in ſæculo, aures meæ nutriebant me: vana enim hominum gloria, & laus non mediocriter me reficiebant, ieiuniique laborem leuiorem reddebant.* En ad literam obſeruata à Chryſoſtomo. Rurſus quot Athanaſij tempore Monachatus pertulerit obtrectatores vide c. 4. n. 24. huius libri, quot Hieronymi æuo c. 5. à n. 3. teſtis denique eiuſdem æui Baſilius rem confirmat in Epiſtola ad Monachum lapſum, in quem alioſque eadem tẽpeſtate leuiter delinquentes ſecularium adeo proceſſerat impudẽtia, vt in publicis nimicorũ tragædiis Monachorũ lapſus agerentur in nugis, eo ſanè animo vt irriſione aut odio dignus haberetur Monaſticus Ordo, quaſi procacitate linguæ vitæ ſuæ ſordes eluere poſſent ſeculares *Dedecore* (inquit Baſilius) *affeciſti caſtitatis gloriationem. Vituperaſti temperantiæ profeſſionem, facti ſumus captiuorum tragœdia: A Iudæis & Græcis per actus Scænicos repræſentantur res noſtræ.* Quæ tanta morũ peruerſitas? Sapienter ergo Cæcilianum occinit Martialis lib. 9 Epigr. 65.

61.

Monachis peripſema ſecularibus.

Peripſema quid.

Monachorum lapſus Adýs as ſcenicis repræſentati.

Dixerat, ô mores, tempora, Tullius olim
Sacrilegum ſtrueret cum Catilina nefas:
Cũ gener, atq; ſocer diris cõcurreret armis,
Maſtaq; ciuili cæde maderet humus:
* *Cur nunc, ô mores, cur nunc ô tempora, dicis?*

Et paucis interpoſitus.

Nõ noſtri faciunt, tua quod tibi tẽpora ſordẽt
Sed faciunt mores, Cæciliane, tui.

62.

Monachi pietatis cultores.

NOT. II. Monachos *pietatis cultores* crebro in præſenti & alias appellat quod idẽ eſt ac *Therapeutas*; cur autem ita dicantur, vide latè notatum l. 2. c. 8. n. 15. & c. 12. à n. 1.

Fames optimum condimentum.

NOT. III. Argutè carpit ſæcularium in cibis intemperantiam, & lepidè notat quanta Monachi voluptate viliſſimam ac tenuiſſimã cibi portionem amplectantur, memor forſam Tullianæ illius facetiæ 2. de finib. *Condimentũ cibi fames*, Cuius etiam luculenter meminit D. P. N. Bernardus Epiſt. illa iure nobilitatis & miraculi inter ſuas prima, vbi Robertum nepotem Ciſtercij rigoris deſertorem ſic alloquitur. *Propter Zinziber cyminum, Saluia, & mille huiuſmodi ſpecies Salſamentorũ, palatũ quidem delectans, ſed libidinẽ accendũt Prudenter ſobrièque conuerſanti ſatis eſt ad omne condimentum ſal cum fame. Quæ ſola nõ expectata, neceſſe eſt alias atque alias de neſcio quibus ſuccis extraneis confici permixtiones. Surge, præcingere, tolle otium, exere vires, moue brachia, cõploſas explica manus, exercitare in aliquo. & ſtatim ſenties ſola te appetere, quæ famem tollãt, non fauces demulceant. Reddet quippe ſapores rebus exercitium, quos tulit inertia. Multa quæ reſpuis otioſus, poſt laborẽ ſumes cum deſiderio. Siquidem otium parit faſtidium, exercitium famem. Fames autem miro modo dulcia reddit, quæ faſtidiũ facit inſipida. Olus, faba, pultes paniſq; cibarius cum aqua quieſcenti quidem faſtidio ſunt, ſed exercitato magnæ videntur deliciæ* vitæ Chryſoſtomi ſententiam infra n. 130.

Qui ſæculares ad menſam Monachorum admittendi.

NOT. IV. Non facilè ſæculares, neque quoſcumque, ad menſam Monachorum admittendos ſtatuit; ſed eos ſolum, quorũ proſpecta nobis ſit animi prudentia, vitæ innocentia, & diſciplinæ noſtræ reuerentia. Rurſus neque hos pro libito in menſa Monachorum permitti debere, ſed *ſi id vſus poſcat* vnde nõ poſſum non multum laudare D. P. N. Benedicti ſedulã prouidẽtiã, qua prudẽter, vt aſſolet, c. 56. diſpoſuit, quod *Menſa Abbatis cum hoſpitibus & peregrinis ſit ſemper*, quò nequaquã hoſpites

hoſpites (quanto minus ſæculares) Monachorum menſæ communicent. Laudo etiam earũ Religionum morem grauiſſimum, nunquam, vel perratò, *niſi vſus id depoſcat*, hoſpites ad fratrum menſam ſeu Refectorium admittentium: nec dubito cunctos Religionum Prælatos contrarium abuſum ſedulo à Monaſteriis profligaturos, ſi dicta Chryſoſtomi in præſenti ſeriò perpenderent.

CAPVT XIX.

Quod neque frequenter, neque temere extra Monaſterium exire Monachus debet.

63. Loci ſtabilitas ſuadetur.

ATque illud etiam tenendum eſt, vt nequaquã quouis prætextu viſendorum, conueniendorumve fratrum crebrè è Monaſterio velimus egredi. Siquidem diabolicum iſtud quoque commentum eſt, quando huiuſcemodi artificio vti aduerſarius ſolet, ad diſciplinæ noſtræ ſtabilitatem, ordinemque religioſæ huius vitæ labefactandum, ac peruertendum, atque hoc modo nos voluptatum illecebris illectos variis, iiſque inſtabilibus cogitationibus facere obnoxios ſtudet. Sed in eo potius elaborandum eſt cuique, vt tacitis ſecum colloquiis, intimiſque cogitationibus, animi ſui vitia diligenter perpendat, & corrigat. Etenim qui animum hunc attulerit, vt ſuperioris vitæ conſuetudinis, ab ſe modò vinculum abiecerit, etſi omnino hic ex ea ſua animi ad honeſta vitæ ſtudia applicatione laudem promeretur, at nondum tamen propterea ad virtutum culmen peruenit: quin quomodo eas conſequi poſſet, ſæpe numero nec cogitauit quidem: verum tacitus ſecum, cogitatione in ſe ipſum defixa, perturbatos animi ſui appetitus motuſque excutere diligenter debet, iiſque magna cum animi contentione obluctari, & quæ in eo incondita viderit, ac perturbata, ea melioribus conſiliis in ordinem redigere, atque ſedare. Sedata ſiquidem animi, & requieta conſtitutio, virtutis eſt argumentum certiſſimum. Cæterum qui huc illucque cõtinenti peregrinatione diſcurrit, neque ſtabilis certo vllo loco diu conſiſtit, ſed crebra ex aliis in alia loca itatione collectam illam & conſtipatam animi in cogitando vim aſſiduo iſto flatu, ac reflatu veluti euentilat atque diffundit, paulatimque corporis voluptates ſpectare inſueſcit, is qui quæſo perſpicaciter excutere ſe ipſum poterit? aut quæ minus honeſtè ſe habeant peruidere, & in melius reuocare? quippe cum in eo perſeueret, vt animum ſuum ad prauas aſſiduè affectiones inſtiget. Quod cum ita ſit amplectenda nobis maxima ex parte quies eſt, & in ſuo cuique aſſignato ſibi ad habitandum loco fortiter perdurandum, quo videlicet hoc ipſe animi ſui ſtabilitatẽ teſtatã faciat.

64. Quandoque prodeundũ pro tædio diſcutiendo.

Neque verò tamen propterea perpetuo eſt, tanquam in cuſtodia, permanendum: ſed quandocunque, & res poſcit, & conſcientia non reprahendit, liberè eſt, fidenterque prodeundum, & de fratribus probatiſſimi quique, & propter inſignem vitæ ſanctitatem maximè vtiles inuiſendi, & ex fructuoſo illorum congreſſu virtutum exempla capienda: ita tamen, vt (quemadmodum diximus) in prodeundo modus teneatur, & praua omnis ſuſpicio uitetur. Siquidem eſt ſæpe numero cum exortum in animo tædium ſuſcepta peregrinatio diſcutit, & ſpatio ad colligendas denuo vires, ac ſeſe erigẽdũ refocillãdũve dato, alacriorẽ ad capeſſẽda de integro pietatis certamina facit. Quod ſi quis apud ſe ipſum glorietur, quod pedem omnino è cella non efferat, enim vero intelligere is debet, inani ſe admodum re inflari. Neq; enim nõ prodire ipſum ſua ſponte laudandum eſt, aut aliquãdo prodire homines ſolet aut bonos facere, aut malos: ſed vel quod ad res honeſtas firmum ac ſtabile animi iudicium eſt, vel contra leuitas, & inconſtantia hominem bonum reddit, vel malum: ſi verò quis propoſitum ſibi ſemel in animo honeſtatem firmè conſtabiliuerit, & diuturna exercitatione temperandarum animi ſui motionum probè iam rationem didicerit, iiſque edomitis corporis ſui libidinibus, & animi ratione alienis moribus refrænatis, quod propterea rationis fræno confidat, ob eã cauſam è Monaſterio prodire frequentius velit, vt fratres ædificet, viſitetque: qui eiuſmodi eſt, enim ratio ad prodeundum potius impellet, quam reuocabit: quo videlicet poſita ſuper candelabrum lucerna cunctis præclara doctrina ſua largè lumen impertiat, modo verò confidat, in quoſcumque inciderit, illis ſe & doctrina & exemplo virtutũ veluti Scholam futurum: & ſi ſe ipſum diligenter ante munierit, vt, quod eſt apud Apoſtolum, ne forte cum aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar. N O T. Conſtat ex notatis n. 12. & notandis n. 83. Chryſoſtomum in hac prima parte libelli huius Anachoretas alloqui quamuis Monachis vtilia etiam documenta paſſim permiſceat quod & ipſe aduertẽter notat in fine libri illis verbis: *Quando iis quoque qui in ſolitudine ſeorſim degunt, eam quam potuimus cohortationem attulimus vnum atque idem vtriſque propoſitum eſt, & quæ illis dantur præcepta his affinia ſunt, & illum quoque librum adeamus &c.* Vtriſq; planè Salutaris capitis huios Inſtitutio eſt, ſed directe ſpectans eos, qui ſolitariam ipſi ſeorſim vitam degunt, quibus ex libertate prodeũdi, periculum declinandi ad itinerum frequentiã è cella in cellam, & loci inſtabilitatem apertè imminet: quod non ita Monachos vrget ſub Prælati poteſtate viuentes; quibus integrum nullatenus eſt peregrinationes pro libitò arripere.

65. Peregrinatio tædij ſolitudinis remedium.

Adhibuit immoderatæ recluſionis tædio peregrinationis moderatæ remediũ: præcauens ne falſa pietate inuiſendi vicinos fratres eiuſdem eremi, vel diſſitorum cellulas adeundi, ac libertate & occaſione vagandi & prodeundi decepti Monachi in frequentes inciderent itationes; atq; illuſtris Anachoretarum cõuerſatio in deteſtabile Girouagorum genus iret, de quibus D. P. N. Benedictus c. 1. hæc habet: *Quartum genus Monachorum eſt, quod vocatur Gyrouagum. Qui totam vitam ſuam per diuerſas prouintias, ternis, aut quaternis diebus, pro diuerſorum cellas hoſpitantur, ſẽper vagi, & nunquam ſtabiles &c.* Eodem eos nomine indigitat Caſſianus Collect. 18. c. 1. & alij quos refert noſter Brauo in Notis ad hunc locum. n. 2. Hi ſunt, hiſque ſimiles, qui anſam inſtabilitate ſua tot probris, ac dicteriis parum piè in Monachos iactatis, imo & poëticè decantantis, dedere; quæ referre pudet. Nec te moueat, quod *Monaſterij* in præſentiarum non ſemel mentio fiat: nam apud veteres ſingulas ſolitariorũ cellas Mon. appellari notatũ manet l. 2. c. 12. n. 18. & l. 3. c. 4. n. 10.

66. Qua moderatione Monachis permittẽda.

Iacturæ hinc habẽtis Monachatos prudẽter occurrit D. P. N. Benedictus c. 66. inquiens: *Monaſterium, ſi poſſit fieri, ita debet conſtitui, vt omnia neceſſaria, id eſt aqua, molendinũ, hortus, piſtrinum, vel artes diuerſa intra Monaſteriũ exercẽtur, vt nõ ſit neceſſitas Monachis vagãdi foras, quia omnino non expedit animabus eorum.* Attamẽ qui vagationẽ diſtrictè interdixerat, peregrinationẽ piè permittit c. 67. de *Fratribus in viã directis*: ſed periculi emergẽtis conſcios

egredientes

egredientes omnium fratrum oratioοe commendari, in officio operis Dei commemorationem abſentiom fieri, redeũtes viſa vel audita extra Monaſterium non referre, ac tandem Monaſterij elauſtra nec pedem egredi abſqoe Abbatis ioſſiooe. Verùm tamen æquè prudenter, juxta Chryſoſtomi regulam, ne clauſura in perpetuam abiret euſtodiam, turturque gemebunda ſemper, Monachus, reſpiraret Regulam temperanter interpretatæ pia mater Ciſtercium Beoedicti proles, ad diſcutiendum exortum in animo tædiũ, vires colligendas, contrahenda vela & alacrius de integro pietatis capeſsẽda certamina, moderatas ſtatuit Monachus peregrioationes (*curſu oũque & peregrinatione lætantur turtures* inquit Tullius 2. de Fin.) ſemel ſaltem in hæbdomada ire ad agrum permittens, (Sacro Quadrag. & Aduentus excepto tempore) & per triennium, ad minos vnios menſis ſpatio funem abrumpere, & ad Patres, Matres, fratres conſanguineos, affines & amicos inuiſẽdos prodire. Quod genus indolgentiæ rectè apud noſtros hoc nomen *Recreationes* iampridẽ adeptus eſt, quæ modeſtam animi recreationem, ac moderationem pœnarum importat, vt ex Tullio notat D. Th. 22. q. 160. ar. 2. in c. & ſub Eutrapeliæ virtutis oomine plura de hac re angelicè diſputat. 16. q. 168. per totam.

Eutrapelia virtus.

CAPVT XX.

Quod locum frequenter demutantes Monachi peruerſiſſimi ſunt, & deuitandi.

67. Inſtabilium peruerſiſſimi mores.

ATque illi etiam deuitandi ſunt, qui inſtabiles identidem locum demutant, & modo ad hos, modo ad illos fratres ſe conferunt, & irrequieto acti impetu ſe in circumlnſtraudis aſſiduè Monaſteriis occupant, & per ſimulationẽ ſpiritualis charitatis, carnis libidinibus obſequuntur: quorum in animus nihil firmitatis, nihil ſolidi, nihil quod diſciplina conueniat ordinis, nihil denique prudentia ineſt, aut grauitatis: contraque ſumma curioſitas, morum peruerſitas, lenitas, inconſideratio, dolus, hypocriſis, mendacis & veteratoria orationis pleniſſima aſſentatio in iſtis redundant. Hi enim & lingua rudes, & ventre intemperantes ſunt. Horum volucris animus continenter flabris veluti quibuſdam pulſatur, horum conſilia aſſimilia veſpertilionũ volatibus ſunt: quippe qui in directum nunquam feruntur, ſed tortuoſo, & incerto maximè volatu huc illucque temerè per errant, ac circumuagautur. Hi cum in ſpeciem ſtatim aliud facturi videantur, poſtea prater omnium opinionem, ad aliud quippiam longe diuerſum ſubita mentis leuitate feruntur. Hi multum ſerpunt, & nihil promouent. Siquidem iumentis iis aſſimiles ſunt, quæ ad molas deligata cumingredi continenter non ceſſent, eodem tamen vſque in ſpatio ſemper reperiũtur: & fracto laboribus corpore, ipſa tamen vltra exigui loci fines progreſſa non ſunt. Sic iſti quoque cum aſſiduè in corporis libidinibus intricentur, in hiſque depreſſi inhæreſcant, ad ſpiritus faſtigium nũquam euadunt: ſed inexhauſto curſu in orbem perpetuò incitati feruntur: nempe qui vna cum corporis concupiſcentiis, voluptatibuſque aſſiduè agitati, rotatique, eodem vnde mouerant, demũ referantur, & propter voluntatis prauitatem, ab iniqua, in qua ſunt, ſeruitute nunquam liberantur. Hi cum oris ſpeciem externè intuentium ſe oculis veluti eſcam quandam obiiciant, guloſam, & vafram, & aſtutam internè vulpẽ celant, multoſq; ab recta viuendi via, adſimile, in quibus ipſi ſunt, vitiorũ genus conantur abducere: quicunq; videlicet clauo rectæ rationis deſtituti, leui momento, nulloq; delectu magiſtris peraquè malis ac bonis fidem adiungunt, illudq; rectũ exiſtimant, quodcunq; quis ipſis vel rectè vel probabiliter conſuaſerit. Et hos igitur ſecum trahere in ſua prauitatis perniciem ſtudent, quod videlicet illorũ peruerſionẽ, excuſationem ſuam eſſe arbitrẽtur, & eleuationem criminũ ſuorum flagitiorũ communionẽ. Proinde hi omni ratione cauendi ſunt, idque ea re, ne & peſtis contagione cæteros inficiant, & ipſi eum ſe vndique velut proſcriptos, & ab aliorum cõmunione ſummotos animaduertent, vel ſero ſe ad meliorẽ frugem recipiant: & ignominiam illam quod bonos ſe defugere, atque aduerſari videant, pedagogi loco accipientes, admoniti à prauitate reſipiſcant. Nam hoc etiã Paulus fieri iuſſit loquens de iis, qui nihil laborabant, ſed curioſè agebant. Hunc enim, inquit, notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur. NOT. De nomine *Monaſterium* vide

Cauendi.

notata n. 65. De nomine *Ordo* n. 56. Pergit Chryſoſt. Gyrouagorũ mores latè depingere: 68.
pergitque D. P. N. Benedict. eoſdem aperire, & taxare c. 1. vbi poſtquam de eorum inſtabilitate dixerat addicta n. 65. ſubdit: *nunquam ſtabiles, & proprijs voluptatibus, & gulæ illecebris ſeruientes, & per omnia deteriores Sarabaitis:* qui (vt ibidem immediatè antè dixerat) *bini: aut terni, aut certè ſinguli, ſine paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi ouilibus, pro lege eis eſt deſideriorũ voluptas, cum quidquid putauerint, vel egerint, hoc dicũt ſanctum, &c.* En verba Chryſoſt. ferè ad verbum ſuæ Regulæ à Benedicto inſerta. De Sarabaitis his affinibus vide notata l. 2. cap. 14. n. 3. & l. 4. c. 4. n. 78. Plura itidem hinc tráſtulit Benedictus ad c. 61. vbi de Monachis peregrinis ſuſcipiẽdis, eorumque ſpiritu prudenter examinãdo loquutus ſubdit: *Si voluerit* (peregrinus Monachus) *ſtabilitatẽ ſuam firmare, non renuatur talis voluntas, & maximè quia tempore hoſpitalitatis potuit eius vita dignoſci. Quod ſi ſuperfluus, aut vitioſus inuentus fuerit tempore hoſpitalitatis, non ſolum non debet ſociari corpori Monaſterij, verum etiã dicatur ei honeſtè vt diſcedat, ne eius miſeria alij vitientur.* Generaliter ? cunctos prauè viuentes Monaſticæ excommunicationis pœna plectendos, vt ſeparationis ignominia ad meliorem ſe frugem recipiant, mille locis com Chryſoſtom. inſtabiles in præſenti animaduertente, aliiſque Monach. doctoribus ſtatuit Benedictus; de quo vide notata l. 3. c. 5. n. 33.

Gyrouagorum vitia.

CAPVT XXI.

Quod ab omni prorſus cleri, aut præſidentiæ inter fratres appetitione abeſſe Monachus debet.

COeterũ clerum, aut inter fratres principatũ nullomodo appetere Monach. debet. Siquidẽ diabolica iſta peſtis eſt, & libidinis dominãdi lobes, qua res inſigne eſt prima illi' diaboli prauitatis indicium 69.

Ambitio morbus diabolicus.

Digitized by Google

dicium. Etenim ex hac ille quoque imperandi libidine preceps, inſigni illo ſuperbia lapſu corruit. Et ſine dubio, qui in huius vitij poteſtate eſt, is eodem plane cum diabolo malo laborat. Qui autem ab eo captiui tenentur, eos inuidos, contentioſos, in-

Comitantia vitia.

ſimulatores, impudentes, calumniatores, aſſentatores, humiles vbi non conuenit, illiberales, glorioſos, ſexcentis denique aliis huiuſcemodi turbis refertos exiſtere neceſſe eſt. Etenim qui eſt huiuſmodi, is idoneis inuidet, ac palam traducit. Quin erit ſæpe numerò eum illorum etiam interitum exoptabit, quò videlicet ſublatis de medio, qui tales ſunt, in deferendis muneribus neceſſario ſuffragia ad ipſum deueniant; atque ex hoc etiam aliud ſequetur, quod iis, penes quos illa deferendi poteſtas erit, adulabitur, atque ita multa illiberaliter, ac ſeruiliter aget: aduerſus inferiores vero ſi aduerſentur, ſuperbè ac præſidenter ſe gerat. Itaque dolos conſuens commachinabitur, perturbationeſque innumerabiles, ac ſuſpiciones ſibi accerſet, à ſe qua animi tranquillitatem fugabit, & Deus pacis expelletur, vtpote cui locus in eo non ſit, vbi acquieſcat. Cognito igitur nos detrimento à ratione abhorrentem iſtiuſmodi cupiditatem fugiamus. Quod ſi aliquem Deus aliquando ad res huiuſmodi deligat, prorſus idem etiam (qua eius ſolertiſſima ſapientia eſt) probe nouit, quemadmodum etiam idoneum prabeas, vt nulla in parte conſcij ſimus eam ad rem ſtudium impendiſſe, aut ad id conſectandum, in animo delitesſcentem compreſſiſſe cupiditatem. Nam hac quoque animi ægritudo vt eſt atrociſſima, ita & à bonis nos abalienat.

CAPVT XXII.

Quod ad recta ſtudia conſectanda neutiquam impellere nos inanis gloria debet.

70. *FVgienda autem cum primis inanis gloria eſt: qua non ante labores à laborum nos ſuſceptione deterret, (ſiquidem hoc leuius hoc eſſet malum omnino) ſed iis iam exanclatis mercedis pramiis exuit, ſpoliatve. Illa expugnatu difficilis & callida ſalutis noſtra inſidiatrix, illavè in ipſius cœli conuexis inſidiarum aduerſum nos collocatrix, virtutes ramis in cœlum vſque licet expanſis, ac porrectis, adornatas profligare ac deturbare pertinaciſſimè contendit. Simulac enim illa pietatis mercatorem cuiuſque modi virtutum mercibus oneratam mentis nauem ſuffarcinaſſe, & compleſſe animaduertit, procella ſua ocyus excitata, in eo omni conatu operam dat, vt illam euertat, atque aquis pessumdet. Illius enim qui ad regnum ſuperum nauigationis ſua curſum inſtituerat, mente, illa ad res humiles, gloriaſque hominum contemplandas detorta, vniuerſas repentino ſpiritu ex animo diuitias exſufflat, & ſubrutis virtutum fundamentis, proceritate ſua ad cœlum vſque pertingentes labores deturbat, & terra allidit: cum nos vt eorum ab hominibus præmia expectemus, impellat, quos æquum erat, cum oculos in ſolum Deum haberemus intentos, illique vni rectè facta noſtra reſeruaremus, meritam ab eo ſolum mercedem referre. Nos vero cum ad amplectendas virtutes hominum iudicio impulſi potius accedamus quam Dei, inanemque ab illis gloria mercedem flagitemus, iure optimo diuinorum præmiorum fruſtrationem incurrimus: quipppe qui non propter Deum labores adeamus, ſed hominibus operarios noſmetipſos locamus: à quibus cum mercedis loco mercedis iacturã auferamus, quid eſt, quod nobis à Deo reddi amplius poſcamus, propter quem animum, vt operis aliquid faceremus, noſtrum nunquam induximus? Quod autem hoc verum ſit animaduerte, quid ſanctum Euangelium dicat de his hominibus, qui hominum cauſa, quæ recta ſunt, faciunt: Amen dico vobis receperunt mercedẽ ſuam.*

Inanis gloria merito virtutes exuit.

71. *Age igitur quando hac ita ſunt, fugiamus inanem gloriam, dulcem ſpiritualium opum ex ſpoliatricem, iucundum animarum noſtrarum hoſtem, tineam virtutum, blandiſſimam bonorum noſtrorum deprædatricem, eamdemque mellis illitu fraudis ſua veneni coloratricem], & mortiferi hominum mentibus poculi porrectricem: quod opinor ea de cauſa facit, vt vitiis ſe illi auidius ingurgitent, nec vlla illius expleantur ſatietate, Dulce quid humana imperitis gloria eſt. Quin & qui ab hac captiui tenentur, ij facillime ab ea impelluntur, vt à recto rerum iudicio aberrent. Qui enim hanc concupiſcit, is ſpreto domeſticorum conſilio, id vnum cantummodò perfectum, & magni faciendum iudicabit, quod apud imperitam, ac promiſcuam multitudinem in admiratione eſſe animaduerterit. Quo fit, vt ſi nequiſſimi etiam, ac omnis prorſus iudicij expertes ſint, qui quæ mala ſunt admirentur, neceſſario tamẽ ea omnia, quæ à ſtudiorum ſuorum iudicibus probata eſſe crediderit, facturus ſit, qui laudari ſe cupit.*

Apoſitiſſima illius epitheta.

Ex quo intelligi facile poteſt, inanem gloriam non ad euertendas modo honeſtas actiones valere, ſed ad improbas etiam iter munire. Quo circa danda opera eſt, ne quoquam omnino ab recta ratione, autore oculos dimoueamus: ſed iter illud, quod à Deo nobis monſtretur, teneamus. Atque in huiuſmodi curſu, ſiue is ab aliquibus laudetur, ſiue contra vituperetur, coniectis in cœleſtem laudatorem oculis, neque illorum laudes magnopere curemus, ſed tantum de recto in rebus bonis iudicio illorum gratulemur, neque iſtorum vituperatione ab eo vllomodo dimoueamur, potiuſque eorum vicem, tanquam recto iudicio carentium, atque in grauiſſimis tenebris verſantium, doleamus. NOT. De fugienda in omnibus inani gloria vide D.P.N. Benedictum c.49. & 57.

Improbas actiones munit.

CAPVT XXIII.

De opportunitate temporis ad loquendum.

72. *ATque ex officiis quidem hæc ferè præcipua ſunt, quæ neutiquam pro virtutis ipſorum magnitudine, ſed pro modo facultatis noſtræ hactenus explicata ſunt. Quæ vero deinceps reſtant virtutes, quæ videlicet quotidianos quaſi in conſuetudine cum cæteris mores commendant, & expoliunt, ea valida opinor omnibus ſunt in promptu, & in facili admodum cognitione verſantur, veluti maturitas temporis ad loquendum, & verborum habita vtilitatis ratione prolatio. Verborum autem ea opinor vtilitas fuerit, ſi aut de virtute in loco diſſeratur, aut ſi ad rei alicuius, quæ facienda inſtet, vrgeatq; vſum ſermo accommodetur, aut etiam denique ad audientium ædificationem referatur. Qui autem in alio quouis genere ſermones verſentur, ij reijci tanquam ſuperuacanei, ac inutiles debent.* NOT. De his multa paſſim D.P. Benedictus in Regula; præſertim c.4. & 6. & c.7. gr.7. & 9. humilitatis.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXIV.

Quod nequaquam facetias ſcurrilemvè vrbanitatem conſectari Monachus debeat.

73. Quibus Monachorum ſermo condiri debeat.

VItanda autem omnes omnino in ſermone facetiæ, & ſcurrilis dicacitas ſunt. Siquidem fieri ſolet plerumque, vt qui ſeſe in rebus eiuſmodi occupant, à rectam rationem deſerant: quippe cum ex eo illud fiat, vt animus ad ridicula diffundatur, & in tacita ſecum cogitatione grauitatis ſeueritatiſque neruos omnes elidat. Quin incidit ſæpe numero, iſtiuſmodi contagia ſenſim proſerpens, poſtremo ad verborum turpitudinem, & abſurdam atque extremam obſcenitatem delabatur. Ex quo ſanè colligitur, peruigilem & attentam animi excubationem cum facetiarum diffuſione ſimul cohærere non poſſe. Cæterum ſi vſus etiam inciderit aliquando, vt remittenda aliquantulum triſtitia cauſa, ſermone ad hilaritatem excitemur, enim vero danda opera eſt, vt ſpirituali lepore referta ſit oratio noſtra, & Euangelica ſale condita, vt recta, qua interius ſit, ſapientia gratum foras odorem aſpiret, dupliciterque auditorem & animi relaxatione, & intelligentia feſtiuitate delectet. NOT. Tria hic breuiter, ſed luculenter quidem & eruditè in ſermone Monachorum damnat Chryſoſtomus, *facetias, ſcurrilitatem & dicacitatem*, non parum natura diſtantia, etſi quandoque nominibus confuſa.

74. Quæ facetię ad Eutrapeliam ſpectēt.

Facetiæ ſunt deliciæ quædam ſermonis, & dicta vrbana, ſale, lepore, vrbanitate, feſtiuitate atque argutia conditæ, quæ ſi, vt par eſt, ad animi ſolamen, debitis & honeſtis circunſtantiis proferantur, non ſolum damnari non debent, ſed ad Eutrapeliæ virtutem certum eſt pertinere, eiſq; vtentem *Eutrapelum* dici à bona conuerſatione; quia ſcilicet bene conuertit aliqua dicta vel facta in ſolatium vt inquit D.Th.22. q.168. ar.2.c. Ratio ipſius eſt: quia ſicut homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, ita non poteſt cōtinuè laborare, eum ſit limitatæ virtutis; ita anima defatigata operationibus ſpiritualibus (præſertim vitæ contēplatiuæ, quibus magis ab operibus exterioribus eleuatur) indiget quiete animali, quæ in aliqua delectatione conſiſtit. Huiuſmodi autē delectationē in ludicris & iocoſis quærendā probat ex Collat. Patr. coll. 24. exemplo Ioan. Euangeliſtæ; *quem cum diſcipuli ludentem aliquando inuenirent, & inde Scandalizarentur, præcepit vni eorum qui arcum gerebat, vt ſagittā traheret; quod cum pluries feciſſet, quæſiuit vtrū hoc continuè facere poſſet. Qui reſpondit, quod ſi hoc continuè faceret, arcus frangeretur. Vnde B. Ioannes ſubiutulit, quod ſimiliter animus frangeretur, ſi nunquam à ſua intentione relaxaretur.* Et Tullius de Clar. Orat. Scipionem laudans; *ſuperabat*, inquit, *Sale, facetiiſq; omnes Scipio.* Et 1. de Offic. *Sale vero & facetiis Cæſar Catuli patris frater vicit omnes* Et 1. de Orat. *Accedat eodem oportet lepor quidam, facetiæq; & eruditio libero digna.* En facetiarum honeſtus lepor omni dicacitatis, aut ſcurrilitatis neuo defæcatos, quem neque Chryſoſtomus in præſenti neque vllus Monaſticæ vitæ Magiſter à Monachorum ſermonibus & conuerſatione exturbare intendit: vide Baſilij magni & Gregorij Nazianzeni facetias. l.5.c.5. à n. 4. & 14. Sunt autem facetiæ quædam turpes, nociuæ, vel obſcænæ, in quibus improbè ab aliquibus, & citra virtutem quæritur animi quies & delectatio, de quibus Tullius ib. à D. Th. adductus 1. de off. *vnum* (inquit) *genus iocandi eſt illiberale, petulans, flagitioſum, & obſcenum*: De hiſque facetiis intelligenda eſt Chryſoſtomi prohibitio, aperte approbans lepore ſpirituali, & Euangelico ſale conditas, id eſt honeſtate virtutis.

Similiter ſi dicacitas debitis exerceatur circunſtantiis, forſam omnino à peccato poterit excuſari. 75. Quæ dicacitas. Dicax enim eſt *qui dictis abundat, qui faceté, & acutè dicta iactat*, iuxta Ambroſ. Calep. vnde Tull. 1. de Orat. *Sales* (inquit) *quorum duo genera ſunt, vnum facetiarum, alterum dicacitatis vtatur vtroque: ſed altera in narrando aliquid venuſtè, altero in iaciendo, mittendoque ridiculo:* neutrum autem ſpeciem mali importare videtur, nec ab Euangelico ſale ſeu ſpirituali lepore abhorrere. At quia vt ipſe Tullius notat Orat. pro Planc. Dicacitas *facetias aſperiores* importat, forſam ratione periculi declinandi à dicacitatis ſale in vitia procacitatis, vel ſcurrilitatis, & quærendi delectationem in nociuis dicacitas omnis damnari debet: quod vidit D. Ambroſ. 2. de offic. vbi *Caueamus* (inquit) *ne dum relaxare animum volumus, ſoluamus omnem harmoniam* Et Tull. 2. de Orat. *Dicacibus* (inquit) *hominibus difficile eſſe dignitatem ſuam ſeruare;* eò ſcilicet quod facile ad obſcena, iniurioſa dilabuntur vnde ipſe Demoſthenem laudans in orat de ipſo, ait: *Quo quidem nihil videtur vrbanius, ſed non tā dicax fuit, quam facetus*, & Quintil. de ipſo lib. c. 4. *Demoſthenem vrbanum fuiſſe dicunt, dicacem negant.* Facetiam & vrbanitatē honeſtam; dicacitatem vel improbam, vel periculoſam reputantes: qualis aliquorum eſt qui bus feſtiuè nimis lyrici carminis metro ludētibus vt dicteriū proferant, perdere nō pudet amicū: in quos *Iābicē* quadrat Eraſmi Chil. 4. Cēt. 6. in maledicos iactatū, ab iābo pede deductū quod à breui orſus deſinit in longam; quēadmodum iniuria ex leuibus aſperæ ac petulantis facetiæ initiis, exit in grauem tragædiam.

76. Scurrilitas omnino dānatur.

Tandem ſcurrilitatem, ineptæ lætitiæ, immūditiæ, multiloquij, & hebetudinis mentis ſororem, gulæ vtpote filiam, circa immoderationem cibi & potus verſantis, nullatenus à culpa excuſari teſtis eſt D.Th. 26 q. 148. ar. 6. in c. Ea namque eſt. *Iocularitas quædam proueniens ex defectu rationis, quæ ſicut non poteſt cōtinere verba, ita cohibere non poteſt exteriores geſtus: vnde ad Eph. 5. ſup. illud, Aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, dicit Gloſſ. quod à ſtultis* Curialitas. *curialitas dicitur, id eſt iocularitas, quæ riſū mouere ſolet. Quamuis poſſet vtrumq, horum referri ad verba, in quibus contingit peccare; vel ratione ſuperfluitatis, quod pertinet ad multiloquiū, vel ratione inhoneſtatis, quod pertinet ad ſcurrilitatem.* Et ad 3. *Dicendum* (inquit) *quod ſcurrilitas procedit quidem ex actu gulæ, non ex actu luxuriæ, ſed ex eius voluntate. Et ideo ad vtrumque vitium poteſt pertinere.* Vnde Hieron. Ep. 8. ad Demetriad. c. 7. *Scurrilitas atq; laſciuia te præſtante non habeant locum:* & D.P. Benedictus c. 6. *Scurrilitate verò, vel verba otioſa, & riſum mouentia æterna clauſura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquiū aperire os non permittimus.* vide etiā c. 4. & c. 7. gr. 10. & 11. humil.

CAPVT XXV.

De Manſuetudine, patientia, benignitate, & charitate.

77. *Prælati gladius medici eſt, non homicidæ.*

MAnſuetudine autem cum primis plenus eſſe Monachus debet, quandoquidem ſpiritus manſuetudinis vel particeps iam factus eſt, vel fieri ſe participem cupit: illudque conuenit, vt ſuſcepto hoſpiti hoſpes aſſimilis ſit. Cæterùm ſi vſus inciderit, vt ſuſcipienda aliquando à nobis aduerſus alicuius negligentiam indignatio ſit, qui videlicet ſit in noſtra ditione, adhibenda in eo cura eſt, vt indignatio ratione ſit temperata. Siquidem gladiis medici vtuntur, & homicidæ. Verum hi, quod ad eos tractandos ira, atque immanitate impulſi accedunt, ſceleſtiſſima per eos deſignant facinora: nempe qui eos quibuſcum generis ſunt communione coniuncti, vita ſpolient. Illi contra quod ex ratione ipſis vtuntur, magnas ex iis afferunt vtilitates. Siquidem eorum opera vſi, conſtitutos in periculis homines liberant. Eodem modo etiam quicumque adhibita in conſilium ratione ſibi indignandum cenſuerit, magnoperè illi vtilis fuerit, aduerſus quem animo incitatus ſit; nempe qui eius vel negligentiam corrigat, vel improbitatem: contra autem qui ab ira vinci ſe ſinit, ab eo vere rectum proficiſci nihil poteſt.

Manſuetudo & infra indignat o non contrariantur.

Non eſſe vero alienum ab iis, qui manſuetudini ſtudent, animo interdum in loco incitari, hinc perſpici facillimè poteſt, quod Moyſes, de quo in ſanctis Literis teſtatum habemus, mortalium eum omnium longè manſuetiſſimum fuiſſe, vbi ita temporis ratio poſcere viſa eſt, vehementiſſimè eſt indignatus, atque eatenus animi concitatione progreſſus, vt eam non alia ratione, quam ſuorum cæde terminarit, hocque tum, cum vitulum illum fabricarunt, tum etiam cum nefariis ſe Beelphegor ritibus polluerunt. Ex quo intelligi facile poteſt, vt quis adhibita ratione animo incandeſcat, poſſe nihilominus eum dignitatem manſuetudinis incorruptam retinere. Nam illud omnino nunquam moueri, aut ſicubi opus ſit, non indignari; natura potius lentitudo, quam manſuetudo appellanda eſt.

Patientia & benignitas Manſuetudinis comites.

Porro manſuetudini naturaliter etiam ferè adiuncta Patientia eſt. Siquidem manſuetudo patientiæ eſt mater. Neque minus etiam iis, qui verè modo manſueti ſunt, ac non qui moribus ſint plus æque ſeueris implexi ac defadati permiſtim ſe attemperat, & comitem ſe adiungit Benignitas. Hæc enim ſuauis ac placida benignitas materiam ſuggerit gignendæ manſuetudini. Vtraque porro hæc virtus vnà inter ſe commiſta, coniunctaque præſtantiſſimam virtutum omnium charitatem efficiunt. N O T. D.P. Benedictus c.27. *Nouerit* Abbas ſe *infirmarum curam ſuſcepiſſe animarum, non ſuper ſanas tyrannidem.* Plura etiam cap. 2. & 64. de manſuetudine in correptioooibus indignationi admiſcenda, quibus paſſim mille locis paginam implet. De patientia quo pacto chatitati cohæreat, nec ſine illa haberi queat; V.D. Th. 2. 2. quæſt. 136. à 3. cap. Qualiter manſueto eapediat iraſci, iramque mitigare, ac benigne & dulciter loqui. 12. quæſt. 46. ar. 5. ad 1. & quæſt. 70. ar. 3. in c.

CAPVT XXVI.

De prudentia.

CÆterum in omni, quæ ſuſcipiuur, actione, antecedere prudentia debet. Nam prudentia 78.

Abſque prudentia omnia in vitiũ recidunt.

remota, nihil cuiuſuis generis eſt, quod licet bonum videatur non in vitium recidat, ſi aut alieno tempore, aut non adhibita moderatione fiat. Ratio vero & prudentia vbi rebus bonis idoneum tempus ac modum definiunt, mirabile eſt quantus ex earum vſu cum in dantes, tum in accipientes fructus redundet. N O T. Nulla protſus Benedictinæ Regulæ pagina prudentiam vbique non redolet, quam apud omnes vno ore diſcretione præcipuam inueoies decantatam. Latiſſimè de Prudeotia D. Th. 22. à 1. 47. de diuiſione illius in Monaſticam Oeconomicam, Politicam, Militarem & Regnatiuam ibid. at. 11. & alibi. Qualiter *Ratio* cuius meminit in præſenti Chryſoſtomus pars ipſius prudentiæ ſit V. 4. 48. & 49. per totas. Et tandem quo ſenſu veriſſimum ſit omnia bona humana ſecluſa prudentia io vitia abire ibid. 4. 47. ar. 4. & quæſt. 51. ar. 2. & mille aliis locis.

CAPVT XXVII.

De fide, & ſpe.

OMnibus autem in rebus, priuſquam ad eas aggrediamur, viam munire debet ac præ- 79.

Spei alacritate ad honeſta erigimur.

ſtruere ea, quæ in Deum Fides eſt, eique comes vnà ſpei alacritas adiungenda, quo videlicet & fide fultas animi vires ſuffulciamus, & ſpei alacritate animo ad res honeſtas erectiores ſimus. Neque enim in rebus bonis conatus humanus, ſublata ope diuina perfectè vnquam quod vult poterit adipiſci: neque item viciſſim Diuinum præſidium ad nos nullo noſtro ſtudio venturum putandum eſt. Sed ad perfectum virtutis cumulum coniuncta ſimul eſſe vtraque hæc oportet, & humanum ſtudium, & auxilium cæleſte fidei opera aſcitum, & comparatum. N O T. Pluta hic breuitet æquè ac Theologicè, ſed oostro inſtituto aliena tangit Chryſoſt. de prioritate Fidei reſpectu ſpei, qualiterque viam præſtruat ad ſperanda de quo latè D. Th. 12. q. 62. ar. 4. & 22. q. 4. à 7. & q. 17. ar. 6. & 7. quo pacto ſpes introducat ad fidem, eaque prior ſit in propoſito. 22. q. 4. à 7. ad 2. conatumque excitet, atque animi eleuationem ad conſequtionem boni ardui, 12. q. 25. ar. 1. & q. 46. à 1. ibique quomodo gaudium, atque alactitatem præcedat, cauſetve. Ac tandem de neceſſitate Diuini auxilij præuij aut ſimulianei vide inter alios M. N. Lorca. tom. 2. in 12. diſp. 19. 20. & 21. de Gratia.

CAPVT XXVIII.

De humilitate animi.

CÆterum in omnibus quæ rectè fiant, cauſas, cur illa ſic fiant, Domino aſſignare 80.

Humilitas virtutum theſaurus.

animus debet, neque omnino eſſe quicquam exiſtimare, quod ſuarum virium facultate aſſequi poſſit.

Digitized by Google

poſſit Huiuſmodi enim animi affectio natura ſuapte ſoles humilitatem in nobis ingenerare. Porro humilitas tutiſſimus eſt virtutum omnium theſaurus. Hæc habes à nobis chariſſime quædam quaſi ſemina de virtute ſermonum, quæ ſi diligentius excolueris, vberrimos ex eis fructus reportabis, & dictum Sapientia illud verum eſſe confirmaueris, quod dandam eſſe ſapientibus occaſionem præcipit, vt ſapientiores fiant. NOT. Fusè D.P.Benedictus cap.7. ſcalam humilitatis in 12. gradus diſtribuit vbi multa de hac materia: præcipuè in 6. quem in hoc ſtare docet, *ſi omni vilitate vel extremitate contentus ſit Monachus, & ad omnia quæ ſibi iniunguntur velut operarium ſe malum iudicet, & indignum, dicens cum Propheta. Vt iumentum factus ſum, &c.*

CAPVT XXIX.

Quot modis prauæ in animo cogitationes exiſtant?

81. Prauæ cogitationis duplex origo. SED quoniam ſuperiùs iam de iis, quæ ad mentis agitationem pertinerent, diſputauimus, neque tamen quot modis prauæ in animo motiones exiſterent diſtinctione vlla adhibita explicauimus; ſanè operepretium facturos nos arbitrati ſumus, ſi nunc illud quoque adiungeremus, ne videlicet ad abſolutam huius partis pertractationem cumulus omnino vllus deeſſe videretur. Duobus itaque modis indecora conceptiones rectis cogitationibus turbam & intemperiem conciunt: cum aut animus videlicet ex ſua ipſe quadam incuria ad rerum futilium contemplationem aberrat, temereque ex aliis in alias cogitationes delabitur: aut cum inſidioſa menti noſtra abſurdas rerum ſpecies diabolus conatur obiicere, eamque hoc modo à rerum laudabilium contemplatione inquiſitioneque auocare. Infirmitas propria. Cum igitur animus quod remiſſa illa ſolidiore mentis contentione, pellentium ſe cuiuſque modi variis rerum vulgarium memoriis repetendis, in his temerè ſe diutius occupet, in varias errorum ambages ſoleat incidere, ac plerumque ad extremum cogitatione ad res turpiſſimas, ac flagitioſiſſimas deferri. Enimvere id quotieſcumque acciderit, huiuſcemodi animi ſecordia, diffuſioque excitata acrioreque mentis diligentia caſtiganda eſt, ac corrigenda, Remedium. aſſiduéque vt quæque ſingulis nobis temporibus propoſita ſint, ita ad attentiorem rerum honeſtarum conſiderationem inducenda, in eaque occupanda.

Qualiter Diabolus prauas ingerat cogitationes. Si quando ex inſidiis eam circumuenire diabolus tentet, & quas commentus ex ſe eſt cogitationes magno cum impetu, velut ignita quædam tela in pacatum ac quietum animi ſtatum intorquere contendat, illumque inopino aſſultu conatur incendere, & earum quas ſemel interſerit, diuturnas, & ad extricandum difficiles memorias afficere, ſanè hic maiore quadam vigilantia contentioreque animaduerſione huiuſmodi declinandæ inſidiæ ſunt, & peritorum athletarum imitanda conſuetudo, qui ſumma cum animi attentione; tum corporis agilitate celeritateque aduerſariorum ſuorum apprehenſiones eludunt, & belli omnis euaſio, & telorum declinatio Remedium. orationi ac Diuinæ opis implorationi committenda. Hæc enim nobis Paulus præcepit, cum dixit: In omnibus ſumentes ſcutum Fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.

82. Propter diaboli ſuggeſtiones ab oratione non recedendum. *Quamuis igitur etiam inter orandum prauas ille rerum animis noſtris ſpecies abiiciat, non propterea tamen ab oratione nobis eſt deſiſtendum, neque iniectam ab hoſte prauam ſumentem, aut immiſſas à præſtigiatore verſipelli ſuggeſtiones, noſtras eſſe arbitrandum; quin potius vbi rem nobiſcum putauerimus & ſceleris inuentori, prauarum iſtiuſmodi cogitationum cauſas attribuerimus, hoc maiore debemus conatu procumbere, Deoque ſupplicare, vt diſiecta ab animo noſtro interpoſita iſtiuſmodi nequam cogitationum quaſi maceria, mens liberè celeriterque ſine vlla mora impedimentóve ad ipſum queat peruenire, neque ab inſtituto ſuo curſu vllis malarum cogitationum incurſibus retardetur. Si verò per aduerſarij impudentiam, flagitioſarum iſtiuſmodi cogitationum vis vehementior etiam inſurgat, ne ſic quidem eſt ſuccumbendum, aut deiiciendus animus, neque ſuſcepta certamina ex dimidia parte confecta relinquenda: ſed eo vſque obfirmatè perdurandum, quoad Deus perſpecta noſtra conſtantia gratia Spiritus ſancti nobis affulgeat, neſve illuſtret, quæ & inſidiatorem in fugam propellat, & mentem nobis puram efficiat, & Diuino lumine compleat, & rationi noſtra in pacatiſſima tranquillitate conſtitute otium ad Deum colendum ſuppeditet.* NOT. Erudite admodum duplicem aſſignat prauarum in nobis cogitationum originem: Primum propriam infirmitatem iuxta illud Iacobi cap. 1. *Vnuſquiſque peccat à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus:* abſtractus, cum ad res inutiles ſocors, & nolens aberrat: illectus, cum inde ad turpia & flagitioſa defertur. Secundum dæmonis ſuggeſtionem abſurdas ſpecies obiicientis. Quo autem pacto cogitationes in nobis ſuggerere, ſpeciesvè immittere poſſit, luculenter tradit D.Thom.1.parte quæſt. 111.art. 2.ad 2. vbi *Dicendum*, inquit, *quod dæmones non poſſunt immittere cogitationes interius eas cauſando, cum vſus cogitatiua virtutis ſubiaceat voluntati. Dicitur tamen diabolus incenſor cogitationum, in quantum incitat ad cogitandum, vel ad appetendum cogitata per modum perſuadentis, vel paſſionem concitantis; & hoc ipſum incendere*(en Chryſoſtomi phraſis) *Damaſcenus vocat immittere, quia talis operatio interius fit.*

§. IV.

DE MONASTICA EXERCITATIONE.

SECVNDA PARS.

Ad Canonicos, hoc eſt regularem vitam degentes in Cœnobio.

NOT. Quo iure nobilem hunc tractatum in duas partes diuiſerimus, num. 12. Capitis huius annotauimus, quarum prima *ad eos qui ſolitariam vitam agunt* abſoluta, ad Inſtituta Cœnobitarum orationem conuertit Chryſoſtomus. Non ſemel iam in primaque capitulorum titulos, vbi neceſſe viſum fuit, vel nouos anepigraphis appoſuimus, vel pro materiæ diuerſitate multiplicauimus. Præfixum autem capiti 19. in excuſſis generale totius huius ſecundæ partis epigraphe eſſe; 83. Vox *Canonicus* quid ſignificet.

O 4 prologur.

prologum ipſius cum materia primi capitis confundi,eamque ſpeciali inſcriptione indigere,cuique mediocriter attento compertum erit. Circa vocem autem *Ad Canonicoss* annotauerim, rectè eius ſignificatum ſubſequentibus explicari, *hoc eſt regularem vitam degentes in Cœnobio κάνονα* enim Græcè, Latinè Regula eſt, ac proinde cum omni proprietate ſermonis,regularem vitam degentes in cœnobio *Canonici* appellantur, id eſt *canonum obſeruatores*, vel ſub præſcripto Canonis ſeu Regulæ agentes, antiquæ Eccleſiæ phraſi à tempore Apoſtolorum vſitata & lib.1.Vit. Patr.à Magno Antonio in vita S. Simeonis Stilitæ cap.a.vſurpata, vbi dicitur: *Filioli mei ecce trado vobis iſtum fratrem,docete eum canonem*(hoc eſt regulam & Inſtituta) *Monaſterij*: Germanum autem opus ipſius Magni Antonij probat eruditè Roſuueydus contra Baronium in Notis ad illud.

84. *Canonicus & Regularis an Synonima.* Hinc Ludouicus Viues ſuper cap. 15. lib. 13. D. Auguſtini de Ciuit.Dei nomenclaturam *Canonicorum Regularium battologia*, & *nugacitatis* nota inurit, & profeſſores vitæ huius ignorantiæ Græci ſermonis, & arrogantiæ ſanctitatis notat. *Battologia* quidem, quòd hæc duo *Canonicus*, & *Regularis* ſynonyma ſint, ac proinde ſuperfluè congeminata, idque profeſſores & autores nominis huius ignoraſſe: quem in hac parte ſequitur Lepius tom.1.A. B. 117. cap. 2. Arrogantiæ verò eo quod geminata dictione nimiam ſibi videntur arrogaſſe ſanctitatem. Sed arrogans Viues (quem ego Grammaticis adnumero) *exceſſit Grammaticos cancellos* vt in ſimilem iactat Auſanius: eumque pluribus doctè refellit Nauarrus tom.1. Comment. de Regular. num. 2. ſequitur Couarruuiam & alios: Primo ex ſimili loquendi forma Marci 14. vbi Deus dicitur *Abba Pater* quod etiam habetur Rom.8.& Galat.4. quibus locis dictioni *Abba* adiungitur Latina *Pater*, quæ idem valet. Secundo ex communi phraſi Iuriſperitorum & Theologorum à quibus *certa ſcientia* hoc vel illud eſſe notum paſſim aſſeritur, cum tamen certitudo à ſcientia inſeparabilis ſit. Sed id ego vrgentius probo ex Can.5.Concilij Arelatenſis IV. quod ſic habet: *Prouidendum neceſſe eſt vnicuique Epiſcopo, qualiter Canonici viuere debeant, nec non & Monachi, vt ſecundum ordinem Canonicum, vel regularem viuere ſtudeant*, &c. vbi cum diſtinctione præcipitur Canonicis, vt viuant ſecundum ordinem Canonicum, Monachis ſecundum regularem, ſingula ſingulis tribuendo.

85. *Quo differant Canonicus & Regularis?* Sed age,inquis, quid inter *Canonicum & regularem* ordinem diſtat? Reſpondet bene Nauarrus ibi. Quod Verbum *Canonicus* genus quoddam eſt continens duas ſpecies clericorum. Alterum eorum,qui viuunt ſimul ex communi Eccleſiæ patrimonio, ſed non habent, nec habere poſſunt patrimonia ſæcularia ſeparata: de quibus agit caput *Quoniam* de Vita & honeſt. Cleric. Alterum eorum qui viuunt ſimul ex communi Eccleſiæ patrimonio,ſed non habent, nec habere poſſunt patrimonia ſeparata. Et ideo meritò alij appellantur ſimplici nomine *Canonici*, quaſi vno modo regulares, & alij *Canonici Regulares*,quaſi duplici obligatione vitæ Canonicali adſtricti. Ex quo infertur, quod *Canonicus Regularis* propriè appellatur *Canonicus*; vt *homo, animal*: quia ſpecies propriè continetur ſub nomine generis vt eleganter dicit Baldus receptus in l. 2. C.de iure aureor.annullor.qua ratione rectè deffenditur Gloſſa Clem.Diſpendioſam de Iudic. verbo Beneficiis, putata ibi ſingularis à Cardinale & à Lanfianco & Felino in cap. poſtulaſti, col.9. de reſcriptis quatenus habet Canonicum Regularem eſſe propriè Canonicum; cui eſt alia ſimilis in Cap. ſi Canonici de offic. Ordina.c.6.& pro illis eſt textus expreſſus in Cap.Statuimus 19.q.3.Hæc ille. Quibus apparet qua proprietate ſecunda hæc pars de Monaſtica exercitatione *ad Canonicos* ſcripta fuerit,non quidem quoſlibet, ſed regularem vitam degentes in Cœnobio qui reuera *Canonici* ſunt in rigore iuris.

Verùm vereor vocem *ad Canonicos* in præſenti non ab autore libri poſitam, ſed à recentiori ſcriptore nouatam, eumque autoris æuo inſolentem vſurpaſſe nomenclaturam. 86. *Canonici nomē à quo tempore?* Moueor, quia etiam ſi *Canonis*, *Regula*, & *Monachi* nomina perantiqua ſint in Eccleſia, attamen *Canonici* appellatio nunquam (ni fallor)vſitata inuenitur vſque ad Concilium Arelatenſe IV. Era.Cæſ. 850. ſub Carolo Mano celebratum,quæ incidit in A. C. 812.Canone illo nuper citato, & aliis; à quo tempore cætera poſtmodum Concilia ſub *Canonici* appellatione de ipſis loquuntur, vt patet ex Aquiſgranenſi I. A. C. 816. ſub Ludouico Imper.I. cap.131. quod incipit: *Studeant ſummopere Canonici*, &c. quam tamen retro actis temporibus non inueni; ſed ſemper ſub *Clerici* nomine egi de his, qui ſub præſcripto Canonis ſeu Regulæ communem vitam agebant. Cui etiam argumento eſt, quod cum A C.398.vt refert Baronius ibid. num.74. Monachi à Synodis in clerum aſciti fuerint, ſimulque cum Clericis in vnum corpus coagmentari, atque in Eccleſia ſub Clericorum nomine contenti,ſolo tamen *Clerici* nomine omnes ſub Canone viuentes indigitabantur: & S. Auguſtinus Clericos ſuos interdum Monachos, nunquam verò Canonicos appellat; cum tamen tota ferè Canonicorum Regularium Inſtitutio ab ipſo profluxerit, quippe qui Epiſcopum agens intra Cœnobium cum Clericis canonicis communi ac regulari vita conuerſabatur. Vnde cum Chryſoſtomus libri huius autor deceſſerit A.C.407.& Baſilius Magnus (ſub cuius claro nomine circumfertur) obierit A. C. 378. conſequens videtur *Canonici* vocem vtriuſque æuo inſolentem fuiſſe,quam neque poſt 400.annos inuenimus vſurpatam, cum paſſim de Monachis, & Clericis regularibus mentio fiat. Vbi non poſſum non mirari Loayſæ lapſum in Not.ad Concil. III. Tolet. cap.4.aientis *Monachi* profeſſionem quidem antiquam eſſe,& ab initio naſcentis Eccleſiæ, nomen verò recens: cum conſtet D. Dionyſium Areopagitam Apoſtolis coætaneum (quem ipſe ibidem adducit) eo frequenter vſum lib.de Eccl.Hier. cap 7. vbi *abrenunciatio* (inquit) *ſupremam illam Monachorum philoſophiam indicat*, &c. Et poſt pauca; *Plurima,*

Digitized by Google

Plurima, quæ à medio geruntur ordine Monachis omnino interdicuntur: ibique plura de *Monachis, Monade*, & rebus *Monaſticis*.

87. Canonici Regulares omni tempore Eccleſiæ.

Sed quidquid ſit de tituli germanitate, non multum à prudenti coniectura aberrabimus putantes ſubiecta nobilis huius libelli parte ſecunda, tum Antiochiæ, cum lectorem, Diaconum & Presbyterum; tum Conſtantinopoli, cum Præſulem ageret, clericos regulares, ſeu Monachos Canonicosvè inſtruxiſſe Chryſoſtomum, quem non tantum Monachum, ſed Monachorum legiſlatorem fuiſſe à num. 1. probauimus. Quod licet à ſolius Auguſtini temporibus factum referatur, quem cuncti ſcriptores vt Regularium Canonicos præcipuum autorem ad ſydera merito efferunt: citra dubium tamen eſt, Apoſtolos ab Eccleſiæ cunabulis communem Clericorum geſſiſſe vitam, eorumque mores per Dionyſium Areopagitam alioſque Patres ad Auguſtini tempora, tanquam per traduces tranſiiſſe. Eadem mihi coniectura perſuaſum eſt Magnum Baſilium ad Cæſareenſem Capadocum ſedem euectum Monaſtici propoſiti profeſſores rexiſſe, muneraque Archiepiſcopi ac Præceptoris Monachorum ſimul obiiſſe propria Præſulis domo in Cœnobium erecta, quos ipſe etiam *Canonicos* compellat in Multis culparum quas ad calcem Regularum breuiorum affixit ſub hoc titulo *Animaduerſiones aduerſus Canonicos delinquentes conſtitutæ*. Iis autem abſolutis, ſubdit: *Animaduerſiones aduerſus canonicos delinquentes conſtitutæ*: nempe ſanctimoniales ſub ipſius diſciplina degentes: de quibus lib. ſeq. cap. 4. num. 57. Hinc ad D.P.N. Benedicti familiam fluxere Canonici cuius plura Epiſcopalia Cœnobia numerat Zepius tom. 1. A.B. 117. cap. 2. & tom. 3. A.B. 281. & 315. & tom. 4 A.B. 355, & alibi: & Sandaualius in fundatione Monaſterij SS. Facundi & Primitiui (noſtri *Sahagun*) §. 23. Inde Ciſtercium, ſub cuius Inſtituto celebre illud Cantuarienſe Monaſterium in Anglia commemorat Zepius tom. 1. A.B. 117. cap. 2. ex Ioanne Meyero, referens ius eligendi Archiepiſcopum Cantuarienſem Monachis illius obtigiſſe, idque duraſſe coniectat vſque ad infauſta tempora Henrici 8. qui ſæculum noſtrum decimum ſextum attigit. Sed ad rem.

PROLOGVS.

88. Huius partis ſcopus.

AC de iis quidem, qui ſingulariter, & ſeorſim à cæteris ſe ad pietatem exercent, deque ſolitariam vitam complexis, ſuperius prima parte dilucidè quantum potuimus, diſputauimus: quemadmodum videlicet quiſque & animo aſſiduè in rebus honeſtis exercendo, & corpore, eo modo, quo facto vſus ſit, moderando, perfecti nobis philoſophi formam poſſet exprimere. Verùm enim quoniam maximam partem, qui ſe colendæ pietati dediderunt, ij in ſocietate cum aliis degunt, in qua inter ſe viciſſim alter alterius ſui propoſitum animi ad virtutem exacuunt, ſeque inter ſe rectè factorum æmulatione ad maiores quotidie in ſtudiis rerum honeſtarum progreſſus impellunt, æquum facturos nos arbitrati ſumus, ſi ad hos quoque aliquid cohortandi gratia ſcriberemus. Cæterum illud docendi ſunt prius, bonum illud ad quod ſtudent peruenire, quantum & cuiuſmodi ſit: vt cohortatione ad id noſtra ſuſcepta, nihilo minore, quam quantum eius magnitudo ac dignitas poſtulat, ad id adipiſcendum animi alacritate, ſtudioque contendant. NOT. Vide notata num. 11. & 83.

CAPVT I.

Quod Cœnobialis vitæ exercitatio incolis paradiſi Chriſto Domino, Angelis, ac Beatis homines aſſimilat.

PRINCIPIO igitur ad bonum illud, quod ex natura eſt (Cœnobitæ) *reuertentur, cum vitæ cum cæteris communionem, conſotiationemque amplectuntur. Siquidem perfectiſſimam ego vitæ communionem illam appello, à quo priuata omnis rei cuiuſque excluſa poſſeſſio eſt, & eliminata: itemque vnde diſſenſio omnis, ac perturbatio omnis, contentio omnis abeſt, & rixa: contraque vniuerſa communia, animi, mentes, corpora, eaque, quibuſcumque neceſſario ad victum, cultumque vtimur: communis Deus, communis pietatis mercatura, communis ſalus, communia certamina, communes labores, communia præmia, & certaminum exantlatorum coronæ, vbi multi vnus, & vnus non ſolus, ſed in pluribus. Huic vitæ Inſtituto, quid eſt tandem quod iure æquiparari poſſit? quid eo beatius dici? quid hac coniunctione vnitate & neceſſitudine aptius excogitari? Quid mutua inter ſe morum, animorumque contemperatione gratioſius fingi? Homines ex diuerſis nationibus ac regionibus profectos per exactam morum ac diſciplinæ ſimilitudinem adeo in vnum veluti coaluiſſe vt in pluribus corporibus vnus modo eſſe animus videatur, viciſſimque plura corpora mentis vnius inſtrumenta cernantur.* 89. Cœnobiticæ vitæ laudes. Vnitas.

In his qui infirma corporis valetudine eſt, is complurium animos imbecillitatis ſuæ participes habet. Qui verò animo æger eſt, & affligitur, ei complures praſto ſunt, à quibus curetur, à quibuſque aſſiduè erigatur. Hi æquabili iure inter ſe alij aliorum & famuli ſunt & Domini, & in inuicta libertate accuratiſſimam ſibi inter ſe ſeruiunt ſeruitutem, quam non neceſſitas caſus fortuiti oppreſſis & in captiuitatem abductis magno ipſorum cum mœrore violenter inuexit, ſed cum gaudio libera animi voluntas induxit, quippe cum charitas ipſos alioqui liberos inter ſe alios aliis ſubiectos efficiat, & ipſis nihilominus tamen illorum voluntatis arbitrio libertatem conſeruet; tales nimirum cum ab initio nos fingeret Deus, eſſe voluerat, & propterea crearat. 90. Commoditates.

Qui eiuſmodi ſunt, ſine controuerſia primi parentis noxam conſegentes, antiquum bonum in priſtinum reuocant. Quandoquidem niſi natura noſtra vnionem diſſecuiſſet peccatum, lites, & diſſidia, & bella in hominibus non eſſent. Hi liberatoris noſtri, eiuſque vitæ, dum inter nos verſaretur Inſtitutorum veri perfectique imitatores exiſtunt. Quemadmodum enim ille coacto diſcipulorum choro communia cuncta, ſeque ipſum communem Apoſtolis præbuit, item hi quoque Antiſtiti ſuo obtemperantes (qui modo vitæ ſuæ præſcripta rectè conſeruant) genus viuendi Apoſtolorum ac Domini imitantur. Hi vitæ diligenter communitate retenta, Angelorum viuendi ritum æmulantur. Nulla eſt 91. Adæ in paradiſo ſimiles Cœnobitæ. Chriſti imitatores. Angelorum.

inter

inter Angelos lis, nulla contentio, nulla controuerſia: ſed cum habeat quiſque, quæ omnium ſunt, omnes tamen integras apud ſe ſuas diuitias conſeruant. Siquidem nequaquam materia, quæ circumſcribi poſſit, Angelorum diuitiæ ſunt, quæ quandocunque eam in plures diſtribui opus ſit, neceſſariò diuidi debeat: Sed contra materiæ omnis illorum expertes copia ſunt, & in vna eademque mentis agitatione diuitiæ collocatæ. Et propterea cum integra apud ſingulos bona ſua cuique permaneant, omnes peræquè diuites efficiunt, nempe quæ ſe ſine controuerſia pugnavè ipſis præbeant poſſidendas. Summi enim boni contemplatio, & virtutum luculentiſſima cognitio. Angelorum theſaurus eſt. Hæc autem eiuſmodi ſunt, vt cum perfecta eorum pro ſe quiſque ſinguli cognitionem, poſſeſſionemque adipiſcantur, vniuerſis tamen in ea liceat intueri.

92\. *Sine dubio tales ſunt, qui verè ſunt pietatis cultores, vt eorum non de rebus terrenis, ſed cæleſtibus concertatio ſit, & indiuidua quadam diuiſione eadem vniuerſi & ſinguli apud ſe quiſque conſeruent. Siquidem virtutis ea acquiſitio eſt, & rectè factorum diuitiæ, & laudanda fraudatio, & lacrymarum expers rapina, vbi inſatiabili auiditati præmium eſt, ac propoſita corona, & quiſquis hic vim ſibi non facit, vt eo vſque olim penetret, reum ſe conſtituit, omnes rapiunt, & nemini iniuria fit, quæ quidem cauſa eſt, cur diuitiarum earum arbitra, & moderatrix ſit pax. Hi dum laudabili ratione viuendi ſua, communitateque cæleſtis vitæ ac ſtatus egregiè formam effingunt, futura promiſſi Regni bona præripiunt. Hi perfectè rerum omnium paupertatem tenent, in quibus nihil proprium cuiuſquam ſit, ſed communia omnium omnia. Quot quantavè bona nobis conciliarit aſſumpta carnis merito Liberator noſter, iſti perſpicuè admodum demonſtrarunt communi hominum vita, dum laceram hominum naturam, & in partes penè innumerabiles diſſectam, quantum quidem in ipſis eſt, redintegrant, Deoque reconciliant. Siquidem eorum omnium, quæ ab Liberatore noſtro in carne geſta ſunt, ſumma huc pertinet, vt humanam naturam cum ipſam ad ſe ipſam, tum ad ſe etiam reuocaret, ſibive eam reconciliaret, & ſublata praua diſſectione, in priſtinam integritatem, coniunctionemque reſtitueret, atque vt peritiſſimus aliquis medicus corpus in plures partes conciſum ſalutaribus medicamentis religaret.* NOT. Quidquid circa materiam huius capitis notatione dignum occurrit, fusè traditum eſt lib. 1. cap. 3. per totum, & lib. 2. cap. 2. & 3. per totos. Recole ibi dicta.

Eorum diuitiæ quales.

Naturam reintegrant.

Præcipuum Incarnationis Verbi motiuum.

CAPVT II.

Quod Cœnobiticæ vitæ excellentia nobis inenarrabilis eſt.

93\. *ATQVE hæc neutiquam ea re ſum perſequutus, vt dicendo rei magnitudinem adderem, & eorum qui in vita Cœnobitica promouerunt, præclaras virtutes verbi exaggerarem, neque enim eiuſmodi mea dicendi facultas eſt, vt ea rebus aliòqui per ſe magnæ ſplendorem poſſit afferre, quin mihi metuendum eſt potius, ne exilitate ſua eas ſua ſponte claras obſcuret: ſed vt, quoad fieri poſſet, ſplendidis adeo propoſitis ad virtutes inuitantis excellentiam, dignitatemque perſequerer, ac demonſtrarem. Nam quid eſt tandem, quod ſi huic comparetur, non iure longè inferius iudicetur? Apud quos enim pater ſit vnus, qui cæleſtem Patrem imitetur, & filij multi, qui ſummæ in magiſtrum ſuum beneuolentiæ officiis mutuò inter ſe alij alios ſuperare contendant, filij inquam & vna inter ſe concordibus animis adſtricti, & honeſtiſſimis virtutum officiis patrem quaſi præbenſa dextera excipientes, ac proinde recreantes, neque naturæ neceſſitudinis ſuæ cauſam aſcribentes; ſed quæ natura firmior eſt, rationem coniunctionis ſuæ ducem ſibi ac cuſtodem aſciſcentes, & ſe inter ſe vinculo Spiritus ſancti conſtringentes? Ad horum tam præclari negotij magnitudinem exprimendam, quæ ſatis idonea inueniri in terris ſimilitudo poſſit? Sed enim ea in terris nulla eſt, ſola cæleſtis relinquitur. Impatibilis cæleſtis Pater ab affectionum impuritate ſe auocat, hic quoque ratione cunctos concilians. Incorrupti liberi cæleſtis Patris, incorruptionis ſtudium hoc quoque fecit adoptiuos. Charitate quæ in cælo ſunt, inter ſe coniunguntur, charitas hos mutua compagine connexuit.*

Omnis facundia inferior dignitate huius muneris.

94\. *Nihil omnino inſidiarum ordiri auſit aduerſus huiuſcemodi phalangem diabolus, vt qui vnus aduerſum tot agoniſtas parem intelligat ſe eſſe non poſſe, adeò expeditè, adeoque confertim contra ipſum militantes, & charitate veluti acta teſtudine inter ſe alij alios tantoperè protegentes, ſpiritusque conſopientes, vt ne vel tantillum loci detur irrependi illius aſſultibus. Conſidera mihi quanta ſeptem Machabæorum in decertando conſenſio fuerit, & præ iſtis flagrantiorem apud hos animorum conſenſionem reperies. De his in carminibus ſuis exclamauit Dauid, cum dixit, Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum. Quibus verbis per bonum ille vitæ probitatem expreſſit, per iucundum autem lætitiam eam, quæ ex concordia, & animorum coniunctione progignitur. Hoc vitæ genus qui diligenter colunt, ij cæleſtem ac ſupremam mihi virtutem videntur imitari.*

Diabolus infirmus in Monachos.

Charitate coniuncti teſtudini ſimiles.

CAPVT III.

Quod qui ad colendam pietatem accedit, is firmo ad eam iudicio accedere debet, & de obedientia.

95\. *ATQVE iis quidem, quorum mens aliquanto perſpicacior eſt, in ea quæ ſuperiùs à nobis facta huiuſce vitæ Inſtituti proprietatum expoſitio eſt, quæ in ea adhibenda diſciplina ſit, ſatis explicauimus. Verùm quoniam æquitas poſtulat, vt eorum cauſa, qui ſimpliciores in fratribus ſunt, enucleatius etiam rerum ſingularum præſcripta tradantur, reliquum iam ad hoc ipſum pergamus. Oportet igitur, & quidem imprimis, vt qui ad vitæ ſe huius rationem contulerit, is ſtabili, firma, immobilique voluntatis conſtantia ſit, iudicioque eiuſmodi, quod à maleuolis ſpiritibus neque attentari poſſit, neque loco depelli: animi præterea firmitate tanta, vt ad mortem vſque Martyrum conſtantiam præ ſe ferat, cum diuinis præceptis retinendis, tum obedientia aduerſum Magiſtros ſuos conſeruanda. Siquidem hoc totius vitæ huius Inſtituti caput eſt. Quemadmodum enim Deus, qui omnium pater & eſt, & appellari ſua ſolius vult dignatione ſummam,*

Quæ conſtantia amplectendus Monachatus.

ſummam, à quibus colitur, obedientiam requirit: ſic qui ſpiritualis in hominibus pater eſt, cum præſcripta ſua ad diuinarum legum exemplum accommodet, perfectiſſimam ipſe quoque obedientiam requirit.

Qualiter obediẽdum?

Etenim ſi qui ſe alicui artium iſtarum illiberalium, ac mechanicarum dederit, iſtarum dico, quæ ad tranſmittendam vitam hanc vtiles ſunt, artificio ſuo quacumque ratione parandum putat, neque vlla in re præceptis illius aduerſatur, nec verò ab eo vel ad minimum tempus digreditur, ſed aſſiduè vſque in oculis magiſtri eſt, cibumque ac potum, & reliquum victum omnem æquo animo, vt ille præſcripſerit, admittit; multo certè credibilius eſt, qui ſe ad pietatis Religioniſque doctrinam percipiendam contulerunt, eos, quod ſemel ſint perſuaſi, huiuſmodi poſſe ſe ab Antiſtite ſuo ſcientiam accipere, fore vt omnibus illi in rebus libentiſſimè obſequantur, ſummèque ac diligentiſſimè obtemperent, neque ab eo earum quæ ſibi imperantur rationem repoſcant, potiuſque vt imperatum opus perſiſtant, extra tamen ſi quid erit & eiuſmodi quod ad ſalutem pertinens ignoretur: Quod enim huiuſmodi eſt, id ea quam par eſt, modeſtia, ac reuerentia adhibitis, interrogare, & doceri licebit. N O T.

96. Formula profeſſionis Ciſtercienſiũ.

Titulus huius cap. perpetuam præfert Monachorum, id eſt pietatis cultorum *Therapeutarum* nomenclaturam, de qua vide notata num. 62. remiſſiuè. Textus ipſe inſignis apparatus eſt eorum quæ D. P. N. Benedictus circa profeſſionis Monachorum ſubſtantiam, eſſentiam, ac formulam ſtatuit cap. 58. inquiens: *Suſcipiens* (Monaſticem) *in oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & conuerſione morum ſuorum, & obedientia coram Deo & Sanctis eius, vt ſi quando aliter fecerit, ab eo ſe damnandum ſciat, quem irridet. De qua promiſſione ſua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum reliquiæ ibi ſunt, & Abbatis præſentis.* Ex cuius verbis hanc ſibi Ciſtercienſes noſtri nec latum vnguem à præſcripto Regulæ recedentes, formulam profeſſionis concinnauere: *Ego frater N. promitto ſtabilitatem meam, & conuerſionem morum meorum & obedientiam tibi Reuerendiſſimo Patri N. Abbati, & ſucceſſoribus tuis coram Deo & Sanctis eius, quorum reliquiæ hic habentur, in hoc loco, &c.* En promiſſionis textus, ſeu formula primùm expreſsè à Chryſoſtomo, poſtmodum à Benedicto ſtatuta & à noſtris obſeruata vſque in præſentem diem, qua ſolius obedientiæ & ſtabilitatis fit expreſſa mentio, de Caſtitate autem & paupertate altum ſilentium: quibus per omnia conſinat B. Petrus Damianus epiſt. ad Abbatem Claſſenſem, & Opuſc. 15. cap. 7. Caſſinenſes & Carthuſiani vt refert noſter Nicolaus Brauo in Introductione ad Notas liter. artic. 7. num. 4. & 7. Hinc ſacræ Benedictinæ Regulæ Interpretes plura diſputant de profeſſione ſub præfata formula emiſſa; Primum an expreſſa vel tacita ſolum promiſſio ſit caſtitatis & paupertatis quarum nulla fit mentio? Secundo an ſtabilitas animi, vel loci in profeſſione expreſsè promiſſa quartum votum ſit ab Obediente, Caſtitate & paupertate diuerſum: & alia, quæ ad præſens non attinent.

97. Profeſſio ſtabilitatis & obediẽtiæ expreſſa eſt.

Circa primum aliqui putant tacitè ſolum ea formula Caſtitatem & paupertatem promitti; ſed cum taciti & expreſſi idem ſit iudicium, non minus ad ea vouentem obligari ac ſi expreſsè promiſiſſet: compellique poſſe ad expreſſam promiſſionem Caſtitatis, & paupertatis. E contra vero expreſſam eſſe tenet P. Suarez quam refert & ſequitur Brauo citato loco. Mouetur, quia ſtatus Religionis eſſentialiter includit vota Obedientiæ Caſtitatis & Paupertatis; ergo qui expreſsè obedientiam & ſtabilitatem promittit, & conuerſionem ſub tali regula, expreſsè profitetur illius vota, quibus eſſentialiter conſtituitur, ſicut qui expreſsè vouet Presbyteratum, præincluſos etiam minores ordines eodem pacto promittit, & qui concipit hominem concipit animal rationale quibus conſtituitur. Sed hoc argumentum parum probat, imo inſtantia ipſa refellitur; nam conceptus hominis non eſt expreſſio animalis & rationalis, neque conceptus Status religioſi eſt expreſſio eorum quibus conſtituitur, & ſic de aliis: Diffinitio enim & diffinitum, totum, & partes vnitæ penes aliquid differunt; nulla autem aſſignabilis eſt, niſi implicitum vel explicitum, clarum vel confuſum, tacitum vel expreſſum expreſſio igitur ſtabilitatis & obedientiæ expreſſio non eſt caſtitatis & paupertatis. Sed quid ad rem Metaphyſica iſta præciſio? Ratio fundamentalis eſt, quia profeſſio tacita fit per geſtationem habitus profeſſorum inter profeſſos ipſos cum animo perſeuerandi, vel cum quis exercet actus proprios Religioſis profeſſis, aliave exequitur munia, aut ceremonias profeſſorum; expreſſa autem ea eſt, quæ fit in Religione approbata, debita ſolemnitate coram Prælato eam acceptante, & ſub formula Verborum ab ipſa Religione præſcripta, quæcumque illa ſit. (imo contingere poteſt vt quis ſolemni votorum expreſſioni renuntiet, & tamen expreſsè ſtatum profeſſorum amplectatur, vt oſtenditur l. 2. cap. 6. num. 29.) Sed talis eſt profeſſio facta & emiſſa ſub expreſſione ſolius Obedientiæ & ſtabilitatis; ergo huiuſmodi profeſſio in iure, & in re ipſa expreſſa eſt. Maior latiùs probatur loco cit. n. 30. & per totum caput.

Circa ſecundũ dicendum Stabilitatem ſiue 98.
animi ſiue loci (vtramque enim tangit Legiſlator vterque) non eſſe quartum votum à tribus eſſentialibus Obedientiæ, Caſtitatis & Paupertatis diſtinctum:

Stabilitas non eſt quartum votum.

Patet quia Status Religioſus eſſentialiter in ſuo conceptu importat perpetuitatem, imo & indiſpenſabilitatem, vt fusè oſtenditur l. 2. cap. 5. & 6. per totos: ergo ſtabilitas ex parte animi non eſt quartum votum diuerſum à tribus quibus Religio conſtituitur: ſiue enim exprimatur ſtabilitas & perſeuerantia, ſiue non, eadem prorſus obligatio in exprimentibus nobis, & non exprimentibus aliis in perpetuum perſeuerandi reſoltat. Quod vero ex parte loci nulla ſtabilitatis obligatio vim habens voti promittatur, patet à parte ex praxi perpetua mutationis locorum, quoties id maior perfectionis occaſio, vel grauis aliqua neceſſitas vrget. Attamen abſque graui & rationabili cauſa Monachis ſub hac formula profitentibus non licere mutationem docet D. P. N. Bernardus lib. de Præcepto & Diſpenſ. c. 25. vbi ait: *Nulla licet occaſione Monacho locum, cui progeſſus eſt, citra ſuam mortem deſerere ſuo dumtaxat*

dumtaxat arbitrio, nec deſerere locum vales, ne frangat votum, nempe obedientiæ, vt bene notat Brauo ſit loco n. 10. ſe ipſum à Prælati ſubiectione, & promiſſa obedientia ſubtrahendo qui viam n. 17. refert optimè dictum à noſtro Ioanne Caramuele inauditum eſſe in Ordine Benedictino Monachos teneri quatuor votis. At permittente Prælato, & non proprio dumtaxat Monachi arbitrio licere tenet praxis. Vide dicta de his lib. 2. c. 8. per totum.

CAPVT IV.

Quod ſæcularium propinquorum congreſſiones periculoſæ admodum ſunt.

99. Monachus cognatis & amicis mortuus.

A Propinquis autem, amicis, parentibuſuè animi affectione nos tam longè oportet eſſe disiunctos, quam longe eos, qui iam ſint vita defuncti, à viuis videamus diſtare. Qui enim verè ſe ad ea, quæ virtute ſunt certamina exuerit, mundoque ac rebus mundanis omnibus nuntium remiſerit, quique (vt plus aliquid dicam) mundo ſe ipſum crucifixerit, is mundo, & omnibus, qui in mundo ſunt, mortuus eſt, ſiue illi parentes ſint, ſiue fratres, ſiue tertium, quartumvè, aut quamuis deinceps cognationis gradum obtineant. Ac ſiquidem parentes à communi vita receſſerint, & ad filij ſe viuendi Inſtitutum contulerint, verè tum illi habendi propinqui ſunt, non qui parentum, ſed qui fratrum locum obtinent.

Deus & Prælatus Monachorum Patres.

Siquidem veriſſimus pater eſt, primus quidem qui communis omnium eſt Pater: ſecundum illum vero deinceps is, penes quem ſpiritualis viuendi ritus moderatio eſt. Si vero in priſtina vita conſuetudine propinqui noſtri permaneant, ij pars mundi ſunt, à quo disiuncti nos ſumus, neque vlla nobis cum illis neceſſitudo intercedit, qui externum hominem depoſuerimus, & propinquitatem, quam cum ipſis habebamus, exuerimus. Qui autem maiorem in modum ſæcularium hominum amicitia delectatur,

Dogma memorabile.

eaque re aſſiduè cum illis eſſe in colloquio cupit is ex frequenti cum illis ſermone prauas eorum affectiones in animum facilè inſinuauerit, & mente rurſum cogitationibus mundanis completa, à præclara illa quam erat aggreſſus, inſtantia operis deſciſcat, & à ſe deinceps proſcripta vita ſpiritualis ſtabilitate, quam ex animo effuderat, vitæ prioris vomitum reſorbebit, atque adeo ſaucius tandem concidet, & miſerè confixus ab hoſte, qui ſpiritualem eius conuerſationem interturbare conſueuerat per congreſſionem intempeſtiuã propinquorũ carnaliũ.

100. Pro propinquis orandum nec ſe eis curandũ.

Quo circa danda nobis opera eſt, vt propinquis noſtris ea optemus, quæ optima ſunt, iuſtitiam dico ac pietatem in Deum, eaque quæ magni nos æſtimamus. Siquidem huiuſmodi rerum precatio cum nobis honeſta eſt, tum illis non mediocrem fructum per nos allatura. Quare profuerit, vt nihil illorum ſoliciti, cogitationes ipſi in libertatem ab omni cura, & anxia ſolicitudine vindicemus. Diabolus enim cum omnes nos de rebus vitæ huius curas exuiſſe animaduerterit, & expeditiſſimo

Diabolus propinquorum nos recordari facit.

curſu ad cælum contendere, in hoc elaborat, vt cum animum noſtrum, in propinquorum recordationem reduxerit, eo ſenſim adducat, vt rationibus illorum curandis, mentem noſtram ad ſuſcipiendas rerum vitæ huius ſolicitudines impellat, vt videlicet illa ſecum verſet, quæ res propinquorum ſit, eiuſmodinè, quæ ſe poſſint tucari an non: ex contractibus præterea lucra quæ veniant, & illorum fortunas quantopere exaugeant: ad hæc ex variis ac fortuitis vitæ caſibus, quæ iactura contingat, eaque illorum rem quantopere minuant: facitque vt & rebus illorum ad vitæ commoditates proſperis vna cum ipſis lætemur, itemque ex aduerſis doleamus: ſimiliterque vt cum eorum inimicis pariter inimicitias geramus (& quod grauius eſt, qui iuſſi ſumus vt inimicum neminem habeamus) & amicis contra faueamus indignis ſæpè ſpirituali coniunctione: præterea vt de iniquis ac per illorum fraudes quæſitis lucris gaudeamus: prauas denique omnes de rebus vitæ huius affectionẽs, quibus exutis earum loco ſpirituales cogitationes induxeramus, denuo in animum nobis reducit, quo iterum ad rerum humilium atque ſæcularium cogitationem depreſſo internum Monachum perimit. Fit hinc, vt veluti, ſtatua ſit Monachus, quæ ſola Monachi figuram circumferat, nimirum quæ nuſquam virtutibus ſit animata.

Propinquorũ amor Sacrilegiorum occaſio.

Quin accidit plerumque, vt ex immoderata erga ſuos beneuolentia, Monachus, vt propinquorum inopiæ ſuccurrat, Sacrilegij ſcelere obſtringere ſe non dubitet. Quæ enim ad eorum vſus ſeruantur, qui Deo ſe dedicauerunt, ea Sacra, & verè in earum rerum numero, quæ Deo conſecrata ſunt eſſe & intelliguntur, & iudicantur.

Res Monaſterij vaſa Sacra.

Quocirca quicumque ex his quippiam ſibi ſurripit, is ſine dubio ex iis eſt, qui auſu temerario Sacrilegia deſignarunt, indicandi ſunt. NOT. Quantopere Monachis propinquorũ congreſſio vitanda ſit notabimus poſt textum cap. ſeq. Nunc ad huius calcem recognoſce lector D. P. N. Benedicti phraſim de cura rerum Monaſterij Cellerarium alloquentis cap. 31. *Omnia*, inquit, *vaſa Monaſterij, cunctamque ſubſtantiam, ac ſi altaris vaſa Sacrata, conſpiciat, nihil ducat negligendum.*

CAPVT V.

Quod de rebus propinquorum nulla ſolicitudo capienda eſt.

INtellecto igitur intolerabili detrimento, quod ex animi erga proximos affectione nobis naſcatur, 101. Nullo prætextu ad propinquos recedendum.
ſolicitudinem de illorum rebus, vt diabolicum telum fugiamus. Siquidem Dominus etiã ipſe huiuſcemodi affectionem, & conſuetudinẽ vetuit: qui quidem ex diſcipulis ſuis cuidam, ne id quidẽ vnũ permiſerit, vt res ſuas cum propinquis ſuis cõponeret: alteri, vt ne cadauer quidem mortui patris humo ſuper iniecta contegeret. Ei enim, qui res ſuas cum propinquis ſuis componere volebat, ſic ait: Nemo qui miſit manũ ſuam ad aratrum, reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei. Ei vero, qui ipsũ rogabat, vt ſineret ſe patrem ſepelire: ſequere me, inquit, & ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Atqui quæ vterque rogabat, rationi maxime conſentanea eſſe videbãtur, ac iuſtiſſima, ſed enim neutiquam ea Saluator probauit, neque vel ad punctum quidẽ temporis ſeiungi ab ipſo cæleſtis Regni alumnos permiſit, ne ſublimi illa, & cæleſti animi elatione humilius aliquid vel facerẽt, vel cogitarent, mente in rerum terrenarum, fragiliumque cogitationem depreſſa & accliui: tanquam qui ad res cæleſtes animum adiunxerunt, iis nutiquam liceat eorum quæ in terra ſunt, rationem vllã habere, vt qui iam ex ea animo emigrauerint, & mentis contemplatione altiores mundo ſint effecti.

Si

102. Monachus propinquis mortuus.

Si verò aliquis dicat: Quomodo igitur lex præcipit habendam eſſe curam propinquorum quando dicit: Et à propinquis ſeminis tui noliſo vultum auertere: & propterea Apoſtolus etiam ſimiliter, cum dicit: Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior? Huic paucis reſpondebimus, hoc ab admirabili Apoſtolo dictum fuiſſe iis, qui in communi, & vulgari genere vitæ verſabantur, qui diuites erant, & propinquorum inopiæ poterant ſubuenire. Similiter quoque lex etiam hæc dicit. Atque vt dicam breuius, viuis dicta ſunt illa, non mortuis: nam hi quidem ab omni prorſus huiuſmodi debito liberi ſunt. Tu autem mortuus es, & toti mundo crucifixus: reiectis enim vitæ huius diuitiis, ſummam paupertatem complexus es, cum teipſum Deo dedicaueris, in peculiarem Deo theſaurum adſcitus eſt. Vt mortuus liber es ab omni in propinquos tributi collatione: vt nudus omni rerum poſſeſsione, nihil iam habes, quod largiaris. Quin ne in corpore ipſo quidem tuo, quod alioqui in tuo ære fuerat, poſtea quam illud Deo ſemel conſecraſti ius tibi vllum reliquum eſt, tanquam in re Deo dicata; & ſcelerate facis, ſi ad hominum vſum illud accommodes: ſed cum iis tantummodo, qui idem tecum vitæ inſtitutum tenent, veluti qui Deo ſe penitus dediderunt, tibi verſandum eſt. Qui igitur ea in te conuenient, quæ Sacroſancta Scriptura memorata à nobis ſunt verba? aut quomodo non peccatum incurres, qui initum cum Deo de colenda pietate fœdus violes?

103. Temperatur hæc doctrina.

N O T. Quantumuis rigidè Chryſoſtomus de fugienda Monacho conſuetudine, & ſolicitudine conſanguineornm loqui videatur, nullatenus iuri naturali, ac pietati filiorum in parentes, vel parentum in filios contraire velle cenſendum eſt., Concinit eius ſententiæ D. Hieronymus Ep. 1. ad Heliodorum vbi per calcatos parentes ad Monaſticem docet eſſe pergendum, & crudelitatem in hac re ſummum pietatis genus eſſe. Sed vtriuſque, aliorumque Patrum de eadem re doctrina aliquibus aſſertis in præſentiarum temperanda eſt, ne durus ſermo ſimplicibus iſta legentibus, & pietati contraria priſcorum pia religio videatur; eiuſque horrore perterriti vel arripere eam trepidant, vel arripuiſſe pœniteant. Et primo Videndum ad quid quiſque teneatur ante ingreſſum Religionis conſanguineis in neceſſitate manẽtibus. Secundo ad quid obligetur ſi eorum, neceſſitas profeſsioni ſuperueniat.

Filij parentes in egeſtate relinquentes grauiter peccant.

Circa primum dicendum eſt primò. Grauiſsimè peccare filios Relioionem ingredientes, qui parentes deſerunt in extrema vel graui neceſsitate conſtitutos, ſi tamen probabiliter iudicant in ſæculo poſſe ipſis ſubuenire; neque alius eſt, qui ſubueniat. Probant hoc aſſertum Theologi: primo quia Math. 5. increpat Chriſtus D. Phariſæos ſuadentes conuerti in Dei cultum eroganda parentibus egenis, & præferentes opera conſilij, iis, quæ ſub præcepto ſunt: ſed ſtrictiori iure filij parentibus obſequium, & parentes filiis curam debent; impiéque pietatis ſtatus arriperetur à filiis, genitoribus ſub graui egeſtate manentibus, & è contra. Vide Concilium Gangrenſe ab Eccleſia probatum (vt notauimus cap. 4. num. 12.) anathematizat eos, qui occaſione diuini cultus parentes deſerunt neceſsitate preſſos. Quibus etiam conuincitur apertè, ſuperuenien te parentum egeſtate ſuſceptioni habitus; nouitium egredi teneri, & præferre præceptum ſubueniendi parentibus conſilio perſeuerandi. Imo etiamſi votum Religionis emiſerit tenebitur minimè ingredi; donec parentum ceſſet neceſsitas. Quæris quanta, qualiſque ſit, neceſsitas, quæ ad id obliget? Ea ſanè quæ arbitrio prudentis non leuis, ſed magna reputetur, etiamſi talis non ſit, extraneos obliget ad conferendum parentibus eleemoſynam: cum ſcilicet neceſſaria vitæ ſuſtentandæ defuerint parentibus, eaque ſine dedecore acquirere nequiuerint. Sic probatiores Theologi reſoluunt cum P. Thoma Sanchez lib. 4. ſumm. cap. 20. num. 4.

104. Quid ſi dubia ſit neceſſitas.

Quæris vlterius: Quid ſi dubitetur an parentum neceſsitas eam habeat latitudinẽ, quæ requiritur ad hoc vt ſit grauis? Integrum ne erit filio, deſertis in egeſtate dubia parentibus, profiteri? Reſpondet affirmatiuè P. Sanchez ib. n. 9. Mouetur: quia cum dubium ſit in eo caſu præceptum de ſubueniendis parentibus, poſsidet filij libertas: atqui in pari cauſa melior eſt poſsidentis conditio. Sed contra, quia eo ipſo quod certa ſit parentum grauis neceſsitas, certa eſt obligatio filij, & liber non eſt ad ingreſſum religionis ergo ſi neceſſitas eſt dubia, dubium etiam eſt præceptum, & obligatio: ſed alias certa eſt poſſeſsio parentum, & ius ad hoc vt à filiis ſubueniãtur, quos etiam diuendere in egeſtate poſſunt l. 3. C. de *patribus qui filios diſtraxerunt*: quæ libertas dubia filij vincitur à iure parentum ad ſui ſubuentionem.

Profeſſio nõ valet parentibus in egeſtate relictis.

Quæris tandẽ. Quid ſi neglecta ſubueniendi parentibus obligatione, filius profeſſionem emittat? valida ne erit profeſſio? Reſpondet P. Sanch. n. 10. valere etiãſi profitens mortaliter peccet, quia nullo iure redditur irrita. Sed cõtra eſt: quia votum eſſentialiter eſt de meliori bono, ſed materia illius voti parentibus egeſtate preſſis non ſolum non eſt bona, ſed eſt abſolutè mala, & profitẽs mortaliter peccat, vt fatetur; quod votũ irritũ eſt. Et confirmat à paritate de iuramento quod irritum eſt, ſi alicuius illiciti promiſſio iuramento firmetur: ergo potiori iure votum de re mala irritum eſt, quod non ſolũ de bono, vel indifferẽti eſſe debet, ſed de meliori bono. Niſi fortè dicatur votum in tali caſu emiſsũ tacitè, & implicitè eſſe conditionatum, profitendi ſcilicet, ſi parentum neceſſitas ceſſet.

Limitatur hæc doctrina, ſi filius nequeat in ſæculo manere abſq; graui, & proximo periculo peccandi mortiferè; tunc enim parentum neceſſitas profeſſioni non obſtat: quia charitatis ordo petit ſalutem ſpiritualem propriam præferri parentũ ſubuentioni: quò etiam pertinet alter caſus apud autores, ſcilicet ſi parentes ita filios ad peccandũ prouocent: vt eorum lapſus iuſtè timeatur. Limitatio.

Secundo dicendum eſt: Sororibus in graui proſtituendæ pudicitiæ periculo apud ſæculũ manẽtibus, nec aliunde ſibi proſpicere valẽtibus eandẽ fratri manere obligationẽ, ac filio reſpectu parentũ. Vndè Corduba in ſum. q. 141. vidiſſe ſe refert Põtificum diſpenſatio- 105. Eadem eſt obligatio fratris reſpectu ſororũ.

dicat, eiuſmodique qui & temerè officia cuncta peruertant, & honeſtatem negligant, & conuenientem ordini illi contemptim imminuant diſciplinam, ac propterea huiuſcemodi hominum ſocietatem relinqui oportere, nequaquam is idoneam recedendi cauſam commentus eſt. Siquidem neque Petrus neque Andreas, Ioannesve propter Iudæ improbitatem ſe à reliquorum Apoſtolorum choro ſubmouerunt, neque alius de Apoſtolorum numero quiſpiam hanc ad recedendum anſam arripuit, neque quominus Chriſto obtemperans eſſet vlla in re illius vitiis retardatus eſt: ſed contra potius, relicta illius peruerſitate dominica diſciplina feruientes ac morigeri pietatem, virtutemque magno ipſi ſtudio ſectabantur.

110. Nulla eſt defectionis cauſa. *Ex quo intelligitur, qui aliorum improbitate ſe cogi dicat, vt à ſpirituali ſe ſegreget ſocietate, eum neutiquam idoneam leuitatis ſuæ cauſam inueniſſe. Quin ipſe potius terra petroſa eſt, qui præ imbecillitate conſilij veritatis verbum alere non poteſt. Cumque aut propter vel tantillæ tentationis incurſum, aut vitioſa affectionis intemperantiam honeſtatis & continentiæ ſtudioſum viuendi inſtitutum non ferat, concitus flagranti vitiorum æſtu torretur, & vna cum tenero adhuc doctrinæ germine exareſcit; nempe qui ſibi cauſas veriſimiles quidem illas, ſed ad defenſionem ante tribunal Chriſti haud ſatis idoneas, ex animi ſui ſententia confingat, ſibique ipſi facilè imponet. Siquidem nihil eſt facilius quam ſeipſum fallere, quod quiſque ſibi ipſi beneuolus, æquoque indulgentior eſt iudex, & quæ iucunda ſunt, ea vtilia iudicat.* NOT. Veteres Patres Monachatus indiſſolubilitatem cum Chryſoſtomo vnanimiter aſſerentes vide

Profeſſio non firmatur iuramento. lib. 2. cap. 6. à num. 21. Notanter autem dixit profitentem ſpirituali communione copulari, *teſte atque ſequeſtri Spiritu ſancto.* Quò reſpexiſſe videtur Benedictina profeſſionis formula, de qua ſupra num. 96. illis verbis *coram Deo & ſanctis eius*, quibus Deum teſtem promiſſionis apponere videmur, ac iuramento profeſſionem firmare, nouoque vinculo ſacræ atteſtationis ad promiſſa obligari, vt voluit noſter Ioannes Caramuel citatus à Bauo in Introduct. ad Not. liter. art. 7. num. 17. Sed melius ipſe ibi à num. 12. cum P. Suar. agente de formula ſuæ profeſſionis, quæ pariter ſub his verbis emittitur; *Omnipotenti Deo coram Virgine Matre, & vniuerſa cæleſti curia, &c.* docet enuntiatiuè tantum proferri, pro maiori decentia, & deuotione. Iurare namque quandoque ſumitur ſecluſa vi iuramenti pro firma adhæſione, aut determinatione: vnde orta phraſis Horatij Epod. 15. *Iurare in verba Magiſtri*: imo quod magis eſt Pſalmiſtæ. *Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ*: Pſ. 118. Quod ſic ad rem exponit D. P. N. Bernardus epiſt. 7. *Ego ſic* (D. P. Benedictum) *decreui ſequi ſemper, & vbique Magiſtrum, vt nequaquam à Regula, quam teſte ipſo iuraui, & ſtatui cuſtodire, deuiem magiſterio*: vbi cum phraſi Pſalmiſtæ & Poëtæ fuerit vſus; neuter autem ſacram atteſtationem in vi iuramenti formaliter (vt palam eſt) acceperit: ſic neque Chryſoſtomum, Benedictum atque Bernardum iuramentum in ſtricta & Theologica acceptione firmari profeſſionem voluiſſe dicendum eſt.

CAPVT VII.

Quod vnius apoſtaſia ruinæ, ac perditionis multorum occaſio eſt.

QVAMOBREM *qui eiuſmodi eſt, is veritatis ipſius iudicio damnatus habendus eſt, veluti qui ſcandalorum vberrimam ſegetem ſuggerat multis, peruerſoque exemplo alios aſſiduè ad ſimilium flagitiorum imitationem inſtiget. Huic ſit illius horrendi, væ. Expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria circum collum eius, & demergatur in profundum maris. Qui enim ſemel defectioni* (aliàs *apoſtaſiæ*) *animus aſſueuerit; is vitiorum omni genere cumulatur, intemperancia, auaritia, edacitate, falſitate, omnique morum peruerſitate, & poſtremo extremis malis infixus, in profundum nequitiæ abit præceps.* 111. Apoſtata vitiis omnibus cumulatus.

Qui igitur horum, qui iſtiuſmodi ſunt, ducem ſe præbet, animaduertat is quam multarum animarum exitij reus exiſtat, qui quidem ne reddendis quidem de anima ſua rationibus eſſe par poſſit. Cur non hic admirabilem illum potius Petrum imitatur, & exemplum firmæ fidei, & in rebus præclaris conſtantiæ reliquis exiſtit? vt fulgente rectè factorum ipſius ſplendore, etiam qui in vitiorum tenebris degunt, ad meliorem per eum viam reuocentur. Atque etiam Noë iuſtus ille, cum in illa peſſimorum hominum colluuie verſaretur, non dixit Deo propterea oportere ſe exire de mundo, quod reliqui omnes improbi eſſent: ſed eo magis more generoſe ac fortis athletæ ad hæc occaleſcens ſe obdurauit, & in profundiſſimo vitioſitatis pelago pietatem à tempeſtate incolumem conſeruauit: neque vlla in re Domino prorſus repugnans fuit, ſed patientiæ, tolerantiæque pietatis nauigium in mediis impietatis fluctibus tutatus eſt. Quid? Nonne Loth cum Sodomis in tanta impietate, tanta legum omnium, ac iuris peruerſione verſaretur, virtutem tamen aſſiduè vſque ab omni vitio integram cuſtodiuit, neque vllis omnino paſſus eſt prauis inſidiis circumuentam captiuamvè teneri? atque inter ſceleratiſſimos hoſpitum caſores, & qui ſumma petulantia libidineque contra naturæ leges ferebantur ſanctimoniam vitæ perpetuè & ipſe intaminatam ſeruauit, & reliquis, quoad fieri poterat, exemplo ſuo idem ſecum vt facerent, autor fuit: nempe qui in docenda honeſtate antiquiora facta habuerit, quam Verba. 112. Virtus inter vitioſos; maximè colenda.

Tu vero quum in animo defectionem (alias *apoſtaſiam*) *cogites, & Spiritus ſancti reiectionem Machineris, fratrum aliquantam negligentiam quæ vel ſit, vel abs te confingitur, cauſaris, & improbitati tuæ, & ad excipiendos pro virtute labores ſegnitiei contegendæ, fratrum calumniam quaſi velamen oppandis? Verum enimvero qui eiuſmodi eſt, is in concordi vinculo Spiritus S. acquieſcat, quo ſe in cæleſti partu primis veluti faſciis inuoluit, ad frugem meliorem iſtis reuocatus exemplis. Neque enim ſi ferè contigeris vnum aliquem de iis qui in manu digiti ſunt, læſum ex dolore aliquo laborare, idcirco continuò etiam alius pertinaciter ſe præcidi iubebit: ſed contra dolorem primum amputationis fugiet: dein etiam conſtantiſſimè aſſiſtet, vt illius* 113. Vnius apoſtaſia cæteri virtutem amplius reuocari debent.

quoque qui in periculo ſit officium corpori poſſit præſtare, ac non naturalibus omnino priuata ramis manus, proprio ac natiuo ſuo decore ſpolietur. Transfer ergo ſimilitudinem ad Monachum, & conſidera quam magnum abſciſſione ſua teneris adhuc animis cum dolorem, tum dedecus etiam afferat, quomodoque item vita ſe omnis ac ſpiritus expertem reddit. N O T. Rectè in editorum mar-

114. Lutheri apoſtaſia.

gine huc oculos aduertere monentur Lutherani peſtiferi illius apoſtatæ primùm à Monachatu, deinde etiam à Fide deficientis Lutheri ſeqoaces, cuius hæreſum fætidum cancer totum penè infecit Occidentem, & quotidie in perniciem innumerabilium penè animarum miſerè ſerpit. Is (vt verbis Gaulterij vtar in Collatione errorum ſæculi 16. c. 1.) Iſlebij in Saxonia natus die 22. Octobris anno 1483. cum aliquandiu in Venerabili Ordine fratrum Eremitarum S. Auguſtini ab anno ſcilicet 1504. vixiſſet apoſtatauit, & hæreticus euaſit anno 1517. Is quidem ſuum euomere venenum incipiens ab Indulgentiis, ſuumque ignominioſum nomen Luddet, quod deriſorem, ac furem ſignificat, cum ſpecioſo Lutheri nomine, quod purum deſignat commutans: nempe vt honeſti Laruа nominis ſua turpitudinem doctrina vitaque obnuberet. Cuius ſpeciale dedit teſtimonium anno 1525. per præſentum illud matrimonium quod cum Catharina Borsa Sanctimoniali à Monaſterio Mymica abrepta, iniit: ac deinde per innumera alia facinora talibus primordiis affinia, quæ breuitatis ſtudio prætermitto, vtque eum dicam die 18. Februarij anni 1546. Sacrilegam animam morte vita conſentanea exhalaſſe, cum enim veſperi bene potus, atque hilaris decubuiſſet, poſtridie exanimis in lecto repertus eſt. Et ibidem vbertimam Scandalorum atque errorum impij huius apoſtatæ deſcripturus ſegetem ſic

Quanti eius cauſa deperditi.

fatur: Si Ieſu-Chriſti Eccleſia fuit vnquam hæreſibus turbata, ac diuexata, fuit maxima in decimo ſexto ſæculo; ſiue ſpectetur venenata, quâ Satan ſuos interpretes imbuit malignitas, ſiue quibus per halitum eorum peſtilentem credulos homines infecit. Multitudo ſanè tanta, vt vix vllus hactenus extiterit, quantacumque tandem fuerit eius diligentia, qui integrè omnes enumerarit. Qui Lindanum. Prateolum, Sanctorum, atque alios qui longum texuere hæreticorum Cathalogum, vel hos Synopticè in tabulas digeſſerunt, peruolutarit: hæreticos nunc diuiſos inueniet in Lutheranos, ſemi-Lutheranos, & Anti-Lutheranos: vnam quamque vero ex his claſſibus in plures cohortes: nunc in Anabaptiſtas, Sacramentarios, & confeſſioniſtas, atque hos iterum in tres turmas, videlicet Rigidorum, Mollium, & Extrauagantium, ad quas ſingulas complures ab aliis ſecta ſpeciales referuntur. Cæterum his partitionibus non efficitur, vt ad certum numerum reduci omnes queant. Quod non ſolum à Doctoribus Catholicis obſeruatum eſt, ſed etiam ab ipſiſmet errantibus licet inuitis, & vtcumque erubeſcentibus. Teſtem voco Hedionem Zuinglianum, qui in ſua quadam ad Melanchonem Epiſtola queritur centum eſſe ac duodetriginta circiter errores, qui pro verbo Dei venditantur. Huius difficultatis, vel (vt ſic loquar) impoſſibilitatis cauſa apud Lectorem excuſandus ſum, ſi non omnes ſectas recenſeam, quibus tanquam inſtrumentis hoc ſæculo vſus eſt ſpiritus mendacij ad viam Antichriſto præparandam.

115. Alij ex deſertoribus vetuſtiores apoſtatæ.

Eadem ſuo ſæculo oborta Scandala innumeroſque ſeminatos errores à deſertoribus Monachatus deplorat in præſenti Chryſoſtomus: atque eorumdem fuſis per ora lachrymis meminit Auguſtinus Epiſt. 137. vbi ait. Simpliciter fateor charitati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam, ex quo Deo ſeruire cæpi: quomodo difficile ſum expertus meliores, quam qui in Monaſteriis profecerunt, ita non ſum expertus peiores, quam qui in Monaſteriis reciderunt: ita vt hinc arbiter in Apocalypſi ſcriptum: Iuſtus iuſtior fiat, & qui in ſordibus ſordeſcat adhuc. Quos autem nominibus ſuppreſſis taxauerat Chryſoſtomus & Auguſtinus, prodit Baronius. A. C. 328. in fine ſubdens: Quod exemplo imprimis demonſtrari poteſt, in nonnullis Ægypti Monachis, qui à recto diſciplinæ tramite deuiantes Meletianis Schiſmaticis adhæſerunt, & Arrianis, ac monſtruoſas quidem calumnias aduerſus S. Athanaſium ſuum ipſorum Epiſcopum conſtruxerunt. Ex eiſdem pariter prodiere complures hæreſiarchæ, ex quibus denominati hæretici Euchaitæ, Aëriani, Euſtathiani, Maſſadiani, Andropomorphitæ, Iouinianei, Origeniſtæ, Eutychiani, Seueriani, & alij quam plurimi vſque ad præſens ſæculum, quæ quidem nullum vnquam fuit fœcundius deſertoribus Regularis & Monaſticæ diſciplinæ, iiſdem iam in hæreſiarchas, in diaboli conflatoria officina transfuſis, vtpote ad eam deformia effigianda monſtra, idonea delecta materia, nempe ex argento puriſſimo ſcoria reiectanea.

CAPVT VIII.

Quod Antiſtes omnis filios quam optimos, & bene moratos eſſe ſemper exoptat.

116. Studium profectus filiorum parentibus à natura inſitus.

NAm quod Antiſtes, neminem, quem docendum ſuſceperit, volens prudenſque ad improbitatem ducturus ſit, vt praua doctoris inſtitutio cauſa diſcipulo ſit diſceſſionis, abalienationiſque, ad hunc modum conſideremus, ſi placet. Quid eſt pater? quid eſt item magiſter? pædotriba nempe, puerorum inſtitutor vterque ex his alter filio, alter diſcipulo, quæ in iſtius tum filij, tum diſcipuli rem magis futura ſunt, optant. Siquidem & naturale hoc patribus eſt, liberos ſuos optare ſibi eſſe quam optimos, quamque prudentiſſimos, ſimiliterque honeſtate omni modeſtiaque quam ornatiſſimos quo & filij clari ſint, & patres ipſi filiorum laudis ſocietate glorioſiores exiſtant. Simili modo qui pueros magiſtri ad luctam inſtituunt, quos in diſciplinam receperunt, eos quam fortiſſimos, quamque peritiſſimos artis efficere ſtudens, vt cum robore corporis ac peritia adhibitis, commodè ſe in certaminibus geſſerint, aduerſariorum magna cum laude victores declarantur atque ex agone legitimè exantlato certiſſima in ipſos poſtea gloria redundet. Porro

qui

qui animum ad docendum induxit, hunc natura impellit, vt velit diſcipulos ſuos, quam fieri poſſit, perfectiſſimè artis ſuæ præcepta conſequi. Proinde eum eam erga liberos inſtituendos rationem natura rerum parens parentum animis inſeuerit, qui non veriſimile eſt religionis, & ſanctioris vitæ magiſtrum, quem ipſe inſtruendum acceperit, optaturum; vt quam innocentiſſimus, & morum ornamentis maximè conſpicuus ſimul & ſpirituali ſapientia cumulatiſſimus exiſtat? præſertim cum illud nihil obſcurè intelligat, ſe ſi ſuus diſcipulus talis euaſerit, & in magna apud homines gloria futurum, & luculenta à Chriſto præmia reportaturum, vt qui famulos ipſius, vel, vt rectius dicam, fratres, quando hoc nomine etiam Chriſto eos placitum eſt appellare, diligentia ſua, ea quæ eſt cum ipſo coniunctione dignos effecerit.

Idem debet optare magiſter.

117. *Verumenim aliud præterea conſideremus, quod ſi ex illius inſtitutione diſcipulus nequam euaſerit, tempore extremi iudicij in maximo totius orbis terræ conuentu indelebilem ignominiæ notam Magiſter incurret, vniuerſo cæleſtium inſpectante Concilio, neque ignominia afficietur modo, ſed grauiſſimis etiam ſuppliciis mactabitur. Quî igitur putandum eſt caſurum in animum magiſtri, vt diſcipulum ſuum bene moratum eſſe nolit? Quamquam etiam incommoda infrugiuè doctori diſcentis improbitas eſt. Nam quod vnà ambo ætatem inter ſe agere decreuerunt, quodcumque quis vitium diſcipulus imbiberit, eius fructus primum omnium, cum magiſtro ipſo communicat, more venenatorum ſerpentum, qui à quibus fouentur, in eos primum virus emittunt. Quare perſpicuum eſt vndique, tum ex rerum natura, tum ex ipſius etiam inſtituentis vtilitate optaturum ipſum, ac ſtudioſè omni ratione operam daturum, vt quem diſcipulum erudiendum acceperit, is ſibi & probus & modeſtus exiſtat. Etenim ſi vitiorum ille improbitatiſque eſſet magiſter, contendiſſet ſine dubio, vt quorum diſciplinæ præeſſet, eos ad hunc finem deduceret. Verum cum virtutis ac iuſtitiæ præceptor ſit, haudquaquam velet, opinor, contrarium, atque ipſe efficere nitebatur, diſcipulo ſuo * exitium euenire. Omnis igitur prætextus excuſandi ſui nimirum vt rationi diſſentaneus præciſus ei eſt, & ademptus, qui à ſpirituali cœtu ſegregare ſe velit, demonſtratumque originem iſtiuſmodi conſilij nihil aliud eſſe, quam vitiorum intemperantiam, & laborandi fugam, & iudicij corruptelam, inſtabilitatemque. Non enim hic Dauid illud dicentem audiuit. Beati qui cuſtodiunt iudicium: qui cuſtodiunt, non qui euertunt. Hi ſunt qui ſtultis aſſimilantur; qui ſuper arenam inſtabilis conſilij ſui fundamenta locant ſpiritualis ædificij, quod pauca tentationum rorulenta aſpergines, & breuis maligni torrens ſubducto fundamento diſſoluit, ac diſiicit.* N O T. D. P. Benedictus capite 2. *Memor ſit ſemper Abbas, quia doctrinæ ſuæ, vel diſcipulorum obedientiæ, vtriuſque rei in tremendo iudicio Dei facienda erit diſcuſſio. Sciatque Abbas culpæ Paſtoris incumbere quidquid in ouibus Pater familias vtilitatis minus potuerit inuenire.* Et infra. *Agnoſcat pro certo, quia in die iudicij ipſarum omnium animarum eſt redditurus Domino rationem ſine dubio, addita & ſua anima.*

Diſcipulus nequam ignominia magiſtri.

Serpens.

* al. exitum ſed perperã.

CAPVT IX.

Qualiter Antiſtiti obediendum.

118. *AT quemadmodum quidem ab eo, qui ſemel ſpirituali ſe fratrum ſocietati coniugarit indiſſolubilis ſeruanda copula ſit, ſuperius* cap. 6. *quoad facere potuimus demonſtrauimus. Nunc rurſus quod de obedientia ante dicere inſtituimus, accuratius etiam pertractamus, & quæ de ea breuiter ante percurrimus, cumulatius declaremus, doceamuſque quam magna ea obedientia ſit, quam erga Antiſtites ſuos religionis veræ præſtare cultores debent, eiuſque magnitudinem non aliunde explicare nitar, quam ex Sacroſanctæ Scripturæ autoritate.*

Paulus Apoſtolus in ea Epiſtola, quam ad Romanos ſcribit, ipſis præcipit, vt excellentioribus illis poteſtatibus omnibus ſubiecti ſint, poteſtatibus inquam mundi, non ſpiritualibus: atque hoc ex his, quæ deinceps adiecit, declarauit, cum de tributis & vectigali locutus eſt: quo in loco, qui vel minimum poteſtati reſiſtit, eum ait Deo ipſi reſiſtere. Si igitur qui mundo huic præſunt, & ex lege humana illam imperandi poteſtatem habuerunt, iis Diuina lex pietatis cultores tantopere voluit eſſe ſubiectos, & quod maius eſt, quorum vita tota tunc erat impietas; quam magna tandem ei à pietatis cultore præſtanda obedientia eſt, qui à Deo conſtitutus præſes ſit, & imperandi poteſtatem à legibus illius acceperit? & quî defendi poteſt, eum non Dei ordinationi reſiſtere, qui Antiſtiti reſiſtat ſuo? præſertim cum apertiſſimè Apoſtolus iubeat omni in re parendum eſſe ſpiritualibus Præpoſitis: Obedite enim, inquit, Præpoſitis veſtris & ſubiecti eſtote eis: Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis. Quod ſi non expedit non perfectè obedire, ſine controuerſia, quod magis expedit, illud conſectari debemus. Nam mea quidem ſententia, hoc, quod dicitur, non expedire, magni cuiuſdam detrimenti ac pœnitendi, & quod ægrè admittas correctionem, ſignificantiam habet. Imitanda eſt autem maximè Sanctorum Obedientia, quam erga Deum illi adhibuerunt: ſi tamen propoſito nobis eorum exemplo, eam fortaſsè ritè poterimus explere.

Omni poteſtati etiam ſæculari obediendum.

Præcipuè ſpirituali.

119. *Neque verò exiſtimet quiſquam, me cauſa firmandæ erga Antiſtites obedientiæ elatiora quædam exempla proferre, eique quod Deo debetur, officio, arroganter obedientiam aduerſus homines audere conferre: neque enim ad hanc ſimilitudinem inducendam mea ſponte, ſed Diuinis literis inductus acceſſi. Animaduerto enim quid in Euangeliis Dominus dicat, cum de obedientia aduerſum ſeruos ſuos adhibenda legem ſanciret: Qui vos recipit, inquit, me recipit. Et item alio loco, Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Quod Apoſtolis dixit intelligendus eſt in commune legem ſanxiſſe in poſteros, qui aliorum futuri erant moderatores, id ex multis iiſdemque certiſſimis Diuinarum literarum teſtimoniis, manifeſtiſſimiſque argumentis probari poteſt. Ex quo quidem patet, nos, quando diximus tenendam à nobis erga Antiſtites noſtros obedientiæ adhibitam à Sanctis Viris erga Deum obedientiam exemplar nobis oportere proponere, Diuinis oraculis conuenienter fuiſſe loquutos.* N O T. Vide notanda in fine capitis 11.

Eadem Antiſtiti ac Deo præſtanda obedientia.

CAPVT X.

Quod abſolutiſſima Antiſtiti Obedientia præſtanda ſit, veterum Patrum exemplo demonſtratur.

120. Abrahæ obedientia. *QVOMODO igitur, inquis aliquis Viteres Sancti viri animi ſui alacritatem in exequendis Dei iuſſis declararunt? Conſidera mihi Abraham, qui iubetur relinquere domum, patrem ſupellectilem domeſticam, poſſeſſiones cognatos, amicos, & omnia quæ contraria bn ſunt conſectari, peregrinationem, obſcuritatem nominis, via catenus incomperta errores, paupertatem, metus, pericula, & quæ peregrinos incommoda, atque exſorres comitari ſolent, omnia perſequi: & nihilominus tamen videbis eum ſublata omni cunctatione, dicto eſſe audientem, domeſticam rerum ſuarum quietem, proſperitatemque relinquentem, & pro iis in alienis terris ærumnas erroreſque ſuſcipientem. Vides perfectiſſimum pietatis cultorem & Dei cauſa felicia mundi contemnentem? Sed pergamus ad reliqua.*

Inter obedientiam & iniurias alacritas. *Venit ille quidem in Paleſtinam locum ſibi à Deo ad incolendum commonſtratum, Porro cum victus inopia regio illa fuiſſet oppreſſa, inde in Ægyptum digreditur, & emigrat; ibique adempta ſibi vxore, non hinc redditur animo deiectior, neque dequeritur, aut Dei conſilia incuſat, vt qui officij ſui tales ab eo fructus referret: quin potius æquo animo iniuriarum etiam hanc iniuriarum omnium longè grauiſſimam tulit non ſemel, ſed iterum etiam ſibi à Gerarorum Rege videlicet illatam. Qui enim ſemel in eo animum obfirmauerat ſuum, vt obediret Deo, nihil iam amplius illud ſpectabat, quid de ſe diſponeret Deus, ſed totus in eo erat cogitatione defixus, quomodo videlicet perfectiſſimam, atque omni ex parte abſolutiſſimam illi obedientiam præſtaret: ac propter hoc etiam poſtremo filium inuenit Iſaac diuturni ſui voti, diuturnæque Fidei præmium ac donum. Verum hunc ipſum cum iam ætate fieri propinquum videret, eiuſmodique, qui parentibus ſuis ſecutura prolis futuræque deinceps poſteritatis ſtabilimenti ſpem bonam afferret, eo ipſo tempore illum poſt tot ſpes iubetur à Deo in prealtum montem educere, ipſique à quo illum acceperat immolare. Porrò ille duriſſima hac voce accepta, muneréque horrore pleniſſimo, eiuſmodique, vt tantummodo auditum, nedum imperatum, ipſam poſſet naturam proſternere, hæc omnia vt moderatè tulit, vt mente nihil eſt conſternatus, vt non concidit animo, ſed perinde vt ſi agnum eſſet aliquem mactaturus, ſic leni, tranquilloque animo, ſublato obedientiæ iugo ibat cum filio, quod iuſſus erat expleturus: nihil neque in hoc curioſè iudicium Dei perueſtigans, aut ſecum dequerens: ſed tota in officij ſui conſeruatione mente defixa, ne videlicet vlla in re obedientiam minueret ſuam, luculentam hoc modo coronam reportauit: nempe qui cunctis deinceps mortalibus Fidei, obedientiæque veluti columna quadam erectus ſit.*

Fidei & obedientiæ columna.

121. Aliorum Veterum obedientia. *Poteram autem reliquorum etiam ſanctorum Virorum quorum in Veteri Hiſtoria nobilitata mentio eſt obedientiam commemorare, vnde huius virtutis, circa controuerſiam abſolutiſſima exemplis erudiremur pietatis cultores: tamen ne longum faciamus, omnibus, quibus modo ea diſcendi voluntas eſt, ad ea quæ in Sacris litteris feruntur audienda dimiſſis, ipſi ad Saluatoris noſtri diſcipulos ſermonem conuertemus, oſtendentes quomodo illi dicto audientes erant, quomodoque ſe imperio ſubiiciebant.* NOT. Quæ breuitatis cauſa de Veterum obedientia omittit Chryſoſtomus, notata pro dignitate manent lib. 1. cap. 3. num. 7. vbi de Protoplaſtorum obedientia. Abelis cap. 4. num. 3. Exiſtentium in arca Noë cap. 6. num. 2. Moyſi cap. 7. num. 9. Eliæ cap. 9. num. 6. Eliſei cap. 10. num. 1. Filiorum Prophetarum ſub Eliſeo cap. 11. num. 14. & 15. Vide etiam notanda in fine capitis ſequentis.

CAPVT XI.

Idem Apoſtolorum exemplo confirmatur.

DIXIT eis Ieſus, cum rudes adhuc in eius diſciplina eſſent, ac tantum non iamiam regnaturum illum putarent, & in ea ſpe eſſent, ſe nullis laboribus aditis, nulliſque periculis ſuſceptis, ac ſe nullis moleſtiis exantlatis Chriſti regni conſortes futuros, atque in regalis gloriæ, cultus, honoriſque ſocietatem venturos. (Hocque & Petrus ipſe declarat in ea increpatione qua vſus eſt aduerſus Ieſum, cum de futura ſua paſſione ille diſſereret: Aſſumens enim eum Petrus, inquit, cœpit increpare illum, dicens, Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. His verbis oſtendens, omnem omnino ſegregatum à ſe habuiſſe cuiuſuis mali expectationem: Declarant etiam filij Zebedæi, qui interpellaturam pro ipſis ad Dominum matrem adduxerint, vt ſeſſionis hinc inde ab dextra, læuaque honore afficerentur. Etenim niſi paulo poſt regnaturum illum exiſtimaſſent, neutiquam vnquam hoc auſi eſſent poſtulare: quippe cum ſeſſionem à dextris Patris in cælo, Saluatoris eſſe intelligerent.) Quid igitur hæc ſpectantibus illis, & ſperantibus dixit? Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Porro illi re audita ſpei ſuæ ſummè contraria, nequaquam dixerunt, Alia adducti ſpe ad te acceſſeramus, & tu contraria nobis atque ſperauimus imperas? Nos requietem ſperauimus, & tu nos in pericula protrudis: honores nobis propoſuimus, & tu ex tranſuerſo ignominias ingeris: regnum ſpectaueramus, & tu vt exagitemur, & omnium ſerui ſimus, iubes. Horum nihil omnino dixerunt, licet his, quæ memorauimus, plura & grauiora etiam audiſſent, veluti illud: Tradent vos in tribulationes, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et ad præſides & Reges ducemini propter me. His igitur illi omnibus auditis, ſubmiſſa mentis ceruice, obedientiæ iugum ſubierunt, alacrique animo in pericula, in fora, in contumelias, in lapidationes, in ignominias, in cruces, in varias neces proceſſere: tantaque hæc alacritate ſuſtinebant, vt magnificè lætitia efferrentur, cum digni habiti ſunt, qui pro Chriſti nomine illa paterentur. Gaudebant enim inquit, quod digni habiti ſunt pro nomine ipſius, contumeliam pati.

122. Apoſtoli rudes abſque laboribus regnaturos putarunt.

Contrario audito qualiter obedierint?

Hanc

123. Eorum obedientia Monachis imitanda.

Hanc obedientiam is, qui ſecundum Deum verè eſt Monachus, Antiſtiti ſuo præſtet, oportet. Siquidem (vt iam diximus) diſcipulos Chriſtus in hoc elegit, qui hoc vitæ inſtitutum æmularentur, vt per eos formam relinqueret eandem ſecutura poſteritati. Nihil eſt enim aliud Antiſtes (qui modò diligenter munus exequatur, cui præpoſitus ſit, pietatem videlicet) quam is qui perſonam Chriſti ſuſtinet, & ſequeſter eſt inter Deum & homines, eorum, qui in ipſius officio ſunt, ſalutem ſacrificans Deo.

Antiſtes quid?

Atque hoc à Chriſto ipſo docemur, dum Petrum Eccleſiæ ſuæ paſtorem poſt ſe conſtituit. Petre enim, inquit, amas me plus his? paſce oues meas: & omnibus deinceps paſtoribus ac magiſtris eandem tribuit poteſtatem. Cuius quidem rei ſignum eſt, quod omnes ſimiliter atque ille & ligent, & ſoluant.

124. Qualiter Monachis obediendū.

Quemadmodum igitur paſtori ſuo oues obtemperant, & viam, quamcumque ille vult, ingrediuntur, ſic qui ex Deo pietatis cultores ſunt, moderatoribus ſuis obſequi debent, nihil omnino illorum iuſſa curioſius perſcrutantes, quando libera ſunt à peccato, contraque ea ſumma animi alacritate, ſummoque ſtudio conficere. Quemadmodum enim faber, ædificatorve, ſingulis artis inſtrumentis pro arbitrio vtitur ſuo, neque vnquam vllum inuentum eſt inſtrumentum, quod ad quemcumque ille vſum voluiſſet, non ſe facilè tractandum præbuerit, ac moderatoris manui ceſſerit; item quoque conuenit verum pietatis cultorem, perinde vt inſtrumentum quoddam vtile opifici ad complendam ſpiritualem fabricam omnibus in rebus parere, in quibus vt operam ſuam nauet, rectum eſſe Antiſtes indicarit, ne ſi id facere recuſauerit, impedimento ſit quominus ſpiritualε opus compleatur. Et vt inſtrumentum non ſibi ipſi deligit, quod facto vſus ſit ad artem iuuandam: eodem modo pietatis cultorem quoque nequaquam conuenit ipſum eſſe, qui ſibi iudicio ſuo opus deligat, ſed gubernationem ſui artificis prudentiæ debet conſilioque concedere. Nouit enim, qui modò intelligens moderator eſt, vniuſcuiuſque mores, & affectus, & animi motus diligenter exquirere, & ad hoc accommodatum etiam in ſingulis remedium adhibere.

125. Cur adeo difficile ſe ipſum noſcere, & curare.

Quocirca nullo modo eſt eius ſtatutis aduerſandum, ſed illud firmiſſimum tenendum, rem omnium eſſe difficillimam ſe ipſum cognoſcere, & curare, propterea quod naturaliter ſe ipſum quiſque amat, & quilibet propterea quod in ſe ipſos propenſi ſunt, in veritatis iudicio fallantur. Porro ab alio agnoſci, curarique facile eſt: cum iis qui cæteros iudicant, ad diſcernendam veritatem nequaquam obſtet amor ſui ipſorum. Stante enim in fratrum ſocietate concordi hac conſenſione, facile & pax inter ipſos verſabitur Salus vna cum charitate & concordia omnium conſeruabitur, ac perficietur legitimè.

NOT. Trium horum capitum doctrina & ſententiis tanquam margaritis D. P. N. Benedictus plura ſuæ Regulæ ornat præſertim. 2. 5. 7. & 68. quæ tu conſulas.

* * *

CAPVT XII.

Quod viliora etiam munia, ſiue opera, magna cum animi alacritate conſectari Monachus debet.

ATque etiam intelligendum illud eſt, debere pietatis cultorem viliora etiam munera 126. Nihil minutum quod Dei cauſa fit.
magno cum ſtudio, magnaque cum animi alacritate ſuſcipere, ſcientem nihil minutum eſſe, quod Dei cauſa fiat, ſed grande & ſpirituale, & eiuſmodi, quod cælum nobis, & præmia cæleſtia conciliat. Quamobrem licet communibus vtilitatibus inſeruientia ſarcinaria ſequi iumenta oporteat, recuſare tamen non debet. Siquidem venire in mentem Apoſtolorum debet, quam alacriter illi Domino paruerunt, quando ipſis mandauit, vt ad ſe pullum adducerent: cogitareque & illos quoque quorum cauſa iumentorum cura ſuſcipiat, fratres Domini eſſe, & tributam ipſi beneuolentiam, ſtudiumque in ipſum Saluatorem redundare, qui dixit: Quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Quod ſi ſua facit, quæ minimorum ſunt, ſine dubio multò magis, quæ electorum ſunt, ea ſibi vendicabit, modò ne officium cauſam ad licentiam exiſtimet. Quin ſumma potius animi attentione munere ſe ipſum debet, vt cum ſibi, tum cæteris, in quoſcumque eum caſus detulerit, pariat vtilitatem. Porro ſi de muneribus iis, quæ abiectiora ſint, aliquid exercendum ſit, ſcire conuenit Saluatorem quoque ipſum diſcipulis miniſtraſſe, & abiectiora opera facere non recuſaſſe: magnumque homini eſſe ſi Dei imitator exiſtat, cum per hæc, quæ humilia ſunt, ad altitudinem illam quod illum eſt imitatus, aſcendat, quamquam quis iam humile auſit quiſpiam appellare quod Deus ipſe attingere non recuſauit.

CAPVT XIII.

Quod honores, ſiue vllam præter cæteros prærogatiuam, appetere Monachus non debet.

PRorſus autem ab omni ambitione alienum habere animum Monachus debet. Nam ſi in 127. Vita præſens Laborum futura præmiorum eſt.
hac vita laboribus, ac rectè factis ſuis eſſe præmium vult, miſera profectò illius mercedis conditio eſt, qui pro æternarum rerum iactura, caducas paciſcatur. Si verò ſecum decreuit velle ſe in hac vita agones laborum perferre, & eorum mercedem in cælo recipere, non modo honores vltro ipſe conſectari non debet, ſed ne oblatos quidem admittere potiuſque recuſare, atque reiicere, ne conſequentis vitæ gloriam præſentis honor imminuat. Quandoquidem præſens vita vniuerſa laborum eſt, atque certaminum: contraque futura in præmiis, compenſationibuſque poſita eſt. Quemadmodum magnus Paulus de hac vita, in aliam proximè migraturus, ait, Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet

 mihi

mihi Dominus, non hic, ſed in illa die; iuſtus iudex. Et item Saluator: in mundo hoc preſſuram habebitis. Et rurſum idem Apoſtolus: Per multas tribulationes oportet vos introire in regnum cœlorum. Proinde ſi habes in animo in futurum regnare, hic noli otium, noli honorem conſectari. Sed licet in præſentia pro vera tenenda doctrina, nimirum veritatis aduerſa multa patiare, intellige te in poſterum regnaturum: nam ſuſceptis hic pro tenenda honeſtate calamitatibus hæc conſtituta eſt merces. Alienus autem ab incommodorum vita huius conflictatione, cæleſtes noli te coronas ſperare quando hic eos, quibus ea conſtituta ſunt, neque labores præmittis, neque certamina.

128. Monachus labore paciſcitur cum Deo.

Caueat igitur omni ratione pietatis cultor, ne honores conſectetur, cæteriſvè ſe præponi velit. Omnis enim qui ſe ipſum exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Si ſemetipſum pietatis cultor in altum extulerit, habet qui grauitet, & potenter illum affligat, & ad inferos vſque poſſit deprimere. Sin contra ſeipſum humiliaueris, ſplendidiſſimè, magnificentiſſiméque extolletur: quippe cum Deus (quæ ipſius potentia eſt) humiliantem ſe in altum extollat. Expectate igitur rectè extollentem, ô Monache, neque ad res vitæ huius cogitationem velis abiicere. Athleta enim es, & operarius Chriſti: pactus es cum eo, totam te diem certaturum, & dies totius æſtum perlaturum. Quid igitur dici opere non completo, requiem conſectaris? Veſperam, vitæ huius finem operire, vt cum Pater familias venerit, mercedem tibi denumeret. Veſperè enim facto dixit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem: non meridie, aut initio, poſtquam ſtatim illos conduxeras. Operire igitur finem vitæ, & tunc reuerſus mercedem auferto, Interim autem in poſtremo loco acquieſce, vt tunc primum adipiſcare.

CAPVT XIV.

De modeſtia, ac ſimplicitate in cibis tenenda.

129. Quibus pulmentis, & ſalſamentis vtendum.

IAm ciborum diuerſitatem nullo modo conſectari Monachus debet: neque prætextu videlicet continentiæ à ſolitis in communi vſurpari eſcis diſcedere. Siquidem hoc communis diſciplinæ peruerſio, & ſcandalorum occaſio eſt: & væ illi, qui in pietatis cultorum conuentum huiuſcemodi cauſas perturbationis attulerit. Sed licet vſitatum hoc ſalſamentum, quod iure incoctum Veteribus ſanctis Patribus, pulmentis loco alterius cuiuſdam condimenti adde placuit, commiſtum ſit cum reliquo ferculo, aqua, oleumvè, neutiquam per ſimulationem ab ſe inuenta ſua vanaque cuiuſdam religionis reiicere debet illud, quaſi quis carnes repudiet, & fercula alia meliora, & pretij maioris inquirere: ſed in minimi ſalſæ carnis fruſtri decocto, buccam relicta omni obſeruatione intingere, & cum omni gratiarum actione aſſumere. Siquidem minutiſſimum fruſtulum illud in tam magnam aquæ copiam, aut leguminum (ſi ita fors ferat) coniectum, nequaquam indicium cupediæ eſt, ſed ſeueriſſima, & verè duriſſima pietatis cultorum continentia. Quæ igitur huiuſmodi ſunt, hæc religionis cultor obſeruando captare non debet. Neque enim ab his propterea nos abſtinemus, quod hu-

deorum riſibus fauteamus, ſed vt deliciarum ſaturitatem fugiamus. NOT. Salſamenta ciborum à veteribus Monaſticæ diſciplinæ Doctoribus communi calculo cultoribus pietatis prohibita inuenies; præſertim lib. 3. c. 6. num. 31. & in hoc capite à num. 60. quippe quibus ſalcum fame optimum condimentum viſum eſt. Iis luculenter ſubſcribit Chryſoſtomus nobili illa Homilia. *Quod nemo læditur niſi à ſemetipſo* vbi inter alia ad rem hæc habet. *Conſidera ægros, qui faſtidio perurgentur, quomodo quamuis ſuaues eis, & lauti apponuntur cibi, horrori tamen eos magis accipiunt, quam voluptati. Sic ergo cum per abundantiam cupiditas fuerit extincta, pariter, & voluptas, ac iucunditas perimitur, quia non tam ciborum gratia, quam deſiderij gignit ſatisfactio voluptatem. Vnde, & ſapiens quis, atque in horum diſciplina philoſophari benè ſciens, aiebat: Anima in ſatietate poſita, fauis illudit. Oſtendens etiam ipſe, quia voluptas non in natura, vt diximus ciborum, ſed in deſiderij vigore conſiſtit. Propter hoc, & Propheta mirabilia enarrans, quæ in Ægypto geſta ſunt, quæque in eremo, inter cætera etiam hoc dicit: De petra melle ſaturauit eos. Equidem nuſquam inuenimus mel fluxiſſe de ſaxo: quid ergo eſt quod dixit? Quoniam quidem poſt multam itineris fatigationem, & laborem ſitientes, aquis frigidis è ſaxo fluentibus fruebantur, eaſque multo cum deſiderio hauriebant. Hoc ipſo ergo quod dulciſſimè, & deſiderabiliter potandi cupiditas explebatur, aquas illas mel appellauit: non quod natura aquarum fuerit commutata, ſed quod dulcedo poculi inſtar mellis ſitientibus, & deſiderantibus obtineret dulcorem. Igitur cum hæc ita ſint, nec dubitari à quoquam de his poſſit, niſi ſit aliquis aut contentioſus, aut ſtultiſſimus; nonne palam eſt, & in propatulo, quod ſimplicior victus, & menſa mediocris plurimum iucunditatis habeat, & voluptatis: è contra verè diuitum menſæ execrabiles quidem, & horridæ, ac morborum, & contaminationis plenæ; & ſicut ait quidam prudentium in quibus moleſta ſunt etiam ea, quæ delectabilia videntur.*

130. Salſamenta non in cibis, ſed in deſiderio poſita ſunt

Menſa mediocris iucundior.

131. Quam moderatè ſalſamentis vtendum.

In præſenti ergo eorum ſuperſtitioſa continentia prudentiſſimè taxantur, tum qui ab ſolitis in communi vſurpari eſcis diſcedunt; tum etiam, qui vana quædam, & à ſe inuenta religione carnes repudiant, & fercula meliora, & melioris pretij inquirunt; atque pulmenti loco, liquamina adhibent, ſcombrum muriam, garum, & alia à luxu meditata condimenta: de quibus loco citato. Minimum in præſenti ſalitæ carnis fruſtum iure incoctum pro ſalſamento addi permittit. Vbi plura veniunt notanda I. Tanta id moderatione fieri, velle, vt quod, *minimum fruſtum* prius dixerat, poſt nouo temperamento ad *minutiſſimum fruſtulum*, idque in magna aquæ copia ac leguminum cōiiciendum, reſtringat. II. Fruſtulum hoc minutiſſimum pro quotidiano victu non admiſiſſe, patet ex verbis illis parentheſi clauſis, *ſi ita fors ferat*, importat enim *fors* caſum temporalem, idemque valet ac noſtris *Extraordinario*, ferculum ſcilicet, ſeu obſonium aliquantulum communi, & quotidiano delicatius, & pretioſius, ſed rarò ſuper additum: ſoliſque feſtiuis admodum diebus, conſideratione maioris

Extraordinarium.

Digitized by Google

Quid pulmenti nomine intel. ligendum in præſenti.

ioris laboris Vſitarum.III.Id Monachis conceſſum non pro pulmento,ſed pro iuris Salſamento , quo bucceam panis intingerent: pulmenti namque nomine ſola legumina iure decocta intelligit.Niſi velis,legumina ipſa *forte* etiam & pro ex temporali , & extraordinario pulmento concedi;cibumqoe qootidianum Monachorũ, quos inſtruebat Chryſoſtomus, panem cum ſale tantum pro ſanis, & pro infirmis oleum oletibus adiunctum eſſe,vt notabimus infra.n.164.& ad ſummum ſaois panem tantum iuſculo illi fruſtulo Salitæ carnis condito intinctũ permiſiſſe, quod Pelagius lib.5. Vit.Patr.Libello 8.n.15.*pultes* appellat,ſed melius *Zippulas* ibi:alij Codices *ſippulas*, verius *ſuppulas*, vel *ſoppulas* diminutinum à *ſuppis*, vel *ſoppis* Hiſpanè *ſopas* , & inde *ſopillas* , vt noratur ſupra lib.3.c.5.n.14. Pro quibus , vt obſeruat Heribertus Roſuueydus in Vedaſtino M. 5. eſt *pulmentum* de quo in præſenti Chryſoſtomus IV. Fruſtulũ illud Suillæ carnis fuiſſe coonſtat aperte ex eo quod ab illius eſu & vſu abſtinere debere Monachos inquit,vt deliciarum ſaturitatem fugiant ; non vt Iudæorum ritibus faueant, quibus Suillæ carnes prohibitæ erant : qua etiam cautela vſus eſt in ſimili caſu cum hæreticis Baſilius vt conſtabit lib.5.c.3. à n.42. Hoc autem Salſamenti genus, quod *vſitatum* dicit S. Doctor idem eſſe puto quod apud incolentes montana Gallecia *vnto* appellatur: fruſtrulum nempe Suillæ carnis ſalitæ multis oletibus & magnæ aquæ copiæ pro Salſamento coniectum:cuius forſam meminit vetuſtiori ſæculo Plautus in Capteinei,illis.

——— Par. *Sus terreſtis beſtia eſt.*

Heg. *Muleus oleribus.*

132. Quid *Pulmentarium*, quid *pulmentum*.

Seuerisſimam autem, & verè duriſſimam hanc continentiam prudenter,vt aſſolet,temperat D.P.N.Benedictus c.39. *duo pulmentaria cocta* fratribus pro quotidiano victu concedens,& tertium *ſi* fuerint inde poma , aut naſcentia leguminum. Vbi notandum , *Pulmentarium* diuerſam à *pulmento* præferre ſignificationem, *Pulmentum* namque *puls* quælibet eſt,vel cibarium in modum pultis confectum : *Pulmentarium* autem idem valet, quod Hiſpanis atque Italis *vianda* (quidquid Ambroſius Calepinus perperam vtrumque confundat) oua ſcilicet, piſces , aliudve obſonium : quod recte probat noſter Brauo ad cap.illud 39.n.2. ex cap.21. Ioannis , vbi requirente Chriſto Domino à diſcipulis: *Numquid pulmentarium habetis* ? de eſca piſcationis requiſiſſe conſtat : idque oſtendit quod ſequitur ; inueniſſe *prunas poſitas* , *& piſcem ſuperpoſitum, & panem.* Vnde fit, quod etiam ſi iuſculum , quo pulmentaria ſeu obſonia coquuntur buccea panis refertum , ac oleribus conditum *pulmenti* nomine compræhendatur , non tamen *pulmentarij* in vi & praxi Regulæ. Præcauet etiam ibidem Benedictus indigeriem & crapulam , ſoliſque debilibus & infirmis carnis eſum concedit.

CAPVT XV.

Quod ad perfectionem ſpectanti proditio in publicum nihil poterit obeſſe.

SI vere preditiones in publicum , aut ſuſcepta propter neceſſarios , & communes fratrum vſus itinera impedimento ſibi eſſe ad pietatis cultum Monachus dicat , ac propterea foras exire recuſet, nondum ille abſoluta obedientia cognitionem eſt aſſequutus , neque dum animaduertit ad huiuſce officij perfectionem , iſtiuſmodi mollicies nequaquam ſolere peruoniri. Intueatur proinde exempla Sanctorum virorum conſideretque , quomodo virtutem hanc perfectiſſimè illi coluerint, qui imperatis ſibi rebus ad conficiendum adeo difficilibus, imperium ne vel tantillum quidem vnquam recuſarunt,reluctatiue contra ſunt, & illorum exẽplo eruditus obedientia perfectionem condiſcat. Si autem ſit aliquis, qui etiam reuera hoc ſibi ſentiat nocere , is reliquos omnes fratres rogat , vt pro ſe ſupplicent Deo,nec minus ab eodem Deo certiſſima cum ſpe ipſo etiam facultatem petat,per quam cum in officiis ſpiritualibus , tum etiam in corporis muneribus rectè adminiſtrandis actuoſum , commodumque inſtrumentum ſit. Et ſine dubio , qui bona exquirentium alacri & exprompta voluntati aſpirat beneuolus , eam largietur , cum ad petendum ipſo hortatus ſit, ac dixerit: Petite & dabitur vobis,quærite & inuenietis , pulſate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit , accipit ; & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Item alio in loco: Si quis autem veſtrum indiget Sapientia , poſtulet à Deo,qui dat omnibus affluenter,& non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Ac in omnibus denique rebus , vbi mens in perfecta obedientia vacillat , aut animi promptitudinem Sathanas impedit , hebetando , retardandove,remedium hoc adhibeamus, vt Deo ſupplicemus, petamuſque vt rectè agendi nobis facilitatem velit largiri, & vt carnes noſtra configantur timore Dei , vsque aſſiduè apud ſe ipſum animus noſter ſit nec vbi euarians,neque corporis cupiditatibus voluptatibúſve vſquam capiatur. Siquidem non aliunde quam ex animi diſtractione mundana cupiditates in nobis naſcuntur:a quibus cum variis poſtea tumultibus vexata mens noſtra fuerit ſegniores ad capeſſenda recta officia reddimur.

133. Obedire promptè ſecurum.

Obedientia Deo petẽda.

Quæ cum ita ſint, nemo in adimandis communibus aliorum corporis neceſſitatibus operam denegare ſuam debet,quin ſuppliciter potius petendum eſt à Deo vt facultatem adimandi cæteros ab ipſo promereamur accipere. Si enim priorum exemplo munus hoc omnes detrectarint, quis fuerit tandem, qui neceſſariis officiis ſatisfaciat? Quin operæ pretium fuerit, hoc te exemplo etiam quopiam edoceri. Nam qui modo in ordinem aliquem adſcriptus eſt miles,neutiquam operam dat,vt reliquos, qui eo in ordine ſunt , ad conſuetudinem ſuam traducat:ſed ipſe ſe contra ad ordinis diſciplinam , ac morem accommodat. Quamobrem conuenit etiam , vt qui in ſpiritualem ſocietatem adlectus ſit , nequaquam illos ad morem ſuum velit detorquere , ſed contra ipſe morem ſuum debet aliorum fratrum moribus, inſtantiſque,conformare. N O T. Plura Sanctorum virorum promptè in arduis obedientiũ exemplo, quæ nos intueri præcipit Chryſoſtomus 134.

Promptæ in arduis obedientiæ ex.

ſtomus vide in vitis Pstrum:præcipuè autem l.4.c.28. Mucij obedičtism caleri curſu ad imperium Senioris proprium filium rapientis, eumque in flumen proiicientis, quem Monachi de alueo rspuerunt, & in præmium obedientiæ sb effectu opetis reuocauerūt. Paphnutij ex obedientia vinum bibentis, & Latronum principem luctantis ib. n.151. Fratris cuiuſdam in arduis frstri obedientis, & à cocodrilis non læſi: ſtatimque mortuum ſuſcitantis ib.n.17. Ioannis lignum aridum per integrum annum aqus longe petita rigantis lib.4. c.26. Eiuſdem ſsxum immane multo tempore mouere conantis ib.c.56. Eiuſdem leænam ligatam ad Abbatem adducentis l.3. n.27. Marci celebrem obedientiam ô imperfectum relinquentis, quam in cap.5. conceptis verbis tranſtuliſſe videtur D.P.N. Benedictus illis: *voluntatem propriam deſerentes mox exoccupantis manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientia pede iubentis vocem factis ſequuntur &c.* Aliaque iunumera paſſim in arduis & ſine mora obedientium exempla. Et quod magis ad præſens sttinet, quô videas proditionem Monschi in publicum nihil obedienti obeſſe poſſe, ac pietaris cultori impedimento & Scandalo non eſſe: audi quid Ruffinus referat l.3. num. 144. adductus lib.5. Vit. Patr. libello 13. n.16. de quodam Monacbo timente ſibi prodite in domum cuiuſdam miniſtri filiam laſciuam habentis, ne Scandalizaretur: *Sed ne* (inquit) *inobediens eſſet patri ſuo, acquieuit abire. Dixit ei Senex: Vade, & crede in Deum patrum tuorum, quia proteget te ab omni tentatione, & facta oratione direxit eum,* vt quæreret neceſſaria ad victum. *Veniens autem frater in poſſeſſionem, requiſiuit vbi maneret miniſter ille: & inuenit hoſpitium eius. Contigerat autem eum cum ſuis omnibus extra poſſeſſionem inueniri, excepta vna filia eius. Quæ pulſantem fratrem vt audiuit, venit ad oſtium, & aperuit ei. Et cum interrogaret eam de patre ſuo, illa hortata eſt eum, vt intraret hoſpitium, ſimul etiam & trahebat eum. Ille vero non acquieſcebat intrare. Sed cum diu eum cogeret, præualuit introducere eum ad ſe. Et complexa eum, cœpit eum illicere ad commixtionem corporis ſui: ille autem videns trahi ſe ad luxuriam, & cogitationibus confundi, ingemiſcens clamabat ad Deum dicens: Domine propter orationes patris mei libera me in hora iſta. Et cum hoc dixiſſet, ſubito inuentus eſt ad flumen pergens ad Monaſterium, & reſtitutus illæſus ad Abbatem ſuum.* Qualiter ſine mora oporteat obedire docet D.P.N. Benedictus cap.5. De fiducis autem obediendi in rebus arduis imo impoſſibilibus viribus obedienus cap.68.

CAPVT XVI.

Quod priuata autoritate nihil negotiorum exercere Monachus debet.

135. Monachus Prælati inſtrumentū.

POteſtatem verò ſui ipſius ne ad punctum quidem temporis habere Monachus debet, per quam in priuatis ipſe negotiis ſuis verſetur. Quemadmodum enim abſente artifice inſtrumentum ſua ſponte ipſum non mouetur, neque membrum vel ad breuiſſimum tempus ab aliquo corpore ſeparari, mouerine poſſet, ſine eius, qui intus eſt, opificis, ac totius corporis moderatoris voluntate; ſimiliter quoque neque religionis obſeruanti aliquid agere, exequiue ſine Antiſtitis ſui ſententia licet. Quod ſi cauſam afferat, ac dicat, ſe præ imbecillitate corporis exequendis imperatis parem eſſe non poſſe, infirmitatem ſuam Antiſtiti iudicandam permittet, ſecumque reputans illud ſcripturæ, ſeipſum ad ea quæ ſibi imperata ſunt exequenda adhortabitur, cum ab ea dici audiat. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſti, aduerſus peccatum repugnantes. Et item alibi: Propter quod remiſſa manus, & ſoluta genua erigite. NOT. D. Benedictus cap. 34. Nec *corpora ſua, nec voluntates licet* (Monachis) *habere in propria poteſtate.* Cætera capitis huius documenta de mōdo obediendi circa ardua & viribus ſubditi impoſſibilis tranſtulit in cap.68. Recole notata in fine capitis præcedentis.

CAPVT XVII.

Quod Antiſtitem conueniat adhibita paterna beneuolentia eorum qui in ipſius poteſtate ſint, res adminiſtrare.

POrro ipſe etiam Antiſtes reliquorum fratrum veluti chariſſimorum filiorum pater curam ſuſcipiens, diligenter quid eorum ſingulis opus ſit, conſiderabit: & quæ conuenire viſa fuerint remedia, curationeſque quantum poterit adhibebit: & quod reuera membrum, ſiue animo ſiue corpore infirmum fuerit, adhibita charitate, beneuolentiaque paterna ſuſtentabit. NOT. Breuem admodum, ſed æquè grauem, ac perutilem Prælatis doctrinam capitis huius paſſim in Regula refricat D.P.N. Benedictus: præcipuè cap.2. 26.27. 28.29.30. vbi plura de remediis languentium animarum: & cap.36. vbi de *Infirmis fratribus,* & corporum curatione quæ tu conſulas. 136. Animarū corporumque curatio ad Prælatum attinet.

CAPVT XVIII.

Quod nequaquam permittendum ſit, vt in Conuentu virorum Religioſorum duorum, triumvè fratrum ſeorſum, ſodalitas conſpiret.

AC charitatem quidem habere inter ſe mutuā fratres debent, non tamen vt duo, aut ve ſeorſum à cæteris ſodalitatem inter ſe coeant; quandoquidem hoc non charitas eſt, ſed ſeditio, & diuiſio: & eorum, qui ſic coëunt, improbitatis indicium. Si enim communis diſciplinæ decus charum haberent, qui tales ſunt, ſine dubio communem æqualemque aduerſus omnes charitatem tenerent. Si verò ipſi à reliquis ſua ſponte abſciſſi disiunctiq; in cætu cætum efficiant: vitioſa huiuſmodi amicitiæ conciliatio eſt, & diuerſam quandam à communibus Inſtitutis rem eſſe oportet, qua hos inter ipſos conciliet: atque hoc profecto nihil eſt aliud, quam contra veterē diſciplinæ ſtabilitatē, conſtantiāq; innouatio. 137. Conſpiratio à charitate diſcernitur.

Quo

Conſpiratio prohibetur.

Quo circa danda ſtudiosè opera eſt, ne vllas omnino in conuentibus, ſodalitatibus iſtiuſmodi locus detur, ne nè violata charitatis obſeruatione ſocietatem quis cum fratre aliquo iungat, qui improbè agere, & communis diſciplinæ iura velit peruertere: enitendumque vt quandiu quidem in officio omnes permaneant, æqualis vnicuique erga omnes cõmunitas ſit, atque coniunctio. Quod ſi firmatam quis iam vetuſtate diſciplinã labefactare in animo habeat, ac alios etiam de fratribus ſecum comites trahat, hic primo quidem ab eo, qui ſanus ſit, ſecretò admoneri tanquam parum ſanus debet. Sin arcano curari noluerit, adhibendi de fratribus erunt etiam, qui cęteris intelligentia videantur præſtare: quemadmodum eſt in Sacro Euangelio: Si autem te non audierit, adhibe tecum etiam vnum, vel duos. Quod ſi ne ipſis quidem auſcultauerit, tum demum ad Antiſtitem ipſum animi ipſius morbum deferre oportebit. Si vero ne Antiſtitem quidem audire voluerit, perinde vt gentilis & publicanus habendus eſt, & vt ouis peſtilentia contacta à reliquo ouili ſegregandus, ne in reliquos quoque morbi contagionem transfundat. Si vero nullus ſit omninò qui exemplo peruerſitate deterior fiat, tunc tantummodo lenitas aduerſus ipſum locum habebit, ſpe videlicet ipſam ſe aliquando ad meliorem frugem recepturum: lenitas autem ex ea parte, vt ne præcidatur, non autem vt ab admonitionibus legitimiſque mulctarum impoſitionibus deſiſtatur. N O T. Conſpirationis execrabile vitium, quo diſciplinæ communis iura peruertuntur, ethnicis etiam exoſum, paſſim autores ſub *coniurationis* nomine damnant, quò illud à veteris diſciplinæ ſtabilitate, eaque animorum per charitatem conſpiratione, qua multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, ſecernant. Atque ſodalitas iſta improba exitialis adeo Chryſoſtomo viſa eſt, vt pro illius remedio vniuerſum Euangelicæ correctionis progreſſum adhibeat ac tandem contumaces præciſionis à conuentu fratrũ acri ſententia plectendos iudicet. Quod autem in præſenti de conſpiratoribus contumacibus ſpecialiter inſtituitur, idem prorſus penè ad verbum, iiſdemque rationibus, pro iis, qui ſæpius pro qualibet culpa correpti non emmendauerint ſtatuit D.P.N. Benedictus c. 28. Regulæ. Sed ne forſam Prælati aliqui imprudentes medici & paſtoris officio, linimentis, correctionibus, orationibus, mulctis, aliiſque Sacræ Regulæ tentamentis omiſſis, nondum à ſalute deſperatum membrum, vt iam putridum impiè reſecarẽt, & vt morbidam ouem temerè à grege ſecernerent, nuper Sanctiſſimus P. N. P P. Vrbanus 8. A. C. 1624. ſtatuta quæcumque & Conſtitutiones cuiuſcumque Religionis fratrum expulſionem decernentes reuocauit, ſoloſque vere incorrigibiles à ſuperiore Religionis cum conſilio & aſſenſu ſex Patrum grauiorum in Comitiis Generalibus eligendorum expelli permiſit: ac tandem eum tantum incorrigibilem fore cenſendum, qui per annum carceribus ac pœnitentiis probatus, inſtructo proceſſu iuridico, & planè probatis à Generali cauſis, perſeuerans adhuc in incorrigibilitate conuincatur.

Fraternæ correctionis ordo.

Incorrigibilis expellendus.

138. Quæ in eorum expulſione ſeruanda.

Sed verò, vt eruditè notat noſter Magiſter Brauo ad dict. c. 28. n. 4. Decretum hoc Pontificium, locum habere non videtur, *ſi expulſio fiat ſecundum diſpoſitionem Regulæ* cap. ſeq. 27. *Idque oſtendit ipſam decretum, quod ſolum procedit* ſublatis in hac parte ſtatutis & Conſtitutionibus, *quorum nomine vt videtur, non intelligitur ſublata Regula, quæ ab illis quid diſtinctum eſt; in rigore loquendo: & ſic diſtinguit Silueſter. Verb. Religio 1 q. 7. & in quodam priuilegio Eugenij IV. noſtræ Congregationi aliàs conceſſo, vt habetur* tom. 2. priuileg. 7. n. 14. *diuerſimodè de* Regula, *atque de* ſtatutis *loquitur & non ſub eadem facultate vtrumq; concludit, variaſque differentias inter Regulam & Conſtitutiones adducit Benedict. Haſtenus* lib. 1. tract. 1. diſquiſ. 3. *ex Ioanne Nider, Antonio Suarez & aliis, in quibus ſemper maior Regulæ prærogatiua eſſe ſolet, atque adeo non videntur aliis nominibus derogare in caſu noſtro. Iuxta quæ, qui melius non habet, poterit iudicare.* Nec ille; de quo latius ibi Deo dante.

139. Statutis & Conſtitutionibus derogatis, non derogatur Regula.

CAPVT XIX.

Quod veſtimentorum, calceamentorumvè delectionem conſectari pietatis cultor non debet.

IAm de veſtimentis, calceamentiſue non ea exquirenda nobis ſunt, quæ ſunt elegantiora, ſed quæ viliora, ea deligenda, vt in hac re etiam animi noſtri humilitatem ſignificemus, neque opinionem nimis elegantium, aut noſmetipſos amantium, & à fraterna charitate abhorrentium incurramus, quando is ſatis ſe à charitate, humilitateque disiunctum declarat, qui primas deſiderat. N O T. D. P. N. Benedictus c. 55. *De colore, aut groſſitudine* (veſtimentorũ) *non cauſentur Monachi, ſed quales inueniri poſſunt in prouincia, in qua habitãt, aut quod vilius comparari poteſt.* Vide plura apud D. P. N. Bernardum de modo bene viuendi ſer. 66. & c. 4. ad Fulconũ paruum. Plurimaue acriter & luculenter in molles quoſdam Monachos iactata in Apolog. ad Gulielmum Abbatem vide lib. 2. c. 11. n. 37. ibique & deinceps multa de vilitate veſtium Monaſticarum vſque ad 83. ſpecialiter de veſtimentis Beatiſſimæ Virg. Mariæ n. 68. & notata lib. 3. c. 6. n. 77. 140.

Veſtium elegantia taxatur.

CAPVT XX.

Quod debet Antiſtes ad vires corporis cuiuſque ea accommodare, quæ imperet munia: & de iis, qui vires ſuas malitioſè celant.

ILlud autem obſeruare Antiſtes debet, ne imponendis grauioribus, quam quibus ſuſtinendis pares fratrum corporis vires ſint, imperatis, eos, qui ea ferre non poſſint, ad abiiciendam obedientiam per contradictionem inſtiget: ſed perinde vt verus, ac legitimus pater, æquè in cunctos beneuolus, vires corporis cuiuſque conſiderare, atque ita munera ſingulis imponere, ac diſtribuere ſortitò debet. Veruntamen grauiſſimè plectentur ij, qui quas à Deo datas ſibi corporis vires habent, malitioſe celant, & aduerſum Antiſtites petulanti impudentia ſe gerunt, & illius iuſſis non obtemperant. Si enim magnum Antiſtiti, atque intolerabile periculum creat, 141.

Imperata viribus admetienda.

Vires occultantium periculum.

creat, occultum tenuiſſe talentum doctrina, ac non vnicuique ante imminentem peccato frameam indicaſſe, ſine dubio maius periculum incurrit is, qui datas ſibi à Deo ad communem reliquorum vtilitatem corporis vires otioſas tenet, occultatque.
NOT. D. P. N. Benedictus cap. 48. *Omnia*, inquit, *menſuratè fiant propter puſillanimes*, Et in fine. *Fratribus infirmis, aut delicatis talis opera, aut ars iniungatur, vt nec otioſi ſint, nec violentia laboris opprimantur, vt effugantur quorum imbecillitas ab Abbate conſideranda eſt.* Et cap. 64. *Opera quæ iniungit, diſcernat, & temperet, cogitans diſcretionem S. Iacob dicentis: Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti vna die.*

CAPVT XXI.

Quod neutiquam moleſtè ferre fratres debent, quandocumque mitius agi cum imbecillioribus videant.

142. Monachi inſtar mẽbrorum cõcordiam ſeruent.

VERVM ENIM VERO *neque moleſtè ferre, neque indignari fratres debent, quandocumque iis, qui imbecilliores ſint, Antiſtes accommodata illorum viribus miniſteria aſſignet, & indulgentius cum iis agendum cenſeat, ita videlicet vſu poſtulante. Quinimo qui valentiores ſunt, ij imbecillioribus indulgere, & hoc modo ſpiritualem implere charitatem debent. Siquidem animaduertimus in corpore, neque à manu diſſidere pedem, neque manum pedem ipſum ad tranſigendas partes ſuas conari traducere, neque vniuerſam item manum digito minimo ſuum onus imponere: ſed de membris vnumquodque delatam ſibi ſortito à natura vim exercere, & qua imbecilliora ſint ſuſtentare. Hac diſciplina ſi in ſpirituali conuentu ſeruetur, nimirum illud declarabit nos verè Chriſti corpus eſſe, & membra ex parte, nempe qui aptam inter nos coniunctionem; & vacuam omni diſſidio concordiam continenter ſeruemus.* NOT. D. Benedictus cap. 34. cui titulus; Si omnes debeant neceſſaria accipere? *Diuidebatur* (inquit) *ſingulis prout cuique opus erat. Vbi non dicimus, vt perſonarum (quod abſit) acceptio ſit, ſed infirmitatum conſideratio. Vbi qui minus indiget, agat Deo gratias & non contriſtetur. Qui verò plus indiget, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro miſericordia: & ita omnia membra erunt in pace.*

CAPVT XXII.

Quod nequaquam debent qui Conuentibus præſunt, iis, qui à conuentu ſuo defecerint, Monachis liberè agendi quiduis poteſtatem impertiri, aut hos in vitæ communionem admittere.

143. Prælati aliorum Monachos ne ſuſcipiant.

OPORTET *autem, vt qui regendis ſpiritualibus conuentibus præſunt, ij cum mutuam inter ſe charitatem, ac beneuolentiam exerceant, mutuòque alter alterius prouidam ſolicitudinem ad ſe exiſtiment pertinere: ea nequaquam euertant, quæ facere alter ſuadeat: neque temerè inconſideranterve deſciſcentes viciſſim alij aliorum fratres ſuſcipiant. Siquidem hoc facere ſumma confuſio eſt, diſſolutio, atque euerſio ſpiritualis opificij. Etenim de fratribus quidem qui cordatiores ſunt, ij cum Dei timore teneantur, in officio perſiſtunt: qui verò leniores ſunt, ac magis per ignauiam diſſoluti, ij pudore hominum, & ea quæ ex hominibus pendet neceſſitate, veluti quodam pædagogo ad rectam viam diriguntur. Si igitur qui negligentior ſit, licere ſibi animaduertit impunè probata ſibi ſemel fratrum ſocietatis labores defugere, ſeſeque inde ad aliud quoduis domicilium transferre, & ſolutiorem in eo atque incontinentem vitam agere, facilè ſeſe à ſuorum cœtu abrumpet, & exitij illius cauſam ſuſtinebit, qui ad ſuſcipiendum eiuſmodi ſe exhibuit æquo paratiorem. Atque etiam fit ſæpe numero, vt contagio iſta latius ſerpens, eos etiam qui in recto itinere ſunt, aberrare faciat, deductos à recta ac iuſta via: & cunctorum exitij ille pœnas luet, à quo peccandi cauſa profecta fuerit.*

Humanus reſpectus tepidis ad rectam viã pedagogus.

144. Reducendi Monachi ad ſua Monaſteria.

Quamobrem ne hoc eueniat, quoſcumque ex fratribus à Conuentibus ſuis deſciuiſſe animaduerterimus, eos admoneamus, & vnde egreſſi ſunt eos reducamus: aut ſi nobis obtemperare noluerint, caueamus, ac auerſemur, & eorum congreſſionem defugiamus, & fratribus omnibus vt hoc idem ſeruent, denuntiemus: quo videlicet vel ipſi illi; cum hoc modo auerſos à ſe omnes videant, & reſipiſcant, & ad ſuum ſe gregem recipiant, atque ab eo quem ſemel ſortiti fuerint, paſtore paſcantur: vel ſi obſtinati in ſpiritualis communitatis contemptione permanſerint, reliqui ſaltem qui viderint, quam inuiſi omnibus & execrabiles facti ſunt, eorum exemplo commoti in officio perſeuerent, & quorum cupiant infamiam effugere, fugiant imitationem.

Redire nolentes, vitandi.

Quod autem mea hæc verborum commenta non ſunt, potiuſque certiſſimæ ſpiritus leges, ipſa Pauli verba apponam, quibus ille incontinenter vitam agentes caſtigat, atque inter cæteros ebrioſos etiam & maledicos, pœnis eſſe obnoxios vult. Si enim aliquis frater fuerit fornicator (inquit) aut maledicus, aut ebrioſus, cum eo qui huiuſmodi eſt, ne cibum quidem ſumere. Et item alio in loco de his qui nihil operabantur, ſed curioſè agebant, ſic dicit: Hunc notate, & non commiſceamini cum illo. Quod autem qui Spiritus Sancti pactiones videt, is facinus longè maius faciat, quam aut maledici aut ebrioſi, aut qui totam in otio vitam conterant, nemo eſt, cui non perſpicuum ſit. Quocirca haud abſurde nos ratio compellit, vt qui ſpiritualem diſciplinam violant, illos ab eorum, qui ipſam conſeruant, congreſſione ſecludamus, prohibeamuſque. Tunc autem tantummodo reprehenſione vacare fratris ſegregatio debet, quandocumque ea Antiſtitis iudicio occulta alicuius, quam ipſe ſciat; vtilitatis cauſa fiet. NOT. Præcipuum capitis huius regulare dogma ad 61. ſuæ Regulæ tranſtulit D. P. N Benedictus his: *Caueat autem Abbas ne aliquando de alio noto Monaſterio Monachum ad habitandum ſuſcipiat ſine conſenſu Abbatis eius, aut litteris commendatitiis; quia ſcriptum eſt: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Notandum autem maximè, cum Monaſteria eo tempore congregata ſub vno capite: & in vnum corpus non fuiſſent, pro eodem tunc temporis fuiſſe reputatum

Ostenditur peiores eſſe maledicis & ebrioſis.

145. Tranſitus ad aliam Religionem quibus expediat

tranſitus

tranſitus ab vno ad aliud Monaſterium, ac noſtro ab vna ad alteram Religionem; quò perſpicias, iam à vetuſtiſſimo æuo tranſitum hunc Monachorum ſuſpectum vt plurimum fuiſſe leuitatis, morumque prauitatis indicium. Vacabat tamen reprehenſione, quandocumque Antiſtitis iudicio honeſta in tranſitu cauſa erat, quam ipſe ſciret alicuius eſſe vtilitatis, vt ait Chryſoſtomus, quamque Benedictus aperit ibi, *ſi contentus fuerit conſuetudine loci, quam inuenerit, & non fortè ſuperfluitate ſua perturbat Monaſterium ſi qua ſanè rationabiliter, & cum humilitate reprehendit, aut oſtendit*: in quo caſu *tractet Abbas prudenter, ne fortè ad hoc ipſum Dominus eum direxerit*: quod planè deſumpſiſſe videtur ex lib. 5. Vit. Patr. libell. 11. n. 81. vbi habetur. *Dixit Senex: Sicut ordo Monachorum honoratior eſt ſæcularibus, ita peregrinus Monachus ſpeculum debet eſſe localibus Monachis per omnem modum.* Hinc noua Pontificum decreta tranſitum Monachis etiam ad arctiorem Ordinem ægrè concedunt, quæ tamen vt doctè notat noſter Brauo ad dictum cap. 61. n. 1. reducenda ſunt ad Cap. *licet* de Regul. vbi ſtatuitur licere Monachis zelo ſanctioris vitæ adſtrictiorem Religionem tranſire, petita prius, licet non obtenta Prælati ſui licentia, eamque Prælatum de iure petenti concedere teneri. Quo autem iure antiquitùs mutatio loci concedebatur vide lib. 5. Vit. Patr. libello 6. n. 26. *Dicebat Senex: Quia antiqui non citò migrabant de loco ad locum, niſi fortè pro tribus rebus: id eſt, ſi quis erat qui contriſtaretur aduerſus eum, & ſatisfaciens ei per omnia, non potuiſſet eum placare; aut iterum ſi contigiſſet vt à pluribus laudaretur, aut ſi in tentatione fornicationis incurriſſet.*

146. Mutatio hæc leuitatem animi arguit.

Verum etſi hæc iuris diſpoſitio locum, habitumque mutare volentibus faueat, vix iam ægrè ac difficulter Religio aliqua ſiue ſtrictior ſiue benignior alterius Monachū ſuſcipit experta quælibet illud Horatianū ep. 11.

Cœlum non animum mutant qui tranſmare currunt.

quodque vt in plurimum falſa mutationis loci conſolatione propoſita, vera animi leuitate vocationem ſuam deſerit Monachus, & clauſtra fugit.

Inſolabiliter tamen iſtuc mens animuſque
Fert, & amat ſpatiis obſtātia rūpere clauſtra.
Cui placet alterius, ſuā nimirum eſt odio ſors.
Stultus vterq; locū immeritū cauſatur iniquè.

inquit ipſe epiſt. 14. Sed reuera (vt argutè ipſe ſubdit)

In culpa eſt animus, qui ſe non effugit vnquā.

Nec graueris lector Lucretium Carum audire rem luculenter exponentem lib. 3. de Rerum natur. in fine, his

Si poſſent homines, proinde ac ſentire videntur
Pōdus ineſſe animo, quod ſe grauitate fatiget
Et quibus id fiat cauſis cognoſcere, & vnde
Tanta mali tanquam moles in pectore conſtet,
Haud ita vita agerēt, vt nūc plerūq; videmus
Quidſibi quiſq; velit, neſcire, & quærere ſēper
Commutare locū, quaſi onus deponere poſſit.

Et poſt aliqua quibus inquietum demutantis loca animum pingit, concludit.

Hoc ſe quiſque modo fugit.

Vide notata in hoc libro c. 4. n. 43.

CAPVT XXIII.

Quod neutiquam debet, qui in Conuentu pietati operam dat, eorum, quæ coniuncta cum materia ſunt, quicquam priuatim poſſidere.

DEBET autem pietatis cultor, qui eam, quam ſupra expoſuimus in vita communitatem amplexus ſit, ab omni priuata rerum, quæ in materia conſiſtunt, poſſeſſione liber eſſe. Etenim niſi hoc facit, primum quidem ſocietatis exactam diſciplinam priuata poſſeſſione corrumpit: tum ipſe etiam magnopere de ſe indicio eſt, vt qui Deum perpetuò iis alimenta ſuppeditaturum diffidat, qui in nomine ipſius congregati ſunt, neque illud audiuerit, quod dicitur à Propheta: Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panes: vel eos nimirum qui intelligentia percipiuntur, prudentia ſcilicet, vel qui ſenſu quibus corpus alitur. Nam ſi vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine Chriſti, ibi ipſe in medio illorum eſt, multo certè veriſimilius ibidem eſſe credendus eſt, vbi multo copioſior ac frequentior hominum congregata multitudo ſit. Aut igitur neceſſarium nihil nobis deerit, ſi Chriſtus nobiſcum affuerit; ſiquidem neque Iſraëlitis in vaſta illa ſolitudine ipſorum vſui neceſſarium quicquam defuit; aut ſi etiam defuerit, ad probationem noſtram, ſatius eſt inopia laborare, quam diſiunctos ab eius ſocietate in rerum vita huius omnium affluentia verſari.

147. Proprietatis diſciplinam corrumpit.

De Deo diffidit.

Porrò incommodum; quod ex iſtiuſmodi poſſeſſione naſcitur, nequaquam hic tantum reſiſtit, ſed vlterius etiam progreditur. Etenim qui proprium habere aliquid ſtudet, is ſine dubio nihil aliud quam diſiunctionem ac defectionem à cæteris meditatur. Nam cui hoc in animo non eſt, quid eſt tandem quod ipſe poſſidere ſeorſum velit? cum id certum ſciat, Chriſti beneficio ſeruos ipſius in neceſſariarum rerum copia aſſiduè verſari. Proinde perſpicuum eſt, qui talis ſit, eum de præcidenda, ac morte afficienda anima ſua meditari, qui exiguis obolis ſalutem ſuam addicere, ac prodere paratus ſit. Et (liceat mihi quæſo per vos aliquantulum loqui audacter quod ſentio) alter Iudas efficiatur, nempe qui à furto exordiatur. (Furtum enim eſt parata poſſeſſio) & in proditionem deſinat: quando vt ille Dominum, ſic iſte etiam veritatis verbum prodit. Quando enim Inſtituti noſtri Regula hoc habet, non licere nobis neque ab ea ſocietate, ad quam aggregati ſumus diſiungi, neque priuatam vllam pecuniam acquirere, neque denique clancularium quidvis moliri, aut eiuſmodi, quod exempli peruerſitate reliquorum fratrum ſaluti poſſit obeſſe, tum neglecto aliquis Dei timore, & legibus Spiritus ſancti violatis ſocietatem primum expilare (ſocietatis enim expilatio eſt, rei cuiuſcumque & vndecumque in priuatum vſum ſeuocatio) deinde defectionem etiam, ac ſeparationem cogitauerit, qui defendi poteſt hunc non Verbum veritatis prodidiſſe, & alterum Iudam factum eſſe, qui quantum in ipſa re ſit, veritatem prodat? NOT.

148. Defectionē à cæteris meditatur.

Iudas alter priuata poſſeſſione efficitur.

Expilatio ſiue defraudatio quidē

Viuis admodum atque Scholaſticis rationibus voti paupertatis eſſentiam, & obligatio-

nem attingit;de quo idem prorſus docet D. P.N. Benedictus cap.33.ſub titulo *ſi debeant Monachi proprium habere*. Longam & pro dignitate de hac materia, quæ inter Monaſticas grauiſſima eſt, tractationem habes apud Magiſtrum ſentent.in 4.diſt. 38. & D. Thomam 2. 2. quæſt. 186. eorumque Commentatores præſertim autem P. Suarez tom. 3.de Relig.lib.8. per totum. Thomam,Sanchez lib.7.ſummæ,& alios, ad quos eandem remittit ni Brauo in Not. ad dictum cap.33. Quæ autem ad noſtrum attinent Inſtitutum vide lib.2.cap.6. à n. 1. & cap. 8.per totum.

CAPVT XXIV.

Quod internum etiam hominem à vitiis omnibus expurgare debemus.

149. Vitia Deum à nobis fugant.

QVOCIRCA omni modo fugiendum nobis eſt, ne priuatim omnino quicquam poſſideamus, præter ea, quæ promiſcuè omnibus ſimul comparantur: neque hac ratione ſolum integram ab omni labe mentem noſtram conſeruemus, ſed internum etiam hominem ab omnibus ſordibus expurgemus; nimirum impuris ac prauis primum cogitationibus, quæ interius ſpiritus domicilium ſua intemperie exagitant, & conturbant; idque contingis à dolo, ſimulatione, inuidentia, contentione, quæ vitia & charitatem radicitùs euellunt, & Deum ex eorum animis, in quibus ſunt, fugant. Si enim Dominus charitas eſt, ſine dubio qui charitatem non habet, is diuina gratia caret. Dandaque nobis ſtudioſè opera eſt, vt eum, pro ſe quiſque, animum noſtrum omnes ſummè humilem, caſumque, & ad omnia quæque agenda paratiſſimum conſeruamus, mentem ad res vitæ huius occludamus, illudque propoſitum nobis habeamus, ne qua in re, dum in hac vita ſumus, ab vlla Dei voluntate aberremus, ac proinde ab arrepto vitæ huius inſtituto nos ipſi auellamus. Siquidem huiuſmodi animi ſtatus, præterquam quod omnem à nobis ſocordiæ & euagationis ſegetem eximet, perficiet etiam, vt cum pio metu, ac firmo animi propoſito honeſta omnia officia perſequamur.

150. Deus medius animorum.

Atque illud cum primis in animo defixum habeamus, Deum bonum eſſe, & bonorum omnium autorem, mali autem vllius, nullo modo: licet nos: ita poſtulante valetudinis noſtræ vſu, acriores interdum medicinas deguſtemus. Etenim Deus cum medicus ſit humanorum animorum, pro natura morborum, medicamentorum etiam ad ſingulos ipſos appoſitam temperat vim, quæ quando opus ſit, intimum etiam penetrans vitium perpurgare queat. Proinde cum hoc ita ſe habere pleniſſimè intelligamus, à gratiarum actione nunquam deſiſtamus, eſto dum à negligentiis, aut malitiis noſtris perpurgamur, acriorem aliquando medicinam experiamur. Illud autem, tentationis & probationis cauſa aliquid pati rarorum admodum hominum eſt, & Arabia ſimilium.

PERORATIO.

151. Vitæ ſocialis excellentia.

HÆC itaque ſunt, quæ Dei gratia mentis noſtri humilitati ſuggeſſit ad cohortationem veſtram, qui communem hanc & ſocialem vitam eſtis amplexi: quo quidem genere, vt & ratio docuit, & nos mente peruidere potuimus, nullum neque ſplendidius, neque acceptius, neque ſublimius reperiri apud homines poteſt. Verum enim quando iis quoque qui in ſolitudine ſeorſum degunt, eam quam potuimus cohortationem attulimus, vnumque atque idem vtriſque propoſitum eſt, nempe Chriſto placere, & quæ illis dantur præcepta, his affinia ſunt, & illum quoque librum adeamus. Siquidem fortaſſis, ex eo etiam vtile aliquid poterit aſſumi, quod traditam hic in communi cum cæteris viuendi rationem, magis etiamnum illuſtret, perpoliat, & exornat. NOT. Vide notata num.65.

§. V.

Reliqua D. Ioannis Chryſoſtomi Inſtitutiones ad Communem vitam ſpectantes.

NEmo me propter me hoc in loco deſpiciat, et ſi extra publicam viam libellum de *Monaſtica exercitatione* quibus potui notatiunculis §.3.& 4.illuſtratum Chryſoſtomi opus eſſe, non Baſilij neruis omnibus ſoadere fuerim conatus. Hoc namque (vt zoyloos eludam) pro coniectura, non iudicio haberi volo, quod & toto §.2.à n.6.faſſus ſum: rem namque nouam aggredi nulli vnquam facilè fuit, cum trabs in cunctis, etiam peruiis, atque omnium pedibus tritis plerumq; interiecta inueniatur, atq; in his etiam, quæ ad oculum perſpicua apparent, verū vſquequaque ſit commune illud proloquium *Vnus vir, nullus vir*. Cuiuſcumque autem Aſceticum illud ſit, eximium eſt opus meritum ſanè vtriuſq; Doctoris nomine honorari, ac proinde neutiquam abſque magna Veteris Monachatus iniuria in albo Monaſticarum Regularium locus ipſi & Notæ denegarentur. Cæterū ne quis putet ſola coniectura probari non ſolum Monachum, ſed & Monachorum legiſlatorem extitiſſe Chryſoſtomum, ex eius probatis, atque indubitatis ſcriptis Monaſticas Inſtitutiones, & conſuetudines eliciam, quibus ipſe, & quos ſæpe laudat Monachos, ſe adſtringebant. Eas vero multis locis refricat penè eiſdem verbis, præſertim hom.56.57.58 & 59.ad popul. Antioch. & Hom.de laudibus Monach. tom.5. & Hom. 14.ſuper 1.epiſt.ad Timoth. c. 5. & hom. 69.in Matth.paſſimque alibi: quæ ſic habent. 152. Non ſolâ coniectura probari legiſlatorem Monachorū fuiſſe Chryſoſtomum.

1. *Beatorum Monachorum vitam diligentiùs vnuſquiſque conſideret. Illi namque turbulentæ conuerſationi renuntiantes, & iſtius mundi delicias abdicantes, libertatis amœnitate illecti, montium cacumina poſtulant, & tanquam tutum portum beatitudinis eligentes, ibi receptacula tabernaculaq; componunt.* Ita auri os, generalem rerum omnium, & deliciarum abdicationem à Monachis generosè fieri ſolitam, deſcribit, ſerm.de Ieiunio, cuius exordium: *Adeſt nobis ſplendidiſſimus dies,* tom.5.ſpeciatim vero de Veneteæ libidinis abdicatione alibi. 153. Rerum omnium abdicatio.

2. *Non nubunt, neque ducunt vxores, neq; multum dormiunt, neque deliciis vacant; ſed præter pauca quædam, vt incorporei facti ſunt.* Nimirum *neque nubent neq; nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei.* Sic ille hom.57.ad pop. Antioch. Docet autē quo ſolemnitas voti caſtitatis Monachorū ex eius mente probatur, non ſolū eos nō ducere debere vxores, ſed nec omnino poſſe; ita vt ſi quis aliquam duxerit, perpetuò mæchus habeatur, & ab ea ſeparari cogendus ſit? vt de ficto Theodorum Monachum iuuenem 20. an- 154. Caſtitas.

norum

norum ætatem non excedentem, nobilitate generis præſtantem, qui recèns Monaſticem profeſſus, vxoris amplexibus irretitus iacebat, libro edito, totis viribus ab ea ſeparare tentauit, vbi inter cætera: *Equidem fleo, non quod paternarum rerum ſolicitudinem geras, ſed quod ex fraterno te deleueris numero, quod negligendo calcaueris, quidquid ante de pectore Chriſto ſpoponderas, ad hæc inhorreſco: his angore crucior, propter iſta formido, non immerito. Vt enim non obiicitur deſertio militiæ non militanti, ita is, qui ſemel eſſe cœperit miles, cum deſeruiſſe detegitur, pœna dignus vltima iudicatur. Non eſt graue Theodore, Chariſſime, cadere luctantem, ſed iacere deiectum; non eſt pernicioſum in prælio vulnerari, ſed poſt vulnus acceptum deſperatione curandi medelam vlceri denegare.* Et poſt quædam. *Bonum quidem nuptias & ipſe confiteor, Honorabiles inquit nuptiæ, & cubile immaculatum. Fornicatores autem & adulteros iudicat Deus. Sed te iam ſeruare non conuenit priuilegia nuptiarum: Angelorum enim ſocietate ſemel iunctum, illud relinquere, & vxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurrere eſt. Quamuis frequenter hoc ipſum nuptias voces, ego tamen & adulterio illud tanto peius affirmo, quanto maior, ac melior mortalibus Angelus. Neque vllus tibi fortè perſuaſerit dicens. Nihil de non accipienda vxore Dominus præcepit: Nec me ignorare confiteor, quod adulterium interdixit; non nuptias vetuit, verum in te adulterij nomen accipiet, ſi volueris vnquam (quod abſit) nuptias cogitare.*

Monachus nuptiarum incapax.

155\. Quæ autem vinculorum fortiora ſint, profeſſionis, an nuptiarum, in quo vno totius quæſtionis cardo voluitur, rurſos ſic exponit: *Si militia vincula non tenerent, quis tibi deſertionis crimen obiiceret? nunc autem nihil in te penitus tui iuris eſt, quippe qui tanto Imperatori militare cœpiſti.* Quod probat exemplo: *Nam ſi mulier proprij corporis non habet poteſtatem, ſed vir: multo magis hi, qui Chriſto potius quam ſibi viuunt, conditionem corporis ſui habere non poſſunt.* At ne quis vnius dumtaxat Chryſoſtomus tunc temporis fuiſſe ſententiam hanc, comminiſcatur, attendat qood inferat, omnes vnanimiter fratres ita ſenſiſſe. *Multos namque ac magnos habes Diuini muneris gratia viros, qui nobiſcum dolent qui pro anima tua diebus ac noctibus ſalute formidant. Habes S. Valerium, ac Deo quoque dignum Florentium, per omnia eidem morum ornamento germanum: habes Porphirium Philoſophiam Chriſti philoſophantem, aliaſque præterea plures numero, & pares vita: Omnes hi indefeſſa caſum fraternum lamentatione deplorant.* Et in fine: *Speramus autem quod iterato à te ſancto, atque fœlici Saluatoris diſcipulorum choro videbimus aggregatum.* Et nihilominus mirum eſſe doctè expendit, lib. 3. contra Vituperatores vitæ Monaſticæ, quod *pudicitiam quidem ſæcularis is, qui vxorem habet facilè ſeruari poſſe videtur, quippe ſolatio non minus fultus. Verum ſic quoque plures longe videas lapſos ex coniugatorum, quam ex Monachorum ordine. Neque enim tam multi ex Monaſteriis ad matrimonia accedunt* (adulteri, vt iam explicuit, effecti) *quam ex iugali thoro ſe ad ſcorta recipiunt.* Iſidorus lib. de Vir. Illuſtr. rectè Chryſoſtomum ſenſiſſe de Theodoro ſcribit: inquit enim cap. 6. alias 19. *Condidit*

Profeſſionis vinculum nuptiarum vinculo fortius.

Plures coniugatorum quam Monachorum adulteri.

Græco eloquio multa & præclara opuſcula, è quibus vtitur latinitas duobus eius de lapſis libellis, ſcriptis ad quendam Theodorum, lamentis & exhortationibus plenis, vtpotè illum à bona conuerſatione deiectum, & quia Monachi vitam cum eo in vno eodemque Monaſterio exercuerat, ideo conuerſationis ibi factæ eum in libris ſuis admonuit, prouocans eum ad propoſitum; atque oſtendens nulli peccatori vel impio, ſi ad pœnitentiam redeat, deſperandum. Deſperandum vtique illi eſſet, ſi in nuptiis ſemel initis perſiſteret, Diui vtriuſque ſententia v. n. 13.

3\. *Non eſt ibi Meum, & Tuum, ſed hoc verbum eliminatum eſt, infinitorum cauſa bellorum.* Hæc ille homil. 58. ad pop. Antioch. quæ iterat hom. 59. & homil. de Monach. laud. & hom. 14. in 1. Timoth. 5. Quatenus autem huiuſmodi paupertatis profeſſione ſolemni omnis dominij deinceps expertes Monachi reddantur, luculenter diſſerit hom. 12 in Act. Apoſt. exemplo Ananiæ & Saphiræ. Supponit primum ſponte omnes ad diuitiarum religioſam abdicationem accedere iuxta illud Petri c. 4. *Nonne manēs ſibi manebat, & venditū in tua erat poteſtate?* quod fuit dicere: *Numquid neceſſitas, vel violentiā quadam erat? nunquid enim inuitos vos trahimus?* Verum poſtea: *Pecunia illa iam erant ſacra,* & ideo tranſgreſſores iuſtè puniuntur. *Si enim qui ligna collegerat, lapidatur, quāto magis qui ſacra diripit ſacrilegus vides quod hoc crimen imputatur, eo quod pecunias ſuas accepit, quas conſecrarat. Nunquid non poteras illis, etiam cum vendideras, tanquam propriis vti? nunquid prohibitus es? quare accipis, poſtquam promiſiſti? Oportebat initio habere, & non permittere. nunc autem poſtquam cōſecraſti, maius ſacrilegium commiſiſti.* Hac autem paupertate tam diuites omnes euadunt, vt hom. 11. præced. audeat dicere: *Nonne diuiſio ſemper minora commoda affert, vnanimitas autem & conſenſus incrementum? Sic qui in Monaſteriis nunc viuunt, quemadmodum olim fideles. Quis mortuus eſt fame? quis non liberaliter educatus eſt? Nūc autē hoc timēt homines, magis quā in immēſum, & inexhauſtū pelagus incidere.* Et quid inde boni Monachis accedit? v. n. 157.

156\. Paupertas.

Paupertas hæc veræ diuitiæ.

4\. *Vna menſa eadem fercula, eadem indumenta, habitacula eadem, eadē vita. Et quid miraris quod vna ſit omnibus diæta, veſtis, & menſa, quippe cum omnibus ſit vna anima, non tantum quoad ſubſtantiam* (ſpeciei, vt vocant Dialectici) *hoc enim & in omnibus verum, & quoad claritatem. Qualiter igitur hæc vnquam contra ſeipſam inſurgeret? Non eſt ibi paupertas, & diuitiæ: gloria, & ignobilitas. Qualiter igitur aditum inueniret arrogantia, vel ſuperbia?* Ita ille hom. 58. ad popul. Antioch. vbi etiam addit.

Vitæ vnitas.

5\. *Nullus ibi magnus, nullus paruus. Quid igitur? Confuſio? Abſit, ſed perfectiſſimus ordo. Licet enim quis paruus ſit, magnus hoc non reſpicit: ſed & ille ſe rurſum inferiorem exiſtimat eſſe, & ita maior efficitur. Magnus illic vilius opus arripiens.* Et rurſus: *Sunt quidem parui, & magni, ſecundū virtutis rationem, ſed quod dixi, nullus hoc intuetur. Paruus non dolet, quaſi contēnatur, nec vllus eſt qui contemnat: quod ſi quis tamen aſpernatur, hoc maximè docentur, contemni, reſpui, & vilipendi, per verba, per opera.* Hæc ibi: in quam etiam ſententiam lib. 3. aduerſus Vituper. vitæ Monaſt. elegantiſſimè Monachos eſſe ait: *qui ſe ipſos cum vltimis & vilioribus annumerant; iſtamque irrationabilem potentiam vt vitium caſtigant, & fugiunt.*

157\. Ordo, & humilitas.

Q 2 Qui

Qui parco cibo habitaculoque, quod neceſſitati ſatis ſit, contenti, nihil amplius requirunt. Qui ne glebæ quidem vnius poſſeſſionem ſibi neceſſariam exiſtimant. Qui fœnoris, & mercaturæ conuentionem & chirographorum iniquitatem penitus oderunt: atque ex his quæ poſſident, egentibus ſubueniunt. Et paulo inferius: *In Monaſteriis nullus paupertatem exprobrat, nullus diuitiis honeſtior eſt. Inde id quod omnia peruertit, & perturbat, Meum & Tuum penitus eliminatum eſt. Cuncta quippe illis communia ſunt, menſa domus indumentum: & quod ſanè mirabilius eſt, vnus etiam idemque animus omnibus eſt. Omnes eadem ſunt nobilitate nobiles, omnes eadem ſeruitute ſerui, eadem libertate liberi: vna illic omnibus diuitia, quæ verè diuitiæ ſunt; vna gloria, quæ vera gloria eſt.*

Vita communis.

Obedientia.

6. Quod ad obedientiæ profeſſionem ſpectat, eodem lib. 3. ait: *Alieno imperio regi, aliiſque obtemperare meditantur.* Et hoc quoque reſpicit quod ſupra Regula 2. dixerat: *Nihil iam inte penitus tui iuris eſt, qui tanto Imperatori militare cœpiſti:* & hom. 58. ad pop. *Quanta penes nos pugna eſt primas partes aſſequendi; tantum apud illos certamen, ne conſequantur, ſed repellant. Et multum & ſtudium quis magis præcellat contemptum patiens, non honorem admittens. Alioquin autem & ipſa opera modeſtè ſe gerere docent.*

158. Quibus eos præcedit Prælatus.

7. Quibus autem miniſteriis cæteros præcedat Prælatus, ſic explicat hom. 56. ad pop. *Præcedit ante eos in oratione Prælatus:* & hom. 69. c. 21. Matth. *Huius orationis dux & caput præcipuum eſt eorum Pater, atque Præfectus:* Et hom. 59. ad pop. Prælati eſſe docet dormientes omnes ad vigilias excitare, inquiens.

Nuntiat horam operis Dei.

8. *Poſtquam gallus cantauit ſtatim veniens Prælatus, & pede ſolum ſimpliciter cedens, omnes excitat.* Quod autem percuſſione ſoli, pede ab eo fieri ſcribit, aliter ſic explicat: *In galli cantu continuè Præpoſitus aſſiſtit, pulſatque pede modico iacentem, & ſic omnes vna protinus excitat.* Ita ille hom. 14. in Epiſt. 1. ad Timoth. 5. & iterum ſerm. de Laud. Monach. tom. 5. *Mox omnes per Monaſterij Præſidem excitati, ſomno excuſſo modeſtè conſurgunt.* Sed quoniam modo eos excitat? *Edente gallo vocem, cum Monaſterij Præpoſitus vel vnum pede pupugerit, omnes excitat. Neque enim vt nos excutiendo ſomno & ſopore, multo horarum longiori indigent ſpatio nec ſomni excuſſore quis opus habet, ſed vt primum aperuit oculos, præ abſtinentia ſimilis apparet ei, qui multum ac diu vigilauerit; nam cum nullo cor fuerit cibo grauatum, ac ſuffuſum, nec longius illi opus eſt ad lauandum tempus, quin leuior ocyus ſe, & terſis manibus attollit.* Hinc planè hauſit D. P. N. Benedictus quod cap. 47. ſuæ regulæ ſtatuit inquiens: *Nuntianda hora operis Dei die noctuque ſub cura ſit Abbatis; aut tali ſolicito fratri iniungat, hanc curam, vt omnia horis competentibus compleantur.*

159. Veſtitus.

9. *Vno tantum amictu ad vitæ ſuæ inſtitutum conformi vtuntur.* Ita ille in libello de Comparatione Regis & Monachi tom. 5. & hom. 59. ad popul. *Non multis egent indumentis.* Et hæc quidem quantum ad habitum propoſito conuenientem: nam qualem ipſe ab exordio ſui Monachatus induerit, ſic exponit Metaphraſtes: *Deinde cum eſſet ætas ei adhuc iuuenilis, & nihilominus corpus natura malè affectum, & valetudinarium, ſe tradit Monaſteriis, in quibus vita agebatur accuratior, & aſperior, quam in aliis. Et cum totam veſtem exuiſſet cum ſapientia carnis induit amictum ex pilis* (caprarum haud dubium, aut camelorum) *contextum, corpus adhuc affligens, & velut quandam nubem attenuans, & lumini mentis præbens libertatem.*

10. Enimuero de ſociis ſuis agens hom. 56. ad popul. dixerat: *Veſtis autem eis fortitudine digna: non enim caudatis vtentes veſtibus, iuxta eneruatos, & molles induuntur, ſed iuxta beatos illos Angelos Eliam & Eliſeum, Ioannem, & ſecundum Apoſtolos, cum veſtimenta ſint ipſis parata, his quidem ex caprarum pilis, his autem ex pilis camelorum. Sunt autem & quibus ſola ſufficiunt pelles, hæ iam dudum confectæ.* Similia habet hom. 69. in Matth. *Etenim veſtes aliis caprarum aliis camelorum pilis confecta ſunt: multis coria ſolum, & ea vetuſtate conſumpta ſatisfaciunt.* v. Regulam 30. De tunica Chryſoſtomi illuſtre extat teſtimonium apud eius Encomiaſtem Leonem Imper: vbi quidem hemicranij dolore male affectus, cuius iam oculus à maxilla pendere videbatur, dum *tangit Ioannis tunicam, & eam locis affectis imponit, citius fuit curatus.* Agebat tunc Ioannes in Cœnobio. De pallio à ſuis Monachis geſtari ſolito eſt illud eiuſdem Chryſoſtomi hom. 17. ad popul. *Monachi vero homines pauperes, pallio plus nihil habentes.* Et iterum de qualitate veſtium diſcipulorum ſuorum, nobilitate ſæculari quantumis præſtantium hom. 69. in Matth. *Si enim quis diuitum filios, & maiorum inſignium nepotes, illa amicula ferre adſpexerit, quæ nec extrema paupertate oppreſſi ferre dignarentur, & hac re gaudere illos agnouerit: cogitate quanto ſolamine, ſi ſit pauper, recedit; ſi diues moderatior atque melior inde facile fit* Similia habet hom. 56. ad Pop. ne quis exiſtimet ex vili dumtaxat plebe ad Monaſticem conuolare tunc aſſueuiſſe. Enimvero cum Archalaus Antiochiæ Præſes à lepra liberaretur, iuſſibus obtemperans Ioannis, qui ei dixerat. *In nomine Chriſti lauate aqua, vbi fratres ſolent bibere:* & ſimul vinculi à ſe mundi reiiceret Monachus ſub eo præceptore factus, tunc accidit quod narrat Metaphraſtes: *Hoc multos ex iis, qui erant illuſtres Antiochiæ, excitauit ad ſimilem æmulationem, & adiunxit numero eorum, qui ſalui fiunt, ſimiliter enim Deo ſuas propter egentes, dedicantes facultates, alij quidem relati ſunt in numerum huius ſancti Monaſterij, quemodo etiam aiunt, Theodorum, qui fuit vnus ex valde illuſtribus, alij vero ventitabant ad alia, quæ in ciuitate erant, Monaſteria.* E priorum numero fuiſſe perhibet Eucleum, cui vnus exciderat oculus: *ſed cum in eo Monaſterio, in quo erat ſanctus habitum mutaſſet, & vitam.* Obiter, quæſo, obſerua, eos, qui apud Ioannem Monaſticem arripiebant, habitum priorem mutaſſe, & Inſtituto nouo congruentem induiſſe. Obſerua itidem, tonderi eoſdem ſolitos, in quo longe diſtaſſe ſuos comperies ab illa nota Marciani, & Euſebij diſcipulorum, iuxta Antiochiã item degentium, quos Theodoretus ſcribit prolixam valde nutriuiſſe comam contra doctrinam Apoſtoli, quod obſeruauimus l. 2. c. 10. n. 2. Diſcipuli vero Ioannis non ſic, nam de Archelao ſcribit Leo ſemper. *Tondetur & cum ſanctè fuiſſet Monachus, inſignis euadit, & conſummatur.* Et de Eucleo: *Accedit, tondatur: tandem Ioannis precibus lucem rurſus accipit.*

Cilicia.

Pelles.

Tunica.

Pallium.

Nobiles ad Monachatum conuolant.

Mutatio habitus.

Tonſura.

11. Sed

Digitized by Google

160. **Dei laudes nocturnæ.**

11. Sed verò quatenus Diuinum opus perſoluebat? Audi ex homil. 59. ad popul. *Poſtquam gallus cantauit ſtatim ſurgentes ſtant, hymnos cantantes Propheticos.* At quos in Nocturnis Vigiliis dicere ſoliti erant? *At & ipſa Cantica commoda & in Deum charitate plena.* Thren. 2. *In noctibus, inquit, extollere manus veſtras ad Deum*: Et Iſai. 26. *De nocte vigilauit ſpiritus meus ad te Deus, quoniam lux præcepta tua ſuper terram. Et Dauidica cantica multos mouentia fontes lacrymarum, quippe cum cantet dicens: Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo: Et iterum: Quia cinerem tanquam panem manducabam. Et iterum: Quid eſt homo, quia innotuiſti ei? aut filius hominis, quia reputas eum? Homo vanitati ſimilis factus eſt, & dies eius ſicut umbra prætereunt. Et ne timueris cum diues factus fuerit homo, vel cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Et rurſus: Qui habitare facit unius moris in domo. Et ſepties in die laudaui te, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Et iterum: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Et, Deus redimet animam meam de manu inferi. Et, ſi ambulauero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et iterum: Non timebis à timore nocturno, à ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, à ruina & dæmonio meridiano. Et, Æſtimati ſumus tanquam oues occiſionis. Quoniam & cum Angelis cantant, nam & Angeli tunc canunt, laudate Dominum de cœlis*: Hos omnes integrè pſallere occeſſum fuit, ſobdit enim: *Quanti eſt eos in hoc totam noctem in ſumere.*

Ceremoniæ.

12. Sed de ceremoniis rogas: *Surgentes ſtant hymnos canentes*: ex homil. 59. ad pop. & ſerm. de laud. Monach. & hom. 14. in 1. Timoth.

Chorus.

13. *Sanctum conſtituentes chorum, & ſtatim manus extendentes ſacros hymnos decantant* ex eiſdem locis. Orare vero expenſis manibus proprium fuit Monachorum Ægyptiorum, vt Caſſianus narrat lib. 2. cap. 7. & notauimus in Scithiotis lib. 3. cap. 5. num. 35. Quod vero non ſederent, ſed ſtarent in pſalmodia, Therapeutarum fuit, de quibus Philo lib. de Vit. Contempl. *Canebant hymnos ad auroram ſtantes.* Et Baſilios de ſuis epiſt. 63. *Ab oratione ſurgentes ad pſalmodiam inſtituuntur.* Imo in Ægypto pſallens ſemper ſtabat, ſed quia pſallebat vnus, cæteri ſedebant. Chryſoſtomos chorum conſtituebat pſallentium; ait ſiquidem homil. 69. in Matth. *Choro conſtituto, omnes quaſi ab vno conſonanter ore, diligenter hymnis Deum laudant.* Idem habet hom. 56. ad pop.

161. **Deprecationes peculiares.**

14. *Mox vt illa dixerint cantica flexis genibus laudatum Deum pro negotiis inuocant, in quorum congregationem quidam nec ſtatim veniunt: petunt enim præſentium quidem nihil (eis ſiquidem horum nulla ratio) ſed vt cum fiducia ſtent coram illo tremendo tribunali, cum veniet viuos iudicaturus & mortuos, Vnigenitus Dei Filius, & nullus illam audiat horrendam vocem dicentem: Neſcio vos: Et vt cum pura conſcientia multiſque meritis hanc laborioſam tranſigant vitam, & ſecundo vento difficile nauigent pelagus.* Ita ille hom. 59. ad pop. & 69. in Matth. Sed

Orationes poſt ſingulos pſalmos.

verum poſt omnes Pſalmos decantatos vnicam flectentes orationem facerent, vel ſingulas poſt ſingulos, non omnino liquet; tametſi pronior ſim, vt exiſtimem, cuique Pſalmo ſuam, eique accommodam orationem à ſuis fieri Ioannem inſtituiſſe, quod videam ita à Patribus ægyptiis factitatum. Vnde in 1. p. Regulæ S. Pachomij c. 2. num. 2. (lib. 3. cap. 6. num. 20.) *Qui vna oratione tardiùs venerit, &c*, & num. 3. *Nocturno vero qui poſt tres orationes venerit, &c.* Expreſſit vero Caſſianus lib. 2. de Inſtit. renunt. c. 5. ita ab Angelo pſallere edoctos fuiſſe: *Quotidianos orationum ritus volentibus celebrare, vnus in medium Pſalmos Domino cantaturus exurgit. Cumque ſedentibus cunctis (vt eſt moris nunc vſque in Ægypti partibus, & in pſallentis verba omni cordis intentione defixis, vndecim Pſalmos, orationum interiectione diſtinctos, contiguis verſibus, parili pronuntiatione cantaſſet, duodecimum ſub Alleluya reſponſione conſummans, ab vniuerſorum oculis repentè ſubtractus eſt.* Et cap. 7. *Has igitur prædictas orationes hoc modo incipiunt, atq; conſummant: vt finito Pſalmo non ſtatim ad incuruationem genuum corruant, quemadmodum facimus in hac regione* (Galliarum) *nonnulli, qui necdum bene finito Pſalmo in orationem procumbere feſtinamus, &c.* Et in conſequentibus multus eſt vt de orationum illarum forma diſputet. Sanè in hunc ipſum finem Opuſculum ſuum S. Leander elaboraſſe crediderim, de quo Iſidorus lib de Vit. Illuſtr. cap. 28. alias 41. *In Eccleſiaſticis officiis idem non paruo laborauit ſtudio: in toto enim Pſalterio duplici oratione editiones conſcripſit.* Et de Tonantio Palentino Epiſcopo Illefonſus in ſuo de Vit. Illuſt. cap. 11. *Orationum quoque libellum de omnium decenter ſcripſit proprietate Pſalmorũ.*

15. Sed quo vocis tenore pſallebant? *Hymnos cantantes multa cum vocis conſonantia, cum aptè compoſitis concentibus. Neque cythara, neq; fiſtula, nec vllum aliud muſicum inſtrumentum talem emittit vocem, qualem audire licet in profunda quiete, & ſolitudine, Sanctis cantantibus illis.* Hæc ille hom. 59. ad pop. & 14. ſuper 1. Timoth. Sed verò hom. 69. in Matth & 56. ad pop. diſcrimen inter Sænicas cantilenas, & Monachorum cantum conſtituens, ait: *Tantũ diſcrimen inueniemus, quantum ſi quis Angelorum in cœlo canentium illam conſonantiſſimam audiſſet melodiam, & canes infimo defoſſos, & latrantes. Per hæc enim ora Chriſtus, per illam vero linguam diabolus reſonat. Tibiæ inflatis genis, deformata facie ſonoram iſti emittunt vocem: ſed hic Spiritus inſonat gratia, pro tybia, cythara, & fiſtula Sanctorum vſa labiis.* Quo videas deuotas voces Ioãnis Monachos in pſalmodia emittere ſolitos, nũ fucatas, ac theatrales. Huc forsã reſpicit, quod de poſteriori Eugenio Tolerano Antiſtite ſcribit Illefonſus c. vlt. *Cãtus paſſimis vſibus vitiatos, melodiæ cognitione correxit.* Ita apud Loayſam: ſed alia lectio à Griale edita habet *peſſimis vſibus*. Et rectior; niſi *paſſiuam* vocem dixerit, quæ non viriliter tonat: ſed fictè deprimitur. Vide dicta lib. 2. c. 12. n. 69. & l. 4. c. 4. n. 96. Addo ſeueriori adhuc reformatione indigere cantilenas quaſdam vernacula lingua inter Matutinorũ ſolemnia, præſertim Natiuitatis, & Epiphaniæ Domini & corporis Chriſti, & frequenter iam inter Miſſarum ſacra (noſtris *Villaneicos*) cani ſolitas, quibus maioris celebritatis & pietatis prætextu theatrales vocum anfractus flexus atq; inflexus, formicarij moduli, profana, ac ſuperuacanea fidium pertentamina, ac tãdem ſcænicæ omnes audiuntur harmoniæ, & quod turpius eſt, plura etiam dicteria riſum (ne luxum dicã) mouẽtia intermiſcentur. De quo admonito

162. **Cantus.** (margin, beside the start of ¶ 15)

Theatralis taxatur. (margin, beside "verò hom. 69. in Matth")

vellem Eccleſiæ Patres. Hactenus de Vigiliis: De exteris boris mox.

Horæ diurnæ. 16. *Facto autem die illi cum rurſus Matutinas orationes celebrauerint,& hymnos; ad Scripturarum lectionem conuertuntur.* Ex bom. 59. ad pop.& 14.n.1.Timoth.& de Laud.Monach.vide qualiter matutinales pſalmos in diem diſtulerint.

17. *Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſpertinas Orationes celebrant:& in quatuor partes diem diſpertiti*(quales protſus inter ſe,hoc eſt trium horarum)*dum ſingula partes implentur, pſalmodiis & hymnis Deum venerantur.*

163. Studia literarum. 18. Iam quibus exercitiis tempus reliquum tererent, audi ex iiſdem bomiliis. *Facto die ad Scripturarum lectionem conuertuntur.* Ita hom. 59.ad pop.& cit.56.*Cum chorum diſſoluerint, hic quidem Iſaiam ſumens cum illo loquitur, hic autem cum Apoſtolis conuerſatur, alius ab aliis elaborata percurrit,& de hoc Vniuerſo philoſophatur, de Deo,de viſibilibus,de vita præſentis vilitate, de Futurorum beatitudine.*

Labor manuum ſcriptio librorum. 19. *Sunt autem & qui libros tranſcribere docti,aſſignatum quiſque ſumens habitaculum,ſemper agit quietem, nugante nemine, nemine quicquam dicente,* hom.59.ad pop.v.5.ad 4.c.1.n.7.& c.3. n.1.& c.4.n.65.& c.8.n.19.

Silentium. 20. *Non illic ea videas,quæ domi ab omnibus eſt mundus locus ille,Silentium, & quies multa.*

Alia manuum opera. 21. De aliis vero operibus manuum hom. 69.in Matth.ait: *Exorto Sole ad opus vertuntur, quo multos pauperibus fructus colligunt*: Et hom. 9.*Neque enim quia ieiunant,aut vigilans, idcirco otium ſibi indulgent diurnum, ſed noſter quidem Sacris hymnis ac vigiliis, dies vero orationibus* (Secretis)*manuumque operibus ſe exercent, Apoſtolica curſum virtutis imitantes.* Sed ſpecialius hom. 58. popul. inquit: *Quis quæſo terram fodiens,& irrigans,& plantans*(vide hortorumſculturam) *ac ſportellas, aut ſaccum texens, vel alia quædam huiuſmodi tractans vnquam alium ſapiet?*

22. *Vt ſileam hic quam multa Monachis negotia neceſſariò exhibeant, tum veſtium confectio, tum vitæ cura: quippe cum certatim etiam contendant omnia per ſe opera peragere.* Hæc ille lib.de Sacerdot.At bom.58.ad popul.*Ignem ipſi accendunt,ipſi ligna comminuunt,ipſi coquunt, venientibus ipſi miniſtrant.*

23. *Omnes ex miniſtrantium ſunt numero.* hom.58.ad popul.

164. Hoſpitalitas. 24. *Hoſpitum quiſque pedes abluit, & multa de hoc contentio. Et hoc facit non examinans quis ille ſit,nec vtrum liber ſit,aut ſeruus:ſed vnicuique miniſterium hoc exhibet* ibi.

Miſericordia in pauperes. 25. *Et cum mendicis & debilitatis conuerſantur: & ipſorum menſa talibus ſunt plena conuiuis, & propterea cœlis quoque ſunt digni. Et hic quidem vulnera virus habentia curat, hic autem cæcum manu ducit, hic vero cruce portat debilem.* Ibidem.

Menſa. 26. *Nunquam prandium norunt,ſcientes quod præſens tempus eſt luctus & ieiunij, ſed cœnam.* Hæc ille hom.57.ad popul.*Veſpere autem facto, ſe laboribus abſoluentes,tunc menſam petunt,*hom. 59.ſed torſus n 57. vocat illam menſam *bonis plenam innumerabilibus, ſuauiſſimam, nunquam deficientem,à ſolicitudine liberam,inuidia,laboris, & omnis peſtis immunem, & bona ſpe refertam,& multa ſtatuentem trophæa.*

27. De qualitate ciborum ait bom. 59. ad popul. *Non ſeruorum ſunt excitantes multitudinem,neque domum circum curſantes,neque tumultuantes, neque lautos apponentes cibos, & nidorem exhalantes, ſed hi quidem cum Sole panem,hi vero & oleum adiungentes,& alij quicunque ſunt infirmiores, olera quoque habens atque legumina.* Eadem babet hom.14.n.1. ad Timoth. & ſerm. de Laudib.Monach.Addit verò hom.57. ad popul. cum pulchrè de ſuperfluitate & luxuria ferculorum ſæculares taxaſſet. *Sed nihil huiuſmodi penes Angelos illos,verùm & omnes hæ concupiſcentia* ſunt mortuæ. *Non enim ad Saturitatem & delicias, ſed ad neceſſitatem eis nutrimentum. Non auium ibi venatores,neque piſcium,ſed panis & aqua.*Et bom.69.in Matth. *Ita non brutorum animalium decoctas carnes ſibi, vt alantur, aſſumunt,ſed Dei verba melle, atque fauo iucundiora.* Vide notata n.60.& 130. Ciborum qualitas.

28. De potu vero agit iterum lib. de Comparat. Regis & Monachi, ſic: *Aquam libentius bibunt,quam vinũ.*Et vberius hom.71.in Matth, c.22.loquiens *Non eſt ibi ebrietas, non eſt ibi ſuperfluitas; quod menſa illa facile oſtendit.Iacet enim ibi aqua potu perempta temulentia, multiformis hæc, multicops beſtia.* Et longa eius Sobole pulchrè deſcripta,ſubdit: *Vides præclaram victoriam?Omnia igitur iacent,quæ temulentiam gignere ſolet:verba ſtolida,mens furioſa, ſuperbia flatus, cæteraque huiuſmodi. Suum enim probè hi milites Imperatorem imitantur,quem admirando Scriptura dixit: De torrente in via bibet: propterea exaltauit caput.* Potus.

29. *Poſt cœnam Deo quoſdam gratiarum hymnos dicunt. Et ſi vultis ipſos hymnos audire, vt ea vos continuo dicatis,illum omnem Sacrum vobis cantum recenſebo.Ipſius itaque verba ſic ſe habent.* 165. Gratiarum actio poſt cœnam.

Benedictus Deus,qui paſcis me a iuuantute mea.Qui das eſcam omni carni, imple gaudio & lætitia corda noſtra, vt omnem ſufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum in Chriſto Ieſu Domino noſtro,cum quo tibi gloria, honor, & imperium cum ſancto Spiritu in ſæcula,Amen. Gloria tibi Domine, gloria tibi Sancte,gloria tibi Rex, quoniam dediſti nobis cibos in lætitiam, imple nos Spiritu ſancto,vt inueniamur in conſpectu tuo beneplacentes, non erubeſcentes quando reddes vnicuique ſecundum opera ſua.

Poſt hunc autem hymnum multa repleti compunctione, & feruentibus lacrymis, ſic ad ſomnum ſe conferunt, tantum dormientes, vt parum requieſcant. Et rurſus noctes dies faciunt in gratiarum actionibus,& hymnodiis degentes. Hæc ille hom. 57.ad popul.& 56.in Matth.quibus locis hymnum ipſum fusè & pulcherrimè commentator. Porrò hymnus ipſe ſeu gratiarum actio poſt prandium Apoſtolicæ fuiſſe conſtat inſtitutionis,& ſub eo titulo ponitur à D.Clemente Papa lib.7.Conſtat. Apoſt. c. 48. in fine ipſius libri; verùm ibi terminatur illis verbis *in ſæcula Amẽ.* vt etiam habet terminum apud Athanaſium in Regula Monacharum. Cætera à Chryſoſtomo, vt reor,addita,& ſuis Monachis data ſunt, quæ ipſe ſic excuſſit. *Mox rurſum à principio quidem incipere videmur,eundem autem continuant ſermonem,aientes.Gloria tibi Domine &c. ſicut & Paulus in Epiſt.* ad Gal. *primordio cum in glorifica-* Ex Conſtit. Apoſt. Quæ addita à Chryſoſt.

tionem

tionem terminaſſet, atque dixiſſet: ſecundam voluntatem Dei & Patris, cui gloria in ſecula, Amen: rurſus incipit materiam de qua ſcribebat. Et iterum alibi Rom. 1. cum dixiſſet, *Coluerunt & ſeruierunt creaturæ omiſſo Creatore qui eſt benedictus in ſecula Amen, non conſummauit ſermonē, ſed rurſus incipit. Nec hos itaque redarguamus Angelos, tanquam inordinatè facientes, quod ſermonem in glorificatione terminantes, denuo Sacros incipiunt hymnos. Apoſtolicas enim ſequuntur conſuetudines.* Et paulo ſuperiùs. *Omnem hunc quidem hymnum admirari dignum eſt, præſertim autem hunc finem.* Qui nimirum *poſita menſa, vel potius ieiunio, tremendi tribunalis, & illius diei memoriam ſibimetipſis faciunt.* Et infra: *Cum autem hæc dixerint, & ignis fluuium introducant, & præmia certaminis, & brauia. Non dixerunt, Ne puniamur, ſed Ne confundamur: hoc enim nobis gehenna multo terribilis eſt, ab illa decidere gloria, Dominum offendere.* Vide dicta l. 2. c. 2. n. 9. & c. 12. n. 53. & & 54. & 66. & lib. 3. cap. 4. num. 32.

166. Somnus.

30. At de ſtratu, & ſomno parciſſimo. *Deinde paruam ſedentes vel potius hymnis omnia concludentes, in ſuo quiſque lectulo requieſcunt, ad ſolum ſomnum, non delicias comparato.* Ita ille hom. 59. ad pop. Sed verò ſerm. de Laud. Monach. qualitatem lectuli ſic explicat: *Diuinis interea laudibus non intermiſſis, cum paululum conſederint, ſingulis Storias, & humi cubant.* Et paulo prius: *Vbi ieiunium & ſtratum humi cubile; omnia pura à nidore, cruoribus, tumultu &c.* Et ſæpius humi eos cubare dicit, vt hom. 57. ad pop. *Illi ieiuniis, & humi ſtratis cubilibus, vigiliis, & ſacco, & innumeris ſemetipſos modis domant.* Et lib. 6. de Sacerdotio *Contento ſtudio ieiunare, humi decubare, aduigilare, illoto eſſe corpore, multam deſudare, & cætera id genus, Monachi ad durandum affligendumque corpus ſibi exercenda proponunt.* Vbi obiter illam addit prohibitionem balneorum, ab vniuerſis Monachorum legiſlatoribus adhibitam. Sed & hom. 56. in Matth. addit cilicij vſum: *Si illi qui ieiunando, humi dormiendo, vigilando, cilicium induendo, milleque aliis ſe ipſos caſtigant &c.* quod quidem ſuperius Regula 10. *Saccum* vocauerat. At ſomnum bis capiebant; ſemel quidem poſt cœnam in noctis exordio vſque ad galli cantum, de quo hom. 59. ad pop. inquit præter verba iam allata: *Non ſicut nos multis egent horis, vt ſomnum excutiant, & grauedinem capitis non eſt opus ſomnum excuti, ſed ſimul ac oculos aperuit, illi, qui iamdudum excitatus fuit, ſimilis eſt propter ſobrietatem. Cum enim cor cibis minimè grauatum non deorſum mergatur, non indiget multi temporis, vt ſe referat, ſed ſtatim eſt in ſolertia; manda manus, ſomnus enim eſt ordinatus. Nullus ibi ſtertentes audit, aut anhelantes. Nullus ſe per ſomnum verſantem videt, nullus ſe nudantem, ſed dormiunt, vigilantibus iacentes honeſtius nec enim nudos illic fas eſt dormire.* (vide D.P.N. Benedictum c. 22. Regulæ) *Hoc autem totum ex animæ compoſitione procedit. Multus enim Dei timor in profundum mergi ſomnum non ſinit, & animam obruere, ſed in ſuperficie accedit ipſos, tantum requieſcere faciens.* Eadem habet ſerm. de Laud. Monach. & hom. 14. in 1. ad Timoth. Qua in re non eſt ſilentio tegendum, quod de ipſo Chryſoſt. ſcribit Metaphraſtes. *Dicunt autem ipſum quoque ſomnum ſumpſiſſe cum eſſet opus: ſic autem ſumpſiſſe: Funis ex alto dimittebatur, alligatus extremis, cui & manibus, & barba ipſa innitens, quendam medium, neque ipſum firmum, ſed imbecillum, & ementitum ſomnium guſtabat.* O dignam tanto Magiſtro quietem! Iterum vero poſt vigilias celebratas non nihil guſtabant ſomni, de quo ipſe ibidem: *Cum vero iam dies lucere debet, tum requieſcunt; & cum nos incipimus opera, illi tempus habent quietis.* Sed quantum? *Facto autem die illi cum rurſus Matutinas orationes celebrauerint, ad ſcripturarum lectionem conuertuntur: & ad opera manuum, quæ expoſuimus.*

Lectus.

Balnearum prohibitio.

Bis ſomnum capiunt.

Chryſoſtomi dominandi morbus notabilis.

31. *Spectabis in ea eremo tuguriolum, videbis & diuerſorum, oculis ſolitudinem luſtrabis.* His ille ædificia ſuorum depingit Monachorum ſer. de eorum Laud. vili impendio facta, peripſemati hominum congrua, ſed vero benedictionibus Dei pleniſſima: vtpotè de quibus dicat hom. 57. ad pop. *Ex cellula, & ex corpore tranquillus portus.* Et hom. 58. *Bene veſtiri, & ſplendidè ædificare, illic ſublata ſunt.* Cæterum multo plura corporis incommoda ſanctus pertulit, quam ſuis Monachis præſcripſit. Enimverò Metaphraſtes de ſpelunca agens, vbi Ioannes ipſe duos annos latuit, inquit: *Non erat ei lucerna, non lectus, non menſa, neque aliquid huiuſmodi, quod faciat ad miniſterium corporis.* 167. Ædificia.

32. *Illic tamen vna tantum re opus eſt, nobili ſcilicet atque eximia alacritate animi: Hac ſi adſit nihil, quominus quiſque ad ſummam virtutem perueniat, impedire poterit.* Et recte. Ita ille lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ Monaſticæ.

33. *Et hic Monachus indiget conuenientia rerum & locorum, ad vitandam illam commodorum, vt ij loci; neque ita multum ab hominum conſpectu remoti, ſolitudinis tamen otium, quietemque habeant; neque iidem optima anni, atque aeris temperie careant. Nihil enim eſſe poſſit intolerabilius ei, qui abſtinentiis ieiuniiſque corpus ſuum macerat, quam cœli, atque aeris intemperies.* Hæc ille prudentiſſimè lib. 6. de Sacerdotio. Ea propter in calidis & temperatis regionibus Monachorum olim plures turbæ vt in Ægypto, & Palæſtina. Aëris temperies vitæ Monachorum neceſſaria.

34. *Si quis ægrotat, non lacryma, non luctus, ſed orationes. Non medicorum manus, ſole frequenter fides ægrotum liberauit. Si vero Medicis opus ſit multa & hic modeſtia, & tolerantia multa oſtenditur.* (in ægro ſcilicet medicinam renuente; in Præſide, vt adhibeatur) *ſi verè morbus accidat, ex ingluuie non accidit, neque ex caput grauante crapula, quin & hæ morborum cauſæ ſunt laudibus plena, non accuſatione: nam vel Vigilia, vel ieiunij nimietas, vel aliquid huiuſmodi morbos inducit, ex quibus & facile liberantur. Satis enim eſt non amplius ſimiliter laborantem, omnibus eſſe moleſtiis liberatū. Non adſtat mulier crines ſoluens, neque pueruli nondum factam orbitatem deplorantes, neque ſerui expirantem deprecantes, vt in tuto cuipiam ſe commendet: ſed ad ab omnibus his anima liberata, dumtaxat extremam conſiderat expirationem, vt Deo migret amica.* Nihil profecto dulcius, aut gratius dici valuit, quo commendaretur Monaſtica in ægritudinibus animæ libertas, morborum cauſæ aperirentur, remedia adhiberentur faciliora. Et hæc omnia illa hom. ille 59. ad pop. vnde poſtea verba etiam tranſtulit in hom. 14. in Matth. ex quibus ſermo de Laud. Monach. compactus eſt: vbi etiam de funere Monachorum his verbis. 168. Ægrotorum cura. Infirmantium lætitia.

35. *Moriuntur quidem & ex eis aliqui: non* Morientium funera.

 enim

enim ſunt immortales corpore: ſed morientes neſciunt mortem. Sic enim verè vinculis abſoluuntur: Mihi namque Chriſtus viuere, inquit, & mori lucrum. Vox exultationis in tabernaculis iuſtorum. Nunquam illic vlulatus audiri poteſt, nunquam deploratio; mundum eſt ab huiuſmodi moleſtiis ſtratum, ab hoc purum clamore. Hymnis defunctos proſequuntur. Honorem hoc appellant, non funus (ſic apud Hiſpanos, quæ fiunt parentalia poſt funus nuncupamus Honras) *& ſi nunciatum fuerit quod ille mortuus eſt; multum vbique lætitia, voluptatis multum: quin vero nec vllus audet dicere. Ille mortuus eſt, ſed ille eſt conſummatus. Tum gratiarum actio, lætitia, gloria multa, vnoquoque talem habere finem orante, ita certamen hoc exire, à laboribus, & certaminibus quieſcere, videre Chriſtum.* Hinc proculdubio Ciſtercienſes diem obitus fratris non in lacrymis & mærore ducimus; ſed læta nobis hæc dies eſt; & Monachis conſueta ac moderata animi recreatio indulgetur. Vide dicta c.7.n.87.

In obitu patrum exultatio.

Honras.

36. *Nec vero viri tantum, ſed & mulieres hanc exercent philoſophiam naturæ infirmitatem promptitudinis abundantia ſuperantes.* Hæc ille Hom. 57. ad popul. Vbi notandum I. Chryſoſtomum vtriuſque ſexus legiſlatorem extitiſſe. II. loqui S. Doctorem Monachis ſuis propè Antiochiam habitantibus: quandoquidem ad ea viſenda quæ ſcribit, inuitat perpetuò auditores, vt ſecum illuc proficiſcantur, & teſtes tantarum virtutum fiant. Quantum autem Ioannis noſtri Inſtituta cæteris Monachorum eiuſdem regionis præſtarent prudentia, & diſcretione, ex modo dicendi tute lector planiſſimè perſpicies. Adſectus eſt Chryſoſtomus ad Patres ſuos excuſſo mortalitatis puluere quinquageſimum tertium ætatis annum agens, eamque inter vltima verba more ſuo fundens orationem: *Gloria ſit Deo omnium cauſa* A. C. 407. iuxta Baron. ib. tom. 4.

Sanctimoniales iidē regulis inſtructæ.

CAPVT II.

De multis aliis Monachorum paleſtris in Meſopotamia Syriæ, aliiſque Syriæ regionibus conſtitutis.

1. PRius quam è Syria diſcedamus, libet varias Monachorum perluſtrare paleſtras, quibus Meſopotamia Euphrate & Tygride vallata, atque vtroque amne ab Armenis Aſſyriis Syriaque diuiſa, vetuſtiſſimis ab hinc ſæculis nobilitata dignoſcitur. Patrum & Legum-latorum Scholas cum in Meſopotamia Syriæ, tamen Calcſiriæ aliiſque Syriæ regionibus florentium literis ſuis illuſtres reddidit Theodoretus eorumque Inſtitutiones, edito deſuper non breui Commentario Philotheo ſiue Theophile, qui de Vit. Patr. liber eſt nonus elegantiſſimè proſecutus eſt. In eis vero illud præ oculis haberi oportet, non omnes ab vno profluxiſſe, qui cæteros Aſceticam edocuerit, & habitus Monaſtici myſteriorum participes effecerit; ſed quotuſquiſque è ſæculi vinculis ſe eripere ſatagebat, ſe ſolo Monachalem vitam arripiebat, nemine præuo te doctore; quinimum (quod vberius demonſtratum eſt lib. 2. c. 1. n. 8. & l. 4. c. 4. n. 14. & alibi) poſtquam ab Apoſtolis Monaſtici ſtatus oſtium apertum eſt; & quæ illi per ſe neceſſaria ſunt, ſemel ab eiſdem palam factis, integrum cuique erat, diuitiis, deliciis, & propriis voluntatibus nuntium dare, idque voto firmare ſolemni, quod expreſſè vel tacitè in ipſa habitus mutatione, aut aliàs externa etiam aſſumptione à miniſtris Eccleſiæ acceptabatur, iuxta latè dicta lib. 2. c. 6. à n. 29. Accidebat verò quoſdam plures ſuæ Inſtitutiones imitatores habere, quoſdam pauciores; iuxta quod Scholæ ille plus minuſue durabant, cum tamen omnes in ſubſtantialibus Monaſticæ diſciplinæ conuenirent; ideſt paupertatis, continentiæ, obedientiæ, pœnitentiæ, ſolitudinis, abſtinentiæ, & orationis legibus communiter acceptis, & ſola quantitate, modoque executionis earumdem diſſiderent. Quorumdam illorum mores cum ſeſe congrua ingeſſit occaſio deſcripſimus lib. 2. c. 14 à n. 14. vbi Iacobi Niſibitæ, Iuliani cognomento Sabæ, Marciani Archimandritæ, Euſebij eius nepotis, Publij, ac Theodoſij Inſtituta verbis Theodoretianis expoſuimus, quæ ne tædium lectori inferamus, refricare pudet, quid de iſtorum conuerſione, & ſtudij ſucceſſione ſcribat ille, referre contenti; quid autem, de reliquorum moribus Monaſticis, conuerſione ac ſucceſſione referat, pro Inſtituto noſtro, ac debito eorumdem Monachatui loco enarrare, & annotare, ſoliciti. At ſi Moyſes ille diuinus qui imum maris fundum aperuit, Patrum præclarè geſta, certamina, victorias, & præconia, non niſi ſplendore, gratia à ſuperis accepto aggreſſus eſt enarrare (vt bene ibi prælo quitur Theodoretus) mihi quoque in præſentia opus eſt auxlio, qui conor eorum mores ac leges iis, qui imitari volent proponere. *Horum ergo preces ſunt inuocandæ, & incipiendum eſt enarrare.*

Meſopotamiæ paleſtræ plures.

Non omnes ab vno legiſlatore fluxere.

Ordo procedendi.

§. I.

S. Iacobi Niſibitæ Monaſtici mores.

SAnctus Iacobus cognomento Niſibita, cu- 2.
ius meminit Martyrol. Rom. 15. Iulij, Beda, Vſuardus, Ado, cæterique Latinorum, Menologium Græcum 31. Octobr. Gennadius de vit. Illuſtri c. 1. ex quo Caſiodorus; & Nicephorus lib. 8. c. 14. & l. 9. c. 28. & Theodoretus ipſe lib. 11. Hiſtor. Eccleſ. c. 30. Niſibi præcipua Meſopotamiæ vrbe ortus. *Solitariam vitam & quietem amplexus & altiſſimorum montium occupatis verticibus* (cap. 1.) illud vitæ genus quantum ad cellulam victum, atque veſtitum arripuit, quod ex ipſius verbis dedimus l. 2. c. 14. n. 14.

Solitudo cellula, victus & veſtitus.

4. Modeſtia autem ſtatui congrua adeò præditus erat, vt cum veniret in Perſidem. *Viſurus plantas veræ Religionis, & ei, quam par erat, curam adhibiturus, cum fontem tranſmitteret, puellæ quædam, quæ pannos lauabant, & veſtes pedibus emundabant, ne nouum quidem, & qui decentem præ ſeſe ferebat grauitatem, ſunt reueritæ habitum: ſed exuto pudore, & perfricta facie & impudentibus oculis diuinum hominem aſpiciebant, neque capita operientes, neque veſtes quas ſu cinxerant demittentes. Hoc cum ægrè tuliſſet homo Dei, & vellet Dei virtutem in tempore oſtendere, vt facto miraculo liberaret ab impietate, fontem quidem eſt execratus, & fluenium confeſtim euanuit.*

Modeſtia.

Puellas quoque eſt exetratus, & impudentem earum iuuentutem caſtiganit caruis ante tempus induɛtis.

Pietas. 5. Pietatem animi caſtigata impudentia ſtatim oſtendit: nam cum pœnitentia ductæ ad Sanctum accurriſſent, ſupplicesque vt iram compeſceret rogarent; *Ille non diu cunctatus Domino quidem preces obtulit, fluenta autem rurſus ſcatere iuſſit*, atque puellis quoque ſuarum crinium color redderetur.

Māſuetudo. 6. *Ego autem* (ſubdit Theodoretus) *preter miraculum, valde quoque mirer manſuetudinem: neque enim vt magnus Eliſaus impudentes illas puellas vrſis tradidit immanibus; ſed quadam innoxia diſciplina, & qua dedecoris parum habebat, vſus, pietatem ſimul decuit, & moderationem.*

3. In Pontificatu mores non mutat. 7. Nec ſilendum quod cum ad munus Pontificatus Niſibeni fuiſſet euectus, & patriæ ſuæ præficeretur, *neque cibum mutauit, nec veſtimentum: ſed loco quidem erant mutata, vita autem inſtitutio nullam accipiebat mutationem.* Quo videas perantiquam Pontificatus gloriam cum Monaſticæ vitæ humilitate coniunctam. Recole dicta l.3.c.2.n.17.& c.4.n.12.

Durius in Epiſcopatu ſecum agit. 8. Nec his contentus duriùs adhuc ſecum in Epiſcopatu quam in ſolitudine agebat. *Creſcebant vero labores, & erant* (ſub infulis) *longe maiores prioribus. Ieiunio enim, & cubili humi ſtrato, & Sacco, quo induebatur, acceſſerant etiam omnino cura eorum, qui indigebant: vt de viduis, inquam, eſſet ſolicitus & prouideret orphanis, & eos qui iniuriam faciebant argueret, & iis quibus fiebat iniuria iuſtum afferret auxilium.* Hæc quãtum ad Monaſticas ipſius virtutes, in quibus cum *perpetuo verſaretur, & in rebus diuinis quotidiè creſceret, cum maxima gloria hanc vitam depoſuit, & ex his locis migrauit.* Quo ſæculo floruerit vide lib. 2.c.13. n.30. Cætera autem ab ipſo egregiè facta apud Theodoretum ibi, & Baronium tom.3.A.C.338.

4. Vnus tantum Iacobus Niſibita. Meminit iterum Theodoretus infra. c. 22. Iacobi Niſibeni, quod forſam Nicephoro duos Iacobos Niſibitas ponenti l.15.c.22. deceptionis occaſio fuit, quorum iuniori miraculum de canitie puellarum tribuit: cum tamen vnus & idẽ vtrobiq; ſit vt bene probat Roſuueydus in Notatione cap.1.lib.9. Vit. Patr. Nec ſi diuerſi eſſent fides Nicephoro habenda eſſet, & Theodoreto eiuſdem ſæcli Hiſtoriographo ſeniori præclarum illud facinus danti deneganda. Dedit Iacobi Schola Magnũ Ephrem alia Ephraim Eccleſ. Diaconum teſte Sozomeno. lib.3.c.15. vnum quidem, ſed omnibus præſtantem, & in Monaſtica Philoſophia potiſſimum; vnum ſed Leonem, de quo ſtatim.

§. II.

S. Ephrem Edeſſæ Diaconi mores & Inſtituta Monaſtica.

5. S. Ephrem ortus & patria. RECto nunc ordine clariſſimum S. Iacobi Niſibitæ alumnum, eruditionis eius diſcipulum, & ſanctitatis hæredem Magnum P. Ephrem proferamus, quem Niſibis & Edeſſa præcipuæ Meſopotamiæ vrbes tulere, Ephrem inquam cunabula & ortum, Edeſſa cathedram,

Encomia. Diaconatum, & cognomentũ dedit. *Ephrem ille celebrãdus* (vt inquit Greg. Nicænus in eius vita) *qui & Chriſtianis omnibus in ore verſatur, Ephrẽ cuius vita doctrinaque ſplendor vniuerſo orbi terrarum illuxit. In omni enim ferè loco, qui illuſtratur à Sole, cognoſcitur; atque illis duntaxat incognitus eſt, qui magnum Eccleſiæ lumen Baſilium ignorant. Ephrem notus ille profectò Eccleſiæ Euphrates, cuius aquis irrigata Chriſtianorum multitudo centuplum Fidei fructum affert. Ephrem fœcunda illa Dei vitis, quæ inſtar dulcium racemorum doctrina fructus producens, Eccleſiæ filios diuina charitate nutriens, expleuſque recreat, & oblectat*; quemque, vt eruditè notat Gerardus Voſſius nouus operum ipſius inuentor, Interpres, & Scholiaſtes, *Fœcunda Meſopotamia produxit, tota Syria ac Paleſtina magno in honore habuit, doctaque olim Græcia magnopere ſuſpexit, & tanti præclariſſima eius Opera fecit, vt magna expertè in ſuam linguam conuerterit, ſibique tanquam propria reddiderit, & vindicauerit, ac paſſim etiam poſt Scripturam in ſuis Eccleſiis legenda curarit.* Eiuſdem ſummis vbique laudibus meminere Menologia Græcorum 28.Ian. Rom. Martyr. 1. Febr. Baſilius in Hexameron. diuin. Opif. hom. 2. Hieronymus & Trithemus in Catalogis Script. Palladius in vtraque Lauſiaca Noua & veteri. Amphilochius in vita S. Baſil. Theodoretus Hiſt.Eccl.l.2.c.30.& l.4.c.29. Sozomen. l.3. c. 15. Anonymus quidam Græcus M.S. à Gerardo Voſſio prælo datus tom.1.Oper. ipſius & à Roſuueydo l.1.Vit.Patr inſertus. Metaphraſtes apud Sur. tom.1. Febr.1. Tripart.lib.5. c. 45. Niceph. l.9. c. 14. Baronius in Martyrol. Rom. loc.cit. & Annal.tom.3.A.C.338. & tom. 4.A.C.378.& alij.

Hic itaque cum è tenera primum exceſſiſſet ætate, in qua puer adhuc vitem illam ex ipſius lingua enaſcentem viderat vniuerſum terrarum Orbem replentem, auesque racemis paſcentem, patriam ſuam (vt magnus ille Abraham Pater futurus multarum gentium) cœlitus relinquere iuſſus, ſolitudinem petiit, Monaſticem arripuit, factuſque eſt pluribus annis eremi cultor inſignis, quod præter citatos Autores palam ipſe de ſe ipſo teſtatur edito ſuper hoc gemino de ſua Conuerſione tractatu; Noluit autem diuina prouidentia breui antro ac tenebroſa ſpelunca Solem diutiùs occultari, ſed impleri potius ſupernæ illius viſionis oraculum, qua vir quidam è cœlo oſtendebatur carthæ volumen tenens in manu, quod Ephrem deuorabat; itemque alterius qua volumen aliud intus & extra ſcriptum Soli Ephrem ex omnibus illius ſæculi Patribus Angeli credebant: è quibus adeo facundus euaſit, tantaque ipſum vis cogitationis obruebat, vt aliquando (autore Anonymo citato) dicere Deo cogeretur: *Remitte Domine vndas tuæ gratiæ.* Denuo igitur è ſuperis ei præcipitur deſerere eremum, Cæſaream Capadociæ ire, & magnum Baſilium inibi agentem Epiſcopum inuiſere: qui cum accerſitum ad ſe Ephrem oſculo ſancto ſalutaſſet *Optatus* (inquit) *aduenisti, O Pater filiorum Eremi: Optatus inquam veniſti, qui eam diſcipulis Chriſti repleuiſtis, & demones ex ea in Chriſto expuliſti.*

6. Duæ ipſius viſiones.

Facundia.

Præcipitur ei inuiſere S. Baſilium.

Hinc obiter ad rem noſtram imprimis habemus, non tantum Eremitam, ſed Eremitarum Patrem ac ducem Ephrem in deſerto, è quo tacens egreſſus fuerat, egiſſe, vt aperte protulit os Eccleſiæ, ac veritatis interpres Baſilius. Idem autem ex variis ac penè innumeris Aſceticis ab ipſo exaratis, quæ lucem omnino fugerant, lucique

7. Anachoreſis eius diſcipuli.

Digitized by Google

lucique reſtituit Gerardus Voſſius tribus tomis Operum ipſius, comprobatur. Manifeſtius antem ex diſcipulorum ipſius inſigniorum expreſſione quos Nicephorus prodit l.9. c.17. de ipſius Anachoreſi loquens his verbis: *Multi quoque ei fuere diſcipuli, qui Inſtitutionem & Philoſophiam eius ſunt æmulati, in quibus celebriores ſunt Abbas, Zenobius, Abraham Maram* (Sozomeno Merus) *Symeon apud Syros ingenti gloria viri, & alij quibuſcum præterea hunc vitæ modum* (nempe Anachoreticum) *illi communicauere.* Horum nomine Ephrem ipſe in teſtamento ſuo recenſet, ipſis benedicens ac bona precatus; vbi etiam Paulono aliiſque ex ipſius Schola, qui à recta fide ad impias hæreſes deflexere, væ miſerum imprecatur: *Abbatis* meminit Theodoretos Philoth. c.4. in Euſebio, vbi Monachos Syriæ breuitatis cauſa perſtringens inquit. *Sed ne ſit prolixior quam par ſit narratio, in diuino illo loco fuit quidam, eum Abbatem nominant* &c. Vbi perperam Roſuueydus ex longo legit *Abban*, vel *Aman*, vt ſit, inquit, nomen proprium, quaſi nomen proprium *Abbas*: eſſe non poſſit hominis alicuius. Abrahami, & Simeonis Monachatum ex ipſo Ephrem eorum Magiſtro inferius dabimus.

8. A Baſilio Presbyter ordinatur Ephrem.

Rediit Ephrem è Capadocia magno Baſilio Salutato à quo Presbyterum fuiſſe ordinatum abſque fundamento dictum reputat Baronius, tom.4. A.C.378.num.4. ſed immeritò quidem ſi qua fides Anonymo Græco habenda eſt, quem Amphilochiū eſſe cenſet Voſſius tom.1. Comparatione quadam ſanctorum Patrum Baſilij & Ephrem, vbi ex M.S. quodam Codice Vaticano ſic legit. *Tres dies ſpiritali gaudio ſimul tranſigentes, poſtquam iam S. Baſilius Interpretem quidem Diaconum, & Ephrem autem Presbyterum conſecraſſet, dimiſit eos*, quibus conſentit Trithemius. Inde autem Edeſſam petiit, cuius Ecclesiæ Diaconum egerat, & verbi Dei preconem in poſterum egit. Id namque genus Monachorum fuit, qui deſerti quietem (vt alij communiter Meſopotamiæ Monachi de quibus infra) Eccleſiæ ſeruitio, & animarum ſaluti poſtpoſuere. Ibi autem priuata domo, priuatam ac ſolitariam vitam aliquandiù egiſſe, ex ipſius Actis, à Nicephoro præ ceteris ordinatè digeſtis, apertè colligitur loco cit. vbi profectione ad Baſilium enarrata, aliquibus interpoſitis ſubdit: *Atque aliquando cum dies multos pro conſuetudine ſua ieiunio tranſiſſet, miniſter tempore cibum ei afferret accidit vt is ollam frangeret. Ephraim verè pudore iuxta & timore correptum illum videns: Bono inquit eſto animo. Quandoquidem enim obſonium ad nos venire renuit, nos age ad id accedamus. Et ad ollæ fragmenta conſidens comedit.* Quod quidem Monacho communem vitam agenti nullatenus facere integrum eſſet.

Edeſſam ſedit.

Ibi priuatim & Aſceticè viuit.

9. Epiſcopatum callida arte fugit.

Pluribus igitur annis ſeorſim in eremo primùm, poſt Edeſſæ in Aſcetica vita, exactis, eximia ipſius ſanctitate, & eruditione cogente *deſignabatur* (pergit Nicephorus) *vrbi cuidam Epiſcopus, & iam qui ſe ad electionem adducturi erant adueniebant. At ipſe ſtatim eo cognito in forum egreſſus veluti mente captus indecorè gradiebatur, non ſatis honeſtè veſtem poſt ſe trahens, & quæ venalia erant ſurripiens, propalamque comedens. Sic ille mentis impos exiſtimatus electionem fugit, & tantiſper, dum alius Epiſcopatum reciperet, occultans ſeſe latuit.* Arbitror ſane inſanum ſe Ephrem ſimulaſſe & Inſipientem, vt fieret ſapiens; multoſque vitæ communis ſapientia erudiret factus inſipiens; atque Epiſcopatui humeros ſurripuiſſe, Cœnobiticæ vitæ pondera ac regimen ſuſcepturos. Nuntio namque Anachoreſi dato, fratrum copiis in Monaſterio collectis Edeſſæ Apoſtolum & verbi Dei preconem ſimulque Monachorum ducem in commune viuens agebat. Aliquibus forſam dubium hoc videri poterit: mihi verò pluribus perſuaſiuum penitus eſt.

Et primùm in Eccleſia Edeſſæ Diaconatus miniſterium (vel potius Presbyteratus) obiiſſe, innuit ibidem Nicephorus inquiens: *In Eccleſia clerici miniſterium ſumpſit*: Hoc eſt, non tantum clericatus gradum, ſed & munus prædicandi, & munus adſtandi & inſeruiendi verbo Dei, altari. Quod autem his Monaſterij curam aliquandiu coniunxerit, & ſi poſtmodum Prælaturæ (ſicut & antea Epiſcopatui) renuntiauerit, palam fit primo ex teſtimonio ipſius Ephrē in Epiſt. ad Ioan. Monachum De Patientia quam ſic exorditur: *Variis licet adhortationibus cum Religioſiſſimo Theodoro agimus, ne à ſuo recodat loco: perſuadere tamen non valuimus, Dixit autem ad nos ille: Si voluntas iuuandi me, animamque meam ſaluandi adfuerit, in Monaſterium tuum ablega me. Cui reſpondi: Ex quo Monaſterij curam fratri Ioanni commiſi, ille inconſulto coniungi alicui nequeo. Et nunc quidem bene egiſti prædictum fratrem ſuſcipiendo, nam vt reddit nobis, qua cum Sympathia, ſiue compaſſione exceperis, renuntiauit.* Quibus apertè conſtat Theodorum rogaſſe S. Ephrem, vt eum in ſuo Monaſterio ſuſciperet: Ephrem vero ſe excuſaſſe, ex eo quod Monaſterij ſui curam Ioanni commiſerat, & abſque Ioannis conſenſu (vtpote Præfecti) ſe iam Theodorum in Monaſterio ſuſcipere non poſſe. Hæc autem ad iura pertinere Cœnobitarum, quis dubitet?

10. Vitam communē Prælatus agit.

Prima ratio.

Moueor ſecundo ex poſtremis verbis eiuſdem S.P. Ephrem ab ipſo Edeſſæ morienti fere iam exanimi, ſpiritumque efflante in Teſtamento ſuo prolatis, quorum maior cæteris ratio plerumque haberi ſolet, vbi Edeſſæ ciuium innumera adſtante caterua rationem de præſentibus Deo reddendam extimeſcens *ad diſcipulos & quoſcumque Monachos* alloquens, vt aduertit Anonymus, aiebat: *Miſerabile hoc mihi impendere videtur, quod forte occaſione honoris, atque memoria ob inordinatas veſtras actiones rationem pro nobis reddam Deo meo: Fortaſſe enim in iudicio iſtud mihi obiiciet, dicens: O Ephrem horum omnium tu cauſa fuiſti, quippe qui huiuſmodi homines laſciuos* (alias *ad laſciuiendum* & melius) *congregaueris.* Hæc autem ad diſcipulos Monachos, potius quam ad ciues Edeſſæ, dicta rectè admonet Anonymos, nam etſi erga ciues prædicatorem egiſſet, ac Diaconum, curam tamen rationis pro animabus reddendæ ſuſcipere, Epiſcopi vel Prælati erat, non Diaconi; neque Diaconus plures ad bene viuendum, vel ad laſciuiendum congregat, ſed Præfectus vel Abbas. Vnde D. P. N. Benedictus cap.2. Abbatem admonet inquiens: *Agnoſcat pro certo quia in die iudicij ipſarum omnium animarum redditurus eſt Domino rationem, ſine dubio addita & ſua animæ.* Mitto quod *Abbas* non ſemel compellatur in *Actis*: & iure quidem, vt patet ex narratione ipſius Ephrem ad Monachos *de ſua Conuerſione*, quæ

11. Secunda ratio.

Timet rationem de ſubditis in iudicio reddendam.

quæ incipit *S. Abbas Ephrem accedentibus ad ſe fratribus &c.* Quæ verba poſt obitum ſancti viri à diſcipulis ſuis narrationi huic de ſua Cõuerſione præpoſita atque attexta prudenter ſuſpicatur Voſſius in eius Scholiis. Rurſus in eodem Teſtamento ad diſcipulos ſic fatur. *Fratres, nolite mirari ſuper aliquibus, qui obedientia diſciplinam complexi, à me receſſerunt*: vbi Petrus Franciſcus Zino ſic legit: *Nolite mirari de iis, qui mihi rebelles facti ſunt propter obedientia diſciplinam: nam inter 12. Apoſtolos vnus fuit proditor Iudas* Quibus, vt notatat Voſſius, Paulonam, Thouadar, Aranad ſuos diſcipulos carpit qui primum ab obedientia, Prælatis, poſtmodum à Fide deficeret. Ac tandem ibi diſcipulis adſtantibus, vigilias aſſiduas, Cantus, ieiunia, & hoſpitum ſuſcipiendorum curam alia ipſius teſtamenti clauſula legat. His autem quis non videat Monachos adhortari, non ciues Edeſſæ, aliosque lectulo circumſtantes? Neqoaquam ergo dubitandum regimen in commune viuentium ſuſcepiſſe.

12. Tertia Ratio. Tandem hoc ipſum mihi omnino perſuadet Ephrem Oratio cui titulus *Ad Correctionem eorum qui vitioſè viuunt, & honores appetunt*; ſub quo vehementem edidit correptionem aduerſus quoſdam Monachos Iuniores, quos Præfectum (ni fallor) agens inobedientes, atque humilitatis contemptores fuerat expertus: vbi inter alia eadem ſpiritus vehementia in ipſos iactata hæc habet: *Attendite obſecro qui hanc vitæ rationem delegiſtis, & pertimeſcite. Cum enim Angelicum feramus habitum, vna cum diabolo militiam gerimus: habitus quidem eſt Angelicus* (v. notata l. 1. c. 3. n. 11.) *At vita mundana. Numquid inter Angelos in cœlis contentiones vigent? & æmulationes, ſicut nunc inter Monachos videmus? Hei mihi, quis non ſuſpiret, quis non lugeat? Quo pacto Angelicum hoc Inſtitutum, ac ordinem confundimus? Reliquimus mundum, & quæ mundi ſunt ſapimus. Poſſeſſiones reiecimus, & à contentionibus non ceſſamus. Reliquimus domos, & earum cura ac ſolicitudine quotidie abſumimur. Nuptias ſpreuimus, & ab inani cupiditate non recedimus. Exterius humilitatem ſimulamus, & animo honorem appetimus. Licet quippe Monachorum, iuniorum præſertim, ac nouitiorum, intueri & admirari ſtudia: Nondum enim, vel verbo, ſæculo renuntiarunt, & iam faſtu, atque ſuperbia tument. Nõdum aſſueti ſunt habitum, & iam ſuam arrogantiam oſtendunt. Nondum Inſtitutiones audierunt, & iam alios admonent. Nondum in fratrum ſodalitium aggregati ſunt, & iam ſibi autoritatem vſurpant. Nondum portas Monaſterij ingreſſi ſunt, & iam alios reprehendunt.* Quid expreſſius de vita communi in Monaſterio? Pergit. *Sed quid in his tempus conſumo? Non eſt qui propter amorem Dei mundo renuntiet, vt per obedientiam ſe ipſum fratribus ſeruum exhibeat. Verum ſi increpetur, iuſtius arbitratur oratorio more contradicere. Si quid videatur, ſe ipſum excuſat. Vix à tribus diebus ſæculo renuntiauit, & cum eo, qui conſenuit, in habitu contendit obedientiæ iugum ſubiit, & alios vult imperare. Si officij admoneatur, iraſcitur. Fac iſtud frater. Non faciam, inquit, niſi ille mecum venerit. Ille ſacrarum Scripturarum vacat meditationi, & ego eidem vacare debeo. Sæpe qui ante renuntiationem domi ſuæ opifex fuerat, ignorabatque prius quæ ipſius eſſet dextra, quævè ſiniſtra; in Monaſterio literarum ſtudioſus, & Interpres, doctorque inceſſit.* Nota obiter lector perantiquum in Monaſteriis ſtudium Scripturarum & recole in Indice. Verbum *Sacræ ſcripturæ ſtudium.* Vrget adhuc. *Frater ille altioribus intentus eſt: & ego ſublimiora ſpectare debeo. Frater ille honoribus ornatus eſt, quare non ego? Frater ille Patrum conſuetudine viuitur, cur non fruar ego? Illi autoritas commiſſa eſt: nonne & ego dignus ſum, cui hoc atque illud credatur, & committatur? Hæc ſunt præclara iuniorum facta hæ nouitiorum ſubmiſſiones &c.* Et poſt aliqua: *Cuncti volumus eſſe duces, cuncti cum autoritate, cuncti cum imperio, cuncti reprehendere, cuncti præcipere, cuncti de litteris diſſerere, cuncti interpretari, cuncti eſſe magiſtri, cuncti Domini, cuncti curatores cuncti œconomi, cuncti primi, ac cuncti ſecundi.* Quibus cunctas vitæ communes ægritudines, cunctoſque Monaſterij gradus adeò exactè diſcernit, vt vix iam dubitari poſſit Cœnobitas quos regebat fuiſſe allocutum.

In hoc autem cæteris Orientalibus Aſceticæ vitæ Magiſtri plurimum præſtabat, quod aliorum vnuſquiſque ſuo tantum Monaſterio leges ferebat, legibus verò ab ipſo latis non ſolum Monachi, quibus ipſe præerat; ſed & aliorum etiam Cœnobiorum Conuentu regebantur: ipſum tanquam ad oraculum Inſtitutorum auidi ventitantes. Rem ipſe narrat tom. 2. tract. *de Perfectione qua præditum eſſe decet Monachum* cuius hoc eſt initium: *Anno præterito ad me acceſſere quidam poſtulantes vtilia nonnulla ſuis Monaſteriis: ſed tunc mihi cum iis loqui non vacabat, quod infirmitate corporis detinerer. Vnde me tacentem dolor excuſauit: conſpicientes enim vehementiam dolorum, ſilentij cauſam agnouerunt. Admonitus ſum ego paulò ante, quod & ab aliis Monaſteriis miſſi ob id ipſi adueniſſent. Quid igitur agendum? priuatum cum iis, & ex alia parte cum illis ſermonem inſtituam? aut vno eodemque eloquio vtriſque ſatisfaciam?* 13. Sois aliiſque Monachis leges tulit. Quibus autem Inſtitutis ſuam atque aliorum rexerit paleſtras, præcipuè ex ſcriptorum ipſius mole penè immenſa habendum eſt; vix namque aliqua ipſius pagina extat, quæ Monaſticis non ſit referta doctrinis, vel ad Monachos non dirigatur: atque vbique tum eſſentialia Monachatus, tum etiam cæteras virtutes, quibus Monachos conſpicuos eſſe decet, latiſſimè deſcribit; & ad eas excolendas proſtimular pulcherrimis exemplis, ſimilitudinibus, Metaphoris, Scripturæ locis, alluſionibus, prouerbiis, ſententiis, ſcitéque dictis; partim autem ex iis, quibus ipſum citati Scriptores celebrarunt, Monaſtica ipſius ſtatuta accipiemus. Aſcetica ipſius qualia.

1. Atque Imprimis Votorum perpetuitatem egregiè docet in Reſponſione Ad fratrem quendam ſciſcitantem ad quem hoc dictum Apoſtol. 1. Cor. 7. pertineat *Melius eſt nubere quam vri?* vbi aduerſus intolerandum errorem hæreticorum æui huius, qui æquè ad Regulares, & ſæculares pertinere dictitant, hæc habet: *Neque ſolutos vocat legitimè matrimonium contrahere, neque eos, qui ſe ſæculo abdicarunt, à continentiæ lege liberat. Cæterum iis, qui ſæculo renunciarunt, præcipit continentiam, dum dicit: Omnis, qui in agone contendit, ad omnibus ſe abſtinet. Quare tu Monache noſce, atque conſidera in vtro ſis ordine conſtitutus: tum quo ſigno, quavè nota ſis inſignitus, quæ pacta, quæque vota cum Deo feceris, conſtitueriſq; quoniam ſecundũ illa à te rationem* 14. Caſtitatis votum perpetuum.

Digitized by Google

rationem poſcet. Sacularibus igitur permiſit matrimonio iungi, at qui ſaculo ſe abdicarunt, hos continere, & quidem legitimè continere ſe voluit. Hæc ipſe de Voto Caſtitatis; quam ipſe tantopere coluit, & oculotum cuſtodiæ opetam dedir, vt quotquot illius ſcripſere acta, referant à conſpectu mulieris prorſus abhorruiſſe.

15. Paupertas.
2. De paupertate plurima ſparſim vbique tradit: ſed tom.2. Paræn.1. breui ſantentia rem perſtringit inquiens: *Theſaurus Monachi paupertas voluntaria.* De ipſo autem Gregorius Nicænus in eius vita: *Paupertatem* inquit, *tantam ſeruabat, quantam vel ſanctis ipſis auditis fuiſſe Apoſtolis.* Ac tandem ipſe in Teſtamento ſuo iuramento rem obſignat dicens: *Per veſtram vitam, qui verè mecum perſeueraſtis diſcipuli, & per veram ipſins vitam immutabilem Filij Dei, marſupium Ephrem nunquam habuit; non baculus ei fuit, non pera; neque argentum, & aurum, aut aliam aliquam poſſeſſionem ſuper terram aliquando acquiſiui, vel poſſedi. Bonum ſiquidem Magiſtrum in ſacris Euangelus dicentem ad ſuos diſcipulos andiui; Nihil ſuper terram poſſideatis. Neque enim inordinato affectn aliqnid einſmodi nunquam habui.* Et cap.39.ex 100. tom.2. *Prorſus ſanè granis eſt morbus anaritia, vt omnium ſit malorum radix. Noſſe igitur cupimus quo pacto vitinm iſtud eradicetur? &c.* Conuenit D.P.N. Benedictus cap.33.

16. Obedientia.
3. Eadem Paræn. eandem de obedientia promit ſententiam dicens *Theſaurus Monachi eſt obedientia.* Qualiter autem ſubditi viribus ſit attenperanda, pluribus eleganter admonet Paræn.16.in hæc verba: *Nequit inexpertus ſicut exercitatus arcum telum tenere: nequit puerulus ſicut vir currere. Si puero onus ſupra vires impoſueris, nocebis ipſi: & ſi inſtruere eum omiſeris nequam euadet.* Et poſt aliqua: *Si poſt adimpletas vigilias, & conſuetam regulam, vigilare ipſe priuatim volueris, ſubditus autem paululum dormire cupierit, requiem ipſi concede: non enim (vt ante dictum eſt) poteſt puer currere inſtar perfecti, atque viri. Et ſi infirmo ſit corpore, ne ſpernas atque reiicias eum, ſed compatere & auxiliare ipſi patienter atque longaniter.* Quadrat D.P.N.Bened. paſſim

Impoſſibilium.
in Regula præſertim c.48. Qualiter autem erga impoſſibilia ſe gerere debeat Monachus his deſcribit cap.25.ex 100. *Chariſſimi: Si ſub obedientia Patris alicuius ſpiritualis ſederis, caue tibi ipſi terminum imponas, dicens: Impoſſibile eſt hoc vel illud agere. Nam ſi non feceris, rurſuſque ſi coactus egeris, inobedientia notam, atque iudicium non effugies. Quare diuina eo ipſum gubernationi relinquas oportet: non enim eadem in anima cogitationes perſeuerant. Sin autem acciderit imperari quid nobis vltra vires, non iracundè Præfecti reſiſtamus imperatis: ſed deprecatione atque obteſtatione, ſubmiſſa voce, Præfecto, quod ſupra vires ſit, denuntiemus. Reſiſtamus autem peccato viriliter vſque ad ſanguinem.* Idem eiſdem fere verbis docet D.P.N. Bened. cap. 68. Tandem contra inobedientes hunc Canonem edidit ibi c.67. *Siquis, ſicut oportet, non obedit ſuperiori, ſufferat infirmitatem nouitij ſubditi; vt hac moleſtia vitam reſtituat laboribus præteriti temporis.* His quoque ſuffragatur D.P.N.Bened. paſſim negligentes degradatione, ſeu excommunicatione plectens atque in vltimo Conuentus gradu ſedere præcipiens, tum ad Sinaxim, tum ad refectionem, præſertim cap. 43. Idem credo Ephrem voluiſſe iis: *ſufferat infirmitatem nouitij ſubditi.*

4. Hactenus de eſſentialibus vitæ Monaſticæ Inſtitutis. His è veſtigio penſum diuini Operis adiungit innumeris fere locis; præcipuè autem in Teſtamento, vbi hæc habet: *Hac vobis in Deum ſit exercitatio, vt ſcilicet vigilias aſſiduas, pſalmodiaſque diligatis:* Vbi Zinæus legit: *Et hoc opus in Deum agricolationis vobis eſto: vt Vigilias aſſiduè cantuſque diligatis.* Quaſi dicat nullam ipſis agricolationem, præter Pſalmodiæ cantum imponere. Et in Epiſt.ad Ioan.Monach. de Patientia: *Spiritalia miniſteria non contempſeris, neque corporalium prætextu neceſſitatum Synaxim veſtram neglexeritis.* Quâ verò attentione ac reuerentia Dei Laudes agere deceat, millies exprimit, præſertim c. 89. ex 100. vbi: *Non licet* (inquit) *Monacho peregrina proferre colloquia, præſertim tempore Synaxis, ne impedimentum detur cæteris; Et* in Conſilio de vita ſpirituali: *ſi in domo Domini ad diuinum ſpiritaléque cultum conſtiteris, in pſalmodia te alacrem, promptumque præbeto. Si autem tacueris, tacebo & ego, tacebit & proximus, vnde neceſſario cantum ceſſare neceſſe eſt. Sed hoc quæſo abſit. Quamobrem haud remiſsè negligenterve oportebit nos ſupplicationibus, hymniſque vacare.* V.D.P.N. Bened. cap.19.& 20. 17. Opus Dei.

5. Quia vero ea tempeſtate Harmonius quidam hæreticus errores ſuos lyricis modulis reſperſerat, eoſque ordine circulari caoi inſtituerat, quibus multis ex Syris propter verborum venuſtatem & ſonorum numeros paulatim falſæ doctrinæ recipiendæ ſunt aſſuefacti, *Diuus Ephrem ea re cognita, quamuis Græcarum artium expers, Harmonij numeros moderatus eſt, atque einſdem modulis carminibus Eccleſiaſtica ſententia conſonis adiectis, Syris, ad hoc vſque tempus ea canenda dedit. Nam diuinos hymnos plurimos, quibus Deum inprimis celebrat, & laudes præterea virorum, qui inſtituto Deo placuere, canit, ad Harmonij carminum leges compoſuit; à quibus, vt equidem puto, per æmulationis ardorem poſteriores Eccleſiæ cantores modulorum formulas mutuati magis etiam, atque magis augere, atque propagare eas ſunt aggreſſi.* Hæc Nicephor.l.9.c.16. ex Theodoreto l.4. Hiſt.Eccl.cap.29. vbi addit: *Quibus carminibus nunc quoque lætiora redduntur feſta conſecutorum palmas martyrum.* Hymnorum antiquitas multa eſt apud Baron. tom. 1.A.C.60.à n.30. harmonica tamen eorum modulatio ab Ephrem initium ſumpſiſſe videtur. 18. Harmonicè Hymnos componit.

6. Porro à Dei laudibus recedendum non eſt abſque perantiquo funerum ritu, moreque Catholico orandi pro mortuis ab Ephrem in Teſtamento ſuo luculenter expreſſis in hæc verba: *Accedite ad me igitur, ô fratres mei, & extendentes componite me; nam ſpiritus meus penitus defecit. Et comitamini me in Pſalmis, atque orationibus veſtris; & aſſiduè pro mea paruitate oblationes facere dignemini: & quando diem trigeſimum compleuero, mei memoriam faciatis:* Quod diuerſis eiuſdem Teſtamenti locis petit, ac repetit, quantum pro defunctis viuorum ſuffragia valeant oſtendens. Pluraque ibi ex rebus naturalibus de mutua conſenſione atque communione viuorum cum mortuis affert, quæ breuitati conſulens inuitus omitto. Prætereunda tamen aliqua non ſunt quæ ſummæ humilitatis prætextu erga ſe præteriri rogās S.Doct. mores ab Apoſtolorum tempore mutuatos aperit inquiens. 19. Funerum ritus, & oratio pro mortuis.

Digitized by Google

quiens. *Ne ſinatis me in domo Dei poni; aut ſub altari, non enim decet vermem putredine ſcatentem, in templo & ſanctuario Dei reponi*, & rurſus: *In cœmeterio*, vbi *contriti iacent corde, me deponite, ac tumulate*. Vlterius. *Admoneo, & interdico ne quiſquam cereum mihi in exitu meo accendat.* Vbi ex alio M.S. legit Voſſius in Scholiis *ſi cereum quis mihi in exitu meo accenderit, ipſe in æterno illo igne conſumatur.* Vbi nullatenus cereorum, ac luminarium ritum in funeralibus adhiberi ſolitum damnaſſe putandum eſt. Abſit hoc à piiſſimo Ephrem: ſed ex incredibili humilitate honum ſe indignum reputans, fieri ſecum recuſet, quod nulli denegaret: ſicut & paulo poſt ſe vetat eum ſuaui odore ſepeliri, ex marmore ſibi monumentum fieri, myrrhaque condiri, quæ dum humillimus erga ſe recuſat, catholicus approbat, ac luculentus rituum ſui temporis prodit vetuſtatem. De luminariũ & ſuffituũ vſu aliiſq; ritibus funeralibus vide notata lib. 4. c. 7. à n. 27.

20. Qualiter legere oporteat.

7. Mirum eſt quàm ſolerter rectum legendi modum coram fratribus, ſiue in clauſtro, ſiue in menſa commendet. Paræn. 33. vbi hæc habet. *Frater chariſſime, ſi onus legendi mandatum tibi fuerit coram fratribus, aduerte diligenter, vbi qui auſpicatus eſt, finiuit; & reſumptis Verbis lectionẽ incipe, vt ſit lectio tua inſtar catenæ ex auro contexta. Nam qui verbum vnum contemnit, & verſus tranſilit, hic neque diſcere vult, ſicut oportet; neque eos docere qui attendunt: ſolum enim finem ſermonis expetit, & quando abſoluatur liber. Tu autem chariſſime ſobrius eſto, ac vigilans, vt & tibi ipſi proſis per lectionem tuam, ac iis, qui te auſcultant. Quod ſi repente imperetur tibi, vt legas: ex ſiniſtra parte lectionem aggredere. Si autem initium ſermonis ſit, dic titulum atque inſcriptionem, ſic enim quod legitur intelligetur. Sin autem librum bene compunctum, recteque deſcriptum habes, poſſide ac tene eũ, ne in ipſo offendiculum legenti reperiatur, aut exſcribenti.* Vbi curioſè ſatis dubitat Voſſius, cur dicat à ſiniſtra parte lectionem inchoandam dum repentè legendum eſt. Cui dubitationi ſibi ipſi diffidens, doctè tamen reſpondet, id fortaſſe ab autore præcipi, vt indicet librum ab initio auſpiciendum ei, qui neſciat locum, vbi alter ſteterit, atque deſierit, qui poſtremo recitauit. Siniſtra quippe pars libri aperti eſt ex principio proprior Græcis & latinis: At in Hebraicis, Chaldaicis & Syriacis, contra. Quare ſi libri erant (vt eſt veriſimile) Syriaci, fortè ſignificatur non legendum eſſe librum verſus initium, ne eadem legantur, quæ aliàs. Lecta ſunt; ſed verſùs finem, vbi probabile ſit ea eſſe, quæ nondum lecta ſunt, vel audita. Plura D.P.N. Benedictus de lectione c. 48. & aliis. Quadrat autem præſertim cap. 38. de *Hebdomadario lectore* vbi: *Nec fortuito caſu, qui arripuerit codicem, legere audeat ibi*, &c.

21. Silentium in menſa.

8. Conſequens lectioni ſilentium erat, de quo Paræn. 46. ad Eulogium. *In menſe* (inquit) *maximè tacendum*, vt ſcilicet lectioni inter edendum recitari ſolitæ attendatur. Vnde D. P.N. Bened. loco cit. *Summumque ſilentium fiat ad menſam, vt nullius muſſitatio vel vox, niſi ſolius legentis audiatur*, &c. Generalem vero ſilentij obſeruantiam ſtatuit in Conſilio de Vita ſpirituali capite 23. inquiens: *Impone tibi ſilentium, à multis enim hoc inquinationibus te liberabit.* V. D.P.N. Bened. c. 6.

Oratio.

9. Orationem adeo diuturnam à Monachis exigit Paræn. 1. vt dicat. *Terminus Orationis Monachi indefinitus.* Speciali autem à ſe edito tractatu de Orando Deum hæc admonet. *Sine intermiſſione orate, hoc eſt noctu, & diu & quacumque hora, neque ſolum poſtquam Eccleſiam es ingreſſus, aliis autem horis abſque cura ſis. Verum ſiue opereris, ſiue dormias, ſiue iter facias ſiue comedas, ſiue bibas, ſiue decumbas ſiue domi tua, ſiue in agro; & ſi oues paſcas, & ſi ædificia conſtruas, & ſi in ſympoſio verſeris & quandocumque poteris genua flecte: quando non potueris, mente Deum inuoca, & veſperi & mane & meridie.*

22. Ieiunium.

10. De ieiuniis eandem Paræn. eadem, profert ſententiam inquiens: *Terminus ieiunij Monachi mors eſt: ante obitum ergo ab illo non abſtineat.* Victum vero, quo perpetua ieiunitas ad mortem vſque protrahenda erat, his aſſignat in Conſil. de Vita ſpirituali cap. 4. *Vtere victu ſimplici, & neceſſario, ne tibi mens & crapula & ebrietate curiſque ſæcularibus torpeſcat atque hebeſcat. Caue igitur carnis eſu, vinique potu delecteris, ne mens tua inutilis reddatur ad dona ſpiritualia ſuſcipienda.* Vbi nota *ſimplici* de qualitate ciborum, *neceſſario* de quantitate, atque vtroque de frugalitate menſæ fuiſſe ſolicitum. Nec putes pium Patrem vini vſum Monachis omnino proſcripſiſſe, ſed exceſſum ac delectationem: nam cap. 20. ex 100. hæc habet: *Comedentibus aliquando fratribus ſurrexit frater qui vas vinarium daret, in quo aqua nimis calida cum vino permiſta manum Senis aduſſit. Dixitque Senex: Combuſſiſti me fili.* Vbi obſeruandum Seniori vinum aqua calida miſtum fuiſſe porrectum: quem morem, quantum ad aquam calidam, à Therapeutis acceptum reor, quibus, vt inquit Philo lib. de Vita Contemplatiua. *Vinum non præbebatur, ſed aqua limpidiſſima, cæteris frigida, calda vero his, qui inter Seniores tractantur delicatiùs.* De vſu caldarum, ſeu aquæ calidæ tam apud Monachos quam apud Ethnicos vide notata l. 2. capite 12. num. 61. Iterum eodem Conſilio expliciùs rem tradit cap. 19. inquiens: *Balneis ac potulentis, conſilioque eſus carnium delectari caueto, ne in grauiſſima incidas peccandi pericula.* Potulentorum nomine frequentia bibulorum pocula vetat, quorum pericula breuiſſimè poſt alios aperit Marius Manil. Aſtronom. lib. 5. his

Cibus & potus.

Vinum aqua calida permiſtum.

Balnea prohibet.

Ardeſcit vitio vitium, vireſque miniſtrat
Bachus, & in flamma ſæuas exſuſcitat iras.

Vide notata in præſenti cap. 4. num. 59. Balnea Syris prohibita à Chryſoſtomo. Vide capite 9. num. 166. Quantum vero alibi licuerint l. 3. c. 4. n. 35. & c. 6. n. 44. & lib. 4. c. 4. à n. 67. & D.P. N. Bened. c. 36.

23. Opus manuum.

11. *Opus quoque manuum non negligas* (inquit Paræn. 8.) *nam ſæpe tibi cogitatio ſuggerit dicens: nunquam manuale iſtud opus addiſcere poteris, debilis enim es, ac negligens, & operis huius labores ſufferre in finem vſque nequibis*, &c. Poſt pauca vero. *Suſtine ergo, ô dilecte à Domino. Nonne ſi litteras diſceres, vexationem ſuſtineres? Quod ſi opificium aliquod ſæculi nonne laborem ſubires? Sed nonne multo magis cuncta propter Dominum ſufferre debemus? Scriptum quippe eſt: labores palmarum tuarum manducabis*, &c. *Et Apoſtolus admonet dicens: Operantes propriis manibus, quod bonum eſt, vt ſcilicet*

Digitized by Google

non ſolum vobis, quod edatis, laborando curetis; ſed etiam ex propriis laboribus habeatis, vnde neceſſitatem patienti tribuatis. Vbi non tantum ad propellendum otium laborem Monachis præſcribit, ſed vt babeant vnde victum comparent (neque enim aliter eo tempore ſuſtentari poſſent, cum nec prædia baberent, nec peterent eleemoſynas) & vt haberent vnde neceſſitatem patientibus ſubuenirent. De quo plura notata reperies l.3. capite 5. numero 29. & 76. & lib. 4. capite 3. à numero 4. & alibi paſſim in Actis & Inſtitutis Veterum Monachorum.

24. Multiplicia manuum opera.

Sed quibus rogas, operibus Ephrem ſchola victum ſibi aliiſque in Cœnobio parabat: Accipe ex ipſo Paræn. 47. in hæc verba. *In Cœnobio viuis? Cogita id quod ſcriptum eſt: Multitudinis credentium, &c. Funiculo efficis? in mente habeto illos, qui per mare nauigant: nam hi cum mare pugnantes eandem artem tractant. Sportulas exiguas operaris? quæ dicuntur malacia? cogita brencarios. Pulchrè & eleganter ſcribis? adium ædificatores & operis teſſelati atque exquiſiti effectores cogita: Veruntamen diuinos ſermones in fide & veritate conſcriptos ne deprauaueris. Quid enim eo maius peccatum eſt, reddere id, quod eſt dulce amarum, & quod amarum dulce: lucem tenebras, & tenebras lucem in ſubuerſionem audientium?* (argutè quidem ex ſcriptorum præſenſit, atque præcauit intolerabilia errata, quæ ex eorum oſcitantia in libris ſacris in animarum ruinam irrepſere.) *Væ facienti iſta* (nempe ex malitia, vel omiſſione culpabili) *nam animarum ſcandala ponit. Punctis diſtinctum opus efficis? caligarios, & coriarios cogita. Storeas operaris? cogita eos, qui marmora ſecant. Chartam coccineam operaris? coriarios cogita. Thecas, ac peras operaris? canabarios cogita. Caniſtra operaris? cogita mundanos eamdem artem tractantes. Vermiculata opera, antennasve facis? Scrinifices & vaſcularios cogita. Linum operaris? linifices cogita. Lintea facis? ſericarios cogita.* Hactenus priuata opera manuum de quibus D.P.N. Benedictus cap. 48. v.

Exſcriptorũ oſcitantia carpitur.

25. Officiales Monaſterij.

Pergit ad ea, quibus in Cœnobio temporalium miniſtri variis officinis præponuntur, inquiens. *In piſtrino te conſtituerunt? lictores, atque tortores cogita. In hortum te redegerunt? fullones cogita, qui hyemem æquè atque æſtatem peragunt, in aquis ſuum opus facientes. In culina te poſuerunt? tinctores, fabroſve ærarios cogita, qui quidem die noctuque laborant cum igne pugnantes, & aliena poteſtati ſubiecti, turbatique ſuſtinent, & à principibus frequenter coacti, atque anguſtiati ſuum opus non negligunt. Ianitorem te ſtatuerunt? Seruos terrenorum principum cogita. Miniſtrum, ſiue œconomum, vel Præfectum aliorum te conſtituerunt? dicentem cogita. Seniores ergò, qui in vobis ſunt, obſecro paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei: prouidentes non coactè ſed ſpontaneè ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè, neque vt dominantes in clero, ſed forma facti gregis.* 1. Petr. 5. Quibus luculenter cunctas Cœnobij officinas enumerat, atque Præfecto, œconomo Ianitore, Culinario, Piſtrinario, ceteriſque miniſtris tunc temporis Cœnobia miniſtrari palam eſt, quis poſtmodum D. P. N. Benedictus gubernio præfecit cap. 31. 35. 57. 65. & aliis. Circa priuata vero manuum opera rectè admonet Voſſius in Scholiis Paræneſio huius, vix diuinari poſſe, quid, vel quales hoc loco per *τοὺς brencarios*, aliaque id genus Ephrem ſignificare voluerit: ac forraſſe voces fuiſſe Syriacas, vel à Syris inflexas Græcè ad certa opificia illis in locis vſitata, in noſtris autem prouinciis minus nota (atque ideo latinis nominibus non expreſsè) denotanda, quas poſt diligentem indaginem, cum omnino exoticæ ſint, atque obſcuræ, neque probabili coniectura explicare potuiſſe fatetur: ac proinde earum ſignificationem ab externis, quibus opificia iſta, & illorum nomina magis explorata ſunt, eſſe petendam. Vide cap. 57 ex 100.

Opus manuum extraordinarium.

Præter opus autem diurnum & ordinarium acceſſorium aliud quandoque imponi ſolere perſpicuè tradit cap. 18. ex 100. vbi. *Facientibus* inquit, *aliquando fratribus de nocte acceſſorium quoddam opus, quidam eorum frigore vexatus rediit ad cellam ſuam, &c.* Ac tandem cunctos Artifices Monaſterij ab elatione cauere admonet ibid. cap. 40. Inquiens. *Frater ſi opere manuum tuarum velox extiteris, magna ac multa, ac opulenta operando, noli in hoc efferri, neque imbecilliores fratres ſpernas, non enim ſic virtutem perfeciſti, quin potiùs Deum honora, &c.* Idem, ſub pœna remotionis ab artificio donec humilietur, admonet D.P.N. Bened. c. 57.

26. Studium Sanctæ ſcripturæ.

12. His ſtudium Scripturarum, ni fallor, addidiſſe puto, ductus præſertim teſtimonio adducto num. 12. ex correctione malè viuentium & honores appetentium, vbi ait: *Cuncti volumus de litteris diſſerere, cuncti interpretari, cuncti eſſe magiſtri*, crimini forſam iuuenibus obiiciens ſtudiorum æmulationem, & tom. 2. Paræn. 2. *Exercitatio* (inquit) *Monachi ſit meditatio Scripturarum. Iners autem eſt Monachus, qui in eis verſatus non fuerit.* Vide plura de hac re. V. *ſtudium ſancta ſcriptura.*

Mortificatio.

13. Aſperitatem vitæ, ac membrorum mortificationem plurimum commendat, præſertim tom. 2. Paræn. 1. vbi inter alia: *Vita Monachi notam inurat membris ſuis mortificatis quoad concupiſcentiam, quæ prius ad eam incitabant: Siquidem vita & mores S. Ioannis* (Baptiſtæ) *forma atque deſcriptio quædam ſunt Monachorum.* Et ibidem: *Famem ſpontaneam ſibi Monachus adſumat ad ſubiugandum hoc corpus terrenum, & exaltandam cæleſtem animam.* Et cap. 8. ex 100. *Qui cupit fieri Monachus, nec poteſt contumelias, ac contemptiones, & pœnas ſufferre, nequit eſſe Monachus.* Quadrat omnino D.P.N. Benedictus c. 58.

17.

14. His hæret tanquam appendix Vigiliarum aſſiduitas & humicubatio de quibus aliiſque aſperitatibus D. Greg. Nyſſenus in vita Ephrem ſic loquitur: *Actio & contemplatio, quas virtutum examen conſequitur, fides, ſpes, charitas, pietas erga Deum, ſacrarum Scripturarum meditatio, animi & corporis puritas, lachrymarum aſſiduitas, vita ſolitudo, è loco in locum ſeceſſio, malorum fuga, doctrina perpetua, precatio continua, humicubatio, & vita auſteritas penè incredibilis, &c.* Et poſt aliqua. *Noctes, quæ eum aggredientes exceperant ſobrium, eundem recedentes Vigilantem relinquebant tantum vero temporis quieti tribuebat, quantum vita degenda neceſſarium ducebat. Cum autem varia eſſent quæ ab oculis eius ſomnium depellebant, in primis*

Humicubatio. Vigiliæ.

quod

quod humicabaret. Rigida profectò auſteritas, quam imitari penè impoſſibile videatur. Mitiùs tamen cum aliis agebat, ſtratum et ſi abiectum cæteris permittens Paræn. 46. vbi hæc habet: *Perpendo mente diem obitus tui frater chariſſime, quando obrigeſcens in tua iacebis tegeticula, ſeu ſtorea.* Teges ſtraguli genus eſt ex vlua, vel iunco marino confectum iuxta Plinium lib. 21. c. 18. quo viliores vtebantur. Vnde Iuuenl. Satyr. 9.

Stratus tegeticula. *Quando ego figam aliquid quod ſit mihi tuta ſenectus*

A tegete, & baculo?

Hinc tegeticula diminutiuum, quæ pro ſtrato Monachis erat, atque in ea mortuorum corpora iacebant. Vbi Voſſius in Scholiis. *Cuius* (inquit) *maiorem mihi fidem fecit, confirmationemque addidit quod in longè antiquiſſima, & nobiliſſima Orientali pictura, mihi ipſius S. Patris Ephrem, vt iam mortui, & ſuper Stoream repoſiti atque extenſi, effigies aliquando Romæ oſtenſa ſit à Cardinali Cremonenſi poſtea Gregorio XIV. in libro quodam Veneranda antiquitatis, quem ipſe à maioribus ſuis acceptum magno theſauro adſeruabat: ſicut ipſe mihi adhuc Cardinalis referre ſolebat.*

27. Nudis pedibus inceſſit. 14. Rurſum nudis pedibus ipſum, & quos alloquitur Monachos, inceſſiſſe, haud obſcurè innuit tom. 1. Tractatu de abſtinendo à cupiditatibus ad Fratrem qui excidit: vbi, *Pedes* (inquit) *ne ſint ad ſpeciem exculti atque abſterſi: hoc ſiquidem cura vehementer caſtitati obeſt.* Si enim apertis pedibus incederent, ineptè abſterſos eſſe crimini obiiceret, vel caſtitati poſſet obeſſe. Hac vero de cauſa veſtes ad talos demiſſa reuerenter geſtaſſe indicet, ſubdens: *Ne veſtimentum ſupra crura ſublatum, ſiquidem hoc animæ impudentiam arguit.* Præſertim, vt Voſſius in præſenti notat, ſi non vterentur fœminicruralibus ſiue tibiis, vt nonnulli volunt. Et tom. 3. ſermone Aſcetico de Vita Religioſa: *Ne hodie* (ait) *nudis pedibus incedamus, & cras calceos caligaſque aſſumamus.*

Veſtes Tunica & pallium. 15. Sed quænam veſtes illæ erant, ad pedes vſque protenſæ? Ipſe Ephrem in Teſtamento ſuo reſpondeat: vbi cum diſcipulos rogaſſet, ne ipſum ſplendido veſtimento amictum ſepelirent, ſubdit: *Verum in mea me tunica & pallio deponite, quibus quotidie vtebar, & induebar.* Vt vel hinc perſpicias lector figmenta imaginum S. Ephrem in quibus hoc æuo cucullatus à Baſilianis depingitur ſicut & S. Baſilius cuius

Superhumerale. Colobium. Monachum eſſe abſque fundamento in vulgus proponunt: de quo latius lib. 5. cap. 1. Cæteras veſtimenti partes oſtendit c. 88. ex 100. vbi ait: *Arbitror conducere Monacho, maximè nouitio* (id eſt iuniori) *non exire de cella ſine ſuperhumerali* (hoc eſt Scapulari, vt rectè admonet Voſſius in Scholiis ex voce Græca) *indecens enim eſſet abſque pallio prodire: ſiquidem nudo aliquo amictu, ſiue cum ſolo colobio nouitium incedere, turpe eſt, & indecorum:* Zonam autem ſeu cingulum quo tunicam renibus ligabant promit in Correctione vbi ait: *Nolite putare in cingulo & veſte longa conſiſtere vitam perfectam.* Quid *colobium* ſit vide lib. 2. c. 11. num. 8. 11. & 91. & l. 3. c. 6. num. 41. Quid autem ſcapulare, alias ependites l. 2. c. 11. num. 27. & l. 4. c. 1. num. 4. & 18. de zona ſeu cingulo c. 11. num. 18. Plura verò pro

Cilicium. dignitate de veſtimentis Monaſticis toto c. 11. & 12. His cilicium addidiſſe innuit tom. 3. ſerm. Aſcetico de vita Religioſa atque Monaſtica, vbi diſcipulos ad perſeuerantiam exhortans inquit: *Ne hodie cilicio vtamur, & craſtina die mollibus delicatiſque veſtimentis operiamur.*

16. Humilitatem proculdubio præ cunctis 28.
aliis Monaſticis virtutibus coluit, cui argumento eſt imprimis clauſula illa Teſtamenti ipſius Humilitas. ſupra num. 19. data, qua neque in Eccleſia, neque cum luminaribus ſepeliri volebat. Reſpondebant nouiſſima prioribus, & vitæ interitus. Viuens namque *ſi à quoquam ſe laudari animaduertebat* (inquit D. Gregor. Nyſſenus in eius vita) *ægro animo ferens, aliumque alias colorem capiens, atque oculos in terram demittens, tenui ac ſubtili madebat ſudore, altoque ſilentio, tanquam verecundia linguam præpediente, corripiebatur.* Eoque tandem humilitatis deueniſſe ſcribit Turhamius, vt à *B. Baſilio Presbyter ordinatus propter humilitatem ad diuina myſteria conficienda nunquam acceſſerit.* Sed vnde id hauſerit, non exprimit. Hinc pulchrè Paræn. 13. quæ commonitoria eſt ad humilitatem, quemdam de ſeculi dignitate ſuperbientem in Monaſterio ſic erudit: *Frater, ſi poſt abdicationem vanæ vitæ ingreſſus ſit cœnobium plurium fratrum, & à Præfecto traditus fuerit alteri, qui te virtutum præmia doceat; ne tibi contraria videatur dicere dignitati tuæ, aut agere, dum tu tecum quæ non conueniunt cogitas, dicisque: Ego quidem diuitias, domos, agros, ſeruos, & ancillas reliqui, omniaque vt ſtercora arbitratus ſum, vt Chriſtum lucrifacerem: hic vero cum nullius rei Dominus eſſet, ſæpèque etiam ex neceſſitate ad hoc venerit, huic ne ego ſubiiciar, vt & in huiuſmodi vilitatem redigar? Numquid huc me compulit fames? Noli, chariſſime, talia tecum mente voluere, cum iſti ſuperbia pleni ſermones ſint: ſed perpende quo pacto omnium noſtrum Dominus Chriſtus propter nos humiliauerit ſeipſum factus obediens vſque ad mortem, &c.* Idem monet D. P. N. Bened. cap. 2. 59. & 63. Ac demum tanti humilitatem habuit vt tom. 2. Centum canones ediderit de ratione ac modo acquirendæ humilitatis, pluresque alios tractatus, variaſque Parænefes, in quibus latiſſimè cunctos humilitatis gradus percurrit.

17. Germanam humilitatis modeſtiam non 29.
ſemel à Monachis exigit: præſertim in Conſilio de Vita ſpirituali c. 3. vbi. *Humiliter ſubmiſſèque ſemper & vbique te agere, ſiue inueniaris in via, ſiue in nauigio, ſiue in cella, ſiue in iuniorum, ſiue ſeniorum congreſſu:* & cap. 64. *In omni tempore ac loco, & quocumque in opere humilitatem tibi comitem adhibe.* Quæ ferè ad Verbum in cap. 7. grad. 12. Humil. tranſtulit D. P. Bened. & ibid. cap. 21. *Quando cella tua miniſterij alicuius obeundi gratia egrederis, munitos ſerua oculos, mentemque piis cogitationibus imbue, ſic tecum ratiocinans: Nam tanquam pictor & egreſſus, vt formas hominum effingere, atque exprimere diſcat?* Et cap. 79. *Manſuetum te præbe, & morigerum, & opere tuo confecto tacens reuertere in cellam tuam, ac labris ſilens, corde ora.* Modeſtia oculorum.

18. Ea virtute, oculorumque cautela munitos eſſe voluit quicumque pueros alloquendi Puerorum alloquia fugienda.
neceſſitate tenentur: ibi namq; c. 11. hæc habet: *Si contingat colloqui cum adoleſcentibus ætate & aſpectus venuſtate florentibus, cuſtodi oculos tuos ne concupiſcentia mentem tuam conturbet, incipiaſque in longum ſermones affectione plenos*

ducere: Extremis autem tantum labiis de continentia loquens, mento laſcíuus ſis, & totus in illo accuparis. Quando ergo contigerit te in huiuſmodi congreſſum incidere, breuiter ſermonem præſcinde, & ſilentium tibi impone, ait enim Scriptura? In multiloquio non deeſt peccatum. Et familiaritates ac colloquia eiuſmodi haud exiguum detrimentum pariunt animæ. Et cap. 78. *Caue tibi à frequenti adoleſcentum conſuetudine, multi enim ſunt corrupti, & abominabiles, ſtultique facti.* Pròh dolor! Puerorum educatio Scythis deſolatio fuit, de qua lib. 3. capite 5. num. 50. & 51. Vnde Euthymius ſeuerè pueros à Monachatu excludebat, vt videre eſt in hoc lib. cap. 6. num. 26. quem poſtea Climacus imitatus eſt capite 8. num. 43. Qualiter tractandi, atque impudentes coërcendi, eorumque concipiendi amatores v. l. 3. cap. 6. num. 64. & 65. Periculoſa ſemper ac lubrica conſuetudo, præſertim ſolitariis, dum luteas corporum domos inhabitant. Vide etiam Ephrem cap. 64. ex 100.

30. Cauenda locorum mutatio.

19. Locorum mutationem penitus mille locis abhortet: præſertim vero in Conſilio eodem cap. 25. vbi ait: *Si tibi cogitatio locum mutandi ſubrepſerit, acceſſeritque ei aliqui commiſerationis affectu, & alius quidem quaſi iuſtum dolorem ſuſcipias, migrandi propoſitum approbat, vide ne temerè & abſque iudicio conſilium illius amplectaris.* Vbi verba illa *temerè & abſque iudicio* obſeruanda ſunt, ne in vniuerſum locorum mutationem damnare videatur, & cap. 55. *In loco habitationis tua, vel quem à Deo aſſignatum accepiſti, lubens permane totum atque deſidiam repellens: Cum neque in loci mutatione, atque diſtantia ſitum ſit, vt paſſiones noſtras reprimamus, ſed in attentione & cura mentis.* Plura de hac re congerit Paræn. 26. vbi ex Inſtituto de tranſmutatione loci ad locum, & Paræn. 42. & cap. 58. ex 100.

31. Hoſpitalitas.

20. Suſcipiendorum hoſpitum diſciplinam pluries expreſſam reliquit; præcipuè cap. 33. ex 100. vbi ait. *Si acceſſerit ad te Monachus, ſiue ſæcularis quiſpiam, noli ſupra vires offerre te ei, ne poſt fratris diſceſſum doleas de bonis inſumptis apud fratres tuos; ſed appone quod tibi Dominus largitur. Melius eſt enim apponere olera cum charitate quam victimas cum triſtitia: hilarem quippe datorem diligit Deus. Hæc autem dico frater, non vt vobis præcidam hoſpitalitatem, ſed vt immaculata & accepta ſit oblatio veſtra. De hoſpitalitate autem non opus habetis, vt quid ſcribatur vobis; noſtis enim hanc multis virtutibus eſſe maiorem;* quibus exempla Abrahami, Loth, Raab, hoſpites ſuſcipientium attexit. Idem ſtatuit cap. 36. Et lib. de Perfectione, qua præditum decet eſſe Monachum. *De hoſpitum* inquit *ac peregrinorum ſuturitate, cum Abrahamo diligens ſtudium adhibeamus.* Diligentius præ ceteris: erga hoſpites ſtudium. Vide apud D. P. N. c. 53.

Infirmorum conſolatio.

21. Pergit ibidem ad infirmorum curam hoſpitalitati affinem inquiens: *Indulgere infirmis non recuſemus*: Indulget iis piè D. P. N. Benedictus capite 36. In eorum autem viſitatione & conſolatione, quæ vitanda, quæque ægrotis proponenda ſunt, his aperit Ephrem capite 35. ex 100. *Si ægrotum viſitas, vide ne inimicus inter vos otioſiloquium ſuggerat, aut detractiones, ne tuæ mercedis iacturam patiaris, cum moris ſit diabolo nocere vni per auditum, alteri verò per linguam. Sed ex ſacris Scripturis conſolari potius oportet laborantem.* Saluberrima quidem doctrina inter conſolatorem ſpiritualem & ſenſualem diſcernit, eoſque argutè carpit, qui fictæ charitatis fuco ægrotantium cellas nequitiæ ac detractionis officinas efficiunt. Generaliter autem detractores acriter pungit Paræn. 1. inquiens: *Carnem edere, & vinum bibere, melius eſt Monacho, quam in detractione carnes proximi ſui deuorare.* In detractores.

32. In ægritudine ad conſanguineos non confugiendum.

22. Præcauens autem ne nimium infirmis indulgendo frequentia conſanguineorum eos inuiſentium plus æquo in monaſticos mores graſſaretur, hæc ſtatuit: *Si contigerit vt in morbum incidas, ne continenter parentibus tuis carnalibus perſcripſeris; neque ad auxilium mortale ac protectionem humanam confugeris: quin potius patienter feramus expectantes miſericordiam à Domino, vt ipſe nos gubernet per omnia.* Quæ quidem conſequenter ad ea, quæ paulo ante capite 53. ſtatuerat de fugienda omnino conſanguineorum conſuetudine, præcipit, inquiens. *Admone parentes, & conſanguineos tuos carnales, ne te frequentent: dum enim illi coram te de ſuis loquuntur, diſtrahunt mentis in te officium: ſimul vero te etiam incontinentem ſua doctrina, vel exemplo reddent. Verum ſatis eſt ſemel, vel bis in anno ab iis viſitari. Si porrò inutilem illorum conuerſationem penitus præſcideris, melius agas.* Vitanda eorum conſuetudo.

Miſericordia in pauperes.

23. Cæterum etſi ſæcularium etiam conſanguineorum frequentiam præter neceſſitatem, rarò permittat, tanto nihilominus miſerationi affectu in pauperes flagrabat, vt licet amator ſolitudinis eſſet eximius, fame tamen Ed[illegible]ſſam vrgente, qua oppreſſi miſeri peribant diuitibus triticum putreſcere ſinentibus, eo quod non haberent miniſtrum fidelem, cui panis abſque quæſtus periculo adminiſtrationem crederent, quietam Monaſterij vitam reliquit, vt diuitibus viam ſalutis oſtenderet, ac pauperum vitæ conſuleret. *Quibus* (nempe diuitibus) *ille* (Ephren.) *Quid vobis de me videtur? Dicunt ei: Hominem te nouimus ſecundum Deum. Numquid mihi, inquit, fidem adhibetis? Ecce propter vos meipſum receptorem peregrinorum offero. Et acceptis argenteis, obſeptiſque vallis, ac conſtitutis lectis quaſi trecentis, infirmos ac fame oppreſſos curabat, morientes quidem ſepeliens, alios vero, quibus adhuc vitæ ſpes ſupererat, curans; & omnino cauſa curandæ famis hoſpitalitatem & obſequium quotidie præbens ex iis, quæ ſuppeditabantur ei.* Hæc Palladius in M. S. quodam Vaticano Græco à Gerardo Vvſſio ſcriptis Ephrem præfixo. Quibus adſtipulantur Sozomen l. 3. capite 15. & Nicephor. l. 9. cap. 14.

33. Qualis debeat eſſe Præpoſitus.

24. Placuit pro Colophone pauca ex innumeris quibus vigilantiam, ſtudium & affectum Prælati erga gregem ſibi commiſſum proſtimulat, in medium afferre; præſertim ex Paræn. 15. vbi ex profeſſo de Statu Præpoſitorum, ac de cura Paſtorali diſſerens, ſic eum alloquitur: *Frater credita tibi ſunt animæ, cingere contende ſicut vir lumbos tuos: Certamen quippe imminet non exiguum, ſiquidem perfectorum eſt virorum animas ſuſcipere. Quare ſobrium te præbe, & vigilantem, quoniam multam res exigit attentionem. Oportet autem maiores minoribus*

formam

Digitized by Google

formam præbere, atque exemplum ad omnem virtutem: etenim ſi nos inobedientes ſimus, quomodo cæteris obedientiam demonſtrabimus? ſi guloſi, aut ebrioſi, aut auari, quomodo inferiores nobis temperantiam ac patientiam docere poterimus? Sed dices mihi: Tametſi ego non faciam; dico tamen, quod expedit, fratri meo. Et quid prodeſt nobis alios admonere, ſi ipſi contraria agamus? Et in Conſilio de Vita ſpirituali c. 38. *Si Præfectus ac Doctor nobis contigerit, qui Verbis quidem virtutem prædicet, factis autem deſeruat, cauendum erit, ne ex ea occaſione aduerſario locum præbeamus euertendi animam noſtram: Verum illius memores ſimus dicti: ſuper Cathedram Moyſis, &c.* Plura de hac re congerit ibidem, quibus omnino adſtipulatur D. P. N. Benedictus capite 2. & 64.

34. Deſertores qualiter tractandi.

25. Præteriri tamen ſilentio nequit, quod erga deſertores admonet eodem tractatu cap. 6. inquiens. *Si curæ tuæ committatur Monachus in integrum reſtitutus, caue ne illius vicem dolens creatorem tuum offendas, pariterque cum eo aucllaris, atque intereas. Neque enim Scapha deuidente, mox etiam nauis negligenda eſt.* Monachum in integrum reſtitutum deſertorem compellat, ad eum ſtatum, in quo antea erat, per reſipiſcentiam reductum & reintegratum. Pergit autem cap. 13. de ipſis ad fratres loquens. *Si Superiorem pro fratre ex manſione depulſo interpelles, vt qui cæteros peruerteret fratres, caue Patrem illius cauſa intercedendo compellas. Verum ſic eum huius commonefacito, vt interim rem omnem diuinæ voluntatis committas imperio, ne fortè quod ex animo nondum reſipiſcat, ad vomitum redeat, ſuoque ingreſſu cæteris incommodat. Etenim vel ſola ſcintilla in aream decidens facilè totius anni labores inflammat.* Idem circa contumaces & inconiugibiles ſtatuit D.P.N. Benedictus cap. 28. & 29. Sed verò ne forſam quis nimium ſcandalizatus peccatis deſertorum detrimentum animæ patiatur, hæc aduertit ibid. c. 15. *Si quis Religioſus inſtigante dæmone paſſus ſit ſe decipi, non capiat odium, atque inuidiam aduerſus eos, qui in Inſtituto. Religionis ſuæ laudabiliter perſeuerant.* Vbi nota Voſſium æui huius Interpretem & Scholiaſtem nouatis vocibus *Religioſi* & *Religionis* hic & alibi vti à nemine Vetuſtorum vſurpatis, de quibus idem iudicium eſto ac de voce *Ordo*, de qua vide notata in Comment. Epiſtolæ Nuncup. M. Maximi num 36.

35. Examen conſcientiæ.

26. Penè oblitus fueram examinis conſcientiæ, cuius formam præſcribit tom. 3. ſerm. de Vita Religioſa atque Monaſtica, ſub his verbis. *Diebus ſingulis veſperi & manè diligenter conſidera quo pacto ſeſe habeat negotiatio tua, ac mercimonij ratio. Et veſpere quidem ingreſſus cubiculum cordis tui examina te ipſum, ac dicito: Putaſne hodie in aliquo Deum exacerbaui? Numquid verba otioſa protuli, &c.* Vbi de ſingulis virtutibus, ac vitiis ſeipſum Monachum interrogare docet, imitatus D. Antonium vt videre eſt lib. 3. cap. 2. num. 16. Eiſdem autem ferè verbis rem traditam à Climaco vide l. 4. c. 8. num. 38. & 46.

Obitus.

Pauciſſima hæc ex immenſo penè Aſceticorum Theſauro D. Ephrem excerpſiſſe ſoſſiciat: quæ curæ atque ſolertiæ Optimi Viri Gerardi Voſſij debemus. Obiit Ephrem A. C. 378. poſt menſem vnum à Magni Baſilij deceſſu vt rectè probat Baronius tom. 4. eumque poſt mortem Græci omnes innumeris ſuſtulere præconiis, ex quibus liceat vnum vel alterum monumentum antiquitatis Encomiaſticum in medium afferre ab eodem Voſſio inter alia ad Calcem operum adiectum, ex Vetuſtiſſimo M. S. Crypta ferat quo ſimul Vetuſtati, tantique Patris laudibus conſulamus. Id vero latino Rythmo ab ipſo redditum ſic habet.

Encomiaſticon.

Spiritalibus ſermonibus irrigauit mundum
Ephrem inclytus, ac celebris, & magnus in Diuinis.
Cuius qui labores ſimul colligere voluerit,
Rem is impoſſibilem tentabit, cũ ſint infiniti.
Sed ô mentis illuminator, & verbi atque ſermonis dator
Ieſu Chriſte Deus & ſaluator hominum
Ipſius precibus & omnium ſanctorum
Concede nobis facere quæ, & meditamur
Vt non dupliciter tormentis ibi puniamur.
Memineris Domine horum ſcriptoris, Ionæ peccatoris.

Adiecta ſunt hæc Græcè ad calcem Operum S. D. Ephrem Syri à Iona hic nominato, qui antè mille & amplius annos in Oriente colligere, & manu ſcribere ea cœpit iuſſu Spiritualis cuiuſdam Patris nomine Niconis: vt his aduertit Voſſius. Sed iam reliquos Meſopotamiæ Doctores perſequamur.

§. III.

S. Iuliani Sabbæ palæſtra.

36. Iulianus Sabbas diſcipulos congregat.

MAGNVM Meſopotamiæ lumen Iulianus Sabbas ad ripam Euphratis fluuij fixit pro Monaſtica exercitatione tugurium. Quibus præcipuè moribus vixerit, vidimus lib. 2. cap. 14. à num. 15 Reliquos, ſi qui omiſſi fuerint proſequemur, palæſtra prius expoſita ex Theodoreto Philoth. cap. 2. vbi hæc habet: *Summam eius Philoſophiam cum multi didiciſſent, alij quidem, qui propriùs habitabant, alij vero, qui remotius accurrebant ſupplicantes, vt eſſent palæſtræ participes, & ei tanquam exercitationis magiſtro & pædotribæ parentes viuerent in poſterum. Sic congregati quidem citò fuere decem, deinde duplò & triplò plures. Eos autem cum tot eſſent, accipiebat illud antrum: à ſene enim didicerant negligere curam corporis.* En Anachoretæ ab eremo ad Cœnobium tranſeunt.

Anachoretas in Cœnobio congregat.

Iacobus Perſa præcipuus eius diſcipulus.

Fuit præcipuus Iuliani Sabæ diſcipulus *Iacobus genere quidem Perſa* (inquit ibid. Theodoret.) *forma corporis magnus & admirabilis, forma verè corporis magis admirabilem poſſidebat animam inſignis & illuſtris, non iis ſolum, quæ illic erant* (nempe Meſopotamiæ) *ſed etiam iis, quæ erant in Syria, Philoſophiæ gymnaſiis, ſeu Monaſteriis* (quorum Inſtituta dedimus in Chryſoſtomo, & Ephrem eorum præceptoribus capite 9. & §. præcedenti) *in quibus etiam vitam finiit, cum vixiſſet, vt fertur* 104. *annos.* Meminere itidem Cœnobiorum Meſopotamiæ Theophylus, Sergius, & Hyginius in Vita S. Macarij Romani cap. 2. quæ habetur l. 2. Vit. Patr. his verbis: *Igitur nos præſtulati fratres Theophylus, Sergius, & Hyginius propitia diuinitate abrenuntiantes ſæculo venimus ad Monaſterium, quod eſt in*

R 3 *Meſopo-*

Meſopotamia Syria in medio duorum fluuiorum Tygris, & Euphrates. Aliorum infra in Aſclepio incidet mentio.

37. Aſterius. Iacobo Perſæ condiſcipulus extitit *adoleſcens nobili quidem loco natus, ſed molliter educatus Is autem erat celeberrimus ille Aſterius, qui multis poſt temporibus à diuina prouocatus gratia, vt alios quoque multos ad eandem exerceret gratiam, in locis quæ ſunt circa Gendarum* (alias Gidarum, *eſt autem is vicus maximus ſub Antiochia*) *palæſtram fixit Monaſticam, & multos quidem alios ad ſe traxit athletas Philoſophiæ* ſubdit: Acacius. *Traxit quoque magnum Acacium, inſignem inquam illum & fama clarum, qui fuit quidem egregius in vita Monaſtica:* poſt vero ad Epiſcopatū Berheenſem euectus victam Aſceticam cum Epiſcopali coniunxit; traxit etiam & Agripam, cuius infra meminit Theodoretus in Euſebio. Quo autem victu, ſtrato, humilitate ædificij, diuinis Laudibus, & cæremoniis, raroque exitu è Monaſterio, niſi cauſa Fidei, vt videlicet Arrianos argueret, tum Iulianus, tum etiam pius ipſius grex vitam duxerint, citato loco retulimus.

38. Iuliani humilitas. Prætereundum autem non eſt, quam humiliter Iulianus de ſe alios ſentire voluerit, cuius rei Iacobus ipſius in ſolitudine comes teſtis oculatus extitit. Hic namque cum eminùs magiſtrum aliquando ſequens draconem in via, qua Iulianus præcedebat, mortuum inueniret; & confecto itinere, videns nullum præter Iulianum prætériiſſe, ipſum inſtanter interrogaret, quiſnam draconem occidiſſet: *Senex diù quidem tentans celare, non ferens autem amicum diutiùs angere: Ego inquit, tibi dicam, præcipio autem vt me viuo nullus alius a te reſciſcat hæc enim ſunt celanda, quæ ad arrogantiam, & faſtum ſæpè excitant. Scias quod me iter ingredientem illa inuaſit bellula, oſque aperuit me cupiens deuorare. Ego autem Ieſum appellans, & digito trophæum Crucis oſtendens, omnem excuſſi timorem: ex tempò autem vidi humi cecidiſſe belluam.* Mutua Iuliani Aſterij humilitas. Nec ſilanda mutua atque glorioſa humilitatis contentio inter Iulianum ipſum, eiuſque diſcipulum nuper memoratum Aſterium. Cum is namque de more caricarum Sarcinam humeris ſuis magiſtro aſportaret, ſe ipſum iumentum & vocans, & præſtans, ſenex autem obſequium hoc ægrè ferens dixiſſet, non eſſe iuſtum vt Aſterius tantum laborem pro ipſo ſubiret; è contra vero Aſterius *iuraſſet ſe non eſſe onus à ſuis humeris depoſiturum, niſi aſſenſus eſſet ſenex ſe allati cibi futurum participem: Faciamus (inquit Senex) quod iubetur modo tu quam primum depones caniſtrum. Nam in hoc quoque, imitabantur primum Apoſtolorum, qui cum voluiſſet Dominus lauare eius pedes, prius quidem negauit apertè aſſirmans, id non eſſe futurum. Poſtquam autem audiuit fore, vt abrumperetur à Domini communione, niſi hoc concederet; orauit, præter pedes, manus quoque, & pedes lauaret. Ita etiam egregius Ioannes iuſſus tingere ſeruatorem prius quidem & ſuam confeſſus eſt ſeruitutem, & oſtendit Dominum; poſtea autem iuſſus eſt, exequitur non ſe aſperè gerens, ſed parens Domino.* Erat quidem videre humilitatem cum dignitate de abiectione contendere. Quod quidem apertè morum Iuliani ſuauitatem & moderationem declarat: *Nam cum tanta eſſet & tali virtute, ne leuiſſimo quidem honore ſeipſum dignum eſſe cenſebat.* Hæc Theodoretus Concinit D. P. N. Benedictus in cap. 7. grad. 6. & 7.

39. Secedit in ſolitudinē. Vigebat in palæſtra Iuliani mos vetus recedendi è Cœnobio in ſolitudinem perfectioris vitæ prætextu, vnius vel alterius tantum diſcipuli comitatu. Diſceſſuro autem Iuliano ſupplex ab ipſo petiit Aſterius, *vt eſſet ille via comes eunti in ſolitudinem.* Nec abnuit. Sed cuiuſ rogas ſolitudinis ſeceſſum adiit? Aridam & inaquoſam. *Non eius quidem* inquit Theodoretus *) quam omnes obibant quotidiè, ſed longiſſimè, & qua ſæpè erat octo & decem diebus peregrinandum.* Sed nunquid frondibus, graminibus, riuulis, fontiumque gelidis perennitatibus amœnam? Minime quidem ſed *aridam, aquaque carentem*: adeo vt cum ſiti penè extingueretur Aſterius, *miſertus homo diuinus caſus adoleſcentis, & ignoſcens imbecillitati corporis genibus flexit orans Dominum, & calidis lacrimis ſolum irrigauit, & viam ſalutis petiit adoleſcenti* Deus autem *ſtillas lachrymarum quæ puluerem attigerant effecit fontem aquarum, & ſic fluento repletum adoleſcentem iuſſit abire protinus. Fons autem manet vſque in hodiernum diem Moſaycal, diuini ſenis Orationis ferens teſtimonium.* Morem hunc pleno gradu ſequentibus ſæculis imitati ſunt Euthymius, & Sabas alter, aliique Palæſtinorum, de quibus fusè lib. 4. cap. 6. à num. 8. & c. 7. à num. 19. & cap. 8. à num. 7.

Veſtes. Pallium vſui fuiſſe Iuliano compertum eſt: *Tranſeunte namque eo per portas regia, mendicus quidam, qui clunibus vtebatur pro pedibus, & per terram trahebatur, cum manum extendiſſet, & eius pallium tetigiſſet, fide quidem morbum exegit.* E pallio tunicam coniectare, non aliud quam de texto è fimbria iudicare eſt.

Memoria Iuliani Sabæ. Honorat Iulianum Sabam Romanum Martyrologium 14. Ianuarij inſigni hoc elogio: *In Syria S. Iuliani Sabæ Senioris* (quô manifeſtè hunc à Iuniore, Saba nempe Palæſtino, diſcernit, de quo multa ſupra cap. 7.) *qui Valentis tempore fidem Catholicam Antiochia penè collapſam virtute miraculorum erexit.* Eiuſdem meminit Chryſoſtomus eumque laudibus effert teſtimonio à nobis dato l. 2. cap. 14. num. 17. & Nicephorus lib. 11. cap. 25. ac tandem Theodoretus ipſe qui loquitur l. 11. Hiſt. Eccl. cap. 3. & l. 1. c. 7.

§. IV.

S. Marciani Abbatis Schola.

40. Marciani genus. S. Marcianus, cuius apud Latinos venerabilis memoria eſt in Rom. Martyrolog. 2. Nouemb. & apud Græcos etiam 18. Ianuar. & apud Nicephorum lib. 11. cap. 41. Cyro ab Antiochena vrbe ad duas dietas diſtante oriundus (ei Pontifex præfuit ipſe, qui loquitur Theodoretus capite 3. Philoth.) cum *genus duceret à Patriciis & ſplendore regio omnibus valere iuſſit, ſolitudinis occupat vmbilicum* (protſus neminem habens doctorem, aut ductorem) Cellula. *& paruo extructa domuncula quæ ne eius quidem corpori iuſta reſpondebat proportione, cum eam quodam alio ſepto circumdediſſet, incluſus erat aſſiduè, ſeparatus quidem ab omni humana conſuetudine, differens autem cum Domino &c.* Et poſt conſuetudines Aſceticas ab illo excultas, à Theodoreto autem narratas, & à nobis datas lib. 2. c. 14. à n. 19. ſubdit: *Cum autem prætериiſſet aliquantalum*

Diſcipuli. *tulum temporis duos admiſit contubernales, Euſebium, qui ſacri illius tugurij fuit heres, & Agapetum, qui has leges Angelicas tranſtulit Apameam. Et quidem vicus maximus, & populoſiſſimus, cui nomen Nicerto: in eo conſtruxit duo maxima Philoſophiæ gymnaſia, quorum vnum quidem*

Monaſteria ab ipſo conſtructa. *eſt ab eius nomine denominatum* (ideſt S. Marciani) *alterum vero ab admirabili Simeone qui 50. annorum ſpatio refulſit in hac Philoſophia. In his in hodiernum vſque diem degunt pluſquam quadringenti viri virtutis athletæ, & amatores Religionis, veri que Dei cultus & qui ſuis cœlum coemunt laboribus. Huius autem Reipublicæ legiſlatores*

Leges. *fuere Agapetus & Simeones, qui leges accepere à magno Marciano. Ab his autem plurima, quæ plantata ſunt, exercitatorum virtuti habitacula, quæ quidem iiſdem legibus reguntur & Inſtitutis, difficile eſt numerare. Cæterum horum omnium plantator fuit ille diuinus; qui enim pulcherrimum ſemen præbuit, is iure vocari poſſit autor bonorum, quæ naſcuntur.*

41. Baſilius Seleucienſis Marciani diſcipulus.

Et poſt multa: *Huius autem Philoſophiæ fructum quoque percepit admirandus ille Baſilius, qui multis poſtea temporibus apud Seleucopolim* (*eſt autem vrbs Syriæ*, non Capadociæ, quare non hic Baſilius Magnus ſed Seleucienſis fuit, vt nonnemo perperam exiſtimauit) *Monaſticum extruxit habitaculum. Et clarus quidem fuit in multis generibus virtutum inſigniter autem clarus in diuino opere hoſpitalitatis. Quam multos autem*

Sabini mores. *hic quoque Deo exhibuit operarios quis facile enumerauerit?* Ex his vnum dumtaxat ingerit Sabinum nomine, qui *neque panis neque obſonij fuit alicuius particeps: cibus autem erat ei farina aqua madefacta. Conſueuerat autem is totum vnius menſis miſcere nutrimentum, vt ſitum contraheret, & tetrum odorem emitteret. Volebat autem hoc genere alimenti hebetare ſui corporis appetitiones & efficere vt fœtore nutrimenti flacceſceret voluptas cum autem per ſe ſic degeret, ſi quis ex familiaribus ad eum accederet, ſimpliciter, & citra diſcrimen veſcebatur iis, quæ apponebantur.*

Recenſita verò ſanitate ab eo moliteri Antiocheoæ cœlitus impertita ingerit obiter

Theodorus. Theodoretus illuſtrem aliorum Monachorum Marciani contubernalium memoriam, ideſt Theodori Hierapolitani Epiſcopi *Monaſtica*

Auitus. *exercitatione & manſuetudine clari*, & Auiti, *qui primus in ea ſolitudine gratia Monaſticæ exercitationis fixerat tugurium*, &

Abraham. Abrahamis *viri in ea ſolitudine carnis quidem pilis, ſed magis cana prudentia omni virtute clari, & vberes ſemper profundentis lacrimas compunctionis.*

§. V.

Euſebij Schola, eiuſque, atque Marciani magiſtri ſucceſſio.

42. Euſebius incredibili pondere ferri onuſtus.

PRæcipuos ſectatorum Marciani Euſebius fuit de quo eodem cap. 5. Hæc ſcribit Theodoretus: *Cum illius autem fuiſſet virtutis æmulator Euſebius admirabilis longo tempore corpus perpetuò affligebat: nam cum centum & viginti ferri libras corpori haberet impoſitas, ſibi quoque impoſuit alias diuini Agapeti quinquaginta: adiecit autem magni quoque Marciani alias octoginta*, videlicet Hiſpanas decem *arrobas*, quod in admirationem rapiet legentes: vide notata de hac re lib. 2. cap. 14. num. 22.) *Habebat autem oratorium lacum quemdam in quo nulla aqua remanſerat. Tribus autem annis perpetuis hoc modo vitam tranſegit.* Hæc præclara fecerunt facinora Marcianus, eiuſque diſcipuli, atque *diſcipulorum diſcipuli. Tales vbique plantas plantauit plantator optimus.*

43. Marcianus Amiani & Euſebij patruus eos venatur.

Pergit Theodoretus cap. 4. *Quales quidem Deo obtulerit fructus deſertum ſterile oſtendimus in iis, quæ iam ſcripta ſunt, narrationibus. Ne quis autem exiſtimet virtutem eſſe loco circumſcriptam, & ſolam ſolitudinem eſſe aptam ad tales ferendos fructus, age tranſeamus deinceps oratione ad terram, quæ habitatur, & oſtendamus ad parandam Philoſophiam eam minime eſſe impedimento.*

Amianus. Venatus eſt Marcianus Amianum maximo & frequentiſſimo vico vocabulo *Teleda* ſito inter Antiochiam & Berhæam; virum quidem modeſtia cunctos ſuperantem. Cuius rei ſatis eſt argumenti, quod *cum ad doctrinam, non ſolum ſuis ſodalibus, ſed bis totidem aliis poſſet ſufficere, ſæpè ad magnum accurrebat Euſebium rogans & ſupplicans, vt is eſſe vellet adiutor pædotriba, & magiſter eius palæſtræ quam fundauerat. Hos ergo ambos* (nempe Amianum & Euſebium fratres à ſe ipſo venatos) *cum in* parata incluſiſſet domuncula, eos Euangelicam vitæ docebat rationem. Sed *fra-*

Amiani obitus. *trem quidem* (Amianum) *morbum inuadens illum curſum interrupit, morbum autem mors eſt ſecuta. Nam cum paucis diebus vixiſſet, poſtquam illic ingreſſus eſt vita finem accepit. Permanſit autem magnus Euſebius toto tempore vitæ patrui*, nempe Marciani moribus autem Monaſticis Euſebij enarratis, quos dedimus lib. 2. cap. 14. à num. 22. ſubdit: *Hæc eius gloria, cum in partes omnes vndique perualeret, ad ſe attraxit omnes virtutis amatores. Venerunt autem diuiniſſimi quoque Iuliani ſenis* (nempe Sabæ) *qui optimi gregis erant præfecti*, ſcilicet Iacobus

Euſebius Præfecturam recuſat. Perſa, & Agrippa. Ex quibus Iacobus iuſſus ab Euſebio hinc excedente præeſſe gregi, *recuſans curationem abiit ad alium gregem malens paſci, quam paſcere: & cum plurimo tempore ſuperuixiſſet, hanc vitam ſic finiit*: quod me-

Obiit. ritò Theodoretus *ſummæ eius Philoſophiæ argumentum compellat.*

44. Succedo Agrippa in præfectura.

Suſcepit itaque illam Præfecturam Agrippa vir, qui multis aliis ornatus erat bonis, præcipuè fonte lacrimarum. Cum is autem longo tempore gregem rectè pauiſſet, eo vita functo Dauides ſuſcepit præfecturam: *vir qui reuera mortificauit membra, quæ ſunt ſuper terram. Tantum enim fructum ſuſceperat ex doctri-*

Agrippæ Dauides. *na magni Euſebij, vt 45. annis egerit in illo Monaſterio abſque ira & excandeſcentia Centum enim & quinquaginta viri paſcebantur ab illius*

Eius manſuetudo. *dextera*, alij tyrocinium agentes, & tamen cum in aliquibus delinquerent, neque enim aliud poſſibile eſt, *manſit imo nobilis vir ille diuinus, tanquam incorporeus, nulla enim occaſione ad iram excitante.* Mira quidem res, & penè incredibilis, niſi addidiſſet Theodoretus: *Hæc enim non ſolum accepi ex auditione, ſed etiam ex experientia*: & poſt pauca rem his confirmat: *Publius autem quidam genere Romanus moribus quoque & ipſo admirandus, & Sacerdotij honore præditus, & illius Præfecturæ ſecundas partes obtinens ad nos venit aduerſus diuinum Dauidem vociferans, &*

commune damnum illam nominans lenitatem, & omnibus perniciem afferre dicens eius manſuetudinem: & amentiam, non modeſtiam ſummam illam vocant Philoſophiam. Quid autem Daoides ad huiuſcemodi contumeliam ab eo, qui ſecundas Cœnobij, partes tenebat illatam, præſentibus præſertim hoſpitibus, & maledictum audientibus? *Non pungebatur ab iis, quæ ſua natura ſolent pungere: vultum itaque non mutauit, neque ſermonem inſtitutum dimiſit, ſed cum leni voce & verbis ſerenitatem animæ ſignificantibus illum ſenem dimiſit, rogans eum eorum quæ vellet curam gereret. Quibus vltra leges, quæ latæ ſunt, decertauit, & ſepta tranſiliit: non vſque ad veſperam ira vt, moueretur, concedens ſed nec vt moueatur quidem omnino permittens. Talem fructum accepit is ex magni Euſebij conſuetudine.*

45. Alij Euſebij diſcipuli eorumque mores.

Subdit: *Vidi multos quoque alios in illo tugurio, qui huius Philoſophiæ amatores fuere, & æmulatores, alios quidem in flore corporis, alios verò etiam in profunda ſenectute. Nam cum pluſquam nonaginta annis vixiſſent homines, laborioſam vitam noluerint relinquere, ſed inſignes fuere obeuntes labores iuuentutis, nocte quidem & interdiu Deum laudantes, & Sacra illa officia peragentes, poſt duos autem dies vilibus illic cibis veſcentes.*

Abbæ Iſmaelitæ mores.

Aliis autem, prætermiſſis ingerit Theodoretus memoriam cuiuſdam Abban vel Amman Iſmaelitæ, qui apud quemdam Maroſas nomine 38. annos exercitatus, & poſtmodum cuidam Monaſterio præfectus Abbas *in hodiernum vſque diem pedes nunquam texit calceis: cum eſt autem frigus in vmbra ſedens, in æſtu ſolem ſuſcipit, & tanquam auram Zephyri, quæ ex eo procedit flammam excipit. Toto autem hoc tempore aquam potare non paſſus eſt: non illa comedens, quæ iis exhibentur, qui ad non bibendum ſe exercent (ſolent enim ij vti cibis humidioribus) ſed iis vtens cibis* (mira res) *quibus alij: verum pauca comedens, & quæ modicas ei vires afferant, exiſtimat vſum aquæ ſupervacaneum. Graui autem ferro lumbos ſuccinctus raro quidem ſedet; nocte autem & maiore parte diei vel ſtans, vel flectens genua offert Domino officium precationis: vſu autem accubitus ſe omnino priuauit, nemo enim in hodiernum vſque eum vidit cubantem.*

Pedites ambulat. — Non bibit. — Ferro onuſtus accedit. — Non cubat.

46. Euſebij Schola per orbem dilata.

Igitur Schola Euſebij dilatata adeo poſt ipſius obitum fuit, vt cum alios quoque plurimos præter memoratos ad alias Meſopotamiæ, Syriæ totiuſque Orientis paleſtras tranſmiſerit, *liceat videre* (inquit Theodoretus) *eius Philoſophiæ fœtus ad Occidentem & Meridiem veluti quaſdam ſtellas circa Lunam choros ducentes, & alios quidem Græca, alios vero eius, in qua habitant regionis voce laudantes creatorem.* Hinc credo Sabam Theodoſium, alioſque Paleſtinos Patres Sacella diuerſa Græcis Latinis, Armenis, Beſſis aliiſque nationibus erigere didiciſſe, in quibus ſinguli propriis linguis Dei opus explebant: quem morem ab Euſebio floxiſſe dubitare vix ſinit Theodoretus vide plura de hoc Inſtituto cap. 7. à n. 21. 88. Euſebij meminere Mænea Græca 11. Nou. Theodoretus ipſe lib. 4. Hiſt. c. 26. Sozom. lib. 6. c. 3. & Niceph. lib. 12. c. 33. vide adhuc huius Scholæ alia inſtituta & ſucceſſores infra num. 93. & 94.

Sacella diuerſa diuerſis nationibus erigit.

§. VI.

Publij palæſtra & ſucceſſio.

PVblium de quo Theodoretus in præſenti cap. 5. & lib. 4. Hiſt. c. 26. & Niceph. l. 11. longè alium eſſe puto ab eo, qui in paleſtra Euſebij nuper data ſecundas in Monaſterio præfecturæ partes obtinens Agrippæ lenitatem contumelioſè reprehendit: is namque genere Romanus, præſens autem Zeugmate Syriæ opido prope Euphratem ex Senatorio ordine duxit originem: ille *moribus quidem mirandus* ſed animo aſper; noſter *propter formam ſpectata dignus* (inquit Theodoretus) *& anima præditus quæ formæ conueniebat.* Forſanque is eſt cuius meminit Menolog. Græcum 4. Aprilis de quo dubitat etiam Roſuneyd. in Not. huius cap. Is itaque *ex ea vrbe* (ideſt Zeugmate) *ortus & ex tali genere procreatus altum locum occupat qui diſtabat ab vrbe non pluſquam 30. ſtadiis.* Et Inſtitutis eius Monaſticis ſyllabo traditis, quæ habentur lib. 2. c. 14. à n. 23. inquit: *Permanſit autem in hodiernum vſque diem forma eius Inſtituti idque cum non duo vel tres hanc ſuſceperunt præfecturam Theoctenus quidem Græca lingua, Aphtonius vero Syra qui vtrique illius virtutis fuerunt quædam animatæ ſtatuæ & imagines. Sed diuinus Theoctenus cum non diu vixiſſet, tradidit Theodoto Præfecturam, eamque tot bonis exornauit,* (Lacrimarum præſertim: compunctione & oratione) *vt fama ſua priores propemodum obſcurarit.* Cum autem quinque annis gregem pauiſſet, in bona ſenectute deceſſit, *traditis* prius *habenis Theocteno* (alteri) *qui erat quidem genere fratris filius, frater autem moribus* vbi nota lector Meſopotamiæ Monachorum non vigilarem morem electionis Prælatum ab iis, qui in Præfectura decedebant. Idem factum ab Euſebio vide ſupra num. 43. & paſſim apud Theodoretum in hoc cap.

47. Publij diſcipuli.

Theoctenus Aphtonius.

Theodotus.

Eligit Publius ſucceſſorem.

Aphtonij mores his exprimit. *Cum pluſquam 40. annis choro præfuiſſet, Stolam accepit. Pontificalem, cilicinum mutans Monaſticum, nec tunicam contextam ex pellibus caprarum. Iiſdem quoque cibis veſcebatur, quibus antequam foret Antiſtes.* Et Epiſcopali cura in componendis diſſidentium litibus enarrata inquit: *Faciebat autem vnumquodque eorum: vel contubernalium interim pannos conſuens, vel lentem expurgans, vel frumentum abluens, vel aliquid tractans ex iis, quæ ſunt huiuſmodi.*

48. Aphtonij mores.

Interſerit etiam Gregorij virtutes Monaſticas, qui Theoctono iuniori ſucceſſit in præfectura, & adhuc Theodoreti ipſius, qui loquitur, æuo profundam ſenectutem agebat, perinde ac ſi eſſet in fluenti ætate. *Perſiſtit*, inquit, *vitis fructum perpetuo recuſans, & nec aceto quidem vel vuis paſſis veſcens, non lacte, neque recente, neque concreto. Sic enim viuere magnus aſtruit Publius, Olei autem vſum agnoſcentes in tempore Pentecoſtes, rurſus recuſant eſſe eius participes.*

Gregorij mores.

Victus.

* * *

§. VII.

§. VII.

Theodoſij Schola, & ſucceſſio.

49. Theodoſius hic à Cœnobiarcha diuerſus.

THeodoſius iſte de quo Theodoretus in præſenti cap. 10. valde diuerſus eſt à Cœnobiarcha illo celeberrimo, cuius mores & Inſtituta Monaſtica dedimus cap. 7. à num. 70. non minus ab illo diſtans, quam Iulianus Sabas Theodoſij huius Antiocheni coæuus à Saba Palæſtino in Monaſtica diſciplina ſodali, vnde rectè Roſuueyd. in Notia ad hoc cap. carpit Laurentium de la Barre, qui margini Theodoreti ineptè adſcripſerat Nicephorum agētem Theodoſio Cenobiarcha Sabæ coætaneo qui ſimul cum eo Iuſtiniani tempore obiit, vt ibidem pluries notauimus. Ortus igitur Antiochia magnus & vulgo celebratus Theodoſius claritate generis inſignis, domo & cognatione relictis montem altum petiit iuxta Roſſum Celeſyriæ oppidum. *In eo cum quendam ad mare vergentem lucum inueniſſet, quadam modica extructa domuncula Euangelicum viuendi Inſtitutum ſolus amplectebatur.* Ipſius autem vitæ moribus enarratis quos dedimus l. 2. cap. 14. n. 25. (quibus adde prolixam geſtaſſe comam ex Theodor. ipſo cap. 11. Philoth. ſubdit:

Qualis vir.

Hinc factum eſt, vt tam inſignis & celebris eſſet eius fama, vt qui nauigabant, & plusquam mille ſtadiis aberant, Deum Theodoſij inuocarent in periculis, & Theodoſij appellatione ſedarent tempeſtatem. Eum audaces quoque, & immanes hoſtes (Iſauri) *ſunt reueriti, qui maximam Orientis partem ſunt depopulati veriti tamen Præſides Eccleſiarum ne pecuniæ cupiditate illis barbaris à diabolo immiſſa captiuum abduceretur magnum illud lumen ei perſuadent, vt ſe conferret Antiochiam. Poſtquam autem peruenit Antiochiam, habitauit quidem in habitaculo, quod inuenit propè fluuium: omnes autem traxit ad ſe ipſum qui ſciunt talia colligere.* Ibi nouum ædificauit Monaſterium, illumque illuſtrauit aquæ ducto miraculosè à ſe facto in petra prius ſicca, & omni humiditate vacua, quantum ad omnem vſum Monaſterij ſufficiebat, abundanter ſuppeditante. Plura de Theodoſij diſcipulis V. lib. 4. cap. 4. à num. 8.

50. Iulianus ipſius contubernalis.

Recenſito autem Theodoſij obitu, ingentique populi Antiocheni ad Sacras ipſius exuuias concurſu, & decertatione, de cubili, quod omnes auferre contendebant, ſubdit: *Sic elatus ponitur in æde Sanctorum martyrum, cum Iuliani victoria inſignis in pietate Athleta fuiſſet contubernalis, & eodem tecto vſus* Iulianus iſte ille eſt, cuius acta S. Ephrem Syrus ſcripſit,

Helladius ſucceſſor.

Gregis autem præfecturam accepit Helladius ille mirabilis, qui in illis quidem locis perpetuis fuit ſexaginta annis. Deinde Cilicum diuinitus electus eſt Antiſtes, cum neque priorem reliquiſſet philoſophiam; & illis laboribus Pontificatus ſudores quotidie adderet. Huius cum beatus quoque

Romulus.

Romulus fuiſſet auditor, dux maximi gregis fuit creatus. Permanſit autem illius chorus in hodiernum vſque diem idem ſeruans vitæ Inſtitutum. Meminere Theodoſij Mœnea Græca. 11. Ian.

§. VIII.

Aſcetriarum Syriæ mores Cœnobitici.

51. Plura in Syria ſanctimonialium gymnaſia.

POſtquam optimorum virorum (inquit Theodoretus cap. 30. Philoth.) *vitam conſcripſimus Inſtitutum, operæ pretium exiſtimo mulierum quoque meminiſſe, quæ non minus, ſi non etiam amplius certauerunt. Eæ enim ſunt digniores quæ laudentur, vt quibus quidem obtigit natura imbecillior: eamdem autem quam viri oſtendant alacritatem, & à primo parente accepto dedecore genus liberauere.* Non ſolum autem viros, ſed & fœminas in Syria eiuſque regionibus Cœnobitarum arripuiſſe inſtitutum his luculenter prodit:

Aliquo 200. fœminarum.

Multa aliæ (præter amplectentes Anachoreſim) *viuere amarunt cum pluribus, adeo vt ducentæ & quinquaginta & plures & pauciores ſimul viuant.* Sed quibus Inſtitutis? ſubdit.

Earum mores.

1 *Vno cibo veſcentes*
2 *Super ſolas ſtoreas ex Inſtituto dormientes*
3 *Manus quidem lanæ attribuentes*
4 *Hymnis vero linguam conſecrantes.*

Vbi paucis communem victum, ſtratum, manuum laborem, Deique opus, quibus totius Cœnobiticæ vitæ cardo verſatur, expreſſit.

52. A Theodoreto prætermiſſi.

Subdit: *Sunt autem huiuſmodi innumerabilia ſapientiæ gymnaſia, non ſolum in noſtra regione* (nempe Syriæ) ſed etiam *per totum Orientem. Iis plena eſt Palæſtina & Aſia, Pontus & tota Europa.* Cœnobitarum Palæſtinæ mores dedimus 4. cap. 5. à n. 63. Aſiæ & Ponti Monaſticam ſanctimonialium trademus lib. 6. rea totum. Europæ totius tom. 3. Prætermiſit Theodoretus in præſenti nomina Illuſtriorum Aſcetriarum cæteraque ipſarum Inſtituta non abſque rei Monaſticæ iniuria, vtpotè Anachoretis vtriuſque ſexus addictior, quorum nomina atque certamina à cap. 11. vſque abſolutum Philotheum latè perſequitur quæ tu conſulas: nos enim apparatus ad fortiſſimum Cœnobitarum Inſtitutum Benedictinæ Scholæ vinctos ad alia trahit.

A Chryſoſtomo notati.

Ceterùm Chryſoſtomus Syriæ Monachatus legiſlator præcipuus aduertenter ſatiùs admonuit hom. 57. ad popul. reliqua regionum Syriæ Aſcetriarum dogmata communia Monachis & ſanctimonialibus fuiſſe inquiens *Nec vero viri tantum, ſed & mulieres hanc exercent Philoſophiam* (mores nempe traditos toto c. 1.) *naturæ infirmitatem promptitudinis abundantia ſuperantes.* Sed de his ſatis.

§. IX.

Quouſque Meſopotamiæ, aliarumque Syriæ regionum ſe extenderit Monachatus.

53. Plures Syriæ viſitationes, à Perſis.

VAriis hoſtium incurſionibus, cum ante Theodoreti tempora, qui Monachatum Syriæ, eiuſque regionum, vt vidiſti Lector, illuſtrauit, tum etiam & poſt eius deceſſum, Syriam afflictatam inuenio. Primam lego apud magnum Ephrem in ſermone Aſcetico *de vita Religioſa & Monaſtica*, vbi inter alia quibus patriæ ſuæ flagella cœlitùs immiſſa deplorat, inquit: *Perſarum bella ac diuerſarum gentium barbararum*

Digitized by Google

A Perſis.

barbararum commota ſunt, noſtramque prouinciam (nempe Meſopotamiam) *deuaſtarunt.* Cumque Ephrem A. C. 378. è viuis exceſſerit, vt ſupra num. 35. notauimus, procellam hanc Theodoreti tempora præceſſiſſe, atque Monaſticem poſt ipſam perſeueraſſe, vterque Doctor toto cap. præſenti dubitare non ſiuit. Secundam hoſtium in Syros irruptionem, quæ præſertim in Monachos graſſata eſt c. 10. Philothæi refert Theodoretus de venerabili Theodoſio loquens his verbis.

Ab Iſauris in ſacra irruptio.

Eum audaces quoque & immanes hoſtes ſunt veriti, qui maximam Orientis partem ſunt depopulati. Quis enim ex iis, qui noſtro habitabili orbe terrarum habitant, non auditione accepit ea, quæ illo tempore facta ſunt ab iis, qui olim quidem Solymi, nunc autem nominantur Iſauri? Illi tamen, qui nec oppido, nec vico pepercerunt, & quæcumque capere potuerunt, diripuerunt, & igni mandauerunt, ſunt illam veriti Theodoſij) *philoſophiam: & cum ſolummodò panem petiiſſent, & vt pro ſe oraret ſignificaſſent, illud illæſum reliquere Monaſterium, idque non ſemel ſed etiam bis fecere. Veriti tamen Præſides Eccleſiarum ne pecuniæ cupiditate illis barbaris à diabolo immiſſa captiuum abducerent magnum iſtud lumen (erat veriſimile fore, vt magna vis pecuniæ ad eum redimendum tranſmitteretur ab omnibus, qui habent in honore res diuinas) ei perſuadent, vt ſe conferret Antiochiam. Iam enim captiuos ceperant duos Præſides Eccleſiarum; eos quidem omni officij genere ſunt proſecuti cum autem quatuordecim millia aureorum pro vtriſque accepiſſent, permiſerunt, vt redirent, quò vellent.*

54. In Monachos.

Hinc non minimam iacturam vniuerſam Eccleſiam Syriæ fore perpeſſam, palam perſpicitur; adhuc tamen auro comparabatur Eccleſiarum ac Monaſteriorum libertas, quæ non bene pro toto venditur auro. Tépore verò procedente acriùs iidem hoſtes in diuina irrepſere, adeo vt neque Monachorum neque Sanctimonialium vitæ parceret eorum crudelitas. *Quando enim Iſauri* (inquit ibidem cap. 12. in Zenone.) *Per inſidias noctu arcem* (Antiochiæ) *capere, deinde manè vſque ad latus montis faciebant incurſiones, multos quidem viros, & multas mulieres, quæ vitam exercebant Monaſticam crudeliter confodere.* Subiungit autem miraculoſam Zenonis liberationem, inquiens: *Tunc ergo vir diuinus aliorum cædem intuens effecit orationem, vt eorum caligarent oculi, & per oſtium ingredientes non videbant aditum: vt autem dicebat teſtem appellans veritatem, apertè quoque tres vidit adoleſcentes, qui totam illam cateruam expellebant, Deo manifeſtè ſuam oſtendente gratiam.* Hanc etiam irruptionem ipſius Theodoreti æuo eſſe vetuſtiorem palam ex eo eſt quod (vt Heribertus notat in lib. 9. vit. Patr.) à cap. 1. vſque ad 21. agit Theodoretus de his patribus, qui ſuam ætatem præceſſerunt, deinceps vero de his, qui ſua ætate floruere. Conſtat autem ex ſubſequentibus capitibus ſæculo ſubſequenti Syriam Monachorum ſanguine ab Iſauris effuſo irrigatam centuplum fructum protuliſſe, cuius rei præter Theodoretum teſtis oculatus fuit Ioannes Moſchus, qui paſſim Monaſteria Cœnobitarum & cellulas Eremitarum Lyriæ perluſtraſſe commemorat. Is autem recentior Theodoreto Hiſtoriographis eſt, vtpote (Photio autore apud Roſueyd. In eius elogiis lib. 10. Vit. Patr.) *qui in Theodoſij* (Cœnobiarchæ Paleſtini) *Monaſterio ſæculum valere iubens, cum iis deinde Monachis conuixit, qui nunc in Laura S. Sabæ certabant.* Hæc autem integro poſt Theodoretum ſæculo incidiſſe, conſtat ex dictis in hoc lib. c. 7. num. 78. & 107.

55. Perſecutio Monachorũ Syriæ ſub Seuero.

Seueriùs adhuc per idem ferè tempus Seuerus ille impiiſſimus, & ſanguinarius Antiochenæ ſedis inuaſor Acephalorum hæreticorum caput, & Petrus Apameæ Epiſcopus illius impietatis particeps, & crudelitatis ſocius Syriæ Monachos inuaſere. Nam etſi in cunctos huius Prouinciæ Orthodoxos more prædonum inſurrexiſſent, in Monachos potiſſimum (inquit Baronius tom. 6. A. C. 517. num. 51. eorundem furor exarſit, quod & ipſi aliquando hæreticorum labe polluti citius reſipiſcentes, ex eorum ſe communicatione diuulſerant, Apoſtolicæque ſedi coniunxerat: Cuius rei gratia hoſtes fidei in eoſdem vehementiùs exacerbati cunctos ſimul perdendi animo inſurrexerunt, crebrioribus eos inſultibus aggreſſi.

Ad Anaſtaſium imperatores confugiunt.

Qui autem ex eis periculum euaſerunt libellum ſupplicem aduerſus eundem Seuerum in eos graſſantem obtulerunt Imperatori Anaſtaſio, quô petierunt, vt Seuerus ab eo coërcitus ſineret qui remanſerant Monachos Orthodoxos ſecutos degere in ſolitudine. Sed qui ad hoc miſſi ſunt legati, duo Monachi Sergius atque Ioannes, ab Imperatore reiiciuntur, qui Seuero fauebat, ſunt abſque auditione contumeliis affecti, atque reiecti. Quamobrẽ cũ iam viderent haud dubiè manus Imperatoris eſſe cum aduerſariis, ob idque audaciora quotidie ab hæreticis perpeſſuros, ad eum, quem norunt ſe in terra habere Patrem, quamuis longè poſitum, clamant

Ad Papam Hormiſdam ſcribunt.

Romanum Pontificem Hormiſdam Petri Cathedram ea tempeſtate regentem ad eumque litteras dant, quibus eius auxilium poſtulant, recipi ab eo rogantes, qui eamdem cum ipſo Orthodoxam fidem confiteantur, & hæreticos omnes, quos ille reiicit, pariter & ipſi reiiciant, atque condemnent. Extant ipſæ litteræ inter Epiſtolas Hormiſdæ ante Epiſt. 21. quibus quamplurimi ſubſcripſerunt Archimandritæ, abſque Presbyteris & Diaconis, quorum omnium fides Catholica effulgebat; quæ ſic habent hoc titulo inſcriptæ.

Exemplum relationis minimorum Archimandritarum, & cæterorum Monachorum ſecundæ Syriæ.

SAnctiſſimo ac Beatiſſimo vniuerſi orbis terræ Patriarchæ Hormiſdæ continenti ſedem Principis Apoſtolorum Petri, deprecatio, & ſupplicatio minimorum Archimandritarum, & cæterorum Monachorum ſecundæ Syriæ, prouinciæ. 56.

Gratia Saluatoris omnium veſtrum Chriſti, nos ad veſtram Beatitudinem refugere velut de hyeme, tempeſtate ad portum tranquillitatis admoniti, minime circumuallantibus nos calamitatibus teneri iam credimus. Nam & ſi patimur, gaudentes ſuſtinemus: ſcientes quia non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quoniam vero Chriſtus Deus noſter principem Paſtorum, & Doctorem, & medicum animarum conſtituit vos, & veſtrum San-

ctum

Digitized by Google

ctum Angelum, dignum eſt paſſiones, quæ nobis contigerunt, exponere, & immiſericordes oſtendere lupos, qui diſſipant gregem Chriſti: autoritatis baculo eos expellas de medio ouium, verbo autem doctrinæ animam ſanes, & orationis medicamentis mitiges.

57\. Seueri & Petri carnificina.

Qui autem ſunt iſti, & qui hos aduerſum nos armauerint, audiſtis vtique Beatiſſime: Seuerus ille, & Petrus, qui nunquam in Chriſtiano numero reputati ſunt, qui per ſingulos dies ſanctam Chalcedonenſem Synodum, Sanctiſſimumque, ac beatiſſimum Patrem noſtrum Leonem publico anathemate impetentes, qui iudicium Dei nihil æſtimantes, & colendos Canones Sanctorum Patrum conculcantes, Epiſcopos quidem principali potentia facientes exhiberi, & nos cogentes illudere prædictam Sanctam Synodum ſupplicijs inæſtimabilibus affligentes. Vnde & quidam eorum iniectas plagas minimè ſuſtinentes de hoc ſæculo tranſierunt: & noſtrorum vero non exigua multitudo perempta eſt. Euntibus enim nobis ad mandram Domini Simeonis pro cauſa Eccleſiæ, inſidiati ſunt nobis in itinere prædicti coinquinati, & ſuperuenientes occiderunt ex nobis 350. viros, quoſdam autem vulnerauerunt, alios vero, qui potuerunt ad colenda altaria confugere, ibidem peremerunt, & Monaſteria incenderunt per nocte[m] mittentes multitudinem inquietorum hominum redemptorumque annonæ paupertatem Eccleſiaſticam huiuſmodi peſtiferi homines conſumentes.

Monachi à Seuero occiſi.

Abbas Dominus prænominatur.

58\. Conqueruntur de Imperatore.

Ad ſingula autem delata ad veſtram Beatitudinem inſtruent charta à venerabilibus fratribus Ioanne, & Sergio, quos miſeramus Conſtantinopolim, ſperantes vindictam de his fieri, quæ commiſſa ſunt, ſed eos nec verbo dignatus eſt Imperatori, ſed etiam cum grandi contumelia expulit, contaminatus eis, qui iſta porrigerent. Vnde hinc eſt nos vel Sero cognoſcere, quoniam tanta prauitas & audacia talium malorum aduerſus Eccleſias facta ipſius immiſſione compoſita eſt.

59\. Romanum Pont. interpellant.

Deprecamur ergo, Beatiſſime Pater, ſupplicantes, & rogantes; vt exurgatis cum feruore & Zelo, & condoleatis iuſte pro corpore Laniato (nam caput eſtis omnium) & vt vindicetis fidem contemptam, Canones conculcatos, Patres Blaſphematos, & talem Synodum anathemate impetitam. Vobis autem à Deo data eſt poteſtas & autoritas ligare & ſoluere. Non opus habent qui ſani ſunt medico, ſed male habentes: Exurgite Patres ſancti venientes ad liberandum nos; imitatores eſtote Domini noſtri, qui de cœlo ſuper terram aduenit quærere errantem ouem: Petrum ille reſpicite principem Apoſtolorum, cuius ſedem Ornatis, & Paulum, qui eſt vas electionis, qui circumeuntes Orbem terrarum illuminarunt: nam magna vulnera maioribus indigent adiumentis Mercenarij videntes lupos venientes aduerſus oues dimittunt eas diſſipari ab illis. Vobis autem veris paſtoribus, & Doctoribus, quibus cura pro ſalute ouium commiſſa eſt, occurrit ipſe grex cognoſcens paſtorem ſuum ab immitiſſimis beſtiis liberatus, & vocem ſequens paſtoris, ſicut Dominus ait: meæ vocem meam audiunt, ego cognoſco eas ſequuntur me.

60\. Hoſtes fidei Anathematizant.

Non ergo deſpiciatis nos ſanctiſſime, qui à beſtiis ferocibus quotidie vulneramur. Ad perfectam autem notitiam ſancti Angeli veſtri anathematizamus in eadem noſtra deprecatione virtutem habente libelli omnes proiectos & excommunicatos à veſtra Apoſtolica ſede; dicimus autem Neſtorium, qui fuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Eutychetem, Dioſcorum & Petrum Alexandrinum, qui cognominatus eſt Balbus; & Petrum, qui cognominatus Fullo Antiochenum, & omnes qui vnum illorum hæreticorum deffendunt. Subſcriptiones.

Ego Alexander miſericordia Dei Preſbyter, & Archimandrita S. Maronis deprecatus ſum.

Simeon miſericordia Dei Preſbyter & Archimandrita vt ſupra, ſubſcripti ſunt enim in eodem libello ſupplicia & Epiſtola Archimandritæ omnes num. 25. Quibus apertè videas florentem adhuc Monaſticem Syriæ poſt Iſauriorum cladem: quantaque à Seuero cæteriſque hæreticis quorum nomina exprimuntur paſſa fuerit ruinam & caſum.

Epiſtolam hanc vt ex ipſa conſtat Ioannes & Sergius Syriæ Monachi ad Hormiſdam Papam attulere A.C. 517. iuxta Baronij ſupputationem ibi n. 59. ſed non niſi ad initium ſequentis anni Romam perueniſſe, teſtantur litteræ ab Hormiſda reſcriptæ, quibus ea eſt inſcriptio præfixa: *Hormiſda Epiſcopus Presbyteris, Diaconibus, Archimandritis ſecunda Syria exiſtentibus, & reliquis Orthodoxis, in quocumque Orientali climate degentibus, & in Apoſtolica ſedis Communione permanentibus*: Ita titulus; nam licet à Solis Monachis, & Presbyteris Syriæ fuerit exoratus, vt ex eorum ſubſcriptionibus conſtat, ad omnes tamen Orientales Orthodoxos Pontifex reſcribit, vt quos vbique eadem perſecutio affligebat, eadem conſolatio deliniret. Exemplar vero Epiſtolæ ipſius in præſenti ingerere nolui, ne faſtidio lectori ſit: totus enim eſt Sanctus Pontifex in Laudanda Monachorum aliorumque Catholicorum Syriæ conſtantia, & eorum animis confirmandis ad reſiſtendum pro fide vſque ad ſanguinem; ipſiſque admonendis, ne vnquam cœno hæreticæ prauitatis, quo perſecutores immerſi erant, inficerentur, ſed dogmata potius Sacrarum Synodorum corde & ore libere confiterentur. 61.

Hormiſda ad Orthodoxos reſcribit.

Quæ vero hæc ſecuta ſint, ex Zonara & Cedreno refert Baronius ib. n. 23. nempe perſecutionem acerbius in Monachos recruduiſſe: nouæ namque machinationis in Imperium prætextu falſo Monachis obiectæ ab Anaſtaſio gladius denuò aduerſus inſontes vibratus eſt, vſque adeo vt etiam ipſam aulam regiam peruaſerit, & Iuſtinus & Iuſtinianus viri clari morti fuerint addicti; & niſi cœlitus prohibitum fuiſſet, capite plecterentur. Rem his narrat Zonaras Annal. p. 3. *Anaſtaſius verò paulò ante obitum nuntiatis ſibi inſidiis multos comprehenderat, atque inter alios Iuſtinum & Iuſtinianum, qui poſt rerum potiti ſunt, atque in animo habebat eos occidere: ſed deterritus eſt ſomno, cum ei vir terribilis adſtitiſſe viſus eſſet, ac diceret: Iuſtino ac Iuſtiniano ne quid mali feceris; nam vterque ſuo tempore Deo ſeruiet.* Hæc Zonaras; quibus addit Cedrenus reliquos eadem calumnia accuſatos, atque à Satellitibus comprehenſos ab Anaſtaſio interfici iuſſos eſſe. 62.

Perſecutio Seueri recrudeſcit.

Procella iſta fere funditùs extinctum Syriæ Monachatum, quis dubitet? Haud dubium autem, Eccleſia etſi in paucis permanente, in aliquibus etiam conſeruatam fuiſſe Monaſticam, vtpotè nobilem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ 63.

Coſrhois perſecutio in Syros.

patrem,

partem, vt pluribus probatum eſt l.2.c.4. à n.3. Parum tamen requieuit à malis. Paucis etenim elapſis annis, nempe à Chriſto nato 540. iuxta Chronologorum calculum, Coſthœs Perſarum Rex rupto fœdere in Romanum Imperium mouit exercitum. Quanta vero damna Orthodoxorum ac Monachorum reliquiis (ſi quibus forſam pepercerat Anaſtaſius) intulerit, refert Procopius lib. 2. de Bello Perſico vbi per Meſopotamiam in Syriam deſcendiſſe Coſrhoëm eamque vaſtaſſe narrat, Surenorum ciuitatem funditus euertiſſe ſpretis conuentis cum Candido illius Epiſcopo, quem redimere coëgit duodecim millia captiuorum credita & iuramento promiſſa pecunia ducentorum aureorum: Hieropolim veniſſe ibique Beræenſi Epiſcopo ab Antiochenis pacis legatum miſſum illuſiſſe: Beræem expognaſſe, Antiochiam bello cepiſſe; atque Ephrem Epiſcopo, & Germano Romanorum duce fugatis reliquos Antiochiæ cines gladio tranſuerberaſſe, quem fugientes duæ clariſſimæ fœminæ Antiochenæ, ne quid inhoneſtum à Perſis paterentur, in Orentem fluuium præcipitatæ ſunt: ciuitatem atque ſuburbia prius expilata incendio tradidiſſe. Quid ergo Monaſteriis, cellolis domunculis, Monachiſque in eis degentibus in tam dira calamitate acciderit, ſuperuacaneum erat enarraſſe, cum in eos plerumque hoſtium fidei graſſata fuerit impietas.

64. Iuſtinianu Antiochiam reedificat. Verùm fauente Deo poſt biennium Iuſtinianus Imper. redempta pace à Coſrhoë Perſarum Rege *vniuerſam vrbem* (Antiochiam) *ab hoſtibus, exuſtam reparauit* (inquit Procop. de Ædif. Iuſtin. Imp. l.2.) *Purgatis carbonibus, & cineribus, liberum aëra reddidit, pauimenta vrbis grandibus ſaxis inſtrauit, diſtinxit vrbem porticibus & foris &c. Hoc modo Antiochiam nunc illuſtriorem eſſe, quam prius, contigit. Hic etiam Dei Genitrici ingens templum dedicauit, cuius ſplendorem & magnificentiam Oratione æquare impoſſibile eſt. Præterea Michaëli Archangelo magnam admodum domum conſecrauit. Prouidit & pauperibus ægrotis diligenter & domo, & iis, quæ ad curam & infirmitatum mutationem pertinent &c.* Nec dubito Iuſtinianum Monaſteria Antiochiæ totiuſque Syriæ à Perſis dirota erexiſſe æqua animi pietate, qua Palæſtinorum Aſceteria à Barbaris vaſtata, Saba efflagitante, per hæc eadem tempora reſtaurauit, vt diximus cap. 7. huius lib. n.9. & 117. eiuſque ope iterum in Syria Monaſticem erexiſſe caput, ac denuo ipſius prouintias Monachis fuiſſe ditatas, quorum hyſtoriam texuit Ioannes Moſchus Sabæ diſcipulus teſtis oculatus palæſtrarum Syriæ quas luſtrauit, & illuſtrauit in ſuo Prato ſpirituali l. 10. Vit. Patr.

65. Hæretiorũ Samaritanum perſecutio. Sic fauſtè & proſperè res Monaſticæ in Syria noua meliorique facie proceſſere vſque ad A. C. 547. in quo ſub Iuſtino iuniore clade alia non nihil à Samaritis hæreticis millies ab Apoſtolica ſede repreſſis, eiectis, ac pluries receptis, perpeſſum eſt, qui denuò Sacras Imagines impugnantes in Catholicos inuecti ſunt; aduerſus quos Simeon Stylites Iunior qui hac tempeſtate florebat Epiſtolam ad Iuſtinum Imper. ſcripſit pietate plenam, quæ refertur in Concil. Nicæn 2. Act. 1. Viguit tandem tum in Syria, tum etiam in Arabiam, Ægypto, & Palæſtina Monaſticæ diſciplinæ feruor Chriſtianæ Religionis comes inſeparabilis vſque ad A. C. 634. in quo iuſto Dei iudicio, quod iuſtificatum ſatis eſt in ſemetipſos, Sarraceni mirum in modum inualuerunt contra Romanos, quos pluries vicerunt, atque Orientis prouintiis ſpoliarunt: tunc autem funditùs in Syria extincta fide Orthodoxos, Monaſticem ſimul periiſſe, certum eſto: iterum, ſi Numini placuerit, Fide excitata reſurrectura ſed ad alia.

Sarracenorum.

CAPVT III.

Indorum Monachorum mores & Inſtituta.

AD Aſiam Syriæ confinem, citò (Deo auſpice) rediruri, in Indiam tantiſper diuertimus, ne Monachatus inibi vetuſtiſſimo ſæculo florentis Lumina Barlaamum & Ioſaphatum tenebris offuſa relinquamus Indiam vſque vaſtiſſimam Orientis regionem Gange flumine irrigoam. Indo amne (à quo nomen participat) ab Occidente, à Septentrione Tauri iugis, à Meridie pelago ſuo, ab Ortu Eoo incluſam Euangelicæ tubæ ſonitus Thoma Apoſtolo tibicine atque aura Diuini Spiritus, qua erat repletus, flante penetrauit: parique paſſu Monachatus eodem tempore vniuerſo orbe vulgatur (vtpote Eccleſiaſticæ Hierarchiæ pars nobiliſſima) Indiam inſeparabiliter cum Euangelio peruenit; vt pluribus oſtenſum eſt lib.2. toto cap.4. Iam verò labentem ibi Euangelicæ doctrinæ veritatem Pantheni Stoici humeris ſuſtentatam ſcribit D. Hieronymus. Catal. in Pantbeno, & Epiſt. 84. ad magnum, qui vt Genebrardo in victore, & Gaultetio ſæculo 2. placet, à Demetrio Alexandrino Epiſcopo in Indiam miſſus S. Matthæi Euangelium illis prædicauit. 1. India ſitus. A quibus primum ibi vulgatum Euãgelium.

Ad breue tamen exiguumque tempus Euangelicæ atque Aſceticæ vitæ fulgores ibi durauere; Idololatriæ namque atra caligo, extrema Barbaries, nefariique Indorum mores Chriſtianitatis dogmota, morum rationem Aſceſſiſque Inſtituta fere funditùs extinxerant, quovſque, Deo iterum fauente, ſumma opera à Monachis data, Fidei vigor, ac Monaſtica diſciplina penè elapſa, iterum repullulare cœpere. Rem fuſè & eleganter narrat S. Ioannes Damaſcenus in Hiſtoria de Barlaam & Ioſophat, quam Vincentius in ſpeculo Hiſtor. lib. 15. paululum contraxit: paucioribus vero (vt aſſolet) Petrus de Natalibus in Catalogo complexus eſt: ſed adhuc contractius breuique compendio carptim ex eorundem ſcriptis rem perſtringemus, locum Inſtituto noſtro relinquentes, qui ad ſolum, quæ Monaſticem ſpectant, animum intendimus. Ea verò ſic habet. 2. Monaſtices à quibus ibi reſtaurata.

Conſtantio Imperium tenente, quarto videlicet Eccleſiæ ſæculo, Indorum Rex Abenner nomine, vir opibus, potentia, victoriis ac bellica fortitudine inſignit, ſed gentilitatis errore ignobilis, Chriſtianiſmum acriter inſectabatur. Interea naſcitur illi elegantis formæ filius, quem Ioſaphatum appellauit, cuius cum ab 3. Barlaami & Ioſaphati Acta.

Aſtrologis

A patre domo includitur.

Aſtrologis genialia conſuleret, à quodam; qui cæteros eruditione anteibat, puerum Religionem Chriſtianorum arrepturum eſſe, didicit. Huiuſmodi autem nuntium Rex grauiter ac moleſto animo accipiens, ſplendida domo in priuata quadam ciuitate elaborata, illic Ioſaphatum filium ſuum collocauit, iubens nulli ab ineunte rationis lumine (exceptis elegantibus pueris eius ſeruitio deputatis) ad eum patere acceſſum: morbum verò, paupertatem, mortem, aliaque moleſta ab ipſo procul arceri, ac tandem Chriſtianam Religionem, eiuſque dogmata coram eo

Qualis puer.

nec nominari præcipiens. Venit Ioſaphatus ad iouenilem ætatem prudens, cordatus, omnique ſapientia, tam Æthyopum, quam Perſarum, virtutumque vniuerſarum dotibus illuſtris.

Clauſura triſtatur.

Admirans autem, ſecumque conſiderans eur nam Pater ipſi omnium hominum ad ſe aditum interdiceret, nec ad quemlibet eum accedere, domove pedem exire pateretur, à quodam ſibi chariori rei cauſam ſub amicitiæ ſuæ ſponſione ſciſcitabatur: qui omnia ei ſigillatim expoſuit, præſertim Aſtrologorum reſponſa, perſecutionem aduerſus Chriſtianos, eorumque expulſionem ab omnibus finitimis locis, ne vllam cum eo conſuetudinem haberent.

Libertatem domo exeũdi petit.

4. Tetigit narratio pueri pectus, quadamque die Patrem ſuum de more ſe mœrens rogauit, cur inter muros, & ianuas ab eo abſconderetur. Cui cum pater, perpetuas ei delicias, omnemque gaudium ea ſibi procuraſſe clauſura, reſponderet. At velim ſcias, inquit puer ad Patrem, potius in afflictione vitam agere: geſtit namque animus ea, quæ foris ſunt, perſpicere. Quod pater audiens, & dolens, metuenſque maiorem filio ingerere dolorem,

Procedit mito comitatu.

fotas procedendi quoties vellet poteſtatem puero fecit: eximio tamen equorum atque ſatellitum comitatu præeunte, à quo è tranſitu cuncta triſtia atque moleſta procul remouerentur, ne pueri paterent obtutibus, choris plaudentium atque canentium præcedentibus, pueroque occurrentibus obuiam. Procedente ergo Ioſaphato, nunc leproſum, nunc cæcum, nunc ſenem rugoſum, nunc incuruatum, nunc balbutientem obuium habuit: Cumque interrogaſſet, cunctis ne hominibus talia accidere conſueuiſſent, eique comites & familiares naturæ debita, carniſque imbecillitatem, ac corruptibilitatem expoſuiſſent; perpetuò ſecum cogitans alia ſibi ex his accidere poſſe, alia neceſſariò eſſe euentura, dolore conſternatus, ac pallore confectus in perpetuo mœrore degebat.

Barlaamus ad Ioſaphatum venit.

5. Eo iam tempore Magni Antonij Monachatus fama, vniuerſum repleuerat orbem, atque ad Indos quoque perueniens, ipſos ad eiuſdem vitæ ſtudium excitauerat. Erat autem inter alios eremi colonos Monachus quidam Presbyter Barlaamus nomine, Diuinarum rerum peritus,

vitæ ſanctitate inſignis, ſermone ornatus, atque in Monaſticis ſummoperè verſatus, qui monitu ſuperno filij Regis ſtatu comperto, mercatoris aſſumpto habitu, naui conſcenſa, Indiam ſe contulit, callidaque arte Ioſaphati pedagogum allocutus,

Dolo venit ad Ioſaphatum.

lapidem pretioſiſſimum ex longinqua regione ſe afferre dixit, omnium infirmitatum genera ſanantem, quem filio Regis dono dare volebat. Cumque pedagogus ſibi primo lapidem oſtendi petiiſſet; lapidi huic (inquit Barlaamus) ſi quis corpore non integer oculos iniiciat, viſu ac mente inſuper mulctabitur. Verum de filio Regis audiui Virginitate præditum eſſe, ideoque ipſi ſoli lapidem abſque periculo cernere licet. Nuntiat hæc pædagogus Ioſaphato Domino ſuo; introducitur Barlaamus ad eum, ab eoque reuerenter ſuſcipitur, ſedere iubetur: recedit pædagogus, cunctiſque arbitris remoris, petit Ioſaphatus ſibi lapidem oſtendi.

Fidem ſub Margaritæ inuolucro oſtendit Ioſaphato.

Barlaamus autem ſuam inde diſputationem auſpicatus, Fidei Chriſtianæ pretioſiſſimam margaritam Ioſaphato oſtendere cæpit, incipiens à creatione mundi, hominis præuaricatione, Verbi Incarnatione, mundique redemptione Chriſti paſſione ac morte conſummata:

Monaſticen ſuadet.

atque inde ad ſæculi vanitatem tranſiens mundi fallentis laqueos fusè & luculenter expoſuit: ac pluribus de Inſtituti Monaſtici laudibus in medium adductis, iter ad æternitatem Aſcetica vita parari oſtendit. Ardebat his iuuenis Chriſtianam Religionem, vitamque Monaſticam, adeo vt Barlaamum in eremum redeuntem relicta domo, rebuſque Patris ſtatim ſequi vellet, ſed à Barlaamo prohibitus eſt vſque ad opportunum tempus, ne in Chriſtianos eius rei cauſa ira Regis ſæuiùs recrudeſceret. Pueroque baptizato, cauens ob frequentem cum filio Regis conſuetudinem eius præceptoribus ac pædagogo in ſuſpicionem venire, in cellam ſuam reuerſus eſt.

Quæritur Barlaamus ad necem.

Fiunt nota Regi noua dogmata filij ſtatim poſt Barlaami receſſum à pædagogo comperta: nuntioque audito obtorquetur mœrore, iracundia æſtuat; iubet quæri Barlaamum ad necem, occupantur itinerum exitus militum ac centurionum copiis, ingenſque exercitus ſolitudines peragrat, montes cingit, valleſque perluſtrat minimè tritas, atque acceſſu difficiles. Peruenitur ad quemdam tumulum atque in eius faſtigio Eremitarum turba inuenitur, comprehenditur, raptaque ducitur ad Regem. 6.

Monachi occiduntur.

Quæritur Barlaamus inter eos ſub *impoſtoris* nomine, & comminatione mortis; mortem liberè deſpiciunt Dei Athletæ, flagris prius cæduntur, atque vt ira Regis quieſceret, crudeliſſimis mortis generibus afficiuntur, ipſi verò mortalitatis puluere poſito, martyrij corona donati cœlum victores ingreſſi ſunt.

Quem lapidem non mouit Rex Filium ſuum à veritate abducere geſtiens? quid intentatum reliquit? Suſceptam à Ioſapha- 7.

Abeneer Ioſaphatum à fide auertere tentat.

to Religionem obiurgat; conuitiis puerum inceſſit, mortem minatur, blanditiis poſtmodum agit, ſermonibus lenit, terbores adhibet, Philoſophos accerſire iubet: cuncti vero pueri ſapientia innumeris ſacræ Reginæ teſtimoniis quæcunque dicebar comprobantis conuicti, re infecta ſecedunt. Impudicarum tandem mulierum blanditiis filium ad ſe denuò pertrahere tentat, quas oratione ſuperauit. Tanta igitur euangelizanti Ioſaphato Spiritus Sanctus, qui in eo loquebatur, verba dedit virtute multa, vt eius demum ſuaſu Rex Abeneer pater eius reſipuerit, atque Chriſtianos amare incipiens, filium accerſitus, eius cathecumenus fieret, ſuſcepta fide idola confringeret, eorum delubra in templa conuerteret; actaque tandem quadriennio pœnitentia feliciter obierit: Magi, Aſtrologi, ac Philoſophi fidem etiam amplexi libros igni tradidere. Ipſe autem Ioſaphatus quadrageſimo à patris obitu lumine regno ſuo Barachiæ auunculo ceſſit, ipſoque Rege innumeris aſtantibus proouotiato, ſuis valere iuſſis, ad eremum conuolauit, Regalem habitum pauperrima veſte commutans.

Rex Abeneer reſipiſcit.

Ioſaphatus Regno nuntium dedit.

8. Deſertum petit. Barlaamum inuenit.

Eremum igitur Ioſaphatus ingreſſus, Barlaamum, quam perditum deplorauerat, mortuumve inter Eremicolas, quos Patris ira capite damnauerat, poſt biennium inuenit; lætuſque cum eo multos annos vitæ ſanctitate mirandus, & moribus Monaſticis clariſſimus tranſegit. Completis Barlaamus vitæ ſuæ diebus, ac morte Ioſaphati prædicta lætus animo moritur. Ioſaphatus verò cum anno ætatis ſuæ 25. regnum deſeruiſſet, 35. Eremiticum ſuſtulit laborem, multiſque virtutibus clarus, immaculato ipſius Spiritu ad ſuperos tranſlato, corpore cum Barlaamo conſepultus quieuit. Vtriuſqoe poſtmodum corpora nihil à priſtino colore immutata, verum integra & incolumia, Barachias Rex reuerenter & honorificè, in ciuitatem Regiam tranſtulit & collocauit: atque eorum tandem certamina immortali palma decorata perpetuò memoriæ monumento illuſtrauit Romanum Martyrologium Nouel. 27. inquiens: *Apud Indos Perſia finitimos ſanctorum Barlaam & Ioſaphat, quorum actus mirandos S Ioannes Damaſcenus conſcripſit.* Quo autem anno obierint, non conſtat.

Vtriuſque conuerſatio.

Obitus.

Funus.

9. Veritas hiſtoriæ ſtatuitur.

De veritate hiſtoriæ huius diu multumque dubitatum eſt, an re ipſa ea quæ narrantur acciderint, an potius conficta narratio ſit ad eruditionem Monachorum, nobiliumque adoleſcentum ſub Barlaami Monachi, & Ioſaphati Indorum Principis ſuppoſitis ac ſimulatis perſonis? Sed reuera dubitatione omninò depoſita, non poſſum non mirari de hac re inter Eccleſiæ alumnos dubitari, quibus alma mater Barlaami & Ioſphati acta in Catalogo Sanctorum miranda, atque imitanda proponit. Nunquid conficta & falſa? Qua fronte id Catholicus aliquis credat? Imò etiamſi Martyrologij irrefragabile abeſſet teſtimonium, nullatenus de hac re dubitare ſinit Iacobus Billius nobilis Gallus cunctis notiſſimus, qui Patrum Opera manibus terunt, plurium è Græco in latinum Interpres, in prænotatis ad illam, vbi ſic ratiocinatur. *Quod ad ipſam hiſtoria veritatem attinet, ob quaſdam cauſas, quas nihil hoc loco commemorare attinet, videri fortaſsè nonnullis potuiſſet, hoc opus non tam veram hiſtoriam eſſe, quam ſub hiſtoria ſpecie tacitam vita Monaſtica atque ad Chriſtianam perfectionem exacta collaudationem: niſi autor ſub finem eam ſe ab hominibus à mendacij crimine alienis accepiſſe teſtaretur. Ei ergo* (nempe Damaſceno) *præſertim aſſeuerant diffidere, hominis eſſe mihi videtur, plus ſuis ſuſpicionibus, quam Chriſtiana charitati, qua omnia credit tribuentis.* Quibus adde, non tantum ſub finem id aduertiſſe Damaſcenum, ſed ante narrationem ſic fari. *Hiſtoriam animabus vtilem ad me vſque allatam ſilentio minimè prateribo, quam mihi pij quidam Viri interioris Æthiopia (quos Indos vocant) ex veris Commentariis tranſlatam narrauerunt.* Ac tandem in fine Sanctos inuocat Barlaamum & Ioſaphatum eorumque interceſſionibus muniri fideles adhortatur, quos ſi confixiſſet, ineptè inuocaſſet, atque inuocare moneret.

Nec te moueat quod Ioſaphatus recèns conuerſus, & vix Cathecumenus, Patris errorem Magorumque delyria plurimis ſacræ Scripturæ teſtimoniis (quam legere nondum potuerat) ſubuertiſſet: nam, vt bene notat Roſvueidus lib. 5. Vit. Patr. in Barlaam & Ioſaphat diſputationes iſtæ de quibuſdam Fidei myſteriis à Damaſceno aliquantulum additæ, exornatæ, vel dilatatæ ſunt. Friget tamen ibi Roſuueydus ſubdubitans: *Nam qui potuit Ioſaphat recens ad Fidem conuerſus tot Scriptura locis ſe communire, qui nunquam ea legerat?* quibus apertè Billij cenſuram ſubit, plus ſuis ſuſpicionibus, quam Chriſtianæ charitati tributas. Ego autem & Damaſceno fidem habeo, & credo dicenti, Matth. 10. *Ad præſides & ad Reges ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Qui autem per ora Prophetarum loquutus eſt, quæ prius non legerant, potuit diu ante ſcripta ore Ioſaphati denuò loqui. 10.

10. Obiectio diluitur.

Eandem autem hiſtoriam Ioannis Damaſceni fœtum eſſe, conuincit Billius. Primo, 11. quia Trapezuntius natione Græcus magnique nominis etiam apud latinos Damaſcenum autorem teſtatur. Secundo ex phraſi reliquis ipſius operibus ſimillima. Tertio ex teſtimoniis, integriſque verſibus & periodis Diui Baſilij; Gregorij Nazianzeni, aliorumque Patrum capitibus 7. 8. 10. 11. 15. 17. 20. 24. & alibi à Damaſceno, vt moris eſt illi, corrogatis. Quarto ex diſputatione de libertate arbitrij ex ipſius libro de Fide ad Petrum capite 5. hiſtoriæ huius tranſcripta. Quinto ex diſputatione de Imaginibus quæ Damaſceni æuo feruebat capite 19. refricata. Nec obſtat quod Barlaamus Ioſaphatum inſtruens iubet eum credere in Spiritū S.

Opus eſſe Damaſceni.

ex

Google

ex Patre & Filio procedentem, cum ipſe Damaſcenus non *ex Filio*, ſed *per Filium* à Patre procedere doceat: quód aliquibus dubitandi cauſa fuir de autore hyſtoriæ huius, eamqne attribuendi Ioanni Sinaitæ vel Gregotio Nazianzeno. Sed ad argumentum Reſpondet Bellarminus particulam illam *ex Filio* ab aliquo additam videri cum in noua editione Billij Pariſiis A. C. 1577. non habeatur *ex Filio*

Non Ioannis Synaitæ. Ioannem verò Sinaitam hiſtoriam hanc exarare non potniſſe, his conuincit Billius. *Nam cum ille Senioris Theodoſij tempore fuerit vt patet ex lib. 13. Hiſtor. Miſcell. Pauli Diaconi, quonam pacto in hac hiſtoria, quam autor ex India tranſuectam teſtatur, Nazianzenum, cuius ſcripta vix dum in hominum manibus verſabantur, citare potuiſſet, atque etiam eo antiquiorem Epiſcopum ac Valentis tempore vita functum Baſilium ſuppreſſo nomine cap. 19. Vbi de Imaginibus tractat: & cap. 34. vbi Ioſaphat eam ad Deum orationem habet, quam ex Conſtitutionibus Baſilij cap. 1. perſpicuè hauſit?* Ad hæc: ſi vt cap. 9. à num. 6. probare tentauimus, ſub titulo *Conſtitutiorum Monaſticarum* latet Chryſoſtomi Aſcetica *de Monaſtica exercitatione*, qui potuit Ioannes Synaita Chryſoſtomi æuo recentioris verba mutuari? Veritate igitur hiſtoriæ eiuſque germano autore ſtabilitis, Monaſticam Indiæ palæſtram aperiendam accedamus Billij verſione vtentes veteri prætermiſſa, quam ſibi valde rudem, & impolitam viſam fuiſſe, ipſe teſtatur. Quiſnam verò fuerit vetus Interpres, Trapezuntius ne, an vetuſtior Latinus, vide apud Roſuueyd loc cit.

12. Mores Monaſtici. 1. Ac primùm Indos Monachos Ægyptiorum more Antonij & aliorum fama vociferante auribus recepta communem vitæ ordinem ſub Prælati iugo elegiſſe, atque Antiſtiti ſe regendos tradidiſſe, perſpicuis verbis tradit Damaſcenus cap. 1. vbi de fortitudine eximia loqoens, qua Monachi, tum ad prædicationem veritatis, tum ad mortem pro Chriſto ſubeundam, è deſertis ad Regiam conuolabant, inquit: *At vero Monaſtica claſſis duces, atque Antiſtites martyrio vitam finiebant.* Et cap. 4. cum Abenner ad venationem egreſſus duos Monachos per deſertum iter facientes obuios haberet, eoſque impoſtores Regijque decreti violatores, quô Monachos ſub pœna capitis, & incendij regione expulerat, compellaſſet, reſpondere: *Cum longum nobis iter propoſitum ſit, vt ad fratres noſtros proficiſcamur, ac cibo careamus, hac via incedimus, vt nobis viatica ſuppetant, nec fame abſumamur.* Quibus apertè conſtat ex obedientia Antiſtitis iter arripuiſſe, ciboſque emendicare pro ſuſtentatione fratrum Conuentus eis fuiſſe præceptum. Rurſus cum Barlaamus à Ioſaphato ad fidem conuerſo receſſiſſet, cumque ad necem Rex quæri iuſſiſſet, Arachis, qui vſque ad Sennaaritidem regionem cum equitibus conqoirendi Barlaami cauſa ſe contulerat, *Eremitarum turmam obambulantem cernit: cap.* 22. Ne autem fallaris, lector, putans *Eremitarum* nomine in præſenti ſeorſim extra Prælati poteſtatem Anachoreſim agentes indigitari, ſed Eremitas, hoc eſt eremi incolas, Cœnobiticam tamen vitam profitentes, audi ſequentia. *Qui autem ex ipſis tanquam Antiſtes præibat ex cilicio contextam peram reliquiis confertam geſtabat.* Et ſtatim cum Rex interrogaſſet: *Vbi eſt impoſtor ille, qui Regis filium in errorem perduxit? De Barlaam ego quæro &c.* Tunc ad eum Antiſtes (quem Billius in argumento cap. 23. *Abbatem* merito compellat) *ſi Barlaamum quærebas, omnino ita loqui oportebat: Vbinam ille eſt, qui Regis filium ab errore in viam reduxit: nam ille frater noſter eſt, Religioſæ exercitationis ſocius.* Et poſt pauca: *Neque enim pij fratris noſtri domicilium, quamuis nobis cognitum oſtendemus, nec vlla alia vobis ignota Monaſteria prodemus, vt videlicet hac ratione mortem turpiter effugiamus.* Ac tandem cum poſt flagra plura de Reliquiis ſub comminatione mortis Rex Monachos interrogaſſet; *Diuinæ illius cohortis dux atque Antiſtes Regias minas pro nihilo ducens libera voce ac ſplendido vultu reſpondit, &c.* Vbi obiter miraberis ſæuiente perſecutione florentem, vltra quam credi poteſt, Indorum Monachatum; adeo vt cap. 2. dicat Damaſcenus Monachos in prædicatione quam plurimos feciſſe progreſſus, *vt qui in multitudinem omni ſermone maiorem excreſcerent.*

Indorum Monachorũ multitudo.

13. Monaſticus habitus pro ſalute animarum deponendus. 2. Quibus autem Inſtitutis ſub *Angelico* habitu (ſic paſſim Monaſticum compellat Damaſcenus antiquis morem gerens iuxta notata lib. 1. cap. 3. num. 11.) communem adſtrinxerint conuerſationem, breuiter aperiamus. Et quidem pius ardor, quo vitæ tum naturalis, tum Monaſticæ amore poſtpoſito, Eccleſiæ neceſſitate, & animarum vrgente ſalute ad prædicationem Euangelij Indi Monachi conuolabant, in medium prodeat. *Quemadmodum enim* (ait Barlaamus ad Ioſaphatum mercatoris habitu indutus, ac Monaſtica veſte propter ipſius ſalutem depoſita) *quiſpiam chariſſimum quendam cognatum in alienam regionem captiuum abductum illinc educere cupiens, abiecta veſte ſua atque hoſtium ſuſcepta perſona, ad eorum regionem ſeſe confert, variiſque artibus propinquum ſuum ex acerba tyrannide in libertatem aſſerit; eodem modo ego quoque de tuis rebus certior factus, hoc habitu ſuſcepto veni, vt diuina prædicatione pectus tuum conſererem. Ac nunc, quantum quidem in me fuit, miniſterio meo perfunctus ſum: etenim Dei cognitionem tibi annunciaui. Deinceps igitur eò vnde huc veni, reuertendum eſt, ac tum alieno habitu depoſito meum induam.*

Explero miniſterio reſumendus. Quibus geminam Monachi obligationem, & habitum deſerendi cauſa Fidei, & ad habitum regrediendi expleta prædicatione luculenter expoſuit. Quem autem fructum Religioſa hæc habitus dimiſſio fecerit, ſatis ex ſequentibus liquet: *Monachorum* namque *caterua Regis cultum ac venerationem pro nihilo ducentes, nec ipſius minas metuentes, per Dei gratiam ampliſſimos progreſſus faciebant, vt qui rebus, quæ ad Dei cultum pertinebant, dediti eſſent. Ac propterea permulti ex his, qui ad Monaſticum ordinem ſeſe contulerant, omnia quidem ea, quæ in vita iucunda ſunt, ſperaque contemnebant, ſoliuſque pietatis amore*

tenebantur, ac mortis pro Chriſto ſubeundæ ſiti, futuraque beatitudinis cupiditate flagrabant. Eoque nomine, non timido ac dubitante animo, verum per quam fidenti, ac libero, ſalutiferum Chriſti nomen prædicabant. Vnde ortum innumeros pro Fide Abenneris ira ſæuiente occubuiſſe, quos in ſequentibus celebrat Damaſcenus. Hæc ipſe c. 2.

14. Studium S. S.

3. Verùm hæc Fidei trophea, quibus muniti Monachi obtinuere? Sanè non aliter quam ſacrarum Scripturarum ſtudio meditatione, qui (perſecutione præſertim graſſante) frequenter ac diu incubuiſſe eximia Barlaami ſapientia dubitare non ſinit, de quo Damaſcenus cap. 19. *Omnia Orthodoxa Fidei dogmata ipſi* (nempe Ioſaphatum) *tradebat, diuinumque Euangelium exponebat, ac præterea Apoſtolicas cohortationes, & Prophetarum loca ipſe explanabat. Nam cum vir ille diuinitùs tradita doctrina polleret, omnem tam veteris, quam Noui Teſtamenti Scripturam memoriter recitabat.*

15. Nobiles ad Monachatum conuolant.

4. Nobiles vbique vidimus ad Monachatum viam aperientes, turmatimque Aſceticam arripientes conuerſationem: ſed Indiæ Monaſtices Principum ac procerum renuntiatione præ cæteris Orbis prouinciis, hoc æuo nobilitata dignoſcitur. Præceſſere illuſtriſſimum Principis Ioſaphati Monachatum *illuſtres viri ac Senatores, qui abiectis huius vita Sarcinis in Monachorum album ſeſe* (paulò ante ipſius ortum) *adſcripſere* cap. 1. Horum veſtigia ſecutus e[illegible]*vnus è Regiorum Satraparum Principibus animi fortitudine, corporiſque magnitudine, ac pulchritudine, cæteriſque aliis rebus, quibus corporis elegantia & animi generoſitas tanquam certis quibuſdam notis exprimi ſolent, alios omnes antecedens. Quamobrem cum impium illud decretum audiſſet* (quo Rex, vt Chriſtiani omnes ſub diræ mortis comminatione pietatem eiurare cogerentur, decreuerat) *inani hac atque humi ſerpente gloria, & deliciis valere iuſſis, ad Monachorum cœtum ſeſe aggregauit.* Ioſaphatus autem in lucem iam editus, luce tamen rationis nondum præcurſorem etiam habuit quemdam dignitate præditum, qui primas in aula obtinebat, *vir eleganti vita ac fidei pietate inſignis*, quem ſuppreſſo nomine pluribus effert cap. 4. Affulſit Ioſaphato Principi claritas diuinæ lucis facem Barlaamo præferente, atque è Sacro fonte leuatus ſtatim vota Monaſtica emiſit. Reſipuit Zardam eius pedagogus. Nachor Aſtrologus Regis, qui velut alter Balaam ad conuitia Chriſtianorum pretio ab Arache fuerat conductus, vt Barlaamum ſe eſſe fingeret, dum hiſtrionis more Chriſtianiſmum fictè propugnabat, pectore intrinſecus Spiritu ſancto calente, orationem Monachus concluſit. Theudas ſecundus à Rege Ioſaphati verbis commotus Magicos libros igni, ac ſeipſum tradidit eremo Rex Abenner dedit manus, idola confregit delubra in templa conuertit, fidem ſuſcepit. Barachias ipſius frater eremi auidus in regnum ſuccedere diu recuſauit &c. fere cuncti nobiles Indi rebus hujus vitæ longum valere iuſſis, Monaſticam paleſtram capeſſebant. Ac tandem vniuerſa damus Regiæ proles, Magnatumque ac Satellitum aulæ caterua hiſce diebus Monaſticem amplexa eſt, vt late pluribus ibi refert Damaſcenus.

16. Conuitia ſæculariũ in Monachos.

5. Sed vnde, & quò repente pro Chriſto Domino tot nobiles tranſiere? Equidem ab ſplendore, deliciis, faſtu, amplitudine, ſuperbia, diuitiis, ad abiectiſſimum vitæ genus, à ſuprema mundi gloria ad ramenta veſtigiorum, purgamenta mundi reputari appetentes; omnia, atque cum omnibus ſe ipſos arbitrantes ſtercora, vt Chriſtum lucri facerent. Rem ad rem ſatis narrat Damaſcenus cap. 2. vbi de procere illo omnium primo Monaſticum habitum arripiente loquens, pulchrè impiiſſimam æquè ac vetuſtiſſimam ſæcularium in Monachos obiurgationem his aperit: *Rex cum eum, qui quondam ſplendidis veſtibus vtebatur, atque in magnis deliciis vitam exigebat, tam viliter & abiectè amictum, religioſa exercitationis aſperitate afflictum vidiſſet, ita eum allocutus eſt. O vecors, & demens, quid te adduxit, vt honorem cum ignominia, & illuſtrem gloriam cum turpi ac dedecoris pleno habitu commutares?*

17. Veſtes.

6. Quænam verò illæ fuerint Indorum Monachorum veſtes, quas ethnicus ille, atheoſque vſque hodie irridet vulgus ſic exponit cap. 18. *Obſecrauit ſenem* (Barlaamum) *Ioſaphatus, vt ſe ipſum cum conſueta veſte oſtenderet* (quam ſub mercatoris habitu occultam geſtabat) *Cum itaque Barlaam veſtem eam, quam gerebat, & exuiſſet horrendum Ioſaphato ſpectaculum ſeſe obtulit.* Vlterius verò rogatus, quæ ea veſtis horrenda, atque item vnde, & cuiuſmodi veſtes ipſi, cæteriſque Monachis ſuppeterent; reſpondit: *Veſtes nobis ex aſperis ciliciis, & ouium pellibus ſunt, vetuſta omnes, atque ex variis pannis conſuta. Etenim eadem nobis eſt tum æſtatis, tum hyemis veſtis. Quam etiam vt ſemel induimus, exuere poſtea nobis non licet, quouſque vetuſtate confecta prorſus deleatur.*

Veſtium conformitas.

7. Ea verò cunctis in commune degentibus erat veſtium Monaſticarum conformitas, vt nouum Barlaamo cilicium offerenti Ioſaphato, vetuſtumque ſibi relinquere efflagitanti, quo ſcilicet eius memoriam retineret; *ait ſenex.* ibid. *Vetus meum ac detritum pallium tibi dono dare, aliudque nouum indumentum accipere, mihi non licet. Cæterùm ne tuam animi alacritatem retundam, vetuſta nec à meis quicquam diuerſo, ea indumenta ſint. Regis itaque filius, cum aſpero quoſdam, ac vetuſtos pannos quæſiuiſſet, eoſque ſeni dediſſet &c.* Vbi nota pallium eis in vſu fuiſſe cilicinum tamen, idque vetuſtum; nec in aliquo, quantum ad veſtem à ſociis diſcordare licuiſſe.

18. Victus.

8. Addidit Ioſaphatus ſenem de victu ſuo ſociorumque interrogare, cui reſpondere adiiciens, inquit ibidem. *victus nobis ex pomis, & ſtirpibus, quas ſolitudo cæleſti rore perfuſa, & Creatoris imperio parens alit, nobis ſuppetit. Ob qua nemo eſt, qui aduerſum nos pugnam ineat, atque contendat. Verum vberrimè omnibus illaboratus cibus, & ex temporalis menſa proponitur.* ibid.

Rerum omnium abdicatio.

9. Viſa Barlaami ſuorumque in veſte & victu pauperie, cum ei Ioſaphatus ſuis ſuorumque neceſſitatibus ſubueniendis pecunias offerret, inter alia, de rerum omnium abdicatione ſtrenuè dicta, hæc ait cap. 5. *De iis pecuniis quas te tum mihi, tum ſodalibus meis*

daturum

daturum dixiſti, qui tandem fieri poſſet, vt tu, qui pauper es, diuitibus pecuniam impertias? Siquidem diuitum eſt de pauperibus bene mereri, non autem contra, pauperum de locupletibus, & copioſis. Nam ſodalium omnium meorum poſtremus opibus omninò te ſuperat. Quibus cum argutè Ioſaphatus replicaſſet: *Expone, inquiens, mihi quæſo, quonam pacto ſodalium tuorum extremus opibus me antecellat, cum paulo ante eos in magna inopia viuere, atque extrema paupertate conflictari, dixeris. Quidnam item ſit, quamobrem nunc me pauperem appelles, cum autem ampliſſimis opibus præditus fuere reſpondit Barlaam: Non eos paupertate conflictari dixi, ſed inexhauſtis potius opibus florere. Nam opibus opes ſemper adiungere, nec cupiditatem tanquam fræno coërcere, verum ſine vlla ſatietate plura appetere, extremæ paupertatis argumentum eſt. Contra qui ſempiternarum rerum cupiditate præſentia omnia contemnunt. Omnique ciborum, & indumentorum excuſſa, atque in Deum profecta cura, mærorem ex inopia voluptatem capiunt, hos ego optimo iure te, atque adeo quouis terreno Rege locupletiores dixerim. Quin potius cum ſodales meos, vt qui pia & religioſa ſolitudinis exercitatione contenti ſunt, eamque pro veriſſimis delicijs ducant, nullis omnino eiuſmodi rebus indigere compertum habeam pecuniis ac veſtibus, quas te ipſis daturum dicebas.* Cæterum cum aliqua via fratrum Conuentui ad victum, & veſtitum neceſſaria parare, omninò ineuitabile fuiſſet, Principis pecuniis ac redditibus recuſatis ad emendicanda ſibi veſtimenta, & viatica confugiſſe, apertè ſatis colligitur ex prænotatis ſupra numero 12.

Pauperies ſummæ diuitiæ.

19. Priuata pecu lia recuſanda.

10. Qui vero communem fratrum ſubuentionem recuſabat, peculium, quo priuatis proſpiceret neceſſitatibus, reſpuiſſe, mirum non eſt. *Vnam rem à te poſtulo* (inquit Ioſaphatus Barlaamo capite 21.) *Nimirum vt quoniam pro tuis religioſa vita ſodalibus nihil accipere voluiſti, ſaltem pro te exiguum aliquid pecuniæ in victum ac veſtem in indumentum accipias. Hæc autem ad eum reſpondit: Cum pro fratribus meis nihil à te acceperim, quonam tandem pacto mihi id acquiram, quod ipſis interdixi? Nam ſi pecuniarum poſſeſſio bona eſſet, illis certè ante me impertiiſſem. Quoniam autem exitioſam poſſeſſionem eſſe ſcio, nec illos, nec me item huiuſmodi laqueis implicabo.* Vbi doctè Iacobus Billius: *Hoc intellige* (inquit) *de diuitiis quibus aliquis abutitur.*

Tonſura.

11. Tonſuratos inceſſiſſe Monachos, apertè prodit Procer ille nouiter ad Monachatum adueniens, quem Damaſcenus laudat capite 4. qui cum ad Regem eius in Monachos inſaniam exprobraturus, Monaſtico habitu indutus ingredi decerneret, hoc ſibi conſilium à quodam prudente recepit, atque executioni mandauit. *Fac exurgas, ac tonſo capite ſplendidiſque his veſtibus abiectis, atque in-uto cilicio, cum primum luxerit, ad Regem adeas.*

20. Extinctio Cœnobitis Eremitæ conſurgunt.

Sed verò quia Regis Abeneer perſecutione in Chriſtianos, præſertim autem Monachos graſſante, communem conuerſationem abſque euidenti vitæ periculo, & omnimodæ cultus Dei extinctionis agere nequibant, huc illùcque grege Chriſti diſperſo, aliiſque pluribus ipſi denuò adiectis inter procellas ſæuitiæ augeri in dies cæpit Eremitarum numerus ad deſitionem Cœnobitarum. Ea enim eſt ſomma Dei prouidentia qui mortificat & viuificat, ſuſcitat de puluere egenum & de ſtercore erigit pauperem, vt ex ipſis Monachatus cineribus, atque Martyrum effuſo cruore tanquam ex fœcundiſſimo ſemine, tot repullulare germina faciat, quot guttæ ſanguinis decurrentis terram madefecerint. Fides igitur, comeſque ipſius obſceſſis vndique exagitantur, Fideles morti addicuntur Monachi igne cremantur; *Statimque edictum promulgatum eſt, vt ſi quis Monachus inueniri poſſet, ſine vlla inquiſitione trucidaretur. Atque ita nullus huiuſmodi Ordinis in illa regione reliquus factus eſt, niſi qui in montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ ſeſe occultarant.* Vnde cum occiſis Dei Athletis, quos Arachis in ſpeluncis latere comperit, Nachor Regis Aſtrologus à Ioſapharo conuictus ab errore gentilico reſipiſceret, atque ipſe à Regia Vrbe profectus in denſiſſimam ſolitudinem proſiliret, ad Eremitas adiectus eſt; quippe qui è ſuperis vocatus *in Monachi cuiuſdam, qui Sacerdotum dignitate ornatus erat ſpeluncam ſe confert, in qua ille propter imminentem metum delitesſcebat* cap. 38. Theudas quoque magus inſignis *ad ſacroſancti illius viri*, ad quem etiam Nachor perrexerat, ſe confert cap. 31. Ac tandem Indiæ Regno nuntio viriliter dato his omnibus ſe addidit Ioſaphatus biennio in vaſtiſſima ſolitudine oberrans, nec Barlaamus, quem præceptorem expetebat, inueniens: ibi tamen Monachos alios ſolitariam vitam colentes nactus eſt, atque ad vltimum Barlaamum eidem vitæ in antro operam dantem. Quibus autem moribus cum Eremitæ ante Ioſaphati aduentum eremum incolentes, tum etiam ipſe, aliique de cætero vitam in eremo tranſegerint, bis ſparſim tradit Damaſcenus, ibid.

1. Ac primum qualis Ioſaphati per inuia deſerti aberrantis fuerit conuerſatio, ex immutatione vultus Barlaamus eius Magiſter ſtatim deprehendit. Ex antro enim egreſſus *eum per ſpiritum agnouit, qui ob mirandam illam mutationem, qua à priori illo vultu, ac florente iuuenilis ætatis pulchritudine demigrarat, ab externo aſpectu vix cognoſci poterat, vt qui tum ex ſolis æſtu atrorem contraxiſſet, & pilis abundaret, ac genas macie confectas, oculoſque altè depreſſos, & palpebras lachrymarum fluentis vndique attritas, atque ingenti famis afflictione peruſta haberet.* Hæc ille cap. 37. Nocte itaque illa qua generoſus iuuenis ex aula regia egreſſus eſt, *in pauperis cuiuſdam domunculam ſe conferens, veſtes eas, quibus indutus erat, abiicit, poſtremumque illud beneficium egenti tribuit.* Imo ex quo Barlaamus ipſum inuiſit, externè quidem Regias *veſtes gerebat, internè autem cilicium illud, quod Barlaam ipſi dono dederat*, ibid. Cilicium.

21. Eremitarum mores.

2. Sed qualis erat ſolitudo, quam peragrabat, Qualis ſolitudo.
Adeo inamœna, horrida & inaquoſa, vt *cum exiguum, ac nullius omnino momenti victum ex herbis ſibi pararet, aqua penuria prorſus laborabat; quod videlicet ſolitudo illa aqua expers eſſet. Cum autem ſole iam ſub meridiem vehementer ardente iter faceret, vehementius ob æſtum in arida regione ſiti flagrabat, atque extrema & grauiſſima ærumna vexabatur*, ibid.

Habitat ſi. 3. Ac ſi biennio Barlaamum quærere nunquam intermittens *ſubdio degeas*, *tum æſtu conflagrabat*, *tum frigore obrigebat*, capite 38.

Tētationes. 4. Multas porrò peſtiferorum ſpirituum tentationes, ſpectra, terriculamenta, cogitationumque puluerem perpetiebatur, *quemadmodum de magno Antonio proditum eſt* quæ omnia ſigno crucis, & patientiæ ſcuto munitus ſuperabat ibid.

22. Diuinæ laudes. 5. Inuento autem Barlaamo præceptore, quibus vterque moribus vitam diuturnam inſtituerint cap. 38. explicat Damaſcenus. Poſtquam enim ſeſe mutuo agnouerant, atque in amplexus ruerant, cunctaque præterita Ioſaphatus alrius repetito ſermone expoſuerat, *ad orationem conſurgentes conſuetum penſum precationum perſoluerunt*. Penſum autem ab eis perſolutum Horarum Canonicarum ſerie contineri innuit apertè cap. 36. vbi de Ioſaphato in aula adhuc regia exiſtente, profectumque in ſolitudinem parante loquens, inquit: *Cum itinera omnia occupaſſent* (ciues, Principis ſeceſſum impedire mollientes) *ac montes omnes obſedisſent, inuiaſque valles peragraſſent, in terreate quodam ipſum manus in cælum tendentem, ac Sexta hora precationem ſoluentem inuenerunt*, & c. 38. *Ac deinde conſurgentes poſtea quam Nocturnas horas abſoluerant, &c.*

23. Cibus. 6. Finita oratione, *cum cibo recreandum corpus eſſet, Barlaam magnificam menſam appoſuit, ſpiritualibus. Videlicet epulis confertam, vini autem conſolationis, quæ ſenſibus percipitur, quam minimum ſanè participtm. Cruda enim dumtaxat olera erant, ipſiſmet membris conſita, & exculta* (en opus manuum) *palmaque perpanca, quæ in ea ſolitudine inueniebantur, ac denique ſylueſtres herbæ.* Et infra. *Tantulum duri illius atque conſolatione carentis cibi* (Ioſaphatus) *admittebat, vt vitam dumtaxat toleraret, nec committeret vt per vltro ſibi accerſitam mortem præmiis iis ſeſe orbaret, quæ virtutum cultui ac ſtudio attribuuntur.* Hæc de cibo.

7. Sitim autem ſobriè & continenter explebant, cum *aquam è propinquo fonte bibiſſent.*

Gratiarum actio. 8. His autem expletis, *ei rurſum, qui manum aperit, & implet omne animal benedictione, gratias egerunt.*

24. Caſtitas. 9. Paupertatem Ioſaphati vota à ſe emiſſa perſoluentis veſtium vilitas prodidit: Caſtitatem vero glorioſa illa de blanditiis pulcherrimæ ac petulantis ſœminæ captiuæ cuiuſdam Regis filiæ reportata Victoria quam pater Abeneer ad labefactandam iuuenis conſtantiam introducere iuſſerat, cui connubium ab ipſo tandem efflagitanti reſpondit: *Licet quibuſlibet matrimonio copulari, exceptis tamen iis, qui Virginitatem Chriſto ſemel promiſerunt. Ego enim ab illo die, quô per diuini Baptiſmi lauacrum à iuuentutis, & ignorantiæ me peccatis purgatus ſum, purum me ipſum Chriſto exhibere pollicitus ſum. Quonam igitur modo pacta ea, quæ cum Deo ſanxi, diſſoluere, atque confringere audebo?* c. 30.

25. Obedientia. 10. Obedientiam expreſſiùs adhuc tradidit Damaſcenus, non eam tantum quam Eremitæ Epiſcopo Dioceſano præſtabant, quamque ad Monachatus eſſentiam ſufficere ſtatuimus lib. 2. capite 8. à numero 16. Sed quam Cœnobitæ Prælato Regulari exhibebant. Diuturno namque tempore, cum Barlaamo Ioſaphatus Anachoreſim colens *tanquam patrem, & præceptorem cum omni obedientia & humilitate ei obtemperabat*, capite 38.

11. De ſomno autem, & Vigiliis ibidem: *Sic naturam nocturnis excubiis ſubiiciebat, ac ſi nulla omnino carnis, & corporis parte conſtaret.* Vigiliæ.

12. *Oratio porro perpetuum ipſius ſtudium erat, vniuerſumque vitæ tempus in ſpiritualibus ac cæleſtibus contemplationibus inſumebatur, adeo vt nec horam vnam, imò nec vllum omnino temporis punctum, ex quo in ea ſolitudine habitauit, deperderet*, ibid.

13. *Ac ſanè hoc demum verè Monaſtici Ordinis munus eſt, nunquam à ſpirituali opere vacuum inueniri.* Quadrar D. P. N. Benedictus capite 48. de opere manuum loquens: Perpetua occupatio. *Tunc verè*, inquiens, *verè Monachi ſunt, ſi labore manuum ſuarum viuunt, ſicut & Patres noſtri & Apoſtoli.* Non quidem quaſi verè & eſſentialiter Monachi non ſint, qui vacuum aliquod punctum ab opere ſpirituali vel corporali prætermittere ſinant, ſed *verè Monachi* ad inſtar omnino & imitationem Priſcorum, vt bene ibi notat noſter Nicolaus Brauo.

14. Moriturus iamiam Barlaamus *incruentum ſacrificium Deo obtulit, perceptiſque Chriſti ab omni labe puris myſteriis, ac Ioſephato item impertitis, ad recuperanda beata illius vitæ præmia profectus eſt* penè centenarius; anniſque 75. in Monaſtica exercitatione exactis, capite 39. Sacerdotium.

15. *Ioſaphat autem ipſius corpore atque aſpero cilicio, quod ab eo in aula acceperat, inuoluto, conſuetos Pſalmos recitat, per totum diem ac totam noctem ſimul canens.* Ritus ſepeliendi. Nota qualiter Monaſticus ſepeliendi titus, corpuſque vitæ curriculo geſtato habitu inuoluendi, & Pſalmos diu noctuque canendi, vſque ad interiora Indici deſerti peruaſerit.

16. *Manſit autem* Ioſaphatus *ad extremum vſque Angelicam vitam ducens, ac dauiori religioſæ exercitationis genere poſt Senis deceſſum vitas: nam cum anno ætatis 25. regnum terrenum reliquiſſet, Monaſticaque vitæ certamen ſubiiſſet, quinque & triginta annos in vaſtiſſima illa ſolitudine, perinde ac ſi nulla carnis parte conſtaret, eruditione ſublimiorem vitam egit.* Ioſaphati obitus & ſepultura. Eo autem vita functo Barlaami & Ioſaphati corpora Barachias Rex *luculenter ſimul ac magnificè in Eccleſia, quæ ab ipſis fundamentis à Ioſaphat extructa fuerat, ſacroſanctis hymnis eorum cauſa decantatis, copioſiſque lampadibus accenſis, eorum corpora condita ſunt*, capite vltimo.

Pauca hæc Damaſceni Opera & ſtudio ex veris Indiæ Commentariis tranſlata de Monachatu ibi vetuſtiſſimis ſæculis florente habere potuimus. 26. Indici Monachatus ſucceſſio. Quouſque Chriſtiana atque Aſcetica diſciplina à Barlaamo & Ioſaphato vaſtiſſima illa regione diſſeminata viguerit, apud meos Autores non inuenio. Recentibus vero his ſæculis, Anno ſcilicet Chriſti 1541. vtraque Dogmata magno Dei beneficio in

Iudiam

Indiam tranſuexit Magnus ille Indorum Apoſtolus P. Franciſcus Xauerius, aliiſque Societatis Ieſu ſtrenuiſſimi, atque ſanctiſſimi Euangelij pugiles bellum aduerſum Idola gerentes, paſſimque vſque ad ſanguinem reſiſtentes de quibus late Hiſtoria Indiæ Orientalis Iaric. lib. 1. & Boſſius lib. 6. de Signis Eccl. cap. 3. vbi etiam plura cap. 46. de Conuerſione Regis Serræleenæ, & quatuor filiorum eius, Orationibus, ærumnis, prædicatione, vitâque exemplari P. Balthaſaris Barrera, duorumque ipſius comitum perpetrata. In quibus omnibus, aliiſque quam plurimis Societatis alumnis, à prima Sancti Patris Xauerij profectione vſque in præſens, Thomæ Apoſtoli, Pantheni, Barlaami & Ioſaphati ſpiritus à Deo ſuſcitatos haud dubito, Sed ad Aſiam.

DE

Digitized by Google

DE VETERI MONACHATV, *ET* REGVLIS MONASTICIS,

LIBER SEXTVS.

QVI EST DE MONACHATV ASIÆ.

DOCTORIBVS SANCTIS PATRIBVS Baſilio Magno, & Gregorio Nazianzeno.

CAPVT PRIMVM.

Noua cuiuſdam Imaginis S. P. Baſilij ab autore anonymò edita èxamen, & Cenſura.

1. Aſiæ vtriuſque ſitus.

MAGNVM opus, & arduum adorimur. Aſiæ regionem Orientalem ingredimur; non eam quidem iterum peragraturi, quæ nomen *Tertiæ partis* obtinet *Orbis* quoad nomerum, & dimidiæ quantum ad magnitudinem, eo *Maiorem* à Geographis dictam, ab Europa Tanaide fluuio, ab Africa autem Nilo diſtinctam, cuius quinque præcedentibus libris ſingulas ac fere omnes regiones diſcurrimus: ſed Minorem Aſiam concedimus Maioris partem, & ab ipſa contentam, quæ iuxta Ptholomeum Tabula 1. Aſiæ & Roſuueydum in Corographia generali manſionum, & expeditionum Eremiticarum ab Ortu Armenia maiori, & Syriæ parte; ab Auſtro parte mediterranei mamaris, ab Occidente Ægeo ſinu, ab Arctis Pontico includitur. Hiſce etſi terminis ſepta Aſia noſtra teneatur, longè lateque expanditur: nulla tamen illius ora, nullaque extremitas Monaſticæ vitæ candores à præſtantiſſimis Eccleſiæ Patribus Baſilio, & Gregorio Nazianzeno Orientis Lampadibus effuſos ignorat: nouit potius totius mundi regionum immenſa magnitudo horum Fidei & Aſceſſis Luminarium interminatum ſplendorem: Nec mirum Sole geminato, ac Sacra tantorum Patrum biga Euangelij & Monachatus agitante currum, in duplum interuallum vtriuſque Lumina perueniſſe. Mirum tamen qualiter biiugum iſtum, quo diuinæ lucis arcana celeri motu per Aſiam vehebantur, litteris, mente, moribuſque ab initio vitæ vſque ad finem, imo vltra mortem, mutua in Deum charitas conformauerit; adeo vt vix à ſe inuicem, vel in modico, diſſentire potuerint. Quod ſanè non aliter certius fieri poterit, quam pulchris ipſius Gregorij verbis ea de re in Oratione funebri de Baſilio conſcripta in medium adductis; carptim tamen, ne prolixitas lectorem offendat.

Baſilius & Gregorius Orientis lux geminata

Tempore, inquit, *procedente vbi alter alteri mutuum amorem* (Athenis) *indicauit, affectionemque eam Philoſophia gratia conceptam eſſe conſtitit, tum alter alteri factus eſt omnia ſub vno viximus tecto contubernales, & arcta inter nos deuincti coniunctione, idem ſpectanimus, & alter alteri animum flagrantem, & conſtantem præſtitis. Corporum namque neceſſitudo, quoniam rerum fluxarum eſt, haud aliter quam verni flores interit. Diuinus autem & pudicus amor, quandoquidem rei firma & ſtabilis eſt, propterea ſolet eſſe conſtantior. Sed quomodo ſine lacrymis neceſſitudinis tantæ recordor? Eadem erat nobis rei inuidioſiſſima, doctrina ſcilicet, ſpes propoſita. Sed inuidia abſuit, æmulatio autem vtrumque exercuit; & certamen nobis erat, non vter noſtrum primas ferret, verum vter alteri eas concederet? Alter enim alterius laudem & gloriam pro ſua habebat, & in vtroque viſa eſt anima vna duo circumferre corpora. Quod ſi credendum non eſt dicentibus omnia in nobis eſſe ſita; at nobis id ſaltem credatur, alterum in altero ſitum fuiſſe, & alterum ab altero pependiſſe. Et ſi non inſolens hoc verbum eſſet, regulam & amuſſim,* 2. Mutua eorũ amicitia.

quibus,

quibus, quæ recta ſunt, quævè minus explorantur, alterum alteri fuiſſe dicerem. Diſciplinas non iucundiſſimas magis quam honeſtiſſimas conſectati ſumus. Duæ autem nobis erant notæ viæ, altera prior & honeſtior, altera poſterior, & non eiuſdem momenti; illa ad Sacra templa, & qui in eis ſunt doctores; hæc ad prophanos Magiſtros ducens: reliquas inſiſtere eis volentibus reliquimus: videlicet dies feſtos, theatra ſpectacula, conuentus. Pluribus autem de Chriſtiana vtriuſque conuerſatione, æqualique fuga vitiorum, quibus plerumque iuuenes Athenis vbique irretiuntur, enarratis, ſubinfert: *Vnde celebritas quædam nobis contigit apud magiſtros & commilitones noſtros; præterea verò in Græcia omni, apud eos maximè qui in ea præcipuè clari ſunt. Quin iam fama quoque nominis noſtri vltra Græciæ fines, ſicuti hoc multorum ſermone ferebatur, proceſſit. Tanta namque præceptorum noſtrorum, quanta Athenarum; & tanta noſtra quanta præceptorum laus fuit. Atque adeò par amicorum inſigne ſicuti fuimus, ita & habiti ſumus; vt nihil ſimile apud Græcos haberent vel Oreſtes & Pylades, vel Molionida Homeri carminis miraculum.* Ac tandem Epiſt. 25. inter Baſilianas, quam ipſe Gregorius ad Baſilium ſcribit his Epiſtulæ finem imponit: *Ego te ſpiro magis quam ipſum aërem, & hoc tantum viuo, quo tecum viuo, ſiue præſens, ſiue imaginationibus abſens.* Quid exageratius?

3. **Monachatus Patres.** Horum itaque virorum per Chriſtianum orbem humeris, linguis, ſcriptiſque vecta Monaſtices, cunctorum ore, qui ordine & & Methodo Cœnobitica Inſtituta poſtmodum tradidere ſummis, iuſtiſque laudibus celebratur; eoſque Patres, & Ductores vniuerſa vociferatur Aſceſis; quod apertè de Baſilio conſtabit legenti D. P. N. Benedictum vltimo capite ſuæ Regulæ & de Greg. S. Ioannem Climacum in Scala, vbi paſſim ipſius ſententiis (quem crebro *Theologum* compellat, ſequens Eccleſiæ morem paginam implet, vt notauimus l. 4. c. 8. n. 7. & probabimus ſtatim n. 35. huius capitis; vnde ex præiacto Gregorij teſtimonio aptè ad rem ſubinfert Nicephorus lib. 11. c. 7. Quod *ſi quis inter ſe conferre, vtriuſque mores, & virtutem eorum exponere velit, alterum alteri preferre addubitabit.*

4. **Imaginis S. Baſilij præcipui errores.** Cæterum etſi æqua vterque laude quoad omnia fuerit perpetuò cumulatus, nuper tamen Anonymus quidam Græculus homo contentionis cupidior quam veritatis D. Baſilij Imaginem ærica lamina inciſſam protulit in Lucem, tot ineptis de ipſo encomiis à veritate hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, rerumque Monaſticarum alienis refertam, vt alij ridentes, alij ſtomachantes, & alij bile commoti iraſcentes nouitatem exceperint: ac tandem, Sacra Congregatio enim ac RR. DD. S. R. E. Cardinalium decreto ſuo inferiùs dando n. 52. eam in angulo deitudi viſerit. Præcipuus autoris Scopus erat, relicto Gregorio Nazianzeno, Magnum Baſilium eiuſque Religionum prætumidis in tantum elogiis efferre, vt primum Monaſticæ vitæ autorem & legiſlatorem, eiuſque regulam primam omnium ab Apoſtolica ſede probatam, vnicumque aliarum omnium fontem extitiſſe dixerit D. Benedictum Monachum fuiſſe S. Baſilij, cucullamque atque tonſuram ſui ordinis Baſilium prius geſtaſſe: aliaque id genus ranceida figmenta vulgo credenda, inani profectò opera, propoſuerit.

5. **A Biuario impugnati.** Erat ea tempeſtate ſuperſtes adhuc Biuarius noſter vir iamdio ante de Eccleſiaſtica atque prophana hiſtoria bene meritus, cunctiſque literatis, & hiſtoricis hominibus notus ex perilluſtribus à ſe fuſis Commentariis in Chronicon omnimodæ hiſtoriæ FL. L. Dextri, notior ex ipſius Dextri Continuatore M. Maximo Commẽtario quidem poſthumo ſed eadem luce perfuſo, iam verò notiſſimus ex argumento hiſtoriæ huius *de veteri Monachatu*, quam (heu dolor) morte præuentus finire non potuit. Vix Imago lucem viderat, & iam vtraque Benedicti cucullata familia veritatis vindicem Biuarium appellabat. Sed diù vehementer excuſatus eſt, non quidem quod à labore ſe vindicare vellet, quem pro Eccleſiaſticæ veritatis defenſione nunquam recuſauit, ſed quia tũm iam prope diem fœtum hunc perficere, & emittere parabat, in quo affatim Imaginationis illius figmenta abſque peculiari ea de re edito tractatu manifeſtam impugnationem haberent; vt apertè ex locis in margine libelli huius ſtatim ſubiiciendi citatis palam fiet. Victus tamen ſummis grauium hominum ſibique amicorum precibus, operis huius circulo nondum abſoluto, manum è menſa leuauit cum autore Imaginis conſerendam: breuique libello, quem ſupplex Catholicæ Maieſtati Philippi Quarti porrexit, examen & Cenſuram prædictæ Imaginis Hiſpano ſermone ſcripſit; cuius mihi copia facta eſt à Reuerend. P. Alphonſo Mondragon Regij celebriſque Cœnobij noſtri S. Mariæ de la Eſpina, emerito Abbate viro optimo, doctiſſimorumque librorum, atque lectiſſimorum tractatuum, qui paucorum manibus teruntur, copia inſtructiſſimo, pluribus tamen locis tranſcriptorum vitio corruptam, quam ego, vt potui, veritati reſtitutam in Latinum vertere atque in fronte Monachatus Aſiæ præfigere, operæ pretium duxi, vtpote noſtris rebus lucis plurimum allaturam. Scio quidem Lunæ radiis (vt aiunt) non matureſcere opus, facem autem Biuarij calamo præferente (Deo primum fautore) puſillam ad fauſtè procedendum acceſſionem ſufficere. Curaui autem, quantum fas ſit, Hiſpani ſermonis veſtigiis inſiſtere, ceſpitare potius malens, quam viuidis autoris rationibus iniuriam inferre.

MAGNÆ FIDEI COLVMNÆ,
ſingulari Eccleſiæ Catholicæ fulcimento, Philippo 4. Hiſpaniarum Monarchæ Examen nouæ Imaginis S. Baſilij.

A. R. P. M. Franciſco Biuario libello ſupplici Hiſpanè loquente porrectum.

A Continuatore hiſtoriæ huius Latinis auribus traditum.

S. C. R. M.

6. **Sanctionum Eccleſiaſticarũ defenſ.** SAcroſancta Tridentina Synodus cunctos Principes ſæculares *Fidei, & Eccleſiæ protectorum* titulo donat, officium munuſque hoc publicum

ſio, Principum ſæcularium officiū.

publicum vna cum ſuprema ſæculi dignitate ſuſcepiſſe conteſtans ſeſſ. 25. cap. 20. vbi *Sæculares Principes officij ſui admonendos eſſe cenſuit, confidens eos, vt Catholicos, quos Deus ſancta Fidei, Eccleſiaque protectores eſſe voluit, &c.* Et vt talibus ſanctionum ſuarum perpetuæ obſeruationis curam iniungit, inquiens: *Principes omnes (quod facit) in Domino moneat ad operam ſuam præſtandam, vt, quæ ab eo decreta ſunt, ab omnibus denotè recipiantur, & fideliter obſeruentur.* Inter alia magni ponderis decreta de duobus pet maximi momenti tua Maieſtas admonerut. Ptimum extat ſeſſ. 4. quo S. Synodus ptohibet nouam librorum editionem abſque prænio examine, & authentica apptobatione in fronte libri apparente. Secundum ſeſſ. 25. de Inuocatione SS. Imaginum vbi de nouis atque inuſitatis Imaginibus loquens, hæc habet: *Statuit S. Synodus nemini licere vllo in loco, vel Eccleſia, etiam quomodolibet exempta, vllam inſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit.* Atque de iis etiam, quæ valdo extraordinatiæ ſunt, intelligendum venit, quod inferiùs de Reliquiis, & Imaginibus ſubdit, inquiens: *Ita tamen vt nihil inconſulto Sanctiſſimo Romano Pont. nouum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur*: quod firmitet tenendum puto, etiam ſi aliud non tantum ab Epiſcopo, ſed etiam ab aliqua Prouinciali Synodo foret ante ſtatutum.

Duorum præcipue admonentur.

7. Regij Senatus Caſtellæ poteſtas pro tuēdo Concilio.

Pro vtriuſque ſanctionis obſeruantia vigilant tuæ Maieſtatis Regij ſupremique Senatus, tum Caſtellæ, tum S. Inquiſitionis mutuò ſe iuuantes, ne vlla prorſus iuriſdictio ab vtriuſque genetali poteſtate eximi queat, etſi quantum ad Concilij decreta tuenda ad cuncta ſe extendat poteſtas Regij Caſtellæ Senatus Maieſtatis tuæ perſonam gerens. Quod citta dubium eſt; non ſolum ex vi ſanctionis Concilij monus hoc Principi ſæculari exptæſsè iniungentis, ſed attento præciſè Chriſtiani Regis officio & authoritate, vt illis verbis teſtatur: *Officij ſui admonendos eſſe curanit.* Et quidem iuxta Romanæ ſaltem Cutiæ laudabilem ſtilum, eiuſdem eſt Imagines nouiter vulgandas examinate, & probare; atque edendorum librorum fette cenſuram, nempe Magiſtri Sacri Palatij: neutrumque abſque præuio ipſius examine in vulgus edere licet: v. infra num. 51. adeo vt Roſariorum etiam metallicæ imagunculæ (noſtris *medallas*) quælibetque alia ſimulachta papyro, vel membranis expreſſa diſtrictè proſcribantur ſub pœnis imprimentiom libros abſque Fidei Senatus permiſſu, qui editos quoque libros, Imaginesque doctrinam Fidei, vel bonis motibus conttatiam continentes prohibet, ac dertudit: ſed (proh Deum) poſt acceptam à Chriſtiana Republica partem non minimam detrimenti, quod eorum intendetat autot.

Imaginum editio qualiter Romæ permiſſa.

8. Librorum pragmatica ad Imagines extendi oportere.

Vnde conſentaneum, & conſequens fore iudico Regium Senatum, cui competit pro libris edendis ptiuilegia irrogare, pragmaticam ſanctionem extendere debere ad Imagines & ſimulachra: ne quis abſque ipſius præuio & expteſſo permiſſu, debitoque examine, & approbatione inſolitam alicuius effigiem prælo date audeat; cum æqua ex libertate edendi pro libito Imagines, ac ex impteſſione librorum otiri poſſint incommoda. Præſertim autem, quia licet effigies expteſſa nihil inſolitum præferat, neque cenſuta digna ſit, ſubſcriptiones tamen eam ptomereti ſolent: vt nuper vidimus in effigie S. Simeonis Sthoë à ſuppremis Fidei Cenſoribus proſcripta, non vt teprobarent virum Sanctum Scapulare à B. Virgine ſuſcepiſſe, ſed quia ad pedem Iconis hæc ſubetat ſubſcriptio: *Verba B. Mariæ de Monte Carmelo ad S. Simeonem Sthoët. Fili recipe tui Ordinis habitum, Scapulare, in quo quis moriens æternum non patietur incendium.* Quibus ſecura geſtantibus habitum illum à pœnis æternis promittebatur euaſio. Quod prætetquamquod errorem præ ſe fert vitiis fræna licentioſè laxantem, iniurioſum eſt in grauiſſimam Montis Carmeli familiam pietate, ore animique modeſtia ſingularem S. Matris Eccleſiæ filiam, effigiemque maternæ prohitatis perpetuo exprimentem, neque vnquam talia docentem vel prædicantem.

Imago S. Simeonis Sthoë cur proſcripta.

9. Imagines diuerſis modis cenſuræ ſubiacent.

Igitur Imagines multiplici et cenſura dignæ eſſe poſſunt. Aliæ ptoptet exceſſum pictorum, ptophanom geſtum, vel otnatum à Catholica Sanctorum modeſtia degenerem colotibus exptimentium. Aliæ ex parte celatutæ, vel lineamentotum, quibus etiam aliquid vetitati contrarium effigiari poteſt: aliæ tatione alicuius falſæ inſcriptionis, vel ſubſcriptionis. Et licet non omnes igne cremari vt hereticæ, vel bonis moribus contrariæ, dignæ ſint; plutes tamen pacem, & Chtiſtianam charitatem pertutbantes meritò in angulum perpetuò dettuduntut. Huc præcipuè teſpicit nouum S. Inquiſitionis labentis huios anni diebus editum decretum, quo Religioſi omnes à Cenſuris doctrinalibus arcentur, quibus ſeminantur inter frattes diſcordiæ.

10. Noua S. Baſilij Imago pluribus cēſuris obnoxia.

Non diu poſt editom prædictum tuæ Maieſtatis dectetum in lucem ptodiit Imago quædam Ordinis S. Baſilij magnalia (vt viſum eſt autori) in proſpectum populi ptoducens; ſed quæ Scandala potius, & quaſi communem in cæteros Eccleſiæ Ordines ptotulit inuectiuam. Plura tum in effigie, tum etiam in ſubſcriptione continet diſcuſſione digna: & ſaltem, quia inſolita, Sancti Concilij dectero repugnantia; vtpotè abſque Ordinarij approbatione in lucem emiſſa. Ea verò quæ ſupra, infraque, atque in meditullio folij conſcripta ſunt, tot ſubiacent cenſutis, vt vix aliquid ab aliqua liberum euadat; ac tandem omnium collectio abſolutè eſt Scandaloſa. Oſtendit manifeſtè autor latam antiquitatum Eccleſiaſticatum ignotantiam, quæ fundamentum eorum eſt, quæ iniurioſè in cæteras Religiones iactat. Quo mihi perſuaſum eſt, autorem neque Religioſum, nec ſanè intentionis fuiſſe; ſin minus cæteros cæcos eſſe, ac tuæ Maieſtatis Senatus Stolidos, Zeloque veritatis, & Eccleſiaſticæ pacis expertes ſecum ipſe putauit. Minor hæreticis oblatrantibus ſufficit occaſio ad irridendos Catholicos (quod valde cauendum eſt) & nouitatum amatores impiè compellandos, tanquam leuiter, & abſque fundamento, nec dum probabili, res tanti ponderis in publico ptoponentes. Grauem prætetea iniutiam patitur populus Chriſtianus, meris, ac nullius pretij nugis tentus, paſtus, & occupatus. Conſtabit autem vera eſſe quæ dico, poſita præ oculis imagine ipſa, ac breuiter per ſingulas illius partes diſcurrendo.

Imaginis

h20

Imaginis cælatura.

EFfingitur in ea S. Baſilius cucullum & tonſuram Monachi Benedictini, barbam propexam, atque promiſſam, palliumque ſeu ſtolam Archiepiſcopalem geſtans. Inſidet ipſius capiti ignea lingua. Dextara eleuatum tenet calamum ſeu ſtylum doctoralem, cui ſpiritus Sanctus in colũbæ ſpecia è nube ſplendida aſpirat; & apud eum conſident in gloria ſua Pater æternus, filiuſque eius Iaſus Chriſtus D. N. ſanctum Doctorem honorantes. Ad ſiniſtram nubem aliam Lucidam occupat Beatiſſima Virgo Maria librum apertum porrigens S. Doctori, cuius primam paginam implet creatio mundi ſub hac inſcriptiona Latina *Dic in finem*: ſecundam formatio Euæ; inſcriptum autem breui & Latinè *Parce*. Siniſtra manu S. Baſilius librum tenet apertum, cui titulus *Regula Monachorum*: ſub titulo autem Hiſpanè ſcriptum: *Vitam pro Fide ponant. Orent ſimul ad Primam, Tertiam, Sextam & Nonam, veſperas, & Completorium vitam communem agant in Monaſtica clauſura.* Porrigit Regulam hanc S. Doctor quatuor Ordinum Patriarchis; nempe ſanctis Auguſtino, Benedicto, Alberto, & Franciſco, eamque ipſi genuflectentes & venerabundi ſuſcipiunt. Super latus dextrum eminùs proſpectui obiicitur multitudo alia ſanctorum vniuerſorum Ordinum, & graduum ſub hac inſcriptiona Hiſpana. *Reliqui omnes fundatores Ordinum Regularium & Militarium.* Orbis globum pedibus premit S. Baſilius, ſimulque Iulianum ac Valentem Imperatores opprimit: vnaqua victi ab ipſo effigiantur Arrius, Apollinarius, & Eunomius. Hucvſque Imaginatio.

Subſcriptio autem Hiſpana ſic habet.

§. 1. MAgnus P. S. Baſil. Monachus, Archiepiſcopus, & Doctor Eccleſię, quẽ cœli ipſi *Magnum* compellant, in mundo extra mundum vixit. Glorificauit eum Patar æternus tanquam Apoſtolum, beatificauit eum Filius vt defenſorem, ditauit eum Spiritus Sanctus vt templum ſuum. Beata Virgo præſtitit ei librum, iuſſitqua ſcribere creationem mundi aduerſus idololatras. Orãtc ipſo reddidit diabolus cuidam adoleſcenti chirographum ſeruitutis quod ab eo acceperat. Animo inexpugnabill proculcauit Valentem Imper. Precibus ipſius S. Mercurius Iulianum Imper. occidit. Calamus eius fulmen extitit aduerſus Arrium, Eunomium, alioſque hæreticos. Reſuſcitauit Fidem ea tempeſtate iacentem. Deſcendit lingua ignea ſuper eum, non ſecus ac ſuper Apoſtolos.

§. 2. Fuit primus legiſlator, Inſtitutor & Protopatriarcha vitæ Religioſæ in commune degentium. Fundauit Religionem ſuam anno 361. è cuius Regula velut è fonte cæteri Religionum fundatores hauſera Inſtituta. Torquemada Cardin. Baron. D. Antoninus D. Ahelmus, Ribadeneyra, & alij plures.

§. 3. Regula ipſius prima omnium à Conciliis ſummiſque Pontificibus probata eſt: præſertim ab Innocentio Papa, & Monacho S. Baſilij S. Leo Papa Marciani Imperatoris rogatu Bullam & approbationem ipſius Regulæ dedit anno 454. vt refert Licenciatus Vendeual Eques Ordinis S. Georgij in Epitome lib. 1. cap. 6. ideſt 247. annis ante quam à D. Gregorio Papa Regula D. Benedicti fuerit approbata; & iuxta Galonium 288. annia anta ipſius Regulæ approbationem à Zacharia Papa.

§. 4. D. Benedictus fuit Monachus S. Baſilij, à cuius Regula ſuam extraxit, tradiditque Monachis ſuis. Turrecremata Cardin. Fr. Franciſcus Vaqueto Poſeuinus, Ludouicus de Miranda, F. Hieronymus Roman. Cotia F. Prudentius de Sandoual, Galonius, Franciſcus Rupero.

§. 5. S. Albertus Patriarcha Monachus S. Baſilij parentis ſui Regulam tradidit Carmelitanis S. Antonin. Polidot. Pineda. F. Hieronymus Roman. Carolus de Tapia, Thomas Garzon, Boërius, Cotia Carmelitanus omneſque ſummiſtæ, & Iuriſconſulti.

§. 6. Mille ducentorum ſexaginta duorum annorum decurſu à Regula S. Baſilij conſcripta, profeſſi ſunt eius Inſtituta Pontifices, ſũmmi, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Imperatores, Reges, Principes, ſcriptores Sacri, aliique innumeri vitæ ſanctitata, & & doctrinâ præſtantes. In perſecutionibus decem & octo, quas Eccleſia perpeſſa eſt, ipſius Monachi cum hæreticis, & Idololatris pugnantes, militanti deffenſores acerrimos, triumphanti verò Martyres, Doctores, Prædicatores, Confeſſores, & Virgines contulere, adeo innumerabili copia, vt certum eorum numerum ſola capiat ſcientia diuina.

§. 7. Valet interceſſio S. Baſilij ad deſerendum ſtatum peccati mortalis, filioſque fruges à Deo impetrandos. Iann. de Nohort fecit.

Hæc ad calcem Imaginoſæ huius effigiaturæ ſubſcripta, adeo prolixè axarata, vt proptat id ſolum, cæteris circũſcriptis, abſque cenſura, & appaobatione vulgari non debuerit.

Notæ in §. I.

Excellentia S. Baſilij certa, & incerta.

NEc meus quidem, nequa alicuius Chriſtiani fert animus iuſtas Magni Baſilij deprimere laudes. Poſſet autor Imaginis illuſtrioras alias afferre, fundataa vtporè dictis D. Gregorij Naaianz. ad ipſum ſcribentis, quod de ipſo ſentiebat, Epiſt. 10. his verbis: *An te ipſum ignoras? Tu inquam orbis lumen, magnifica vox, & tuba, doctrine Palatium, vnum ver inter anni partes, vnus Sol inter ſidera, vnum cælum omnia complexu ſuo coërcens, vna vox tun de omnibus triumphans.* Et in orationa funebri da ipſius laudibus *Sacerdotum principem & Martyrem* compellat. Frater eius Niſſenus in Encomio S. Ephrem *Os Eccleſia aureamque doctrina luſciniam.* Et in vita S. Martinæ: *In omnibus*, inquit, *Orbis partibus, qua illuſtrantur à Sole celebratus gloria ſua ſplendorem omnium virtuts illuſtrium obſcurauit.* Theodoretus lib. 4. Hiſt. cap. 19. *Præfulgidum lumen Orbis vniuerſi.* Euagrius à Nicephoro relatus lib. 11. cap. 4?: *Veritatis columnam.* Cyrus Theodotus in Iamb. pro Nazianz. Angelum.

13. Nazianzeni de Baſilio elogia.

Niſſeni.

Theodoreti.

Euagrij.

Teſtiſque puris Angeli Baſilij.

Vnus Ephrem tot cumulauit encomia, vt vix numerati

Ephrem.

numerati

numerari queant. *O fidelis* (inquiens) *Baſili, velut Abel acceptus es, ſicut Noe ſublatus, tanquam Abraham amicus Dei vocatus, vt Iſaac pro victima Deo oblatus, inſtar Iob tentationes fortiter pertuliſti, & ſicut Ioſeph magnificè glorificatus es. Vt Moyſes Pharaonem poſteriorem virga crucis demerſiſti, paſſionum mare Secans: vt Aaron ſummus Sacerdos Domini fuiſti; vt Ieſus filius Naue inimicos in fugam vertiſti, vt Phinees æmulator gratia dignus habitus: Iſaias ſpirituali igne mundatus, Ezechielem ſedentem ſuper Cherub expectaſti, vt Daniel ora Leonum obturaſti, & ſicut tres pueri aduerſariorum flammam rectè conculcaſti: inſtar Petri prædicaſti, inſtar Pauli docuiſti, inſtar Thomæ filium Dei paſſum confeſſus es, inſtar Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis de rebus diuinis diſſeruiſti, inſtar Apoſtolorum inimicos erudiſti, impios conuertiſti, & Deo gratus fuiſti.* Cunctorum ora in vita & in morte *Magnum* ipſum acclamauerunt, ac ſub eodem cognomento cœlitus demõſtratus fuit ipſi Ephrẽ in ſpecie columnæ ignis, dictumque ad eum: *Talis eſt Magnus Baſilius.* Et iterum voce de cœlo allata, vt Ephrem teſtatur *Ecce in domo mea vas ſplendidum & magnificum eſt.* Ac tandem iure optimo Cardinalis Baronius in Not. ad 1. Ianuar. *Omittimus* (ait) *hic coacerbare innumera Patrum elogia de S. Baſilio, quæ vix volumine comprehendi poſſent.* Plura eorum videri poterunt in Panegyricis, quibus illuſtriores ſæculi Oratores Gregorius & Nazianz. Niſſenus, & Ephrem ſummas ipſi laudes libauerunt, & in Syneresi cuiuſdam grauis Anonymi, quam Gerardus Voſſius è Græco Latinam fecit, atque in noua ipſius operum editione iuris fecit communis.

Baronij.

14. Ab autore adducta limantur.

In Encomiis ab Autore Imaginis adductis aliquid limare neceſſe eſt. Non enim ſicut in Apoſtolos ignea lingua deſcendit ſuper eum ſedens, ſicut ſupra ſingulos eorum; ſed *vidit Ephrem linguam igneam loquentem per os eius,* vno tantum rei huius autore Amphilochio, quem Apocryphis adnumerat Baronius A. C. 678. *Aſpiciebam* (inquit Ephrem) *immaculatam columbam ſtantem in humero tuo dextro, & in aures tibi ſuggerentem, quæ populo concionabaris.* Ita rem accidiſſet narrant Acta D. Ephrem è MSS. Vaticanis indubitatæ fidei autorum in latium tranſlatis, quibus ſuffragatur Gregorius Niſſen. ipſiſque conſentiunt Metaphraſtes apud apud Sur. tom. 1. ad ad 1. Februar. & Baronius Annalium loco cit.

15. Diminutè laudat Baſilium.

Diminuta rurſum Baſilij laus ea eſt, qua in templum ſibi à Spiritu Sancto dicatũ prædicatur: id namque iuſtis omnibus commune eſt, non ſecus ac in ſæculo quaſi extra ſæculum viſiſſe: cum poſſet afferri Spiritum Sanctum in ſpecie columbæ ſuper Sacri baptiſmatis fontem, dum puer ablueretur, apparuiſſe, aquas turbaſſe; cœlumque aſtantibus tremefactis conuolaſſe. Sed fides ſit penes Amphilochum cap. 4.

Fidem iacentem reſuſcitaſſe qualiter verum.

Nec permittatur aſſeri, S. Baſilium ſuo tempore iacentem fidem reſuſcitaſſe; niſi expreſsè limitetur propoſitio ad Fidem *aliquorum*, quos ipſe ad Euangelicam veritatem perduxit. Fides namque nullo vnquam tempore penitus collapſa iacuit, taliterve extincta eſt, vt ab aliquo ad vitam reuocari opus eſſet. Quod adeo perſpicuum eſt, vt probatione non egeat.

Victoria à Valente reportata altiori exageratione in aſtra Suſtolli digna erat: nam cum ſententiam exilij in Baſilium latam Imperator ſubſcribere vellet, tres calami atramentum dare nolentes in eius manu ſucceſſiuè confracti ſunt, quibus & ſpe ſua ipſe fruſtratus, & Baſilius eo inuito Eccleſiæ ſuæ potius eſt: idque teſtantur grauiſſimi Autores, nempe Ephrem, & Theodoretus, à quibus idem accepit Baronius. Negat non nemo triumphos de Iuliano; ſed abſque cauſa, vtpote ab Helladio Baſilij diſcipulo & ſucceſſore conſcriptos: ex quo S. Ioann. Damaſc. Orat. 1. de Imagin. refert adſtantem aliquando Baſilium ante Deiparæ Imaginem, in qua etiam S. Mercurij celebris Martyris figura depicta erat, ſuppliciter ab ea imploraſſe, vt impius Iulianus Apoſtata tolleretur; atque à Sacra Imagine didiciſſe Baſilium, quid eſſet euenturum. Vidit namque Martyris effigiem exiguum ad tempus obſcurari, & non apparere; non autem multo poſt haſtam cruentam tenentem, qua confoderat Apoſtatam, Theodoretus lib. 3. Hiſt. cap. 9. narrat Iulianum Sabam Eremitam eamdem necem impetraſſe à Deo: Idem habet Sozom. lib. 6. c. 2. quibus concordat Palladius Lauſ. cap. 4. addens Didymum etiam idem ſuis precibus obtinuiſſe, atque vtrique interitus Apoſtatæ horam deſuper fuiſſe reuelatam. Nicephorus lib. 10. c. 35. inquit S. Mercurium Artenio martyre ſtrenuo prius (ſicut & Mercurius) duce comitatum mortem miſero reddidiſſe. Et D. Greg. Nazianz. Orat. 2. in Iul. fatetur Infideles Apoſtatam occubuiſſe videntes, non vno ſermone euentum retuliſſe, ſed plura falſo compoſuiſſe, miraculum deludere geſtientes, atque irrefragabile illud ſanguinis teſtimonium è lethali vulnere arrepti, in cœlumque iactati ab ipſo blaſphemè vociferanti *Viciſti Galilæe* è poſterorum memoria delere cupientes, quod Theodoretus refert lib. 3. cap. 20. quamuis alij dixiſſe referant; *Saturare Nazarene*; quod parum abeſt.

16. Victoria à Valente reportata glorioſa.

S. Mercurius Iulianum interimit.

Pauci etiam in Imagine enumerantur hæretici à Baſilio exagitati, Arrius nempe, Eunomius, & Apollinaris, cum plures alios ſcriptis ſuis debellaſſe atque viciſſe ſit notum, & aduerſus Sabellium, Marcellum, Marcianum, Euſtathium, Paulinum, Baſilidem, & alios ſtylum vibraſſe conſtet.

17. Plures à Baſilio hæretici exagitati.

Mandatum à Deipara acceptum de Homiliis in Exameron opere conſcribendis abſque patrono ſtatuitur, cum ab omnibus D. Baſilij Chronologis ignoretur. Inſcriptiones verò Latinæ *Dic in finem*, & *Parce* vulgi oculis proponendæ, explicarius apponi deberent.

Notæ in §. II.

Reliqui Ordines Monaſtici à D. Baſilio Inſtituta ſua non hauſerunt.

Hinc petra Scandali, Autoriſque intentum apparere incipit dignitatem Paternalem Religionis S. Baſilij ſupra cæteros ſibi arrogate geſtientis, eiuſque plaudere vetuſtati, abſque vllo prorſus alicubi prætexto pietatis vel Religionis motiuo; quod ſi in animo haberet, decentiùs magnos reliquorum Ordinum Eccleſiæ Patriarchas effigiaſſet, quos ad pedes S. Baſilij genuflexos in oculis omnium conſtituit; 18.

18. Baſilius Benedictus & Franciſcus Baſilio non inferiores.

quaſi

quaſi D. Anguſtinus, & D. Benedictus ipſi inferiores extiterint, vel inter ſupremos Eccleſiæ Patres talis eis non obtigerit locus, vt abſque temeritate Baſilio inferiores reputari queant: & quaſi S. Franciſcus, aliiſque id genus pari iugo (vt aiunt) & abſque vllo certamine mentes ad aſtra non obtenderint: Quæ quidem vnus Deus diiudicare poteſt, qui merita nouit, & præmia perſoluit. Verùm quia in præſenti plura inculcantur animaduerſione digna, ſingula ordinatim explicare, & in veritatis lucem producere, operę pretium erit.

19. Subiecta hæc argumento materies per ſe ſola cenſuræ ipſi ſubeſt, qua Sixtus 4. A. C. 1484. in quodam Motu proprio cuius initium *Qui Apoſtolus pracepit*, quem afferunt Marquez & Peroſo in ſuis Controuerſiis Auguſtinianis tanto verborum pondere & acerbitate, vt neſciam vnde quis hæc audeat refricare. Verba eius hæc ſunt: *Sanè, non ſine noſtra mentis diſplicentia ſingulari, pluries iamdudum ad noſtrum peruenit auditum, quod inter dilectos filios Canonicos Regulares S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, & fratres Ordinis Eremitarum eiuſdem S. Auguſtini, quadam minus neceſſaria, minuſque Laudabilis controuerſia pullulare cœpit de ipſius praclariſſimi Eccleſia Doctoris Auguſtini habitu ac pictura, & Ordinum huiuſmodi inſtitutione, parte qualibet diuerſimodè ſentiente, ac prædicante Nec veriti ſunt ſuper huiuſmodi leuitatibus tractatus componere eoſque legere, & aliis legendos tradere, non ſine ſcandalo & perturbatione mentium legentium, & aliorum Chriſti fidelium, per ineptias huiuſmodi, quos Deo lucrifacere deberent, perdere feſtinantes. Nos attendentes quod clariſſimum lumen Auguſtinum præter Epiſcopalis dignitatis habitum alium geſtaſſe, aut profeſſioni aliena ſe ſubieciſſe, aut affirmare aut negare, ad rem non niſi quantum contentio ſupervacanea aucupari nititur, tam enorme facinus & periculoſas contentiones de medio tollere, & penitus extirpare volentes, Motu proprio &c.*

Controuerſia hæc ab Eccleſia proſcripta.

20. Eamdem iſtimet diebus, ſed iure potiori, Benedictini Monachi Baſilianis inferunt litem apud tribunal Nuntij Apoſtolici, cucullam nigram hoſce exuere contendentes, quæ illorum propria, quippe qua Benedictinos diuerſos à cæteris ex parte habitus conſtituere intendit Eccleſia, neque aliena ſibi arrogare merita volentes, nec aliorum neuis fœdari. Negari quidem haud poteſt recentem eſſe nouitatem D. Baſilium cuculla, eoque habitu depingere, quam neque ipſo, neque ipſius Monachi vnquam geſtauerint; atque eos, qui tanti magiſtri diſcipulorum nomine gloriantur, nouiſſimè diebus iſtis habitu diſcordare à magiſtro ſummis viribus affectare: cum tamen potiſſimum aduertere deberent à vetuſtiſſimis Eccleſiæ ſæculis Pontificali habitu, more Græco Athanaſij & Chryſoſtomi, S. Baſilium perpetuò fore depictum. Quod ſi habitus forma inquiratur, qua Baſilius purum Monachum agens veſtitus inceſſit, citra dubium eſt tunica & pallio vſum fuiſſe (noſtris *Saya* y *capa*) morem que cunctorum illius æui Monachorum vide plura lib. 2. cap. 11. à num. 3. & 23. & lib. 3. cap. 6. num. 37. & lib. 4. cap. 1. num. 4. & cap. 4. num. 45. & cap. 6. num. 25 & cap. 5. cap. 139. de infra cap. 3. num. 123. conſectatum, vt conceptis verbis tradit Gregorius Nazianz. rei huius teſtis oculatus, & omni acceptione maior Orat. de laudibus Baſilij inquiens: *Illi tunica & pallium & humicubatio.* Atque idem Baſilius de ſe ipſo loquens Epiſt. 79. *Satis indicij* (inquit) *ad declarandam animi humilitatem eſſe putaui, ſi veſte humili induerer. Sufficeret mihi ad faciendam eius rei fidem craſſum ac rude pallium ac Zona & è rudi corio calceamentum:* Hæc verò vetera, dilacerata, vt ipſe Modeſto Præfecto bonorum confiſcationem ſibi comminanti modeſtè & argutè dixit: *Bonorum proſcriptioni obnoxius non eſt, qui nihil habet? ni forte laceris, & detritis hiſce pannis indiges*: apud Gregorium loco cit. Color ſaltem horum veſtium niger non erat, tinctuſue, aut arte fucatus, ſed natiui coloris, v. plura lib. 2. cap. 11. à num. 27. & à num. 63. ipſe namque tincta indumenta Monachis prohibet Ep. 1. vbi ait: *Colorum amœnitates ne exquirantur.* Eumdem habitum Sanctimonialibus ſui iuris præſcribit ibidem inquiens: *Habitus neglectus, veſtis ſordida; tunica cinctu appreſſa, adeo craſſa, vt alio opus non ſit integumento.* Idemque ſtatuit Interrogat. 22. & 23. ex fuſ. diſp. De cuculla verò altum vbique ſilentium, adeò vt nec vlla prorſus mentio in eius ſcriptis inciderit, neque *cucullum* (noſtris *capilla*) alicubi nominauerit, cuius ea tempeſtate frequens apud Monachos vſus erat, v. lib. 2. cap. 11. num. 7. & ibid. à num. 19. & lib. 4. c. 4. num. 45. & 47. quo ſcilicet caput, & humeri operiebantur, vt prodit Caſſianus lib. 1. de Inſtit. cap. 4. & conſtat ex Regula S. Pachonij lib. 3. c. 6. n. 45. & 46. Cuculla verò habitus perpetuò fuit S. Benedicti peculiaris & proprius: & vſque ad eius tempora nullus vnquam claſſicus autor, vno excepto Synodio, eius Synchrono lib. 7. epiſt. 16. Coaluit autem cuculla ex pallio, manicis, & cucullo, pallio nempe ponè aſſuto à ſummo vſque deorſum; honeſtatis, frigoriſque pellendi gratia.

Eadem lis Benedictinorum cum Baſilianis.

D. Baſilij habitus.

Innouauit pariter autor effigiem S. Baſilij ex parte capitis, tonſuram in modum coronæ D. Benedicto furatus. Baſilio namque triſtes fuere, & impexi capilli, quos ille Epiſt. 1. *Squalida coma* compellat: eademque ipſi de barba cura erat, *mediocris oamcirt, promiſſa barba*, vt ex effigie ipſius Vaticana conſtat apud Baronium ex M. SS. ad A. C. 378. Similem barbæ capillaturam eiuſdem geſtaſſe diſcipulos, Magiſter ipſe promit in Ep. ad Monach. lapſum vbi: *lapſum lachrymarum riuis barbæ pilos madefactos adæquabat.* Et tandem barbæ Baſilij meminit Gregor. Nazianz. loco cit. *Cuius generis ſunt pallor barba &c.* Hæc quantum ad effigiem. 21.

Tonſura vſus non eſt

Barb:

Longiùs adhuc à vero diſtat quod imaginetis in ſubſcriptione reſpondet: nempe D. Baſilium primum legiſlatorem Inſtitutorem & Proto patriarcham fuiſſe vitæ Religioſæ in communi vbi ergo ſunt Antonij v. l. 1. c. 2. n. 24. & l. 2. c. 13. n. 7. præſertim l. 3. c. 2. à n. 1. vbi Macharij? v. lib. 3. cap. 3. à num. 1. vbi Pachonij v. lib. 3. cap. 6. à num. 1. qui ante natum Baſilium Præceptores extiterant Monachorum, Regulaſque Monaſticas conſcripſerant, eiuſ- 22.

Non fuit primus Inſtitutor Monaſticæ.

Google

dem Baſilij æuo à D. Hieronymo v. lib.3.c.6.n.14. Latinitati deditas, perpetuoque in Eccleſia celebratas? Vbi Therapeutæ v. l. 2. cap. 12. à n.1. S. Marci Euangeliſtæ diſcipuli, de quorum Inſtituto librum edidit Philo, cui titulus de vita contemplatiua, vbi ait: *Hoc vitæ genus reperitur in multis Orbis regionibus receptum à Græcis & Barbaris.* Monachis & Monachorum congregationibus plenum orbem inuenit à tempore Apoſtolorum v.l.2.c.9.& ſeq. qui reipſa primi fuere Monachatus Inſtitutores & Patriarchæ v.l.2.c.3.4.& ſeq. Quod ſi hoc denegatur, vt ex imaginatis colligi videtur, dogmati Catholico, atque Catholicæ traditioni à ſanctis Patribus Clemente Papa Conſtit. Apoſt. l.8.c.20.v.l.2.c.4.n.4. & Dionyſio Areopagitæ toto libro de Eccleſ.Hierarch. v.l.2.c.9.à n.1.cunctiſque Doctoribus v.l.2.c.4. à n.2. apertè contradicitur. Idque nihil eſt, quam Monachatum nouum hominum inuentum aſſerere, vt hæretici volunt. v.ib.n.4. non vero Apoſtolorum Inſtitutionem fateri: à quo longè remotus eſt idem ipſe Baſilius, qui cum à quibuſdam *impoſtoris nouitatum* impia calumnia impeteretur eo quod Præceptorem ageret Monachorum reſpondet Ep.63. *Accuſamur vero de huiuſmodi, quod homines habeamus pietatis ſtudioſos, qui mundo renunciarunt.* En calumniam; cui plenè ſatisfacit ſuammet ignorantiam calumniatoribus obiiciens, quod rem nouam dixerint eſſe Monaſticem à crepundiis Eccleſiæ communiſſimam, & receptiſſimam, his verbis. *Ego verò omnem vitam meam impenderem, vt mihi poſſint iſta impingi delicta; haberemque apud me viros, qui me doctore hoc vitæ ſtudium amplexi hactenus fuerint. Nunc autem in Ægypto audio talem eſſe virorum quorumdam virtutem, & forſan in Paleſtina quoque ſunt, qui ad Euangelij normam vitæ ſuæ conuerſationem perfectam reddant. Audio in Meſopotamia viros eſſe perfectos, ac beatos: nos autem perfectis collati, ſumus pueri.* Neceſſe autem eſt de Monachis in commune viuentibus, quod fama vociferante auditu receperat, fore locutum; vtpotè cui exprobauerant, & obiecerant plures ſecum habere Monachos, quorum præceptorem agebat. Eremitas namque ipſe ſuiſmet oculis videret plurimos, vt fatetur Ep.79. dicens: *Optabam dari aliquem ex fratribus, cui iſtud vitæ genus arrideret; quo vna cum profundũ vitæ huius pelagus ſuperare liceret. Inueni ſanè multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Ægyptum. Deinde & alios in Paleſtina, & in Celeſyria, & in Meſopotamia* (peregrinum inibi agens) quorum deinceps rigores, & abſtinentias refert. Nec habent hæc duo loca commodam interpretationem, niſi in altero de Eremitis, quos in illis locis ſuiſmet oculis vidit, in alio vero de Cœnobitis, quorum geſta ibidem audierat, loqueretur. Idem ipſe Baſilius apertè fatetur vtrumque Monachorum genus ante eum præ extitiſſe: atque adeo ipſum primum Monachorum inuentorem aſſerere, calumnia hæretica eſt; cui ipſe pleniſſimè ſatisfacit. Nec nouum hæreticis eſt talia Patribus imponere: eadem namque Auguſtinus à Donatiſtis perpeſſus eſt; quorum ipſe ignorantiam, & maleuolentiam in principe ſuo Petiliano redarguit lib. 3. contra ipſum cap.40. his verbis: *Deinceps perrexit ore maledico in vituperium Monaſteriorum* (en vita communia) *& Monachorum, arguens etiam me, quod hoc vitæ genus à me fuerit inſtitutum. Quod genus vitæ omnino quale ſit, neſcit, vel potius toto orbe notiſſimum neſcire ſe finxit.*

Ipſe ſe ab oppoſita calumnia vendicat.

Ab eadem calumnia ſe purgat Auguſtinus.

Rorſus quod aſſeritur, nempe è Regula S. Baſilij velut è fonte cunctos Religionum Fundatores ſuas hauſiſſe, ſi ſolum ſignificat Aſceticorum eius (vtpotè priſcorum) lectionem plurimum cunctis Patribus profuiſſe ad Regulas ſuas concinandas, non ſecus ac libri vit. Patrum, Caſſiani, aliorumque vetuſtiſſimorum Patrum opera ad idem prodeſſe fatemur (quod Turrecremata & Baronius voluere) vera eſt propoſitio in his, qui Baſilij Aſcetica manibus triuere: præſertim in D. P. N. Benedicto, de quo ſtatim. Imago verò plus aliquid prætendere videtur: ſcilicet Baſilij Regulam cunctos fore profeſſos; quod genuflexio ante illam, ac Regulæ de manu ipſius ſuſceptis ſubindicat. In hoc autem ſenſu omnino falſa eſt propoſitio, imò in quolibet ſub ea vniuerſitate, qua ab autore profertur. Præcipuè autem ex hoc apparet autoris intentum, quod inter cæteros S. Franciſcum effigiauit, cuius Regula quantum ad ſubſtantialia ex Euangelio ad litteram deprompta eſt. Vnde S. Patriarcha his exorditur: *Regula Minorum fratrum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare*: & concludit: *Paupertatem & humilitatem & Sanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter propoſuimus, obſeruemus.* Alia vero ab ipſo ſuper addita præcepta; vel omninò aliena, vel prorſus contraria ſunt Regulæ S. Baſilij: verbi cauſa: Ieiunium triplicis Quadrageſimæ, pecunia non contingenda, non æquitare, carnes non edere, oſtiatim mendicare, Capitulum Generale die Pentecoſtes celebrare &c. Idem de Auguſtino dicendum, quem nec legiſſe quidem Baſilij Regulam probari vllatenus poteſt: eo namque tempore, quo à Ruffino in Latinum è Græco conuerſa eſt, & ad Occidentem tranſuecta, ordinem ſuum iam inſtituerat Auguſtinus: atque ipſe initio primi Regulæ Canonis, & in ſermonibus de Communi vita Cleric. apertè prodit ſuæ Regulæ fontem; nempe doctrinam Actuum Apoſtol. cap. 2. & 3. *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, nec quiſquam aliquid ſuum eſſe dicebat.* Cum verò originarios fontes ad manum haberet, quorſum aliundè aquam vitæ bibiturus riuulos conſectaretur? Quod neque Baſilius fecit, qui ſtudij ſui operam non in nouandis antiqui Monachatus legibus, quem in ſummo perfectionis faſtigio inuenerat, vt ſupra ipſe faſſus eſt, ſed in ſtatuendo ipſius Inſtituta & mores S. Euangelio, & doctrinæ Apoſtolicæ congrua eſſe, conſumpſit, idemque in Prologo teſtatur inquiens: *Ea non rationibus tantum roboranda ſunt, ſed exemplis etiam rerum geſtarum noſtra confirmanda ſententia eſt. Ad ipſum iam Liberatoris noſtri Inſtitutum pergamus, quod mortali in corpore ab ipſo ſeruatum omnibus quicumque pietatem in vita colere vellent, virtutis exemplar & picturam veluti probè expreſſam propoſuit*: quod aduertit Cardin. Turrecremata inquiens: *Vnde Beatiſſimus Baſilius ad filios ſpirituales*

23. Quo ſenſu verum ſit Baſilij regulam fontem eſſe cæterarum.

Regula Franciſci ex Euangel. deprompta.

Cætera eius præcepta Baſilianis contraria.

Auguſtinus vnde regulã hauſerit?

Baſilius vnde Regulam hauſerit.

Digitized by Google

ſpiritnales ſcribens ait : Verba iſta non ſunt ex me , ſed prolata ex diuinis fontibus , neque enim noua doctrina inſtruam te , ſed ea , quam didici à Patribus meis. Cur ergo , quod Baſilius fecit, D. Auguſtinum cæteroſque Patres feciſſe, denegandum eſt ? Qua propter dum aliud ex citatione D. Baſilij ſub expreſſo ipſius nomine , verbiſque inſertis non conſtat , ex originariis fontibus , nempe diuinis (vt ipſe fecit) non verò ex bumanis reliquos Patres ſuas Regulas hauſiſſe , intelligendum eſt.

24. Aliarum Religionũ Inſtituta à Baſilianis aliena.

Quid autem de ſocietate Ieſu , aliiſque Religionibus Clericalibus dixerim , cum plures ibi pileatos ingerat imaginis celatura ? Quid de Militatibus, quorum Inſtituta nihil commune cum Baſilianis habent,neque eorum in Inſtitutione ſuarum Congregationum meminere Fundatores ? Idem de reliquis Mendicantium Ordinum legibus , & Regulis iudico : v. g. S. Mariæ de Mercede , Sanctiſſimæ Trinitatis & aliis pleriſque, in quibus caſtra caſtris conferre alienum omninò à firmo fundamento eſt.

25. Effigiatoris lata ignorantia.

Tandem totius ſeſe negotij ignorantem palam autor oſtendit bis , quæ in libro ſiniſtram Baſilij manum occupanto appinxit , ſub hoc titulo : *Regula Monachorum* ; primum namque præceptum, nempe : *Vitam pro Fide ponant* non eſt Monaſticum , ſed Euangelicum , & cunctis fidelibus generale,nec plus Monachos , quam ſæculares adſtringens. Præceptum autem ſubſequens,ſcilicet : *Profiteantur obedientiam , paupertatem, & caſtitatem perpetuam* , nulli vnquam neque diſcipulis ſuis, dedit Baſilius, nec alicubi in germanis eius ſcriptis ſub illa verborum forma inuenietur. Quod ſi mens autoris fuit ſub paucis verbis ſubſtantialia Monaſticæ profeſſionis ſimul iungere , eaque à Baſilio reliquos Patriarchas didiciſſe,longè fallitur: ea enim altioribus hærent radicibus , Euangelio nempe, atque Apoſtolicæ traditioni defixa , vnde ſicut & ipſe cæteri ſubſtantialia Religionis accepere. Si verò ſenſus ſit , S. Baſilium cæteris profeſſionis formulam præſtitiſſe,lata & aperta ignoratio eſt:quia nec ante,nec poſt Baſilium Monachis vſu venit in Eccleſia emittere profeſſionem ſtatus Monaſtici ſub expreſſione triom votorum,v.l.2.c.8.à n.10.& l.7.c.7.à n.96. quouſque ab Autoribus Ordinum Mendicantium introduci cœpit,vt perſpicuè apparet in formula profeſſionis à D.P. N. Benedicto præſcripta, quæ ſolius Obedientiæ votum explicitè emittitur, cætera vero in profeſſione ſtatus Monaſtici continentur, & inuoluuntur,qui cum Apoſtolica Conſtitutione cœlibatum importet , neceſſario includit Caſtitatem : cumque indiſpenſabiliter renuntiatio dominij & profeſſionis præire debeat,iuxta Euangelij conſilium Matth.19. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes,& ſequere me* , conſequens eſt ſubintelligi etiam paupertatem abſque nominum expreſſione. Profitens namque ſtatum aliquem , cuncta ipſi ſtatui eſſentialia neceſſario promittit. Vnde nemo vnquam in Eccleſia Monaſticem arripuit, quin tria ipſius vota eſſentialia emiſerit, v.l.2.c. 8.per totum etiamſi Baſilius nullibi exprimenda docuerit , neque id vnquam ad valorem profeſſionis exprimi opus fuerit, vt explicat D.Th. 22.q.186.à 8.& 9.

26. Prima hora

Similiter è cerebro in libro ipſo poſitum eſt quod attinet ad diuina officia : hæc enim originem à D Baſilio non trahunt,ſed ab Apoſtolica traditione; vnde videmus Therapeutas D.Marci diſcipulos Dei opus egiſſe iuxta Philonem, v.l.5.c.12.n.5.9.54.55.29.præſertim à n 67.& l. 4.c.4.n.95. & D. Pachomius in Regula Monachos ſuos recitare iubet , l.1.c.6.n.8.20.55.59. & D.Athanaſius in Regula Virginum.v.l.3.c.4. n.29 Baſilius verò Primæ horæ meminiſſe non potuit, quam poſt ipſius deceſſum D. Hieronymus inſtituit v.l.4.c.4. num.102. teſte Caſſiano ipſius Monachum & diſcipulum agente Inſtit. Monaſt.cap.4. Nec mentionem Primæ Horæ in Regula fecit Baſilius vt patet ex Interrog. 37. fuſ. diſp. vbi de Horis Canonicis agit ; neque Completorij,vt ibidem videri poterit , & infra cap.4.à n.12.

Baſilio recentior.

27. Non fuit Autor Cœnobiorum.

Quod addit: *Vitam agant communem in Monaſtica clauſura* ſi velit Baſiliũ Monachos ſuos eodem obſtrinxiſſe clauſuræ voto, quam hodie Carthuſiani Monachi vel Sanctimoniales profitentur,errat:cum Interrogat. 44. Ordinẽ egrediendi è Monaſterio præſcribat,ſub titulo: *Quibus permitti debet,vt domo peregrè proficiſcantur*: Si autem vitam communem agere præcipit,vnáque viuere in eadẽ Religioſa domo , id iam pridem ante Baſilium docuerat Pachomius,l.3.c.6. per totum præſerim à n. 19. cuius primum & magnum Monaſterium , quod ipſe incolebat, alioſque pepererat,ib.à n.80. numerum circiter 1400.virorum continebat , ib.n. 81. Macharius etiam l.3.c.3 à n.1.& alij l.3.c.2 à n.1.& ib. à n. 15.& ib.à n.21.& ib.c.4.per totum & c.5.à n.16. fecerant Cœnobitæ Nihil ergo in libro inſculptum apparet,quod Baſilio poſſit attribui.

28. Quo tempore Baſilius Monachos docere cœpit.

Ignorat itidem autor quo tempore D.Baſilius Ordini ſuo dederit exordium. Verum eſt A. C. 365.occaſione profectionis Iuliani Apoſtatæ in Ceſaream, vbi S. Doctor Presbyterum agebar, & electionis Euſebij in Epiſcopatum(à quo plurima perpeſſus eſt) Eccleſia tunc temporis pulſum in ſolitudinẽ Pontus Euxini receſſiſſe vno tantum comite pernecesſario Gregorio Nazianzeno : iam vero Monachos Cæſareæ relinquebar,quorum agebat Prælatum;v.infra.c.5.à n. 4. quique fugæ ipſius ab vrbe, & diſceſſus in eremum iuſtam dedere cauſam,vt ſcribit & Nazianzenus ipſe in Oratione de Laudibus Baſilij his verbis : *Ergo aduerſus Euſebium concitatur Eccleſiæ pars ſelectior,& ſapientior,ſi modo ſapientiores habendi ſunt,quam reliquum mortalium vulgus, qui ſeipſos à mundi conſortio ſegregarunt , ac vitam ſuam Deo conſecrarunt (Nazaræos noſtrates dico)qui turpe & indignum eſſe arbitrati Principis ſui contumeliam , repulſæque iniuriam diſſimulanter ferre , periculoſum facinus aggrediuntur &c.* Ferunt Baſilij Monachos à communione Euſebij diſceſſiſſe ægrè ferentes proprij tantique Patris iniuriam : ipſum autem , ne ſchiſma foueret , in Pontum ſeceſſiſſe, certum eſto; Tempus , ratum Monachatus eius exordij non conſtat. Volunt aliqui in tranſitu ad Ægyptum , cum primum Porphyrij Anachoretæ magiſterio ſe tradidit , Monachos docere cœpiſſe : ſed Amphilochius , qui huius rei autor prædicatur , ſolum narrat pro efflagitandis libris Sacris ad eum perueniſſe Baſilium ; ibique in eorum meditatione & ſtudio anni vnius interuallo conſumpto Athenas iterum repedaſſe. Imò ex ipſo Amphilochio conſtat tunc temporis Baſiliũ ſacro baptiſmatis

fonte tinctum adhuc non fuiſſe, ac per conſequens nec verum Monachum agere potuiſſet; neque enim autor prius Monachum, quam Chriſtianum extitiſſe volet. Ponti Regulam ſcripſit, ſed tamen cum ibi quatuor, plus minuſue tranſegerit annos, vſque ad 366. iuxta communem Baronij calculum, conſtare non poteſt certus & ratus exaratæ Regulæ annus.

Notæ in §. III.

Vtrum, & quando Regula B. Baſilij fuerit approbata.

29. *Regula S. Baſilij nihilo ante approbata.* Eodem filo contexta eſt aſſertio §. III. qua dicitur Regulam S. Baſilij à SS. Innocentio & Leone Magno aliiſque ſummis Pontific. & Conciliis fuiſſe approbatam: cum neque vlla poſſit oſtendi ſummi alicuius Pontific. vel Concilij approbatio, neque mentio alicubi fiat Regulæ S. Baſilij vſque ad Innocentium II. in Concilio Rom. A.C. 1139. temporibus B.P.N. Bernardi celebrato: ibi autem Regulæ S. P. N. Benedicti postponitur his verbis: *Pernicioſam, & deteſtabilem conſuetudinem quarumdam mulierum aboleri decernimus, quod licet neque ſecundum Regulam B. Benedicti, neque Baſilij, aut Auguſtini viuant &c.* Coniici autem poteſt ideo ordine illo fuiſſe collocatas, quia eodem fuere approbatæ; nec facilè alia collocationis illius ratio aſſignabitur, cum aliter ſe habeat temporum ſeries, quibus fuere conſcriptæ, quod ad rem, de qua agimus, valde notandum eſt atque credendum Baſilij Regulam à ſede Apoſtolica confirmatam non fuiſſe vſque ad fundationem Monaſteriorum Siciliæ & Romæ, & aduentum Græcorum Baſilij Monachorum, quæ diu poſt approbatam à D. Gregorio Papa Benedicti Regulam accidere. *Benedicti Regula prima omnium approbata.* Imo poſt Zachariam Pontificem, qui iuxta Onuphrium, & Paninum Græcus Monachus fuit; ait enim: *Zacharias Epiſcopus Omnipotens Deus Beatiſſimum Benedictum Patrem omnium conſtituit Monachorum: ipſe illius meritis Caſſinenſe Monaſterium omnibus per totum orbem Cœnobiis clementi benignitate præfecit, vbi ipſe Sanctus Monachorum Regulam ſcripſit, quam ſancta memoria Gregorius prædeceſſor noſter in lib. Dialogorum ſatis approbat, & laudat, & nos approbamus, & Laudamus, & ſanctam inſtituimus & ordinamus.* Quibus innuit ſaltem Apoſtolicam ſedem nullam aliam præter Benedicti Regulam agnoſcere à ſe approbatam. Factum hoc Anno 7. Zachariæ, qui iuxta Baronium A.C. eſt 748. annis 153. elapſis ab approbatione Diui Gregorij Pontificatus ſui anno 6. qui incidit in A.C. 595. iuxta Baronium tom. 8. quo anno ſũmos Pont. à cunctis Latinæ Eccl. Monachis eam obſeruari præcepit: *Legi Regulã* (inquiens) *quam ipſe ſanctus manu ſua propria ſcripſit, laudaui, & confirmaui in Gener. Synodo per diuerſas partes Italiæ, & illic, & vbicumque Latinæ literæ legerentur, præcepi vt diligenter obſeruarent quicumque ad conuerſationis gratiam acceſſuri eſſent vſque ad finem mundi.* *A cunctis Latinis Monachis obſeruari præcepta.* Quibus obſecro expreſſioribus verbis dici potuit nullam aliam eo tempore Regulam à ſede Apoſtolica confirmatam extitiſſe, præter Benedictinam, quam ab vniuerſa Latina Eccleſia præcepit obſeruari?

30. *Ab Innocentio & Leone approbata.* Dicere autem SS. Innocentium & Leonem Baſilij Regulam confirmaſſe abſque fundamento eſt: nam de S. Innocentio ſolum legitur, quod Anaſtaſius Bibliothecarius lib. de Romanis Pontif. ſcripſit in eius vita nempe: *Fuit conſtitutum de omni Eccleſia, & Regulis Monaſteriorum, & Iudæis & Paganis &c.* Quod eſt dicere Regulas & Conſtitutiones cunctis Monaſteriis dediſſe, ſicut & vniuerſo ſtatui Eccleſiaſtico, Iudæiſque atque Paganis, qui cum Chriſtianis degebant. Quid autem iis cum approbatione Regulæ S. Baſilij? Nihil profecto. Clarius adhuc de hac re conſtaret, ſi decreta Innocẽtij adhuc extarent, quæ meritò Baronius perdita deplorat, inquiens: *Porrò decreta de Regul. Monach. Iudæis & Paganis deſiderantur.* Ipſis autem non extantibus, quis ſuadere poterit autor Imaginis approbationem Regulæ S. Baſilij in eis fore contentam? Bene verum eſt S. Leonem ad inſtantiam Marciani Imper. Concilium Chalcedonenſe approbaſſe, in quo plures ſunt Conſtitutiones ad reformationem Monachorum ſpectantes, præſertim cap. 3. 4. 5. 22. & 23. quas in decretum tranſtulit Gratianus 16. quæſt. 1. Cap. *Qui vere* & Cap. *Quidam Monachi*, & 18. quæſt. 2. Cap. *Quidam Monachorum* & 27. quæſt. 1. Cap. *Si qua Virgo* & D. 86. *Peruenit ad Sanctam*: nullibi tamen Baſilij incidit mentio, imò plura ibi ſtatuuntur, quæ in Regula ipſius non ſunt; ad eum modum quo S. Concilium Trident. ſeſſ. 25. plura de Regularibus decreuit, non tamen ideo de approbanda Regula aliqua particulari curauit.

31. *Neque à Conciliis.* His affine eſt quod additur, Concilia de Regula S. Baſilij egiſſe; cum tamen in aliquibus iniungatur Epiſcopis cura ferendarum legum, & Regularum, ad regimen Monacharum ſuarum Diœceſim quod Ilerdenſis fecit cap. 3. vbi: *Si autem ex laicis quiſquam à ſe factam Baſilicam conſecrare deſiderat, nequaquam ſub Monaſterij ſpecie, vbi congregatio non colligitur, vel Regula ab Epiſcopo non conſtituitur.* Vnde iure optimo S. Ildegardis in expoſitione Regulæ S. P. N. Benedicti dixit; ante tempora B. P. Benedicti nullâ certâ Regula fuiſſe Monachos confirmatos, ſed certo magiſterio & locutione carentes, & abſque ſtabilitate huc & illuc extitiſſe vagantes? Fateor Regulam D. Baſilij nulla Apoſtolica approbatione indiguiſſe, cum ab Ordinario, ipſo ſcilicet Baſilio Epiſcopum agente, communique plauſu Eccleſiæ fuerit conſecuta approbationem, eaque tempeſtate nondum Petri ſedes Monaſticarum Regularum approbationem ſibi reſeruaſſet, ſicut neque Sanctorum Canonizationem: vtrumque enim muneris Epiſcopalis erat. *Ab Ordinario approbata.* Semel namque ab vno Epiſcopo alicuius vita & morte probata, ab aliis plauſu, comprobatione, & abſque contradictione recepta, non conſueuerat Eccleſia Romana nouum de approbatione promulgare decretum, ſed facto rem comprobabat, cultum & honorem deferens iis, quos iuſta veneratione piè coli compertum habebat, Regulaſque ſuſcipiens, quas Priſci Epiſcopi, & Patres probauerant: eaque probatione vſque in præſens gaudet S. Baſilij Regula, ſicut & ipſius aliorumque præſtantiſſimorum Diuorum Canonizatio. *Approbatio, & Canonizatio munus Epiſcoporum olim erat.*

Hoc

32. **Quibus Benedicti Regulæ Baſilianæ.**

Hoc ſaltem omninò exploratum habemus; Regulam S. P. N. Benedicti non ſolum in approbatione formali Regulæ S. Baſilij præſtare, ſed in hoc præſertim, quod conſtans & notum eſt, quænam ea ſit, quam S. Pater Benedictus manu propria exarauit, ipſam namque numero ab ipſo Scriptam ſancti Pontifices Gregorius & Zacharias in approbatione ipſa ſuiſmet oculis reuiſerunt, legerunt, ſingulaſque eius partes examinarunt: *Legi Regulam quam ipſe ſua manu ſcripſit*, inquit D. Gregorius: eâdemque Zacharias Papa in manibus habuit, reſtituitque Monti Caſino tanquam ſingulare theſaurum vt refert Leo Hoſtienſis relatus à Baronio tom. 9. Anno 7. Zachariæ. In Regula verò S. Baſilij ſolummodò videtur fuiſſe approbatum Inſtitutum generale, & quod in ipſa conſtitutum eſt pro directione vitæ Monaſticæ. Non enim defuit, qui notaret, aliquid in ea eſſe, quid in particulari controuerſatum, & examinatum non probaretur à Sede Apoſtolica: id nempe quod Reſp. 7. ex fuſ. diſp. abſque diſtinctione docet de excellentia vitæ Cœnobiticæ reſpectu Anachoreticæ, his verbis: *At iſtud vitæ genus, quo ſeorſum ſe quiſque ab aliorum communione diremit, vnum tantummodo ſibi propoſitum habet, nempe procurationem ſuorum cuiuſque commodorum: hoc autem apertè charitatis legi aduerſatur.* Quod male audit apud Theologos cum D. Th. 22. quæſt. 188. ar. 6. Vnde in purgatiori editione operum S. Baſilij appinxit doctus Gillocius in Margine: *Cautè lege*, vt lector aduerteret D. Baſilium non taxaſſe vitam Anachoreticam à D. Paulo, Antonio Arſenio, ipſoque Baſilio, aliiſque præclariſſimis Monachorum Patribus exeultam, ſed eorum dumtaxat conuerſationem, qui tepido Spiritu, Languidoque feruore ſolitudinem delegere collum à iugo obedientiæ eripere geſtientes. v. infra cap. 3. à num. 24.

33. **Regulæ Baſilianæ tráſlationum diuerſitas.**

Præcipuè verò notandum, tantam Baſilianæ Regulæ tranſlationum, & inuerſionum eſſe varietatem, vt quædam conſtent 55. Regulis ex fuſ. diſp. & 286. ex Breuioribus: aliæ addunt 27. vnde conſurgunt 368. ex fuſius diſp. Ruffinus verò ipſius Regulæ è Græco in Latinum Interpres exiſtimatus vtrarumque numerum ad 203. tandem extendit, demptis 165. ab aliorum tranſlationibus. Harum autem ſeries & ordo aliis operum Baſilij traſumptis nõ correſpondent, & plures ſunt extra chorum 368. quæ in Operibus ipſius circumferuntur, eæ ſcilicet, quæ in editione Colonienſi extant cap 93. vbi de Iuriſdictione Præpoſitæ & vicarij Presbyteri in Monaſteriis Sanctimonialium; quarum quædam contraria eſt capiti 24. Regulæ à D. Auguſtino ſuis Monachis traditæ Ep. 109. vbi ait *Propoſitæ tanquam matri obediatur: multo magis Presbytero, qui omnium veſtrum curam gerit.* Baſilius verò diſponit nihil à Presbytero Sanctimonialibus præcipi poſſe abſque conſenſu Præpoſitæ: alias ipſam poſſe iuſtè indignari. Interrog. 201. ex Breuior. *Si ignorante Matre ſeniore Presbyter præcipiat aliquid fieri ſororibus, nunquid rectè indignetur mater ſenior? Reſpondeo. Etiam rectè cum ille malè agat.* Adhuc verò in Reſponſione variant Codices: Colonienſis namque id habet: Pariſienſis in Reſponſione num. 111. *Et admodum* cui Venetiana contendat: M. S. autem Caradignenſis ante 600. annos Gothicis caracteribus exaratus, quam apud me habeo, pro reſponſione huius Interrogationis hoc tantum ſubiungit *Reſpondeo: Et valde.* Si ergo Ruffino teſte Regulæ omnes vel reſponſiones Baſilij non excedunt numerum 203. modo vero 165. ſupradditas habemus, tanta verſionum diuerſitate editas, vt ad Prologos vſque earum varietas inceperit, atque aliquę ex Ruffinianis in Recentioribus deſint, ægrè verificari poterit, quænam ſint germani fœtus magni Baſilij. Quod autem de quinque aut ſex aliis Baſilij Aſceticis feremus modo iudicium, in quibus tot ſecum pugnantia, tot reperita cernuntur, vt incredibile ſit ab eodem cuncta fuiſſe conſcripta; dubitarique poſſit de ſingulorum autore eo ipſo quod ſub vnius nomine circumferuntur. v. plura de hac re l. 5. cap. 1. à n. 5. & toto §. 2. In Regula verò S. P. N. Benedicti tanta iſta mutatio nullo vnquam ſæculo accidit, cuius rei teſtem viuum præſentem & incorruptum habemus ipſius fragmentum, quod in Sacrario Montis Caſſini adhuc ſeruatur, partem ſcilicet capitis vltimi, ipſiuſque titulum: Quod *non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac ſit Regula conſtituta*, quod ego, Procuratorem Generalem Romæ agens pro Congregatione S. Bernardi Caſtellæ, venerabundus vidi in Sacro illo Cœnobio A. C. 1623. Teſtis S. Gregorius, qui lib. 4. in 1. Reg verba quædam inſeruit capitis 58. & alia Concilium Roman. cap. 64. eiuſdem prorſus tenoris, quo in locis citatis Regulæ iacent. Teſtis Smaragdus Abbas, qui textu penitus immutato ante 800. annos Regulam Cõmentariis illuſtrauit. Teſtes Concilia & Pontifices, à quibus citatur. Teſtes plures alij Commentatores. Teſtes tandem exemplaria vetuſtiſſima, alia 600. alia 700. annorum antiquitatis, quæ in pleriſque Monaſteriis conſeruantur, vnum ſemper ſonantia, nec vnquam cum inter ſe, tum etiam à prototypo diſcrepãtia. 34. **Nulla textuum diuerſitas in Benedictina.**

35. **Baſilius & Gregorius Nazianzen. Regulæ autores.**

Altero argumento minimè vulgari probatur ignorantia adhuc quibuſnam verbis Baſilius in Regula fuerit vſus: ex eo nempe quod duo extitere operis huius Autores, Baſilius & Gregorius Nazianzenus vnde nequit in vulgus ſub vnius nomine prodiiſſe abſque manifeſta alterius iniuria. Sic planè de hac re ſenſit Autor vitæ S. Gregorij his verbis: *Ab Eccleſia clam ſe proripuit, atque in Pontum profectus cum egregio illo Baſilio Philoſophabatur.* Et poſt pauca: *Hic porrò commorantes, & mutua ex ſtimulatione virtutem augebant, & vitæ Monaſticæ leges piis, Deoque deuotis hominibus, atque à mundi ſocietate disiunctis ferebant, Lycurgi legibus pacatiores, Solonis grauiores, Minois æquiores. Imo verò (vt de his viris ſublimius aliquid dicam) Moſem imitantur, nubeque obiecti, atque in montes ſecedentes legiſlatorio officio fungebantur.* Neſcio quid hactenus tanti ponderis notatio cunctis animaduerſa non fuerit. Surius tem obſeruauit appingens ad marginem: *Cum Baſilio Monaſticos Canones edidit.* Et Iacobus Billius Interpres itidem in margine: *Gregorius & Baſilius Monaſticas leges condunt.* Nolo autem id credi ſi Gregorius ipſe ita eſſe non fateatur ad Baſilium ſeribens Epiſt. 25. cuius initium: *Quæ hactenus de Pontica conuerſatione, &c.* vbi eum ſic alloquitur: *Quis mihi dabit Pſalmodias illas, & vigilias, & ad precandum ſeceſſus? Quis fra-*

trum, qui abs te inſtituuntur, & in ſublime eriguntur, vnanimitatem, & concordiam, quis virtutum certamen, & acumen, quod præſcriptis modis Canonibus ſtabiliebamus? Additque in teſtem veritatis huius vitæque eorundem ibi degentium exercitationis, pulchram proceramque platanum diuina dignatione fuiſſe conſtitutam, quam Gregorius ipſe plantauit, Baſilius rigauit, Deus autem incrementum dedit, inquiens: *Quis platanum auream illam dabit, & ea, quæ Xerxis erat, pretioſiorem, ſub qua ſedebat non Rex delicatus, ſed Monachus ex labore defatigatus, quam ego plantaui, Apollo (hoc eſt dignitas tua) rigauit, Deus vero incrementum (honoris noſtri gratia) dedit, vt videlicet ſeruaretur exercitij, & induſtria noſtra memoria.* Cedo nunc mihi Canones, & verba Baſilij; cedo Gregorij. Si dicas cuncta Baſilio, vtpotè Gregorij magiſtro tribuenda eſſe; præterquam quod parum ad rem attinet, falleris: quia neuter

Quis cuius Magiſter fuerit.

neutrius magiſter fuit, vt Baronius probat: imò è contrario accidit ſi Ruffino lib. 25. ſuæ Hiſtoriæ cap. 9. fides habenda eſt, aienti: *per Gregorium Baſilium è cathedra publicè profitentem abſtractum, atque perductum in ſolitudinem.* Iis autem Baronius abſque cauſa fidem denegat Epiſtola Baſilij nixus, qua Gregorium ad Ponti ſolitudinem vocat, & inuitat: hoc namque in alio diſceſſu factum eſt, vt Baſilius ipſe fatetur Epiſt. 29. in qua Gregorium laceſſit, dicens: *In Pontum vt redeam aliquando, vel præſens cogit neceſſitas; vt vitæ conſulerem, in Pontum abiui.* Miror Baronium præteriiſſe verbum illud *redeam*, eoſque in primo ſeceſſu Pontum vnà perrexiſſe, quod Gregorius ipſe fatetur Orat. de laudibus Baſilij loquiens. *Conſultore nobis in hac re vſus, adhortatoreque fideli, exul hinc nobiſcum in Patrum ſeceſſit, & Monaſteriis, quæ ibi ſunt, præfuit, quæ ipſe admodum dignè moderabatur.*

36. Fallitur autor in calculo annorum.

Denuo Autor noſter nec calculi quidem annorum rationem habuit. Eſto namque vt ipſe contendit Regulam D. Baſilij A. C. 454. fuiſſe approbatam, Leone ſcilicet Petri ſedem tenente: ab hinc tamen ad approbatam D. Benedicti Regulam à S. Gregorio non interfuere 247. anni, ſed 141. cum approbatio Benedictinæ facta fuerit A.C. 595. Pontificatus ipſius anno ſexto. Nec vſque ad Zachariæ probationem 288. intercurrere, ſed 294. cum probatam ab ipſo viderimus A. C. 748. quidquid in contrarium dicat Eques quidem S. Georgij, qui rem non vidit. Romanus autem, Miranda, Coria Tapia, & alij, quos citat, mille ante annis inter natos eſſe opus erat, horum oculati teſtes exiſtere. Neque autor autem, neque ab ipſo citati à me productos teſtes falſi fictivè nota taxare quibunt, quippe cum riuulis prætermiſſis veritatem è fontibus hauſerim.

Notae in §. IV.

S. Benedictus non fuit Monachus S. Baſilij, neque Regulam ex eius Regula deſumpſit.

37. Nihil ex regula Baſilij

QVamuis Magni Baſilij diſcipulus fuiſſet D. P.N. Benedictus, nequaquam id laudum huius preconiit dedecori eſſet: dedecus autem veritati eſt alienis à veritate nouitatibus emergere. Duo in præſenti §. æquè falſa ingeruntur: Primum S. Benedictum fuiſſe Monachum S. Baſilij. Secundum, Regulam ſuam à Baſiliana extraxiſſe. Magna profectò res eſt, animum erigere ad effutiendas aſſertiones apertis impugnationibus obnoxias, abſque deprehenſionis timore. Trecentis ſexaginta & octo (imò multo pluribus) Conſtitutionibus, ſeu Canonibus compingitur Regula S. Baſilij, quorum, neque vna quidem alicuius clauſula alicui ex 73. capitibus, quibus Benedictina digeſta eſt, inuenietur inſerta. Id tamen autorem minime deterret, quominus à Baſiliana fore extractam affirmet: Quod ſi inueniatur, ſtatim à priſtina cauſa, & pugna deſiſto.

in benedictina inſertum.

38. Inſtituta Baſilij & Benedicti contraria.

Cuncta in Regula D.P.N. Benedicti contenta ad duas claſſes reduci poſſunt. Etenim vel dogmata ſunt communiſſimè in Euangelio, & Conſtitutionibus Apoſtolicis expreſſa (quorum credo nollet Imaginis autor autorem eſſe Baſilium, neque Benedictum fontem viuum fugiſſe, quem ad manum habebat, vnde melius animum expleret) vel Conſtitutiones Monaſticæ, atque peculiares. In his autem vel contrarios eſt Baſilio, aut vix aut nulla modo de his agit in Regula: quibus exploratum euadet alteram alterius normam non fuiſſe. Atque imprimis habitus vtrobique diuerſus eſt: Baſilius namque tunicam, Zonam & calceamenta Monachis deſignat, ſtramentorum omninò immemor: Benedictus verò tunicam, cucullam, calceamenta, atque ſtramenta lectorum. Baſilius non vult Monachum duas habere tunicas Reg. 23. fuſ. diſp. præcipitque habenti duas, alteram auferri: Benedictus verò duplicem tunicam, & cucullam concedit propter munditiam, & lotionem veſtium * Benedictus ſolis infirmis eſum carnis permittit, & prohibet valentibus iuxta communem Monachorum morem cap. 36. & 39. Baſilius cuncta deguſtare præcipit, quæ in menſa apponuntur, ſi eius germana eſt Regula 18. deeſt namque in Ruffino: * *Ne ſimiles* (inquit) *inimicorum Dei efficiamur, qui cauteriatam habent conſcientiam ſuam, ac propterea abſtinent à cibis, quos Deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus. Singula (ſiquando tempus inciderit) attingenda nobis ſunt, quatenus his, qui nos cernunt, oſtendamus omnia eſſe munda mundis, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipiatur:* quod ab Apoſtolo accepit. 1. Timoth. 4. Et in Conſtitutionibus Monaſticis (ſi forſan opus ipſius ſunt) iterum permittit Salitæ carnis fruſtulum (noſtris *cecina*) Minimi Salitæ carnis fruſtro decocto. Vlterius D. Benedictus menſuram cibi & potus conſtituit cap. 89. Baſilius negat Reſp. 19. vbi vini non meminit, quem in moderata menſura concedit Benedictus cap. 40. In diſtributione Operis Dei conſumit Benedictus plura Regulæ capita ab 8. vſque ad 20. quod Baſilius paucis admodum, & obſcuris verbis comprehendit, nullam Dei laudum formam præſcribens. Ordo eligendi Abbatem Præpoſitum, Cellerarium, officiaque Decanorum, Oſtiarij, hoſpitum præfecti, Hebdomadarij coquinæ, & lectoris menſa pluribus ſigillatim exponit D. Benedictus, quæ omninò deſunt in Baſilio. Horæ operis manuum, lectionis, & orationis, refectionis, & ſilentij, in

* V. infr. c. 3. à num. 45.

* V. infr. c. 3. num. 43.

quas

quas dies diſtribuitur, ordo ſuſcipiendorum hoſpitum, annus probationis nouitiorum, triplex Conuentus approbatio, aliaque id genus innumera prorſus aliena ſunt à Regula Baſilij, adeò vt cæcus ſit, qui conformitatem inter vtramque adſtruere tentat: imò cum vtraque Monaſticæ conuerſationis norma ſit, via credi poſſet interuallo tanto diſtare vide infra c.3. n. 43. & 49. & cap.6. n.4.

39. Probatur ex D.Benedicto.

Perſpicuè autem id docuit D.Benedictus cap. vltimo (vnde Achilem, vt aiunt, argumentum aduerſarij deſumunt) ad Regulam Baſilij remittens ſuæ Inſtitutionibus non contentum: quod ſuperfluum omninò foret, ſi taliter in cunctis conuenirent, vt altera alterius prototypon & norma eſſet: idem namque in exemplari, atque in exemplato appareret. Remiſſio; autem illa eſt quaſi quoddam *albi* directionis ſpiritualis; non verò tanquam ad Regulam coactiuam. Remitti autem prius Monachum ad Sacram Paginam, ad Scripta Doctorum, ad Collationes & Inſtitutiones Monachorum, ad vitas Patrum, & tandem ad Regulam B. Baſilij tanquam ad Spirituales officinas, è quibus Monachus Salutarem doctrinā, inſtrumentaque virtutum haurire poteſt.

Regula S. Baſilij ſpecialis morū officina.

Verba ipſius ſunt cap.73. *Regulam hanc deſcripſimus, vt eam obſeruantes in Monaſteriis aliquatenus vel boneſtatem morum, aut initium conuerſationis nos demonſtremus habere* (Hæc de Regula à ſe ſcripta, quam obſeruari præcipit) *vt eam obſeruantes in Monaſterio &c.* De cæteris autem libris ſubdit. *Cæterùm ad perfectionem conuerſationis, qui feſtinant, ſunt doctrina ſanctorum Patrum, quarum obſeruatio perducat hominem ad celſitudinem perfectionis. Qua enim pagina, aut quis ſermo Diuina autoritatis Veteris, ac Noui Teſtamenti non eſt rectiſſima norma vita humana?* (nempe quantum ad exercitia virtutum, non verò mores Monaſticos) *aut quis liber Sanctorum Catholicorum Patrū hoc non reſonat, vt recto curſu perueniamus ad creatorem noſtrum? Nec non & Collationes Patrum, & Inſtituta, & vita eorum, ſed & Regula S.P.N. Baſilij, quid aliud ſunt niſi bene viuentium, & obedientium Monachorum inſtrumenta virtutum?*

Benedicti Regula abſoluta.

His præſuppoſitis fides iam haberi poterit S. Ildegardi de Regula Benedicti ſic loquentis: *Nihil eidem doctrina addendum, vel auferendum eſt: quia ei nihil deeſt, quia in Spiritu ſancto facta & completa eſt:* ipſoque afflante taliter ad complementum, & mediocritatem reuocata eſt, vt neque diminuta, neque ſuperfluens euaſerit. Si quis verò Ildegardi non credit, credet ſaltim Gregorio Magno qui verba c.58. ipſius Regulæ citaturus hoc encomio ſuppremit autorem Benedictum: *Eiuſdem arctiſſima vita* (nempe Monaſticæ) *Magiſter optimus, & ſumma veritatis diſcipulus eruditus.* Diſcipulus, inquam, non Baſilij, alteriusvè hominis, ſed à ſumma veritate Monaſticam eruditus.

40. Sanctorum mutua vrbanitas.

Sed aiunt aduerſarij, ſtandum eſſe verbis ipſius Benedicti, *Patrem* Baſilium vociferantis. Parum nouit huius inſtantiæ autor mutuam inter ſe Sanctorum vrbanitatem. Nullus Græcorum Patrum Monachus vel Epiſcopus extitit, quem Græci titulo *Patris noſtri* non honorauerint: vt conſtat apertè tum ex Menologio, tum etiam ex vitis Patrum, quas Metaphraſtes conſcripſit, & Bibliotheca veterum Patrum, *S. P.N. Andrea Cretenſis, S.P.N. Germani, S. P.N. Athanaſij, Chryſoſtomi*, & ſic in cæteris lib.5.cap.2.num.51. & 104. & lib.4. c.8.num.14. Cumque Baſilius Monachus Archiepiſcopus, Magnuſque Græcorum Pater, & Doctor extiterit, *Patrem noſtrum* non compellare puderet, præſertim D. Benedictum, quem Lautitiæ, & vrbanitatis ſpeculum ſua ipſius Regula prodit, oſtendunt diſcipuli; neque aliud decebat hominem generoſa adeò ſtirpe profectum.

Benedictus vrbaniſſimus.

Quod autem, præter vrbanum ſolem, nihil ampliùs citato loco innuat, Regulamque Baſilij nullatenus fuiſſe profeſſum, apertè conſtat ex ipſius Monachatus greſſibus, quos minutatim, atque gradatim enumerat D.Gregorius.

Baſilij Regulam non eſt profeſſus.

In ſpecu namque, in quem mundum fugiens ſeſe contulerat, Romanum tantum Monachum nouit, & allocutus eſt, à quo Monaſticum habitum ſuſcepit: qui cum Prælatus ſui Monaſterij non fuerit, profeſſionem Benedicti acceptare non valuit ſub Regula ibidem exculta. Adhuc verò etiamſi profeſſionem in manibus Romani emitteret (quod non potuit) ſcitum eſt Regulam ibi peculiarem obſeruatam fuiſſe, quam Theodatus Abbas tradiderat: *Sub Theodati Patris Regula degebat*, inquit de Romano S. Gregorius lib.2. Dialog. cap.1. Reliquum tempus in ſolitudine tranſegit Eremitam agens, pellibuſque opertus veſtigia Patrum Ægypti perſequebatur: quæ quidem vitæ ratio vel aliena eſt à Regula Baſilij, vel contraria ipſi, vt vidimus num.31. Inde in Abbatem aſſumptus cuiuſdam vicini Cœnobij Regula adeò deſtituti, vt Regulam ſtatuēti Benedicto venenum in vaſe vitreo Monachi propinauerunt: ſed vaſe confracto liber, Deo auſpice euaſit, atque in ſolitudinem ſibi claram repedauit. *Ad locum dilecta ſolitudinis rediit, & ſolus in ſuperni inſpectoris oculis habitauit ſecum*, cap.2. Hinc rurſum emerſit pro duodecim ſuæ Religionis extruendis Monaſteriis; poſt Caſinum montem contendit, ibique Regulam ſcripſit. Quid autem iis cum ſuſceptione habitus, & profeſſione Regulæ S. Baſilij? Parum rem perpendit talia dicere auſus.

Hiſtoria maturitatem exigit.

Plus diſcretionis, & maturitatis exigit nuntia veritatis & vetuſtatis Hiſtoria. Vnde argutiſſimè D. Auguſt. l. de Ord. c.2. Poëmata repente concinari poſſe notauit. Hiſtoriam verò non niſi præparato ætate otio. *Licentius repente admirabiliter Poëtica deditus erat, Trigetius tanquam veteranus adamauit Hiſtoriam.*

41. Nondum peruulgata in occidente Baſilij Regula.

Mitto in Occidentem tranſmiſſam adhuc non fuiſſe Baſilij Regulam, vt Regulam; licet per hæc tempora famoſa, & peruulgata iam fuerit, vtpotè iam in Latinum conuerſa, & à Benedicto relata; erat tamen ſolummodo directiua ipſius lectio, non coactiua, qualis eſſe debet Regula profeſſioni ſubiecta. Pugnat pro hac veritate ſcripſiſſe D.Gregorium in libris Dialogorum Hiſtorias ſanctorum omnium, & Monaſteriorum Italiæ ſibi coæuorum; Regulam verò Baſilij penitus obruiſſe ſilentio. In hoc autem magnam vim habet argumentum negatiuum: oppoſitum namque aſſerens ſubit onus probandi: certumque eſt nullam ſibi ſuppetere probationem.

* * *

N o t æ in §. V.

Albertus Regulam ſuam à Baſiliana non extraxit.

52. Baſilium Carmelitam fuiſſe qui aſſerunt.

HInc longa ſatis controuerſia ioter harum Religionum profeſſores orta eſt. Autor Imaginis contendit Albertum Patriarcham Monachum fuiſſe S.Baſilij, eiuſque Regulam ſuis porrexiſſe. Coria verò Palionodorus, & alij volunt S.Baſilium Carmelitanum, Carmelique Ordiois reformatorem extitiſſe. Quiſnam potiori iute fruatur, forinſecus iudicari nequit. Thomas à Ieſu lib.1.de Antiquit. Carmelit.cap.10. ſuæ cauſæ patronum conſtituit Theodoretum in Philoth.cap.3.vbi ait S.Baſi-

Non fuit diſcipulus Marciani.

lium diſcipulom fuiſſe Marciani Syri Eremitæ: atque inde vt oertum deducit Carmeliram egiſſe. Sed neque ſibi ad tem conuenientia probat, nec ſuppetit probatio, nec Theodoretus de Magno Baſilio Cæſareæ Capadocum Epiſcopo loquitur, ſed de Epiſcopo Seleocienſi, lib.4.cap.10.num.41.longiſſimè à Cæſarienſi diuerſos. *Huius autem Philoſophiæ fructum quoque percepit admirandus ille Baſilius, qui multis poſtea temporibus apud Seleucopolim* (*eſt autem*

Neque alterius hominis.

vrbs Syriæ, non Capadociæ) *Monaſticum extruxit habitaculum*: neque Magnus Baſilius Monaſticam ab aliqoo bomine didicit. Vons Gregorius Nazianzenus ſeceſſum in eremum ipſi ſuaſit: poſt verò Monachorum Principatum aſſumpſit, vt ſupra vidimus num. 35. Prima

Sororeius Macrina Monachatus illius cauſa.

ipſi Monacbatus cauſa adfuit ſoror ipſius S. Macrina, quæ ipſum à ſæculo, ac ſibillo leni plauſus popularis penè captum ad meliorem ſtugem reuocauit, teſte & aurore Nyſſeoo vtriuſque fratris in vita Baſilij: atque Baſilio ipſo epiſt.75.Itaque pars vtraque tenebris of-

Contentiones vxorum fugiendæ.

fuſa eſt, nec habemus vnde eis lucem afferre poſſimus: quaproptet de his contendere, iis aſſociari eſt de quibus Apoſtolus 1. Timoth.1. *Sicut rogaui te, vt remaneres Epheſi, vt denuntiares quibuſdam, ne aliter docerent, neque intenderent genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtant, magis quam ædificationem Dei, quæ eſt in Fide*, & ad Tit.3. peiori eas nomine appellat, inquiens: *Quæſtiones & genealogias & contentiones, & pugnas legis de vita, ſunt enim inutiles & vana.* Vbi D.Chryſoſt.hom.1. io 1. ad Tit. *Non hic legem ſignificare voluit: abſit; ſed falſas traditiones: quippe ex hoc colligitur; pleroſque ex Iudæis in his, quæ inutilia ſunt, ſermonem omnem conſumere ſolitos, auos & proauos dinumerantes.*

53. Baſilij & Alberti Regulæ valde diuerſæ.

Eodem ſtamine in textum eſt qood additur, Albertum Regulam ſuam à Baſiliaſta extraxiſſe: inanique labore Coria lib.2. cap. 14. deſudat vtramque in concordiam adducere mittendo, nec tamen proficit Hilum: tanta enim eſt inter eas morum & ſtudiorum diſtantia, quanta maxima eſſe poteſt. Regula enim Alberti ferè tota Eremirarum eſt, Baſilij verò Cœnobitarum. Illa vnumquemque ſeorſum in cella ſua victum ſumere præcipit, hæc in communi; & ſic in cæteris. Imo perſpicuum eſt, plura è Regula D.Benedicti extraxiſſe, à quo tantum-

Albertus aliqua ex Benedicto deſumpſit.

modo ante Albertum ſtabilita erant ieiunia à Kalendis Octobris vſque ad Reſurrectionem, & ſilentium à finito Completorio vſque ad primas lucis ſequentis, de quibus cap.41.& 42. Cætera ipſius Regulæ Inſtituta, nempe Opus manuum Orario, frequens, abſtinentia à carnibus, & alia id genus, licet à B.Benedicto ſtabilita ſint, verùm quia Sratuta generalia ſunt Monachorum à ptimordiis Monachatus exculta, fruſtra laborem excipiemus ſiue à Baſilio, ſiue à Benedicto accepta fuiſſe cootendamus. In hoc ſolummodo Baſilium imitatus eſt, quod aliqualiter eſum carnis permiſit, ſolios nempe iuſculi, extra Monaſterium tamen, oe hoſpitium ſibi facieutibus moleſti eſſent.

N o t æ in §. VI.

Pontifices, Epiſcopi, & Martyres in imagine poſiti alieni ſunt.

AD buius gloriæ conſecutionem vniuerſam præcedentium machinam commolitus eſt Auror. Poſſet quidem informem ſibi corniculam ante oculos ponere, quæ alienis pannis ornata mirabilem præ cæteris auibus ſplendorem oſtendere ambiebat, donec, deprehenſo fuco, ſuas vnaquaque aui pennas reperente, à cunctis deriſa eſt, teſte Horatio, epiſtol.3. 54. Solias Ponti & Capadociæ Monachi Baſiliani.

Ne ſi fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus.

Induta eſt cornix noſtra elegantioribus aliorum Ordinum plumis, ſoliſque ſpoliata Benedictinis, paucis ornata procedat Pontificibus, Imperatoribus Martyribus alicuiuſque momenti Doctoribus. Scio perſuaſum eſſe vulgo cunctos, ſaltim Orientis, Monachos fuiſſe Baſilianos: ſed falsò: cum ab initio naſcentis Eccleſiæ diuerſorum Ordinum & Inſtitutorum Monachi per cuncta ſæcula abſque interruptione inueniantur. v.lib. 2. cap. 13. per totum, Baſilij æuo ſolius Ponti & Cæſareæ Capadocum Monachi ſub ipſius Inſtituto vixerunt: ipſo vero ad ſuperos tranſlato Theodoretus de Monachis & Monachorum Congregationibus Syriæ; Ponto & Capadociæ confinis edidit Hiſtoriam, cui titulus *Philotheus*, ſiue Theophyles, ex quibus neque vnus quidem Baſilij Inſtitutum arripuit, ſed vnuſquiſque ſub diuerſo vitæ ordine à ſe delecto Monachatum agebat, vide lib.5. cap. 2. à num. 1.vt apertè conſtat ex Philothæo vbi plura de diſcipulis Marriani, v. ibid. à num. 40. Iuliani Sabæ, ibid. à num. 36. Iacobi Niſibitæ, ibid. à num.1.aliorumque plurium, ibid. à num.1. & ſeqq.quorum Præceptores, Prælatus, ſucceſſionem, ſyllabumque Inſtitutorum ac morum exactiſſima cura deſcribit prorſus à Baſilianis diſſimilia, vtpote Eremitis accommodata. Floruit eodem ſæculo S. Ioannes Chryſoſtomus Monachus & Monachorum legiſlator, lib.5. cap.1.à num.1.vt prodit apertè vitæ ipſius autor ibid.num. 2. Metaphraſtes 25. Ian. *Is tamen* (inquiens) *erat omnium primus eruditor, & Magiſter.* Et quidem credibile eſt ad Conſtantinopolitanam ſedem euectum Monaſticam Epiſcopali curæ adiunxiſſe, lib.5.cap.1.num.87. Ex moribus autem Monachorum ſuorum, quos pluries ipſe refricat, ibid. à num. 12. & præſertim à num.154.perſpicuè conſtat eorum à Baſilianis diuerſitas: v.ibid.num.5. & à num. 153.

Syrorum Inſtituta à Baſiliani omnino diuerſa.

153. pellibus namque aperti incedebant, v. ibid. num. 159. atque aggreſtibus herbis victum ſibi parabant, v. ibid. num. 164. vt prodit homil. 59. ad popul. Antioch. & homil. 14. ſuper Epiſtol. Pauli ad Timoth. & alibi ibid. n. 152.

45. Baſilij Aſcetica in Palæſtinam ævo Hieronymi non peruenerant.

In Paleſtinam verò nondum Hieronymi æuo Baſilij Regulam aduentaſſe, certum eſto: ipſe namque Paleſtinorum Monachorum genera enumerans epiſt. 22. ad Euſtoch. & in Vita S. Hilarionis, nullos præter Ægyptios & Hilarionis diſcipulos vitæ perfectæ excultores commemorat, lib. 4. cap. 4. à num. 76. Præter hos autem quorumdam meminit, quos *Remoboth* Ægyptij compellauere, vel Sarabaytas hypocriſi & gulæ ſeruientes, ibid. num. 76. & 77. Neque ignorabat Hieronymus Baſilium Regulam ſcripſiſſe, quam tameo ipſe non *Regulam*, ſed *Aſceticum* vocat, lib. 5. cap. 1. num. 9. Non quidem quia *Aſcetarum* Ordinem fundauerit, vt aliquis inaduertenter fudit, ſed quia librum Aſceticum exarauerat, aptum ſcilicet ad Inſtructionem Monachorum, qui Aſcetarum nomen in generali ſortiuntur ab *Aſceſi*, hoc eſt exercitatione rigidi Inſtituti & rigoroſæ pœnitentiæ, lib. 5. cap. 2. num. 8. In Ægyptum autem pluribus à Baſilio ſæculis Regulam ipſius introductam fuiſſe dubito, cum nulla ipſius mentio in Hiſtoriis inciderit. Imò hiſce temporibus Anno ſcilicet Chriſti 1593. cum ab Alexandria legatione pro ipſius Eccleſia ad Clementem VIII. Romanum Pont. Monachi habitu & dignitate Venerabiles fungerentur, Ordinis S. Antonij, non Baſilij ſe eſſe confeſſi ſunt, vt ex tenore legationis ipſius conſtat à Baronio addita in fine ſexti tomi.

Neque in ægyptum.

46. Vbinam Baſilij diſciplina viguerit?

Vlterius: fateor quidem ſequentibus ſæculis cum in Græcia, tum etiam toto Oriente Baſilij Inſtitutum floruiſſe. Scio etiam Athum Macedoniæ montem, quem vulgus meritò *ſanctum* compellat, viginti duobus toto orbe celeberrimis D. Baſilij Monaſteriis illuſtrari 611. aureorum tributa Turcico Imperio ſoluentibus, vt refert loogus in Notia ad ſuum Nicephorum lib. 11. cap. 28. In Occidente tamen nullo vnquam tempore fuerunt, Sicilia excepta, cui Baſilianum Archimandritam Magni ponderis dignitatem tua Maieſtas præficit. Hiſpania ante 80. tantummodo annos Baſilij Monachos nouit ortum ducentes à Petro Vidal, & Ioanne de la Fuente paucíſque aliis eorum ſociis, qui in ſaltu Caſtulonenſi (noſtris Sierra morena) loco cui nomen. *El Tardon* labore manuum ſuarum Victum quærentes Eremiticam vitam nulli Regulæ adſtricti agere cæperunt; qua re ab Epiſcopo Corduuenſi, cuius diœceſim incolebant, comperta, eum ab ipſo compellerentur ad Regulam aliquam ex approbatis capeſſendam, Baſilianam delegere, conformiorem hanc inter cæteras incepto vitæ ſtudio iudicantes. Quia verò nullus ab Oriente, vel Sicilia Monachus in Hiſpaniam venerat, à quo vel ipſi, vel poſteri Regulam addiſcerent, eorumve profeſſionem legitimè acceptarent, conſultis ſuper hac re Theologis, ac I. V. Doctoribus irritas & caſſas omnino fuiſſe eorum profeſſiones iudicatum eſt. Ipſi verò in ſancto propoſito perſeuerantes ad ſedem Apoſtolicam recurrere, cuius decreto per manus legitimi Superioris ad profeſſionem admiſſi, Baſilij Parentis primi in Hiſpania ſucceſſores eſſe cæperunt. Hæc Origo & progreſſus Monachorum D. Baſilij in Hiſpania: quibus tamen in animo eſt Benedictinum Ordinem ſibi arrogare, cæteriſque Eccleſiæ Ordinibus labores, merita, atque ſplendores adimere, & propria vociferari. Ac tandem (quod plùs à recta ratione diſtat) Militarium Ordinum Calatrauæ, Alcantaræ, D. Iacobi, aliorumque perilluſtria ornamenta ſibi aſciuerunt, capti obliuione illius ſententiæ à Chriſto Domino in otioſum ſeruum iactatæ. *Metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti.*

Hiſpani Monachi Baſiliani vnde ortum duxerint.

Notæ in §. VII.

De Interceſſione S. Baſilij.

47. Quorum interceſſio efficacior ad filios fruges acquirendos.

CVnctorum cæli ciuium interceſſio ad idem valet, quod Autor Imaginis mentis D. Baſilij appropriare contendit: hoc eſt ad emergendum è miſero ſtatu peccati mortalis, filioſque fruges à Deo adipiſcendos. Id autem de Baſilio ſpecialiter aſſerendum non eſſet, quin aliqua ſingularia beneficia circa ſubiectam materiam à Deo Baſilij precibus obtenta ſupponerentur. Et quidem, quod attinet ad filiorum frugalitatem, aptiùs S. Nicolao Epiſcopo tribui poſſet, qui Nicolaum de Tolentino huic mundo precibus ſuis adeptus eſt; nec non & S. Dominico de Silos, qui Dominicum etiam Prædicatorum Ordinis fundatorem parentibus ſuis impetrauit ad eius ſepulchrum Orationem fundentibus. Fateor pro Interceſſione S. Baſilij ad deteſtanda lethalia aptè in exemplum adduci Chirographum de ſeruitute dæmonis à perdito illo adoleſcente præſtitum proprioque ſanguine obſignatum, & à Baſilio dæmonem ſuis precibus præmenter extortum. Verumtamen ad deſerendum ſtatum peccati mortalis ſufficit confeſſio & contritio pœnitentis; nam etiamſi dæmon Schedam non reſtituiſſet, fruſtrà in contrito poteſtatem & dominium quæreret. Sed adhuc in his quæ comperta habemus, anſam præbet ad cautè & pedetentim procedendum fabella illa ab Amphilochio in teſtimonium rei huius conficta in vita Baſilij cap. 10. ne fortè veritate ſimuletur error, & à veris ad commentitia fiat tranſitus. Ea vero ſic habet.

48. Amphilochij fabella.

Nobilis quædam mulier, quæ luxurioſè vixerat, in ſe ipſam reuerſa peccata nihilominus confiteri reuerita, ea quæ ab adoleſcentia vſque ad ſenectam commiſerat, more generaliter confitentium, cartulæ tradidit; nouiſſimè vero peſſimum quoddam peccatum ad calcem ſcripſit; plumboque obſignata ſchedulam (forſam membranaceam) Baſilio tradidit, calentibus eum lachrymis rogans, vt veniam peccatorum ſuorum abſque carthæ reſeratione à Deo deprecaretur: atque in teſtimonium remiſſionis à Deo obtentæ cuncta illa peccata miraculosè in ſchedula deleta apparerent. Magnus autem Baſilius accepta ſchedula, tota nocte illa, ſequentique die in oratione conſumptis, ſchedulam mulieri reſtituit, qua reſerata, omnia peccata abolita vidit, vltimo peſſimoque omnium excepto. Redit mulier ad Sanctum virum, prouoluitur ad pedes eius, fuſíſque ite-

rum lachrymis rogat, vt peccatum illud deleatur: ipſe verò remittit eam ad S. Ephrem in eremum Edeſſæ in Meſopotamia Syriæ qui noluit negotij huius curam ſuſcipere, ſed iuſſit eam Baſilij precibus inſiſtere. Reuertitur ad Baſilium mulier, quem cum defunctum iam, & in feretro poſitum, inueniret, ad pedes eios ſchedulam ponit, quam cum poſt paululum accepiſſet, iterumque ad S. Ephrem proficiſceretur, is autem ſchedulam reſeraſſet, peſſimum illud peccatum B. Baſilij meritis compertit obliteratum. Hæc Amphilochius.

49. Duo errores illi fundantur.

Fabellâ illâ geminum errorem aduerſus fidem fundare cootenditur. Primus eſt, interceſſione Sanctorum commodum comparari remedium ad veniam de peccatis obtinendam, etiamſi Eccleſiæ clauibus non ſubiiciantur. Secundus, poſſe vnum peccatum mortale ſine alio remitti: Materiæ grauitas cogit publicum Fidei prouidere præſidium, & dignam ſe præbet decreto S. Inquiſitionis, quo ad marginem appingi iubeatur. *Caute lege*, atque in poſterum doceatur valorem interceſſionis S, Baſilij ad facinus tantum vim non habere.

50. Perotatio.

Hæc ſunt (Potentiſſime Domine) quæ in prædicta imagine animaduerſione digna deprehendi. Quia verò & numero plura ſunt & ab Hiſtoriæ veritate aliena, communique ſcandalo apta; ad pedes Maieſtatis tuæ prouolutus, omnibus precibus ſupplex oro, & obteſtor, vt non ſolum Regium tuum Inquiſitionis Senatum Imaginem in lucem emiſſam, & laminam originalem detrudere præcipias ſed vt in poſterum etiam districtè prohibeat, ne quis Imagines in publicum edere præſumat abſque præuio examine, & permiſſu Ordinarij, Regiique tui Senatus: Sciens magnificum his Maieſtatem tuam Diuinæ coltum & obſequium præſtituram, quæ diù te, tuamque Monarchiam incolumem & ſuperſtitem conſeruet.

Regiæ maieſtatis tuæ humilis Sacerdos & Seruus.

F. Franciſcus Biuarius.

Biuarij obitus.

HActenus Biuarius, qui vtinam & totius mihi operis laborem præripuiſſet communibus Eccleſiæ commodis, veritatis præſidio atque Doctorum ſtudiis, admodum profuturus, ſed proh Deum, his ſcribendi finem fecit A.C. 1634. Cygneaque vox & oratio hominis iſtius mortem iam obituri eius ſtudia, & eruditionem, cum comitate & ingenuitate coniunctam, decantauit.

51. Decretum de proſcriptione Imaginis.

Libet nunc pro extrema huius rei manu, atque omnimoda concluſione negotij ſacræ Congregationis Cardinalium ſubnectere decretum, quo imaginem hactenus à Biuario impugnatam poſt ipſius obitum proſcripſit, quod ſic habet.

Decretum ſacræ Congregationis Eminentiſſimorum & Reuerendiſſimorum DD. Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium à Sanctiſſimo D. N. PP. Vrbano VIII. Sanctaque Sede Apoſtolica ad Indicem librorum, eorumdemque permiſſionem, prohibitionem, expurgationem, & impreſſionem in Vniuerſa Republica Chriſtiana ſpecialiter deputatorum vbique publicandum.

Sacra Congregatio Indicis ad extinguendos inter ſacros Religioſorum Ordines quæſtionum fomites: & ob non ſeruata ſacri Concilij Tridentini præcepta, decreuit, & mandauit ſub pœnis in ſacro Romano Indice librorum prohibitorum, & Sacris Canonibus contentis, de medio tollendam eſſe, & à Fidelium oculis amouendam effigiem S. Baſilij Magni Cucullam, Habitu prorſus Benedictino, Regularum ſuarum codicem ſiniſtra manu tradentis quatuor Sanctis Patribus Religioſorum Ordinum Fundatoribus coram ſe genuflexis, deque dextro latere ſeſe præbentibus in conſpectum cæterorum Ordinum etiam Militantium Fundatoribus, additis ſub effigie verbis ad reuocandum vitæ communis Cœnobitæ originem in eiuſdem S. Patris inſtitutionem, typis æneis expreſſam à Ioanne Noort anno 1634. Ac proinde diſtrictè inhibet omnibus, & ſingulis Chriſti Fidelibus, ne dictam effigiem impreſſam, pictam, ſeu inſculptam apud ſe detineant, illamque, ſi quomodolibet apud eos extiterit, locorum Ordinariis, aut Inquiſitoribus ſtatim exhiberi iubet. Impreſſoribus verò, Incoſoribus, Pictoribus, & Sculptoribus ſub pœnis eiſdem, aliiſque arbitrio S. Congregationis prohibet omnino ne huiuſmodi effigiem moliantur imposterum: nec non formas quaſcumque ſtatim à præſentis Decreti notitia infringi præcepit ac deleri; atque ita vbique locorum ab omnibus, & quibuſcumque ſeruari decreuit. In quorum fidem manu, & ſigillo Reuerendiſſimi D. Cardinal. Pq præſens Decretum ſignatum, & munitum fuit die 12. Decemb. A. 1636. C. Cardinalis Pius locus ſigilli † Frater Ioannes Baptiſta Marinus Ordinis Prædicatorum.

Cæterum paucis à Biuarij obitu elapſis annis, Didacus Nyſſenus S. Baſilij Monachus, inſignis Verbi Dei præco, in lucem fudit libellum Hiſpano ſermone conſcriptum, cui titulus *Phœnix Græcia*, quem ſolius contentionis ſtudio, erroribuſque in prædicta imaginatione commiſſis ferendi opem, per ſingulas illius paginas exaraſſe videtur, cum nihil, aut vix aliquid, ex effigiatis non glutierit. Ac primo primum omnium Baſilium vitam in commune degentium inſtituiſſe, paſſim vbique, ſed præſertim in Argumento libri 3. nullo prorſus fundamento (pluribus tamen Autorum aggeribus, quibus margines implet) ſuadere conatur, qui omnes in ſenſu Cardinalis Turrecrem. à Biuario nuper n. 23. explicato loquuntur. Nec ſuſtineri poteſt pro his tuendis citare Baronium, qui tomo 3. A.C. 328. n. 19. totus eſt in oſtendendo Baſilium imitatorem, non autorem extitiſſe vitæ Monaſticæ. Cucullam proprium eſſe Baſilianorum habitum aſſerit in Argumentum eiuſdem libri abſque vllo prorſus, præter ſeip ſum, autore. Baſilij Regulam omnium primam fuiſſe approbatam lib. 3. cap. 6. Fontem cæterarum eſſe ibid. Ab ipſa ortum duxiſſe Benedictinam ibid. cap. 5. D. Benedi-

52. Didacus Nyſſenus Imaginis errores tuetur.

ctum

ctum Monachum fuiſſe S.Baſilij ibid. Cunctos priſci ſæculi Patres, Hieronymum nempe, Maximum, Gregorium Magnum, Ioannem Chryſoſtomum, Ephrem, Epiphanum, alioſque id genus Orientis & Occidentis Doctores Baſilianis adnumerat, in quo, vt aſſolet, ſolus ipſe ſibi teſtimonio eſt. Pro inſcriptionibus illis. *Dic in finem*, *& Parce* in libro Baſilij çelatis, præceptoque Deiparæ de mundi Geneſi conſcribendo in argumento lib. 3. citat ad marginem Amphilochium in Vita S.Baſilij. Is autem nec verbum quidem de his ſcripſit, vt videre eſt apud Roſuueyd. lib. Vita P. qui ex M.S. plura nouiſſimè Amphilochij ſcripto reſtituit, nec tamen horum meminit. Ex quibus vehemens animum ſubit ſuſpicio, autorem hunc Imaginis impugnatæ fuiſſe inventorem. Paucis autem elapſis annis, ouis his à Nyſſeno ſuppoſitis incubans Alfonſus Clauelius itidem Baſilianus libro Hiſpano, cui titulus. *Antiquitas Ordinis & Regula S.Baſilij*, pullos ex ipſis excutere voluit. Verùm cum neuter noua à ſe imaginatis iecerit fundamenta æſtimatione digna; hæc autem cum libello Biuarij, tum etiam remiſſionibus marginalibus ſatis ſuperque maneant refutata, arma denuò impoſturis his admouere, tempus perdere eſt. Videatur fuſior eorum conſultatio apud Franſciſcum de Sanuitores Benedictinum, nunc iam Aurienſem Epiſcopum, qui bile paſſim commota in ſuo *Sole Occidentis* quaſi manus videatur afferre Nyſſeno. Sed notandum obiter præcipua tela quibus in Græciæ Phœnicem inuehitur, ab Antographo Biuarij de Veteri Monachatu hauſiſſe, cuius ipſi poſt Biuarij deceſſum à Nucalenſibus Monachis ingenuè nimis, & liberaliter (ſed non nimium, prudenter) copia facta eſt. Citat nonnunquam M.S. Biuarij, ſed frequentius id feciſſe, par erat. Nunc ad rem.

Forſam ipſe imaginis autor.

CAPVT II.

Magni Patres Baſilius, & Gregorius Nazianzenus Cœnobiticæ Vitæ in Ponto, & Aſia illuſtratores extiteres non Autores, & inuentores.

1. Baſilij & Gregorij aduentus Athenas.

ORientis & orbis lumina præclariſſima Baſilius Magnus, & Gregorius Nazianzenus Cæſareæ in Paleſtina regionis huius eximio literarum gymnaſio ſeorſim literarum egere primordia. Lapſo autem ætatis tyrocinio inde Alexandriam conceſſit Gregorius, poſt Athenas: inde etiam Baſilius prius Conſtantinopolim, poſtmodum itidem ſe contulit Athenas, vt autor eſt Gregorius ipſe, cum in laudibus Cæſarij fratris ſui, tum Baſilij perneceſſarij: ſuprema ſic prouidente manu, ne vlla Orientis magni nominis Academia tantorum Patrum ſplendoribus orbaretur. Conglobatur vndique mare; neque redundat vnquam, neque effunditur: duobus autem hiſce gremio ſuo receptis fluminibus inflatum pelagus Athenienſe quouſque abſque ora, & extremitate longè lateque effuderit litterarum profluuia, ex ipſius Gregorij ſcriptis in Oratione de laudibus Baſilij accipere libet, vbi hæc habet: *Habebant nos Athenæ profluuij cuiuſdam fluuialis inſtar, ex eodem patriæ fonte in diuerſas regiones doctrinæ cupiditate diſſectos; rurſumque, velut ex compoſito, Deo videlicet ita impellente coeuntes. Ac me quidem aliquando ante habebant; illum autem haud multò poſt; & quidem cum mirifica, & luculenta ſpe expectatum: etenim in multorum linguis verſabatur, antequam adueniſſet; nec quiſquam erat, qui non præclarè agi ſecum putaret, ſi id, quod ſummo ſtudio expetebat, prior occuparet.*

2. Orbe vniuerſo celeberrimi.

Poſt multa verò, quibus à ludo ſcholaſticorum, qui recens Athenas aduenientem iuuenem circuire ſolebant, ad balneum deducentes, ipſumque ſtrepitu perterrentes, quaſi eum ſuffocare geſtientes, & comminantes, Baſilium ſe liberaſſe refert Gregorius, aliaque innumera de præſtantiſſimo ipſius ingenio: ſubdit: *Ex quo id aſſequebamur, vt non ſolum apud Præceptores & ſocios, ſed apud totam etiam Græciam, ac præſertim clariſſimos quoſque Græciæ viros, illuſtri fama celebraremur; quin etiam vltra Græciæ fines progreſſi ſumus, ſicut multorum ſermone compertum eſt; nam vt quocumque Athenarum fama, eodem quoque præceptorum noſtrorum fama ſeſe proferebat: ita quicumque præceptores, iidem quoque nos cognoſcebant, ſimulque de nobis audiebant & proloquebantur: ac per quoddam non obſcurum & incelebre apud eos & eramus, & dicebamur: nec nobiſcum Oreſtes ſuos, & Pylades vllo modo comprehenſos putabant.* Quibus vero amicitiis vtriuſque ingenio ætate & ſtudiorum vnitate corroboratis iungerentur vide cap. præced. n. 2.

3. Baſilius diſcedit Athenis.

Tactus vero de cælo Baſilius, qui poſterior venerat Athenas, prior diſceſſit, Gregorium perneceſſarium mœrentem adeo ac ſolitarium in ciuitate plena populo deliciiſque relinquens, vt Athenienſibus opus fuerit eum violenter detinere, ac inuitum compellere, ne Baſilium ſequeretur, eoque abſente ars Oratoria, quam publicè docebat, præceptore tanto deſtituta Athenis abiret: quod ipſe in Carmine de vita ſua his Iambicis cecinit.

Gregorij mœror in deceſſu Baſilij.

Nam tempus ingens fluxerat iam in litteris
Triginta & annos penè tunc exegeram.
Hic eſset in nos quinam amor ſodalium
Opimoque, comperi certa fide.
Aderat dies iam, magnus & labor ſimul:
Amplexibuſque triſtibus in exitu
Verbis opus erat, queis amor flammas capit.
Socio quidem ceſſere, volentes licet
Multa afferenti cogerent, quæ excedere.
At mihi etiamnum lachrymæ ab oculis fluunt,
Turbationis illius dum ſum memor.
Namque vniuerſa me cohors æqualium
Cingens, magiſtri, cogniti, ignoti mihi
(Precibus, querelliblus, vi quoque admixta ſimul,
Suadebat id amor) mordicus me detinent,
Atque exeundi mihi poteſtatem negans
Neque enim decere, dictitant, nos perdere
Doctas Athenas: ac ſimul facundiæ
Mihi principatum calculis ſpondent ſuis.

Non diu tamen poſt Baſilij receſſum Athenis commoratus eſt Gregorius, ſubdit namque.

Secedit Athenis.

Quid mul tα iflector (ſola nam tot lachrymis
Verbiſque quercus reſtitiſſet) nec tamen omnino.

Nam

Nam me patrium contra ſolum (Conſtantinopolis)
Trahebat, omnes eminens gentes fide,
Pulchrum vbi putabam me piis ſtudiis dare.
Anniſque vterque fractus, & ſenio parens.
Quocirca Athenis immoratus paululum
Subduco furtim penè me, ac repeto domum.

Vnde rectè Baronius Gregorij aduentum in Conſtantinopolim patriam ſuam, & Baſilij Cæſaream Capadociæ patrium itidem ipſius ſolum, ſub eodem A.C. 354 contigiſſe refert à num. 38.

4. Baſilius Monaſticè incipit. Vix Cæſaream patriam ſuam ab Athenis reuerſus Baſilius aduenit, & iam diu exoptatam vitam Monaſticam colere cœpit, ac Monachos erudire. Hoc autem ex eo perſpicuum eſt, quod paucis elapſis annis Chriſti nempe 362. iuxta eiuſdem Baronij calculum, cum Euſebius violenter in Epiſcopum Cæſarienſem crearetur, Baſilij Monachi ſeſe à noui (& à multis intruſi habiti) Epiſcopi communicatione ſequeſtrauerunt: quod in cauſa fuit Euſebium de cætero non rectis oculis aſpexiſſe Baſilium. [Monachos docet.] Sed vir ſanctus, ne præſens obortas foueret ſimultates, paci conſulens, Priſciſque [Cæſarea ſecedit.] Patribus morem gerens, priuſquam in Ponticas cum amantiſſimo Gregorio ſe ſubduceret ſolitudines peregrinationem ad Monachos Ægypti, Paleſtinæ, Syriæ, & Meſopotamiæ aggreſſus eſt, de quibus loco citato loquitur Gregorius iuxta prudens Baronij iudicium, his verbis. [Peregrinatur.] *Ille* (poſt reditum ab Athenis) *à Cæſarienſi ciuitate vt alter quiſpiam conditor, & conſeruator retinetur; ac deinde quoniam me non perfruebatur, neceſſarias quaſdam peregrinationes minimeque à propoſito ſibi Philoſophia* (hoc eſt vitæ Monaſticæ) *ſcopo alienas inuiit*: imo ad Inſtitutum, quod ſibi ab vnguiculis in animo erat, valde neceſſarias, vt infra conſtabit. Sanctorum namque Patrum, quos in illis regionibus peregrinus inuiſit, exemplo inflammatus, eorum mores conſectatus eſt, ſuiſque Monachis imitandos propoſuit. Profectus autem eſt abſque dulciſſimo comite Gregorio, vt ipſe de ſe ipſo loquens cauſamque aperiens ſubiongit inquiens: [Cur ſine Gregorio.] *At me & parentum pietas, & ſenilis ætatis curatio, & incurſantes calamitates ab illius conſortio abſtractum tenuerunt, haud rectè quidem, ac iuſtè fortaſsè; ſed tenuerunt tamen. Atque haud ſcio, an mihi hinc quoque omnis vita difficultas aſperitaſque fluxerit, quodque incommodum, ac ſalebroſum ad Philoſophiam* (id eſt Monaſticam) *iter habuerim, nec cupiditate mea animique propoſito ſatis dignum. Sed rerum quidem noſtrarum ſtatus quo Dei voluntas tulerit, feratur.*

5. Baſilius Presbyter Ordinatur. Rediit eodem anno Baſilius Cæſaream peregrinationibus expleris, quem ibi *multiplex Dei erga genus humanum* (pergit Gregorius ibidem) *beneficentia & prouidentia in multis ante muneribus exploratum, ac quotidie clariorem illuſtrioremque Comportum in ſacrum Presbyterorum Ordinem aſcribit, luculentamque Eccleſiæ facem memorabilemque proponit, ac per vnicam Cæſarienſem ciuitatem vniuerſo terrarum orbi prælucet. In quo etiam hanc rationem tenuit, vt minimè repente eum ad huiuſmodi gradum ſubueheret, nec eodem temporis momento ſalutaris aqua tingeret, ac ſapientia inſtrueret, quemadmodum pleriſque eorum accidit, qui nunc ad Præfecturas inflammati cupiditate rapiuntur: verum ordine, ac ſpiritualis progreſſionis lege, hoc eum honore afficeret.* Hactenus Gregorius. Cæſareæ vero Baſilium inter ſimultatum procellas, ac ſibi patum æquo Euſebio Monaſticem feruentius colere cœpiſſe teſtis irrefragabilis eſt Libanius ipſius præceptor, Ethnicus adhuc, in Epiſtola ad eum ſcripta, quæ locum 143. inter Baſilij Epiſtolas adepta eſt, his verbis: *Poſtquam reuerſus eſſet* (tum ab Athenis, tum potius à peregrinationibus) *& in patria* (Cæſareæ) *conſtitutus, ad me ipſum: Quid nunc, aiebam molitur nobis Baſilius? & ad quod vitæ genus ſeſe contulit? An in forenſibus actionibus verſatur veteres illos Rethores æmulatus, vel diuitum liberos in Rethorica inſtituit? Cum verò veniſſent quidam nuntiantes multo te potiorem viam ingreſſum eſſe, hocque ſpectare magis, quomodo Deo redderis amicus, quam quomodo diuitias colligas, & te felicem eſſe dicebam, & Capadoces: te quidem quod malueris talis eſſe, illos vero qui talem potuerint exhibere ciuem*: vbi arguté notat Baronius A.C. 362. num. 64. quanto deteriores ſint hæretici noſtri temporis, vitæ Monaſticæ detrahentes, Ethnicis eam ſcriptis ſuis venerantibus. [Monaſticè in Cæſarea colit.]

Sed quid interea Gregorius? Ne vel latum vnguem à ſuo Baſilio in patria ſua Cæſarea poſt diſceſſum ab Athenis Monachum agente diſcreparet, ipſe iiſdem diebus Conſtantinopoli natalis ſui loco idem vitæ arripuit Inſtitutum: quod in Oratione de ſilentio in ieiunio his verbis expreſſit. 6. [Gregorius Conſtantinopoli Monachū agit.] *Fuit quondam illud tempus cum inter iuuenes & æquales meos nullus mihi robore par erat: at me Chriſtus & fide adamante ipſo duriore præditum, & validiſſimis armis vndique ſeptum, atque munitum aduerſus hoſtem in certamen educebat. Et quidem ego diuinis Oraculis euoluendis mentis puritatem collegi, ex ſacris nimirum literis ſpiritum exprimens, quarum lectio hoc mihi præſtitit, vt amaram prophanorum librorum, fucata, & non niſi fictis coloribus inducta pulchritudine, animum meum demulcebant, ſalſuginem expuerem. Ad hæc carnem meam ætatis flore laſciuientem & æſtuantem multis & crebris laboribus attriui. Ventris ſatietatem, vicinamque rabiem ſuſtuli, oculos temperantia adiumento palpebris infixi, iram abrupi membra deuinxi, riſum deploraui. Omnia Chriſto ceſſarunt, priora omnia conciderunt, terra mihi lectus fuit, aſperrima veſtis membra contexit, peruigilias etiam & lachrymarum imbres adhibui: interdiu labori humeros adiunxi, hymnis tota nocte concinendis corpus inſtar ſtatuæ defixi, nullam omnino humanam voluptatem, ne in animum quidem & cogitationem, admittens. Atque hoc quondam mihi vitæ inſtitutum erat: caro quippe feruebat, cuius cura omnis in hoc verſatur, vt hominem cœleſti aſſenſu prohibeat. Quin etiam grauem diuitiarum molem abieci, vt onere omni excuſſo leuis ad Deum ferar.* Hæc de ſe ipſo Gregorius, quæ ab ipſo patrata poſt diſceſſum ab Athenis, ex eo apparet; quod ibi fucis & coloribus Oratoriæ operam dabat, vtpote Rethoricæ præceptor, nec eorum adhuc ſalſuginem expuerat: agebat autem trigeſimum annum cum Athenis Conſtantinopolim venit, vt ipſe in Iambicis num. 3. datis teſtatur, florem ſcilicet ætatis; de qua grandæuus iam, & morbo languens iſta recolit; quibus Monachatus ſui tyrociniū tranſegit. Sed ad Baſilium redeamus.

Presbyter

7. Euſebij cum Baſilio ſimultates.

Presbyter iam creatus, nouo decoratus honore, amphoriqne reuerentia & amore à Cæſarienſibus pro meritis ſuſceptus, vehementiùs in ſe amauit Euſebium: præſens namque conflabat aduerſariorum inuidiam, priuſque obortas, & nondum ſedatas, ſimultates. *Quibus autem de cauſis, aut quomodo*, (proſequitur Gregorius vbi. quinta) *ſilentio præterire ſatiùs non eſt. Cæterum exercebat* (Euſebius) *vir in reliquo quidem non ingeneroſus, atque eximia pietate præditus, vt perſecutio tum temporis exorta, & acris aduerſus eum ſuſcepta contentio perſpicuè declarauit: ſed tamen in Baſilio humani aliquid paſſus. Neque enim viles tantum & plebeios, ſed etiam præſtantiſſimos quoſque viros Momus attingit: vt ſolius Dei ſit omni peccato, atque animi perturbatione vacare. Ergo aduerſus eum concitatur Eccleſiæ pars ſelectior, & ſapientior: ſi modo ſapientiores ij habendi ſunt, quam reliquum mortalium vulgus, qui ſe ipſos à mundi conſortio ſegregarunt, ac vitam ſuam Deo conſecrarunt: Nazaræos noſtrates dico* (Monachos nempe) *infra atque in huiuſmodi res, præſertim maxima animi intentione incumbentes: qui turpe, & indignum eſſe arbitrati principis ſui* (Baſilij eorum Præfecturam in Presbyteratu agentis) *contumeliam, repulſamque iniuriam diſſimulanter ferre, periculoſum facinus aggrediuntur. A magno, & ſeditionis expertè Eccleſiæ corpore deficere, ſeque abrumpere conſtituunt: non exiguam quoque multitudinis eius partem amputantes, tam eorum, qui plebeio ordine cenſebantur, quam eorum, qui magiſtratus gerebant.*

8. Gregorius monet Baſilium receſſus in Pontum.

En lector diutiùs apratam occaſionem recedendi à Cæſarea in Ponticam ſolitudinem. Hinc Gregorius amantiſſimus anſam arripiens, monet, conſulit, mouet, remouetque è patria Baſilium; quod inſtitutam proſequens orationem luculenter aperit his verbis: *Quid igitur* (in diſcrimine tanto) *præclarus ille & Pacifici diſcipulus* (Baſilius?) *Nec enim iis, qui contumeliam illi inferebant, aut qui ipſius partibus ſtudebant, obluctari poterat: nec illius erat dimicare, aut Eccleſiæ corpus lacerare, alioqui etiam bello vexata atque ab hæreticis, penes quos tum ſumma rerum erat, in periculum adducta, ſimul etiam conſultoribus nobis, ſinceriſque monitoribus ea iure vſus, nobiſcum hinc profugit in Pontum ſecedit: pietatiſque gymnaſia, quæ in illis locis erant, moderatur.*

9. Baronij ſententia de initio Monachatus in Ponto & Aſia.

Iam à cunabulis ad Pontum rei Monaſticæ palæſtram præſtantiſſimos ipſius Doctores proſecuti ſumus. Siſtat nunc oratio orium in rebus Ponticis captarora: prius enim quam ab ipſis ibidem elucubrata Inſtituta proferamus, non parua nobis lis eſt cum Baronio ex nouiſſimis Nazianzeni verbis ſuborta, de initio Monachatus in Aſia & Ponto. Nam etſi Magnus Baſilius (idem de Gregorio dictum puta) primus vitæ Monaſticæ in vniuerſum non extiterit autor, ſed imitator, vt pluries & pluribus docet Baronius ipſe præſertim tom. 4. A. C. 328. n. 19. idque ſatis ſuperque ſtabilitum maneat cap. præced. à num. 22. primum tamen in Aſia minori Ponto & Paphlagonia communem vitæ ordinem inſtituiſſe Baſiliũ probat tom. 3. A. C. 361. n. 51 acriter in Sozomenum inuectus, eumque errantem autorem & malum opinatorem compellans, quaſi aſſerentem Euſtathium Sebaſtenum prius Baſilio ibi docuiſſe Monaſticem. Sed in vtroque fallitur apertè. Sozomenus namque non aſſentiendo, ſed vulgi vocem referendo: *Fertur* (inquit l. 3. c. 13.) *Euſtathium Eccleſiæ Sebaſtiæ, quæ eſt Vrbs Armeniæ, Epiſcopum, primum cæpiſſe vitam Monaſticam, & auſteram illius inſtitutionem colere.* Quod autem ante Baſilium in Ponto ſaltem Monaſtica viguerit diſciplina, profert apertè Gregor. Nazianz. verbis illis nuperrime præiactis: *nobiſcum in Pontum ſecedit, pietatiſque gymnaſia, quæ in illis locis erant, moderatur*: quibus luculenter aperitur in Ponto non eam tantum ante Baſilij & Gregorij aduentum excultam fuiſſe Monaſticem Fidei Catholicæ vbiq; comitem, quot olim intra vrbes, propriaſque domos ab Apoſtolis vſque in præſens ſine interruptione Monachatus cunctos innumeri explebant, iuxta dicta l. 4. c. 4. à num. 73. Sed vitæ communis in Ponto præextitiſſe gymnaſia; quæ ab aliis primum, in poſterum à Baſilio moderata ſunt, denuoque Monaſticis legibus illuſtrata, atque noua Solis huius luce perfuſa, quaſi è tenebris emerſerunt. In Ponto ante Baſiliũ Monachorũ gymnaſia.

10. In Aſia Monachi ante Baſilium.

In Aſia verò ante Baſilium vitæ communis fuiſſe gymnaſia, ita certò affirmare non auſim. Vehemens tamen ſubit animum coniectura, non ſolum ſingulariter, & ſenſim, tum intra vrbes, tum in eremo ante ipſius excultam ibi fuiſſe Monaſticem, ſed vitam quoque communem. Adſtipulatur huic exiſtimationi Baſilius ipſe ep. 79. vbi Monaſticæ vitæ à ſe ineundæ rationem exprimens, totius vitæ ſuæ vſque ad illud tempus veluti epitome præiecto, inquit. *Inueni ſanè multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Ægyptum, deinde & alios in Paleſtina, & in Celoſyria, & Meſopotamia* (inibi peregrinum agens) *quorum admiratus ſum tum in ſeruanda diæta temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam, &c.* His autem, pluribuſque aliis Monaſticis eorum virtutibus Syllabo digeſtis ſubiicit: *Cupiebam & ipſe quantum mihi poſſibile eſſet illos æmulari.* Sed quo præeunte exemplari? *Huius itaque gratiâ* (inquit) *vbi videbam quoſdam in patria mea* (nempe Cæſarea Capadocum in Aſia) *illorum inſtitutum ſectari cœpiſſe, commoditatem aliquam reperiſſe me ratus, ſatis indicij ad declarandam animi humilitatem eſſe putaui, ſi humili veſte induerer, ſufficereque mihi ad faciendam eius rei fidem craſſum & rude pallium, & zonam, & è rudi corio calceamenta, &c.* En Baſilij patriam imitatorum diſciplinæ Monaſticæ, quæ in Ægypto Palæſtina, Celoſyria & Meſopotamia vigebat, quos ipſe ſectatus eſt, exemplis ante ipſum prædiuitem. Conſtat autem ex toto lib. 3. Ægyptum Monachis in commune degentibus Reguliſque Sanctorum Patrum Antonij, Poſthumij, Pachomij, Macharij informatis præextitiſſe refertam: & ex libro 4. capite 1. & 3. Hilarionem, Syluanum, alioſque vetuſtiſſimos Patres vitam egiſſe communem. In Syria verò & Meſopotamia Iacobi Niſibitæ, Marciani, Euſebij & aliorum ante ipſum, ipſiuſque æuo floruiſſe palæſtras eodem lib 4. c. 10. à n. 1. ac tandem ipſi coætaneos extitiſſe Ephrem & Chryſoſtomum Monachos & Monachorum ductores & legiſlatores. Cum igitur fateatur apertè Baſilius patriæ ſuæ Monachos Ægyptiorum, Paleſti-

norum & Syrorum ſe vidiſſe imitatores, horum autem æmulatorem ſe præbuiſſe, conſequens omninò videtur, illos ante ipſum vitam communem egiſſe, vtpote æmulatorem in commune viuentium, cum verò Regulis quidem à ſe editis patriæ ſuæ Cœnobiticam diſciplinam illuſtraſſe, minimè verò illius autorem extitiſſe. Rem totam ordine tradidit, & expreſſit Nicephoros lib. 11. Hiſtor. Eccleſ. cap. 41. vbi, cum egiſſet de Maroſa; Paulo, Baſſo aliiſque Syriæ & Celoſyriæ Monachis, ſubdit: *Omnes verò propè quos recenſuimus Monachi longæui fuere: id quod diſpoſitione & prouidentia Dei mihi factum eſſe videtur, videlicet, vt tam diuturno & exacto Vita Inſtituto incrementum Religio caperet.* Et ſtatim poſt pauciſſima. *Facilis autem coniectura eſt hoc genus Phia initio inde ſumpto ad Galatas vſque & Capadoces finitimoſque eis populos, item ad auxilium Pontum, Bithiniam & Helleſpontum perueniſſe quorum plures in communibus domicilijs per vrbes & vices habitarunt: Vel quod nondum traditionibus & exemplis eorum*(nempe Monachorum Syrorum)*qui dicti ſunt, aſſueuiſſent, vel quod propter hyemis aſperitates regiones illæ, & maximè Pontus, Capadocia, & Galatia, natura frigidiſſimæ ſint; proindeque non facilè plurimi in ſolis ibi locis degere poſſent.* Poſt hæc autem agit de Euſtachio Baſilio, aliiſque Syrorum imitatoribus per Aſiam & Pontum. En ex Nycephoro originem Monaſteriorum in Aſia, Baſiliumq; imitatorum in cõmune viuentium: ac tandem expreſſum cur ante Baſilium in Vrbibus & vicis extructa fuerint cœnobia. Subdit autem *Verumtamen non omninò montes earum* (regionum) *ab huiuſcemodi Philoſophie vacui fuere* nempe quos Monachis Baſilius & collega Gregorius repleuere; ad quos immediatè Nycephori tranſit oratio.

11. O'iecto Baronij diſſoluitur.

Sed obiicit Baronius Epiſtolam 63. ipſius Baſilij, vbi: *Accuſamur* (inquit) *& huius, quod homines habeamus Monachos pietatis ſtudioſos, qui mundo renunciarint. Nunc autem in Ægypto quidem audio talem eſſe virorum quorumdam virtutem, & forſan in Palæſtina quoque ſunt. Audio & in Meſopotamia, &c.* [Quod ſi in propinquioribus prouinciis (inquit Baronius) nempe Minori Armenia, Ponto & Paphlagonia Monachi tunc fuiſſent autore Euſtathio propagati, vtique de illis dicere ob ſui defenſionem, ſicut de cæteris, Baſilius debuiſſet, Quid enim & Neoceſarienſes (ad quos ſcripta eſt hæc Epiſtola) Ponti primariæ ciuitatis accolæ ſtultè admodum eius rei autorem Baſilium accuſaſſent, ſi antea Euſtathio inuentore Monachi iam in Ponto coaluiſſent?] Hactenus Baronius.

12. Sabellij & Marcelli commẽta in Baſilium.

Cæterùm ſi attentè Scopum & contextum ipſius Epiſtolæ introſpicimus, non ſolum doctis non obeſt; fauet potius efficaciter coniecturæ noſtræ. Atque imprimis Epiſtola hæc non tam pro ſui defenſione à calumniis Neoceſarienſium ſcripta eſt à Baſilio, quam vt propelleret Sabellij Lybici, & Marcelli Galatæ quædam aduerſus ipſum excogitata figmenta, vulgoque Neoceſarienſi ab ipſis ſparſa Rem ordine exponamus. *Sabellius Lybs*, (inquit Baſilius paulo poſt initium Epiſtolæ huius) *& Marcellus Galatas ſoli ex omnibus iſta* (quæ in me obiiciuntur) *& docere auſi ſunt & ſcribere, quæ nunc apud vos, veluti propria eſſent ipſorum inuenta, in medium adferre conantur: qui populum inſtituunt lingua perſtrepantes, & ne ad veriſimilem quidem probationem ſophiſmata iſta & paralogiſmos deducere valentes. Iſti tantam contra hos impudentiam induerunt, vt & ſomnia quadam in nos comminiſcantur.* Sed quænam ea ſunt ſomnia ab ipſis commenta, & in Baſilium iactata? Subdit poſt pauca: *Si quandoque cauſam indicti iſtius & irreconciliabilis belli rogantur, pſalmos cauſantur, & modum melodiæ, quaſi vetus immutata canendi conſuetudo* (hæc prima calumnia) *& huiuſmodi quadam alia.* Quæ alia? Subiungit: *Accuſamur verò, & huius, quod homines habeamus Monachos pietatis ſtudioſos, qui mundo renunciarunt, & vniuerſis ſæculi curis, &c.* Hactenus calumniæ. Attende nunc lector, amabo te, excuſationem Baſilij, qua ſimul & Baronio ſatisfacit, nobis fauet, ac Scabellio & Marcello claudit ora maledica.

13. Cantus melodia in Pſalmis antiqua.

Ad primam inquit: *Ad id quod propter Pſalmodias accuſamur quare potiſſimum ſimpliciores perterrefaciunt, qui nos traducunt, hoc habeo, quod dicam: Quod videlicet, qui iam obtinuerunt ritus, omnibus Eccleſiis Dei concordes ſunt & conſoni.* Quibus apertè innuit ritus, quos iam ante ſe obtinuerunt Ponti gymnaſia, concordes eſſe vniuerſæ Eccleſiæ vetuſtati ſe autem, ſuoſque vetuſti ritus imitatores eſſe, non inuentores. Clarius autem eodem prætextu à ſecundo ſe vendicat paralogiſmo: inquiens: *Ego verò omnem vitam meam impenderem, vt mihi poſſent iſta impingi delicta, haberemque apud me viros, qui ME DOCTORE hoc ſtudium amplexi hactenus fuerint.* Quibus palam carpit ſtultam Neoceſarienſium ſimplicitatem, atque hæreticorum callidum commentum ipſi imponentium EO DOCTORE & ductore in Ponto & Aſia tunc primum, & non antea Monachos coaluiſſe. Aſſumit autem ad ſui defenſionem Ægypti, Palæſtinæ, Syriæ & Meſopotamiæ Monachos vetuſtiſſimos, cunctorumque ore probatiſſimos: ineptè namque Ponti, atque confinium regionum Monachos in exemplum & defenſionem adduceret, de quorum Magiſterio à Sabellio & Marcello ſugillabatur: frigidaque eſſet excuſatio delicti accuſationis ipſius præcipuas materies.

14. Baronius mutat ſententiam.

Quo pacto igitur cohærebunt, lector, Baſilium in Aſia & Ponto primum Monachatus fuiſſe Doctorem: & quod ipſe Baſilius ait: *Ego vitam meam impenderem, vt mihi poſſent iſta impingi delicta, haberemque apud me viros, qui ME DOCTORE hoc ſtudium amplexi hactenus fuerint?* Dicere namque hactenus id ſtudium Ponti & Aſiæ non fuiſſe, *impudentiam, paraligiſmos*, *ſomnia* atque *figmenta* infenſorum ſibi Sabellij & Marcelli compellet. Quibus ergo diſcernemus Baronij piiſſimi ſententiam, ab impiiſſimi Sabellij calumnia? Sane penes hoc dumtaxat, quod piè Baronius Baſilio addictiſſimus, impiè Sabellius Baſilio infenſiſſimus, idem tamen vterque Baſilium accuſat. Incidit iterum Baronius A.C. 362. n. 71. in verba illa Nazianzeni à nobis adducta *Conſultoribus nobis, ſincerisque monitoribus ea in re vſque, nobiſcum hinc profugus in Pontum ſecedit: pietatiſq; gymnaſia, quæ in illis locis erãt, moderatur,*

vbi

vbi vel parũ conſequenter ad dicta, vel memoria lapſus, ſeu potius mutata ſententia ſubdit: *Ex quibus illud intelligas etiam ante Baſilij illuc aduentum apud Ponti ſolitudines iam quadam eſſe cepiſſe habitacula Monachorum: quod & Baſilius ipſe teſtatur ea epiſtola quam ſcripſit ad Euſtathium*: nempe 79. ex qua n. 10. pro noſtra ſententia primum deduximus teſtimonium, ad quod ſententia mutata ſe remittit Baronius. Vide dicta l. 3. c. 3. n. 6.

15. *Sabellij calumnia in Baſilium.* Verum etſi in Aſia & Ponto Monachi ante Baſilium extiterint nouum tamen Inſtituti huius inuentorem ſomniantes calumniabantur hæretici, cernentes nouis à ſe fuſis Regulis pluribuſque conſtructis Cœnobij Pontum illuſtraſſe. Rem tradit Ruffinus lib. 2. cap. 9. de officiis Baſilij & Gregorij in Ponto exiſtentibus, his verbis: *In vnum coire, Monaſteria conſtituere, pſalmis & hymnis & Orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eiſque habitacula honeſta, & quæ ad victum neceſſaria ſunt, præbere, virgines inſtituere &c.* Idem autem Sabellio & Marcello in hac re erga Baſilium vitæ Monaſticæ in Oriente illuſtratorem accidit, quod Nouatoribus hæreticis noſtri temporis erga Ordines Mendicantium: quos cum recentioribus hiſce ſæculi occidenti illuxiſſe nouiſque vitæ cõmunis fulgoribus veterẽ Monaſticem illuſtraſſe, eos vt nouitatum impoſtores, & inuentores impiè calumniantur: quaſi tota rei Monaſtices perfectio in Benedicto non præceſſerit, toraque ſubſtantia in Auguſtino, Hieronymo, Baſilio, Poſthumio, Athanaſio, Pachomio, Machariis, Antonio, Therapeutis, ac demun in Apoſtolis, à quibus cœpit initium.

16. *Euſtathius Monachus non fuit.* Euſtathium autem Sebaſtenum Epiſcopum non tantum autorem vitæ Monaſticæ in Aſia, Ponto & confinibus non fuiſſe, verum neque Monachorum quidem, duplici argumento negatiuo probat doctè Baronius tom. 3. A. C. 361. num. 49. aduersùs quoſdam ſuppreſſo nomine à Sozomeno vbi ſupra citatos, io tantum à vero aberrantes, vt librum Aſceticum Magni Baſilij ab Euſtathio editum effutierint. Primò, quia cum Baſilius Epiſt. 74. & 82. Euſtathij vitam & mores ab incunabulis fermè vſque ad Epiſcopatum, & vltra retexuiſſet, & Epiſt. 79. quos ipſe Baſilius nouerat Monachos enumeret nullibi Euſtathij mentionem facit. Secundo ex Epiphanio Hæreſ. 75. vbi enim de Aërio Hereſiarcha egiſſet eiuſque in Arianiſmo condiſcipulum Euſtathium fuiſſe tradiderit, Monachiſmi eius prorſus non meminit: nullo igitur digno teſte Monachum extitiſſe probari poteſt: quanto minus Monachorum Doctorem? Addiderim: nulli tanquam communi Doctori ante Magnum Baſilium Monachorum Aſiæ ducatum attribui poſſe: caſſoque labore id perquiri: cum Baſilius loco cit. ex Epiſt. 63. apertiſſimè tradat Monachos ſe ipſum in patria ſua præcedentes Syriæ & Meſopotamiæ Monaſticem æmulaſſe. Hos autem non ab vno quodam profluxiſſe, nulloque communi præeunte Doctore per diuerſa gymnaſia coaluiſſe fusè tradidimus lib. 3. c. 2. à n. 1.

17. *Nec autor Aſceticorũ.* Eſto tamen Monachum fuiſſe Euſtathium (quod parum refert) nullatenus tamen probari poſſe autorem fuiſſe Aſceticorum Baſilij conſtat apertè ex capite præcedenti à num. 35. vbi manifeſte oſtenditur Magnum Baſilium eiuſque arctiſſimum amicum Gregorium Aſcetica, quæ ſub ſolius Baſilij nomine circumferuntur in ſolitudine Pontica ſimul elucubraſſe. Nunc autem tempus iam eſt, vt ad Inſtituta ipſa deueniamus, quibus ab vtroque Monaſtices vniuerſa, Cœnobitica nempe & Anachoretica vita geminatis ſplendoribus toto Orbe illuſtrata gloriatur: eoſque in Ponto degentes noſtra comitetur oratio.

CAPVT III.

Magnorum Patrum Baſilij, & Gregorij Nazianzeni Inſtitutiones Cœnobiticæ.

1. *M.S. Caradignenſis fides adſtruitur.* ACcipe lector, Magnorum Eccleſiæ Patrum Baſilij & Gregorij & Nazianzeni decreta, Canones ſeu Regulam, quibus vniuerſis vitæ huius ſucceſſoribus & legiſlatoribus facem prætulere. Ea verò ex limpidiſſimo M. S. Caradignenſis Membranacæi fonte pluries promiſſa iam reddimus, eo puriori quo vetuſtiori, atque ipſis fluentis proximior, vtporè Gothicis caracteribus exarato 800. annorum antiquitatem redolentibus, vt pluribus, iiſque doctiſſimis Hiſpanorum vetuſtatum colentiſſimis compertum euaſit, qui ipſi è regione Gothicas eiuſdem antiquitatis Scripturas poſuere, quibus omnimoda fides debetur. Fontem hunc abſque dubio adiit Smaragdus Abbas eiuſdem æui Scriptor ne riuulos conſectaretur: eoque potiſſimum inter alios vſus eſt Regulam S. Baſilij, quam ad calcem expoſitionis Benedictinæ adiecit, in lucem editurus, vt iam ſupra probatum eſt lib. 3. cap. 3. num. 14. etiamſi in aliquibus, paucis licet, ab ipſo diſcedat. Fluxit ex eodem fonte integra & emaculata Regula S. Pachomij, integraque in ipſam præfatio D. Hieronymi lib. 3. cap. 6. à num. 13. hiſtoriæ huic inſerta; nec non & Regula S. Poſthumij ibid. à num. 24. Vnde iure gloriatur Biuarius fœtum hunc editurus in lucem theſaurum iſtum magno Dei beneficio nactum eſſe. Latuit tantiſper poſt ipſius obitum, ſed eodem fauente nomine Eccleſiæ commodis veteriſque Monachatus ſplendori profuturus in celebri Nucalenſium Bibliotheca inuentus eſt. Regula igitur ſtudiis Sanctorum Patrum Baſilij, & Gregorij Nazianzeni in Pontica ſolitudine elucubrata, ſoloque Baſilij nomine decorata ſic habet: cuius nec recapitulationi parcere volui, ne quid vetuſtati detraherem, quod inpoſterum deſiderari queat.

INCIPIT RECAPITVLATIO de Regula Beati Baſilij Epiſcopi.

2. 1. INTERROGATIO de mandato Dei, quomodo ſit per ordinem vel in modum circuli, vel coronæ?

2. De virtute Dei, quomodo poſſit impleri?

3. De ſeruo Dei, ſi ſolus poſſit habitare, an cum aliis?

4. De rebus ſe conuertentis, qualiter diſpenſandæ ſunt?

5. De Cruce tollenda, & ita ſequēdo Chriſtum.

6. De ſuſcipiendo aduenientem ad Monaſterium.

7. Ex qua ætate qois io conuerſatione Deo conſecretur?

8. Qualis debeat eſſe cootinentia, vel vita Religioſi?

9. Quæ eſt menſura cootinentiæ?

10. Circa cathedras vel accubitus, quod debeant obſeruare?

11. Quis eſt digous, vel decens habitus Chriſtianus?

12. Si licet alicubi ex proprio dicere, quod ſibi videtur bonum?

13. Si oppotteat omnibus, vel quibuſcumque obaudire?

14. Quali affectu debeat quis ſeruire Deo?

15. Quid ſentire debet is, qui præeſt, in quibus præcipit, vel imperat?

16. Peccantem quomodo corripiemus, vel emendabimus?

17. Si quis etiam in paruis delictis affligit fratres, ſi poteſt ſic fieri?

18. Quomodo quis debeat pœnitere in vnoquoque delicto?

19. Qui ſunt fructus dignæ pœnitentiæ?

20. Qui ſe verbo dicit pœnitere, peccatum autem ſuum non emendat, quid eſt?

21. Peccata omnibus confitenda, an certis quibuſqne?

22. Qui pœnituerunt pro aliquo peccato, & iterum ipſum fecerunt?

23. Quali affectu oportate increpare eum qoi increpat?

24. Quali affectu quis debeat ſuſcipere correctionem?

25. Qui triſtatur aduerſus eum, qui increpat, qualis eſt?

26. Quale iudicium debet eſſe de his, qui peccantes deffendont?

27. Pœnitentem ex corde, quomodo oportet ſuſcipi?

28. Erga eum, qui pro peccato oon pœnitet, qualiter eſſe debemus?

29. Si debeat habere aliquid proprium, qui inter fratres eſt?

30. Si quis dicat, neque accipio à fratribus, neque do, qoid de hoc ſentiendum?

31. Si debeat qois accipere aliquid à carnalibus propriis?

32. Quomodo videndi ſunt proximi, vel conſanguinei?

33. Quod ſi deprecantur nos, vt eamus ad domos eorum?

34. Vnde vagatur mens, vel quomodo poſſumus emendare?

35. Vnde nocturnæ phātaſiæ intrant, & turpes?

36. Quali affectu debemus infirmis fratribus miniſtrare?

37. Cum quali humilitate debet quis ſuſcipere à fratribus obſequium?

38. Qualem debeamus habere charitatem ad inuicem?

39. Quomodo poterit quis implere charitatem circa proximum.

40. Vſque ad quæ verba otioſus ſermo iudicabitur?

41. Quis eſt maledicus?

42. Quid eſt detractio, vel derogatio?

43. Qui detrahit fratri, aut audit detrahentem, & patitur, quid dignus?

44. Quod ſi de eo, qui præeſt, detraxerit, quomodo eum obſeruabimus?

45. Si quis mala voce reſpondeat, & admonitus dicat, ſe non iraſci?

46. Quomodo poſſit aliquis non iraſci?

47. Quid eſt manſuetus?

48. Quomodo excidimus vitium mali deſiderij?

49. Quomodo quis oon vincatur libidine ciborum?

50. Quæ eſt triſtitia ſecundum Deum, & quæ eundum ſæculum?

51. Quæ ſunt io Domino gandia, vel quid facientes gaudere debemus?

52. Quomodo lugere debemus, vt beatitudinem conſequi mereamur?

53. Si ex toto ridere non liceat?

54. Quæ eſt ſolicitudo ſæcularis

55. Quomodo nobis accidit importunè dormitare, & quomodo poſſumus abiicere?

56. Quomodo quis ad gloriam Dei facit omnia?

57. Quomodo manducat quis & bibit in gloriam Dei?

58. Quomodo faciat dextra, quod noo ſciat ſiniſtra?

59. Quomodo apparebit is, qui hominibus vult placere?

60. Quomodo quis effugiat vitium hominibus placendi.

61. Quomodo intelligitur ſuperbus, vel quomodo curatur?

62. Quid eſt humilitas, & quomodo implere poſſumus?

63. Si oporteat honorem quærere?

64. Quomodo inuicem obaudire debemus?

65. Obedientia vſque ad quem modum implenda eſt?

66. Qui piger eſt erga mandatum, quomodo poterit induſtrius effici?

67. Qui plus cupit artificia, quā mandatū Dei?

68. Si

68. Si quis indoſtrins ſit, & promptus ad impleoda mandara Dei?
69. Si licet alicui excuſare opus quod ei iniungitur, & aliud quærere?
70. Qui ante cootradicit mandatum, & poſtea implet?
71. Si aurem obediens quis murmuret?
72. Si frater frattem contriſtauetir, quomodo debet emendare?
73. Quod ſi non acquieſcit, cui ſatisfaciat.
74. Qui veniam petenti non acquieſcit.
75. Quomodo habendus eſt, qui ad orationem ſuſcitat fratres?
76. Quid ſi iraſcitur ille qui ſuſcitatur ... quid digne.
77. Quid eſt nolite iudicare, vt non iodicemini?
78. Quomodo ſcitur, qui Zelo Dei iraſcitur?
79. Dicunt quidã, quia impoſſibile erit nõ iraſci.
80. Si oportet ire quò non commonet is, qui præeſt?
81. Si omnino volenti litteras diſcere intelligeudum eſt?
82. Si licet vnicuique vitare opus, quod grauius videtur?
83. Quomodo qois promptus fiat ad pericula propter mandarum Dei?
84. Quomodo obediendum ei, qui ad bonum hortatur?
85. Quali animo debet eſſe, qui proficit opere bono?
86. Maiores qualibus exemplis docebuot minores, vel neophitos?
87. Si dicat quis volo apud vos aliquod tempus facere?
88. Abſtinenti nimiè, ſi oporteat concedi?
89. Si multũ ieiunua poteſt alios cibos quærere?
90. Quomodo oportet ieiunare, cũ iniungitur?
91. Qui non vult ipſis cib's veſci, quibus alij, ſi recte facit?
92. Qui ſe dicit communibus lædi, & plorat, ſi ei alius non datur.
93. Si quis propterea murmuret, quid ei faciemus?
94. Si oportet, eum qui plus laborat, requirere plus?
95. Quali affectu oporreat accipere veſtimẽtũ?
96. Si quis iratus noluit ſuſcipere, quæ ad vſus præbentur?
97. Si neceſſe eſt omnes conoenire ad horam prandij.
98. Pauperes conueoientes ad oſtium, quomodo dimittimus?
99. Si licet vnicuique aliquid pauperibus dare, abſque mandaro?
100. Si frater iunior iuſſus fuerit docere ſeniorem?
101. Si debẽt peregrini intrare io loca fratrum?
102. Abſque præſidentis animo non ſuſcipienda artificia.
103. Vtenſiliorum quomodo cura agenda?
104. Si per negligentiam pereant vteoſilia?
105. Quod ſi à ſe ipſo commodare voluerit, aut accipere ab alio?
106. Si quis præſidens requirat vtenſile à ſe datum?
107. Qui in opere occupatus non occutrit ordine pſallentium?
108. Vt in oratione ſenſus non vagetur.
109. Quomodo fit vt mens non vagetur?
110. Quid eſt, pſallite ſapienter?
111. Diſpenſator quomodo diſpenſet cellarium?
112. Si diſpenſator iuſta acceptatione perſonas agat?
113. Si autem neglexerit dare fratri, quod opus eſt?
114. In mandatis Dei ſi vna menſora eſt omnibus?
115. Si æqualiter habendi ſunt plus proficientes, & mious?
116. Quod ſi cootriſtatur is, qui bonoratur?
117. Peccata commiſſa, quis qualibus lacrymis deleat?
118. Quibus non accedet pro Deo diſpenſare res ſuas?
119. De ſeruo, qui nouit voluntatem Domini, & non fecit?
120. Qui facit volootatem alicuius, ſi particeps eius eſt?
121. Qoi conſentit alterius peccato, ſi reus eſt?
122. Si oportet peccantibus ſilere?
123. Dolor compunctionis aliquando vltro, aliquando nec adhuc.
124. Quomodo quis particeps ſit Spiritus Sancti?
125. Qui ſunt paupetes ſpiritu?
126. Obſeruatio mandati quomodo impletur?
127. Quomodo ſeutietur, operamini cibum, non qui perit?
128. De diuerſitare tunicæ.
129. Si cum clamore poterit loqui?
130. Qui de labore ægrotat?
131. De cibi cogitatiooe extra tempus.
132. De eulogia accipienda.
133. Quæ cura de lana habenda.
134. De corpore Chriſti ſumendo
135. Quis eſt boous theſaurus?
136. Pro ſemper tacere.
137 De loquendo dum pſallitur.
138. Iudicia Dei timenda
139. De via lata timenda
140. De via anguſta bona
141. De auaritia
142. De perperam agere.
143. De habitu ornato.
144. De veſte compoſita.
145. Quid eſt racha?
146. Non inanis gloriæ cupidi.
147. Quid eſt inquinameotum carnis, & inquinamentum Spiritus.
148. Quis eſt mundus corde?
149. Quomodo poteſt aliquis odium habere aduerſus peccatum?
150. Quomodo ex animo quis facit voluntatem Dei?
151. Quæ eſt menſura in charitate Dei?
152. Quomodo quis obtineat, vt poſſit habere charitatem Dei?
153. Quæ ſunt indicia eſſe in nobis charitas Dei
154. Quomodo vitium ſuum cognoſcit, qoi ſe ipſum diligit?
155. Quomodo apparet, qui diligit fratrem?
156. Si inimicos ex affectu poteſt diligere quis, aot per beneficia.
157. Quid eſt: Iraſcimini, & nolire peccare?
158. Quid eſt: date locum iræ?
159. Quæ eſt differentia amaritudinis, & furoris?

160. Quis eſt,qui à Domino iuſtificatur?
161. Quomodo fit quis ſicut infans?
162. Quid eſt; prudentem eſſe ſicut ſerpentem?
163. Regnum Dei ſuſcipere ſicut infans?quid?
164. Quis eſt elatus,vel iactans?
165. Quid eſt : Charitas non dehoneſtatur?
166. Quæ eſt gloriatio in Domino,vel culpabilis?
167. Qualem intellectum Deo petere debemus?
168. Si Dominus dat ſapientiam, cur culpatur ſtultus?
169. Beneficium præſtanti quomodo gratias agimus?
170. Quid eſt Græcè *ωσιν* vel iuſtum?
171. Quomodo dat quis Sanctum canibus?
172. De ſacculo in via non portando.
173. Quid eſt panis ſubſtantiuus, quo iuuamur?
174. De ſororibus videndis.
175. Qui dum vitium vult emendare, in peius proficit,quid facit?
176. Qui contriſtatur pro eo quod non debet fieri,ſi ei indignandum eſt?
177. Quomodo debeant fortiores infirmitates infirmorum portare?
178. Quid eſt : Inuicem onera veſtra portate?
179. Si oportet orare nos,ne accedant nobis dolores corporales?
180. Quis eſt aduerſarius noſter,& quomodo ei conſentire debemus in via?
181. Si aliquo tempore abſtinendum à quibuſdam cibis?
182. De voluntariè peccantibus, & de ignorando quales ſunt.
183. Si quis cogitauerit aliquid facere, & non fecerit?
184. Malum propoſitum ſi melius eſt proiicere, an timendo committere peccatum?
185. Si diſpenſator debet implere : Omni petenti te tribue?
186. Qui nihil habet proprium, ſi debet nudum veſtire?
187. Quomodo poteſt quis ſine charitate tantam fidem habere?
188. Quis eſt, qui abſcondere dicitur talentum?
189. Quid eſt immunditia,& impudicitia.
190. Quid eſt proprium furoris, & proprium indignationis?
191. Quomodo probatur qui ex effectu arguit peccantem?
192. Si oportet adueniens ad Monaſterium ſtatim artificia diſcere.
193. Si quis non deſiderio arguendi fratres, arguat,quomodo oportet?
194. Quomodo debeant corripi delinquentes.
195. Si pro omni peccato Sathanas cauſandus eſt?
196. De ſeruo fiſcale veniente ad Monaſterium,quomodo habeatur?
197. Si oportet eum,qui præeſt, loqui virginibus extra eam quæ præeſt.
198. Si oportet eum, qui præeſt cum ea, quæ præeſt,frequenter loqui.
199. Si oportet matrem adeſſe cum ſoror Presbytero peccata confitetur.
200. Geſta turpia ſi omnibus confitenda, an certis quibuſque?
201. Rectè ne indignatur ſenior mater, ſi ea abſente præcipiat Presbyter aliquid ſororibus.
202. Si poteſt impedire propoſitum ſancti hominis Sathanas.
203. Quomodo fit aliquis in præſenti ſæculo ſtultus.

Explicit Recapitulatio de Regula S.Baſilij.

INCIPIT PRÆFATIO de Regula S.Baſilij Epiſcopi.

SATIS libenter, chariſſime frater Vrſaci, aduentantes [b] *de partibus Orientis, & deſiderantes* [c] *iam fratrum conſueta conſortia, Monaſterium tuum ingreſſi ſumus, quod ſuperpoſitum anguſto arenoſi tramites dorſo, hinc atque inde* [d] *paſſim,& incerti maris vnda circumfluit. Rara, tamen modo latentem locum* [e] *è minus arguit pinus,ex qua & Pinaticarum* [f] *nomen ſæculo* [g] *dedit. Et inde* [h] *maximè delectati ſumus, quod non,vt aliquibus mos eſt,vel de locis,vel de opibus Orientis,ſolicitè percunctatus es: ſed quanam ibi rerum* [i] *Dei obſeruatio haberetur? quæ animi,virtutiſque* [k] *Inſtituta ſeruantur in Monaſteriis, requiſiſti. Ad hæc ego* [l], *ne quid tibi minus dignè, non dico,quam geratur; ſed quam geri debet, exponerem,S. Baſilij Cappadociæ Epiſcopi,viri fide, & operibus, & omni ſanctitate ſatis clari Inſtituta Monachorum, quæ interrogantibus ſe Monachis, velut cuiuſdam iuris* [m] *reſponſa ſtatuit, proferri. Cuius cum deffinitiones* [n] *ac ſententias mirareris,magnoperè popoſciſti,vt hoc opus verterem in latinum* 3.

Polliceris [o] *mihi quod per vniuerſa Occiduæ partis Monaſteria, ſi hæc Sancti, & ſpiritualis viri,ſancta & ſpiritualia innoteſcerent Inſtituta, omnis* [o] *ille ſeruorum Dei profectus, qui ex huiuſcemodi Inſtitutionibus naſceretur, mihi quoque* [p] *ex eorum vel meritis, vel orationibus, aliquid gratia,vel mercedis afferret. Exhibui ergo, vt potui, miniſterium meum: imple tu & omnes qui legitis,& obſeruatis,gratiam, vt & agentes, & orantes ſic, quemadmodum Inſtituta hæc continent,mei quoque memores ſitis: Tui ſanè ſit officij etiam aliis Monaſteriis exemplaria præbere,vt ſecundum inſtar Cappadociæ, omnia Monaſteria eiſdem,& non diuerſis vel Inſtitutis, vel obſeruationibus viuant.*

Ad Viſacium. a Vrſaci Smarag. b aduenientes. c Conſiderantes ſed primus bene. d Huc atque illuc. e Lucentes loco ſed minus aptè. f Pinide. g al loco & melius. h Eo tamen. i Seruorum, Dominus aptè. k Virtus,quo minus benè. l Ergo minus aptè. m Viri ſed perperam. n Pollicens. o Deeſt omnis in Smar. p Deeſt mihi quoque in Smarag.

NOT. Præfationem hanc totiuſque huius Regulæ tranſlationis in latinum Ruffino ceu Domino tribuit Smaragdus & alij. Id tamen negat Ianus Cornarius meditatione Veneras A. C. 1548. qui vna cum Adamo Tumano vniuerſa Baſilij opera antea à diuerſis conuerſa nouo ſtylo latinitate donauit; atque in Epiſt. nuncupatoria ad Cardinalem Albertum Epiſcopum Moguntinum recenſitis Baſilij tranſlatoribus, nempe Argyropilo, Volaterrano, Eraſmo Rotet. & Georgio Trapezuntio Ruffinum ſilentio obruit. Imo de ſecundo Baſilij operum tomo Aſcetica ipſius complectente loquens inquit: *At vero ſecundus tomus, quem item Celſitudini tuæ dicatum inſcribo, mediam* 4.

Quis Præfatij autor & Regulæ interpres?

Baſilij Interpretes.

mediam videlicet Operis quadripartiti partem, nihil habet, quod ab aliquo ante me fuerit attactum, præter librum de Spiritu ſancto, quem paucis ante obitum annis Eraſmus Roterod. conuertit. Autori huic, & ſi alias damnato, fides in hac re habenda eſt, vtpote Græci & latini ſermonis peritiſſimo, quippe cui conuerſio Operum Baſilij in latinum à viris grauiſſimis iniuncta eſt, & poſtmodum laudata: aggreſſurus omnque nouam integramque tanti voluminis verſionem, prius eorum, qui idem ſuſceperant negotium, ſyllabum texuit, Ruffinum autem prætermiſit, cuius Aſceticorum verſionis nullam mentionem apud Scriptores reperit; & ſi aliorum Baſilij Operum apud Trithemium inueniatur Tranſlator. His adſtipulatur Ioannes Gillotius in editione Pariſienſi in limine ſecundi tomi Operum D. Baſilij quem ab Aſceticis exorditur vbi hæc habet: *Sancti P. N. Baſilij Aſcetica & Ethica. Primum quidem latio donata per Adamum Fumarum,* &c. Ruffini autem non meminit, quippe cui abſque fundamento tribuitur prima Tranſlatio; imò neque Cornatij, forſam quia damnati: ſed immerito, cum nihil ad rem damnatio pertineat, atque verſionem primam ſimul cum Fumano elucubrauerit. Falsò tamen Cornarius primum ſe Interpretem Regularum fusè diſputatione fuiſſe gloriatur, cum ipſius editio 108. annorum antiquitatem non excedat, Codex autem Caradignenſis, quo vtimur, 800. ab hinc annis ſe proferat exaratum: quod Smaragdo Veterem Interpretem inquirenti, nec aliom ad manum habenti præter Ruffinum, occaſio deceptionis fuit.

5. Autor præfationis & Regulæ Interpres Monachus Hiſpanus.

NOT. II. Res quidem obſcora nimis & cæca eſt, quiſnam autor Præfationis, ac Regulæ Interpres, quis ille Vrſacius, qoem alloquitur, quæ illa Occidentis Regio, ad quam Interpres ab Oriente appolit, quis ille locus, qui à *pino* eminus apparente, *Pinni do* vel *Pineticarum* nomen accepit, ac tandem cuius Inſtituti fuetit Vrſacij Monaſterium? quæ omnia plus coniectura, qoam ſcientia iouestiganda ſunt. Suſpicor Præfationis autorem ac Regulæ Interpretem Hiſpanum fuiſſe, ac Monachum Benedictinum, qui permiſſu peragrandi Orientalium Monachorum palæſtras, ab eo, qui ſibi præerat, obtento expleta iam peregrinatione, Monaſterium ſuum in Occidente ſitum repedauit: quod ſatis indicant Verba illa: *Aduentantes de partibus Orientis, & deſiderantes iam Fratrum conſueta conſortia*, nempe à quibus peregrinaturus diſceſſerat, & quos diù abſens complecti flagrabat: quæ Ruffino Orientali Monacho non conueniunt. Monaſterium autem, quod ſuperpoſitum tradit Interpres *anguſto arenoſi tramitis dorſo*, atque vndique maris vndis circumfuſum, locum obtinuiſſe credo in Prouincia Gellaciæ prope Pontebedram, dorſumque Tumbæ Inſulæ (noſtris *Tumbo*) occupaſſe, quæ intra ſinum Oceani (noſtris *Ria de Marin*) fluctibus maris hinc & inde cingitur, cuius meminit Equilinus lib. 9. Catalog. cap. 71. Prudentius Sendoualius, & Zepius in vita S. Fructuoſi tom. 6. A. C. 646. & Iulianus in Aduerſ. num. 512. in qua Autores ipſi extructum olim fuiſſe aiunt *Pheonenſe* Monaſterium Benedictioi Ordinis (noſtris *S. Iuen del Poyo.*) Fauet huic coniecturæ Ptolomæus tabola 2. Europæ, vbi Regionem hanc vetuſtiſſimis nominibus deſcribens *Pinetum* in eodem Oceani Hiſpani ſino conſtituit, qui ab Inſulis Deorum (noſtris *las Iſlas de Bayone*) ad Pontebadram inflectitur. Hæc autem ſi è regione ponantur, parùm diſtare conſtabit: mediocriter namque nominibus luxaris à *Pineto* ad *Pinetica*, & *Pinnido*, longiuſculè autem ad *Pheon*, & *Poyo* nouarum vocabulum ventum eſt; cuius forſam Abbatem tunc agebat Vrſacius, à quo Caradigna præſens exemplat, aliaque Benedictinorum Cœnobia accepiſſe tranſumpta vltima illa primi Interpretis verba ſuadent: *Tui ſanè ſit officij, etiam aliis Monaſteriis exempla præbere.* Nec aliud coniectura perſequi, ſeu potius diuinare potui.

Vrſacij Monaſterium Gallaciæ ſitum.

In Tumba Inſula

Decreueram inſigniora, quibus Smaragdi lectio à Caradignenſi recedit, litterulis ad marginem annotare, vt io Prologo feci, ad ipſius intelligentiam. Deſtiti tamen, cum pro confuſione vitanda, tum præcipuè, quia non multum id conferr ad noſtrum inſtitutum: aliqua tamen in Notis aduertemus, ſi vrgeat occaſio.

INCIPIT REGVLA S. BAſilij Epiſcopi De Inſtitutione Monachorum.

NOT. Titulus iſte præfixus eſt in excuſſis duobos Magni Baſilij ſermonibus Aſceticis Regulas fuſius ab ipſo diſputatas præcedentibus; nec abs te qoidem, cum partem non mioimam Inſtitutionum Monaſticarum, qoaſi per compendium complectantur. Hoc aotem titolo Regulam ſuam ab ipſo dooatam, fidem facit Caragdinenſis noſter M. S. 6.

6. Geminus Regulæ huius titulus.

PROLOGVS.

HVMANVM *genus diligens Deus, & docens hominem ſcientiam, his quidem, quibus docendi contulit gratiam præcepit per Apoſtolum permanere in doctrina. His verò, qui ædificari diuinis Inſtitutionibus indigent, per Moyſem proteſtatur, dicens: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: presbyteros tuos, & dicent tibi. Propter quod neceſſe eſt, nos quidem, quibus miniſterium Verbi creditum eſt, in omni tempore paratos eſſe, & promptos, ad inſtructionem, perfectionemque animarum. Et quædam quidem in communi Eccleſiæ auditorio ſimul omnibus de præceptis Domini conteſtari, quædam verò ſecretius perfectioribus quibuſque diſſerere, atque interrogare volentibus de fide & veritate & Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & de conuerſatione perfecta, copiam noſtri, facultatemque præbere, quò poſſit, ex his perfectus effici, & conſummatus homo Dei. Vobis autem conuenit nullum tempus vacuum præterire, quominus de eis*

Methodus & ordo procedendi.

quæ communiter ex omni Eccleſia diſcitis, etiam ſecretius de eminentibus, & perfectioribus inquiratis, vt omne autem vita veſtra inquirendo,
7. *de melioribus ad meliora tranſeatis. Quoniam ergo*
Hortatur ad & *in hoc nos congregauit Dominus, & paululum*
diſputandū. *quidem à moleſtiis turbarum ſilentes agimus, & quieti, neque ad aliud opus animum demus, neque reſiduum temporis ſomno rurſus, & remiſſioni corporis mancipemus: ſed inquiſitione, & ſolicitudine, die ac nocte hoc, quod ſæpius propoſuimus, exigamus, adimplentes illud, quod dictum eſt, per Beatum Dauid, quia in lege eius meditabitur die ac nocte. Si quid ergo vnuſquiſque veſtrum deeſſe ſibi ad conſcientiam putat, ad communem id proferat inquiſitionem: facilius enim pluribus ſimul conferentibus, ſi quid illud difficile vel obtectum videtur, clareſcit, Deo ſine dubio inueniendi gratiam quærentibus, largiente. Sicut ergo nobis neceſſitas imminet, (& væ mihi erit, ſi non euangelizem) ita etiam vobis, ſi ab interrogatione, & inquiſitione ceſſetis, vel ſi remiſſiores, ac reſolutiores ad ea implenda, quæ recta inuenta fuerint exſtatis, ſimile diſcrimen impendit. Propterea & Dominus dixit: Quia ſermo, quem locutus ſum vobis, ille iudicabit vos in nouiſſimo die. Et iterum: ſeruus qui ignorauit voluntatem Domini, & non fecit digna, plagis vapulabit paucis: qui autem cognouit, & fecit contra voluntatem Domini, vapulabit plurimis. Oremus ergo miſericordiam Domini vt & nobis verbi inculpabiliter tribuat miniſterium, & vobis fructuoſum doctrinæ concedat euentum. Tanquam ergo ſcientes, quoniam ſtabunt ante faciem veſtram verba hæc ante tribunal Chriſti; Arguam te, inquit, & ſtatuam eam ante faciem tuam: Intendite animo vigilare ad hæc, quæ dicuntur, & ad opus dignum, quæ auditis, feſtinanter adducite: quia neſcimus qua die, vel qua*
8. *hora Dominus noſter veniet.* NOT. I. Deeſt
In excuſſis non habetur verus prologus Regulæ. in excuſſis fere integer hic Prologus, cuius loco ſermonem quemdam non admodum breuem Proœmij nomine in præceptiones latius diſput. notatum ante ipſas inuenies aſſutumque ad calcem ipſius fragmentum Prologi huius ab illis verbis: *Sicut ergo nobis neceſſitas imminet &c.* penè ad verbum eius doctrinam & ſententiam proſequens vſque ad finem. Sed re maiore conſiderata ſermo ille ex eorum numero mihi videtur, quos (vt in Prologo iſto notat Baſilius) in communi Eccleſiæ auditorio Monachi & ſæculares ex eius ore diſcebant. Conqueritur namque Baſilius per triennium non ceſſaſſe cum lachrymis mouere vnumquemque ad pertractanda ſalutis negotia, eos lamentatus, qui rectè viuendi initium differunt, quoſque nouiſſima hora inuenit imperatos. Rurſus plura ibidem diſſerit de extremo iudicio, de ſeruo non frugi talentum abſcondente, de eo, qui reus eſt totius legis, eo quod vnum tranſgrediatur mandatum, & plura alia in hunc modum, quæ proculdubio ad commune Eccleſiæ auditorium, imo plus ad ſæculares, quam ad Monachos ſpectare dignoſcitur. In
Hunc eſſe geminum Baſilij Regulæ prologum. hoc autem Prologo breuiter ac dilucidè proponit *ſecretius agere de eminentibus & perfectioribus*, & tranſitu *de melioribus ad meliora*; quæ quidem per Interrogationes & Reſponſiones Regulæ huius, & Aſcetica exercitamenta præſtari quis dubitet? Statuit deinde methodum, & modum procedendi pulchro illo vſus teſtimonio Deuteron. 32. *Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi &c.* aliiſque ad rem congruentiſſimis, quibus hunc eſſe geminum ſuæ Regulæ Prologum, palam fit. Atque huic veritati ſuffragatur Tuthemius lib. de Vir. Illuſtr. vbi ait *ſcripſit* (Baſilius) *Regulam Monachorum Lib. I. cuius initium.* Humanum genus.

NOT. II. Sectatur propenſiori ſtudio 9.
Magnus Baſilius veterum Therapeutarum, ac Baſilius ſtudio Scripturarū cunctos prædeceſſores exuperat.
ferè omnium præcedentium Monachorum morem aliquid quotidie ex Sacris Scripturis diſſerentium: & quidem plurimum (vt minimum in hac parte) antecedentium, ac ſubſequentium ſæculorum obſeruantiam ſupergreditur, cum apertè conſtet ex hoc Prologo noctu dieque Baſilium Collectas celebrare conſueuiſſe, quibus Scholaſtico more, quæſtione nunc dogmatica nunc Aſcetica, nunc morali propoſita, præſide ipſo, atque interdum Gregorio Nazianzeno hinc inde diſſerentibus Monachis periculum de propoſita Interrogatione fiebat, quibus obiecta prius veritas argumentorum igne examinata clareſcebat. Et in Hypotypoſi quodam quo præludit ad Aſcetica, Regulam hanc promittens inquit. *His ea deinceps à nobis adiungentur, quæcunque, dum ſimul de ea quæ ſecundum Deum vita eſt diſputaremus, percunctantibus nos fratribus reſpondimus.* Vide cap. ſeq. num. 27. ordinem reſoluendi exortas inter Monachos controuerſias, vbi non poſſum non mirari Magnum hunc legiſlatorem, cui Qualiter leges ferendæ.
nunquam in ferendis legibus fuit pro ratione voluntas, ſed id tantum legis vim habere voluit quod prolixè, ac fusè diſputatum, verum & conueniens eſſe probabat. Pudeant qui ex libidine imperandi ea obſeruanda proponunt, quæ die noctuque fusè ac prolixè dormientes ſomniarunt. De ſtudio autem Sacræ Script. Monachis frequentiſſimo vide dicta lib. 2. cap. 9. num. 16. & cap. 12. num. 19. & 27. & lib. 3. cap. 4. num. 7. & cap. 5. num. 42. & cap. 6. nom. 22. & 55. & lib 4. cap. 2. num. 16. & cap. 4. num. 17. 65. & 66. & cap. 5. num. 21. 22. 51: & 71. Nunc iam ad Canones Regulæ ſanctæ deueniamus.

INTERROGATIO I.

QVoniam dedit nobis ſermo tunc poteſtatem, 10.
vt interrogemus, primo omnium doceri quæ- An in Dei mandatis ſit ordo primi & ſecundi.
ſumus, ſi ordo aliquis eſt in mandatis Dei, vel aliud quidem ſit primum, aliud ſecundum, & ſic per ordinem cætera? An omnia mandata ita ſibi inuicem cohærentia ſint & æqualia, vt vnde voluerit quis poſſit initium ſumere, tanquam in modum circuli vel coronæ?

RESPONDIT. *Interrogatio veſtra antiqua eſt, & olim propoſita in Euangelio, & in eo cum accedens ad Dominum quidam legis doctor, ait: Magiſter, quod eſt primum mandatum in lege? Et Dominus reſpondit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viſceribus tuis. Hoc eſt primum & magnum mandatum. Secundum vero ſimile huic. Diliges proximum tuum tanquam te ipſum. Ipſe ergo Dominus ordinem mandatis impoſuit, primum dicens, & magnum eſſe mandatum, Deum ex tota cordis, & ex tota mente diligere. Secundum verò*

ordine

ordine & conſequentia, & quod illi eſſet ſimile per virtutem: imo quod illud expleret, & quod penderet ex primo, diligere proximum ſicut ſeipſum. Sed & de aliis ſimiliter in Sanctis Scripturis inuenies. Et ſeruatur, vt ego arbitrer, in omnibus mandatis ordo quidam, & conſequentia præceptorum. NOT. Hæc in excuſſis Regula prima eſt ex fusè diſputatione verſione tantum diſcrepans ſed doctrina concudans, cui Smaragdus titulus præfixit *de Ordine mandatorum Dei.*

INTERROGATIO II.

11. Radix virtutum animæ inſita. *QVoniam igitur de charitate Dei primum, ais eſſe mandatum, inde nobis primo omnium diſſere. Nam quia oportet diligi audiuimus, quomodo tamen poſſit impleri, deſideramus addiſcere.*

RESPONDIT. *Optimum ſumpſiſtis ſermonis exordium, & propoſito noſtro valde conueniens. Deo itaque iuuante, nos vt dicitis faciemus. Sciendum ante omnia eſt, quod mandatum iſtud vnum quidem videtur, ſed omnium in ſe mandatorum virtutem complectitur, & conſtringit, ipſo Domino dicente, quia in his duobus mandatis omnis lex pendet, & Prophetæ. Nec tamen nos per ſingula diſcretè res aggredimur ordinem mandatorum, ſed quantum ad propoſitum ſufficit, & præſens ratio poſtulat, inquiramus. Illud ante omnia deſignantes eſſe, quod omnium mandatorum; quæ à Deo accepimus virtutes in nobis ipſis inſitas gerimus: quod ſcilicet neque difficulter tanquam nouum aliquid & alienum à nobis expleatur. Neque rurſus elationis dari nobis aliqua videatur occaſio, ſi putemus nos plus aliquid offerre Deo quam ab ipſo in natiuitate noſtra creationis accepimus. Quoniam quidem ea, quæ inſita ſunt, ſi rectè & competenter moueamus in opus, hoc eſt ſecundum virtutem viuere. Si verò naturæ bene-* 12. Dilectio Dei & proximi naturalis animæ. *ficia corrumpamus, hoc eſt in malitiam vergere. Eſt ergo malitia iſta, definitio: Non recta in motibus animi à Deo nobis inſitis operatio. Cum hæc ergo ita ſe habeant, idem hoc inuenimus etiam de charitate conſtare. Mandatum accepimus diligere Deum. Dilectionis virtutem in ipſa ſtatim prima conditione à Deo anima ſibi inſitam gerit: in quo nec extrinſecus teſtimoniis indigemus: vnuſquiſque enim in ſemetipſo horum, quæ dicimus, ſumet iudicium. Omnis homo deſiderat omne quod bonum eſt, & affectu quodammodo naturali conſtringimur ad omne quod bonum putamus. Sed erga conſanguineos, & carnis proximos nullo docente in amore conſtringimur. His quoque, quorum beneficia acci-* Deus amabilis ſuper omnia. *pimus, omni affectu & officiis copulamur. Et quod aliud tam bonum quam Deus? imo quid aliud bonũ, niſi ſolus Deus? Quis decor? quis ſplendor? quæ pulchritudo? quam naturaliter diligere prouocamur: quæ talis gratia? quæ amoris flamma animæ ſecreta, & interiora ſuccendat. Sicut amor Dei, qui inflammare debet mentis arcana? præcipuè ſi ſit ab omni pollutione purgata; ſi ſit munda anima, & quæ verò affectu dicat; quoniam vulnerata* Dei pulchritudo immenſa. *charitate ego ſum. Ineffabilem prorſus ego ſentio amorem Dei, & qui ſentiri magis quam dici poſſit. Inenarrabilis quædam lux eſt: etiam ſi fulgura, ſi coruſcum adhibeat, vel comparet ſermo, non patiatur auditus. Si Luciferi fulgores, ſi lunæ ſplendores, ſi ipſum ſolis lumen adſumas ad comparationem gloriæ illius, obſcura ſunt omnia, & multo tetriora, quam ſit cæca nox, & obſcuritate profundæ caliginis merſa, limpidiſſimo meridiani Solis lumine comparetur. Decor iſte corporeis oculis non videtur, anima ſola & mente conſpicitur. Qui decor, ſi cuius fortè ſacram mentem, animamque perſtrinxit, flagrantiſſimum in eis amoris ſtimulum defixit. Propterea denique velut amoris cuiuſdam ignibus tabeſcentes, & præſentem vitam perhorreſcentes, dicebant ex eis aliqui: Quando veniam, & apparebo ante conſpectum Domini? Et iterum dicebat iſtius ardoris ignibus flagrans: Sitiuit anima mea ad Deum viuum. Et inſatiabiliter ſe habens erga eius deſiderium, orabat vt videret voluntatem Domini, & protegeretur in templo ſancto eius. Ita ergo naturaliter & concupiſcimus quæ bona ſunt, & amamus. Nihil autem (vt diximus) tam ſummum bonum eſt, vt Deus: & ideo debitum quoddam exſoluimus, hanc, quam ab eo expetimus, charitatem; quæ vtique ſi denegatur, minimèque exſoluatur, ira nos inexcuſabili obnoxios facit. Et quid dico iræ obnoxios? Quæ enim poterit eſſe maior ira, quæ vltio grauior, quam hoc ipſum, ſi accidat nobis, alienos effici à charitate Dei? Quod ſi parentibus ineſt naturalis affectus* 13. Qui Deum non amat feris hebetior eſt. *erga eos, quos genuerunt, & non ſolum hoc in hominibus, verum etiam in mutis animalibus inuenitur; vel pecudibus hebetiores, vel feris belluis immaniores ſumus, ſi nullo erga genitorem conſtringimur affectu: quem etiamſi qualis & quantus ſit ſcire non poſſumus, ex hoc ſolo, quod ex ipſo ſumus, venerari, & diligere parentis debemus affectu, atque indeſinenter erga eius pendere memoriam, ſicut erga genitrices ſuas paruuli faciunt. Sed multo amplius, multoque promptius, quanto & immenſorum nos beneficiorum obnoxios ſcimus, quod & ipſum commune nobis eſſe puto, etiam cum cæteris animalibus. Meminerunt namque etiam illa ſi quid eis quid contulit boni. Si mihi non credis, audi Prophetam dicentem: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. Abſit autem de nobis dici ea, quæ ſequuntur: Iſraël me non cognouit, & populus meus me non intellexit. Quod ſi etiam eos, qui beneficij aliquid contulerunt, nullo docente diligimus, & omni ſtudio, quantum fieri poteſt, referre gratiam nitimur; quomodo perficiemus gratiam referre beneficiis Dei, quæ tanta ſunt, vt effugiant numerum, & ſufficiat vnum aliquid ex omnibus, per totam vitam noſtram efficere nos obnoxios largitori? Nam omitto cætera omnia, quæ quidem & ipſa magna ſunt, & præclara, verùm à maioribus, & melioribus velut ſtellæ quædam, ſplendidioribus Solis ra-* Dei beneficia. *diis obteguntur: Quoniam quidem nec tempus nobis eſt amplius dilatare ſermonem, vt poſſimus, etiam de minimis Diuina erga nos enumerare beneficia. Sileamus igitur quotidianos Solis ortus, & vnius lampadis fulgore illuminatum vniuerſum mundum, Sileamus lunæ circuitum, aëris permutationes, viciſſitudineſque, imbres ex nubibus, flumina fonteſque de terra, latitudines, atque altitudines maris, vniuerſitatem terræ, ac natiuitatis eius animantium, quæ in aquis gignuntur, & quæ coaleſcunt, vel oriuntur in terris, noſtris miniſteriis, vel vſibus deputata. Hæc ergo omnia, & cæ-* 14. Nobiliora Dei beneficia. *tera innumerabilia prætermitto. Hoc ſolum quod, ne volenti quidem præterire poſſibile eſt, ſilere non poſſumus, Et quamuis reticere gratiam non ſit poſſibile, multo tamen impoſſibilius eſt, vt dignum eſt, & competit, proloqui: Hoc, inquam, quod*

ſcientiam

ſcientiam ſuam donauit homini Deus, & rationabile animal eſſe fecit in terra, & ineffabilis paradiſi ebus voluptate ac decore conceſſit. Quemque ſerpentis arte deceptum, & in peccatum lapſum, ac per peccatum in mortem quoque deuolutum, nequaquam deſpexit; ſed legem in adiutorium dedit, præfecit Angelos, deſtinauit prophetas; conatus malitia comminatione ſeueritatis compeſcuit; bona deſideria magnificentiſſimis repromiſſionibus premouit, & finem vtriuſque vitæ in multis imaginibus præſignauit.

15. Dei bonitas. *Verum cum poſt hæc omnia in malis noſtris & incredulitatibus duraremus, non eſt auerſus, nec dereliquit nos Spiritus Domini bonitas. Neque cum beneficiis eius eſſemus ingrati auertere potuimus, miſericordiam eius à nobis, ſed reuocamur à morte, & iterum viuificamur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Infirmitates noſtras accepit, & ægritudines noſtras portauit, & pro nobis vulneratus eſt, vt liuore eius ſanaremur; & a maledicto nos redemit, factus pro nobis maledictum & morte turpiſſima condemnatus, vt nos reuocaret ad vitam. Nec ſufficit viuificare nos mortuos, ſed & Diuinitatis ſuæ participium tribuit, & munus æternitatis indulſit, & ſupra omne quod vel petere, vel intelligere poſſumus, credentibus, & diligentibus ſe præparat quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec* Amorem tantum pro beneficiis exigit. *in cor hominis aſcendit. Quid ergo retribuemus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? Verùm ille ita benignus & clemens, vt nec retributionem quidem repoſcat, ſed ſufficit ei, vt pro his omnibus, quæ largitus eſt, diligatur. Quis ergo tam irremediabiliter ingratus eſt, vt poſt tanta & talia beneficia non diligat largitorem? De charitate quidem Dei iſta ſufficiunt.* NOT. Smaragdus hic caput diuidit, & ſequentia ſub titulo *de Charitate proximi quare & quomodo diligendus ſit*, & capitis 3. Methodo tradit, abſque noua interrogatione à Baſilij methodo recedens. *Propoſitum namque eſt, vt ſuperius diximus non omnia dicere, quia impoſſibile eſt, ſed breuiter & ſuccinctè commemorare quæ amorem Dei inſerere animæ, & ſuſcitare ſufficiant.* NOT. Catadignenſis ſequentia abſque nouo titulo, vel diuiſione ſubiungit. Excuſſi ſub hoc Epigraphe *de Charitate erga proximum*, & ſub tertia Interrogatione; ſed abſte; præiacta namque à Baſilio, vniuerſaliter de Charitate erga Deum & proximum, ac de vtriuſque præcepti adimpletione quærit. Addita ergo in excuſſis nota eſt: vel ex margine in textum introducta, ſicut & plures aliæ ex ſequentibus.

16. Vetuſti Codices ab ignaris turpati. *Conſequens iam nunc eſt, de eo mandato, quod ordine & virtute ſecundum diximus, explicare. Et quidem quoniam lex eas virtutes, quæ anima...... ſunt.* NOT. Reſtituendum ex Smaragdo *à creatore inſita.* Stultus namque aliquis, quorum, vt inquit ſapiens, infinitus eſt numerus, Codicem hunc noſtrum M.S. pluribus locis turpauit, ac membranarum eius candore & lenitate delectatus, margines ipſius, quæ latæ ſatis & ſpecioſæ ſunt, forſiculis circumcidit. Et quidem à lateribus literas aliquas facile ſupplebiles amputauit, ab infima vero parte vltimas lineas folij vnius cum dimidio, ſex videlicet columnarum, ſuffuratus eſt. Parcamus ignorantiæ ipſius ſi forte digni venia ſint ſtolidi iſti nebulones, Bibliothecarum tineæ, antiquitatis hoſtes, qui ſola ſpecioſitate prælodatorum ac cincinnatorum librorum contenti M. S. Codices nunquam ſat veneratos diſcerpunt, pudetque dicere quam obſcenè ac turpiter tractant. Proh nefas! Heu quantam ab his poſt Cypriani, Iberi, ac Biuarij deceſſum Bibliotheca noſtra Nucalenſis, locuples olim vetuſtatum apotheca, eorum ditata Codicibus, ſtudiis honorata, atque Elogiis celebrata, paſſa eſt ruinam! Quot periere membranacea aliaque M.S. exemplaria, Dextri, & Maximi, nec non huius, aliorumque perilluſtrium Commentariorum fontes! Sed ad rem: generale namque atque vbique deploratum malum dolemus, cuius niſi fuſis per ora lachrymis recordari non licet.

Elimet, & excolat iam ſuperius diximus. Ergo præcipimur diligere proximos, ſicut nos ipſos: videamus ſi etiam ineſt nobis virtus & facultas ad huius quoque mandati expletionem. Et quis ignorat, quoniam humanum animal & communicabile homo eſt, & non agreſte aliquid ac ferum? Nihil enim tam proprium eſt naturæ noſtræ, quam alterũ altero indigere, & requirere inuicem, ac diligere quod requirit. Quia ergo Dominus harum in nobis virtutũ ſemina ſeminauit, ſine dubio horum etiam fructum requirit, & teſtimonium noſtræ erga ſe dilectionis, dilectionem accipiet proximorum. In hoc enim, inquit, ſcient homines, quia mei diſcipuli eſtis, ſi inuicem diligatis: & ita in omnibus duo iſta mandata coniungit, vt etiam miſericordiæ opera quæ in proximum fiunt, transferat in ſemetipſum. Eſuriui...... (Proculdubio; *& dediſtis mihi manducare*) *& reliqua, quæ in proximo geſta ſunt, ſe dicit eſſe perpeſſum, cum adiecerit: Quamdiu feciſtis vni ex minimis iſtis fratribus meis, mihi feciſtis. Ergo per primum complectitur ſecundum, per ſecundum verò aſcenditur, & reditur ad primum: vt qui diligit Deum, ſine dubio diligat & proximum. Ait enim Dominus: Qui diligit me mandata mea cuſtodit. Hoc eſt autem, inquit, mandatum meum, vt inuicem diligatis. Ita qui diligit proximum, explet in Deum charitatem, quia ipſe in ſe recipit, quidquid confertur in proximum.* NOT. Quæ ſubſequuntur extant in excuſſ. ſub Interrogatione 4. & titulo *de Timore Dei* Interrogatio abſque Epigraphe. 17. Dilectio proximi inſita à natura. Dilectio proximi Dei dilectionem arguit.

Et quidem in his, qui initia habent, ad timorem Domini, & ad primos aditus Religionis accedunt, prima Inſtitutio eſt vtilior per timorem ſecundum ſententiam ſapientiſſimi Salomonis dicentis: Initium ſapientiæ timor Domini. Vos vero qui iam paruuli in Chriſto eſſe deſiſtis, nec...... (Smaragdus teſtituit *vltra lacte indigetis, cibos*) *ſolidos pro ſtomachi firmitate perquirite, ad nutriendum & paſcendum interiorem hominem, quo per eminentiora quæque mandata perueniat ad perfectum; & in omni, quæ in Chriſto eſt, veritate firmetur. Obſeruandum ſanè eſt, ne forte copioſioris gratia pondus, cauſa nobis grauioris condemnationis exiſtat, ſi ingrati inueniamur in muneribus largitoris.* NOT. Sequentia in excuſſ. ſub Interrogationes anepigrapha extant, ſub titulo *de cohibenda mentis ad futiles cogitationes euagatione.* 18. Timor tyronum initiũ.

Illud autem ante omnia conſiderandum eſt: quia neque aliud vllum mandatum niſi hoc, quod de Mentis euagatio Dei deſideria deturbat.

charitate

charitate Dei & proximi præcipitur, implere quis poterit, ſi per varias & diuerſas occupationes animus oberret; ſed neque artificium vllum, vel vllius induſtriæ diſciplinam adipiſci poſſibile eſt eos, qui frequenter ex aliis ad alia reſeruntur. Omni cuſtodia oportet nos ſeruare cor noſtrum, ne forte deſiderium Dei mala deſideria, & ſordida cogitationes .... (Smaragdus reſtituit) *depellant à noſtris*

Dei memoria neceſſaria ad implenda eius præcepta. *animis, ac detrudant; ſed è contrario aſſidua recordatione & memoria Dei, formam quodammodo eius ac figuram animæ noſtræ ſinguli infigamus, quæ nullis queat intus perturbationibus aboleri. Sic enim & deſiderium nobis Diuinæ charitatis accedit dum frequens eius memoria mentem atque animum illuſtrat; & ad opus mandatorum Dei exigimur, & ſuſcitamur. Ex ipſis rurſum veritatis operibus vel conſeruatur in nobis Dei charitas, vel augetur. Et hoc puto oſtendere volentem Dominum, dicere aliquando quidem: ſi diligitis me, mandata mea ſeruate. Aliquando autem: ſi facitis quæ ego dico vobis, permanebitis in charitate mea, ſicut ego ſeruaui mandata Patris mei, & maneo in charitate eius. Ex quibus edocet, proſpectum operis noſtri debere ex ſua voluntate pendere, vt tanquam ſpeculum quoddam ipſum habentes, & ſemper ad ipſum reſpicientes, opus noſtrum fixis ad ipſum oculis dirigamus.*

A ſimili. *Sicut enim artificia quæ in hac vita ſunt, proſpectum quendam animi gerunt, & ita ſecundum hoc, quod animo conceperunt, etiam in opere vtuntur manuum miniſterio; ſic & in hoc noſtro opere vnus manet nobis iſte proſpectus, atque vnus terminus fixus eſt, quo Deo placere debeamus. Secundum hunc ergo proſpectum opus dirigamus mandatorum; Impoſſibile namque eſt taliter conſtare poſſe operis noſtri formam, niſi voluntas eius, qui iniunxit opus, ſemper in memoria habeatur: vt eius voluntate ſeruata, & labore ac diligentia competenter expleta, ſemper iungamur Deo, dum ſemper eius memores ſumus. Sicut enim, verbi cauſa, faber ſecurim faciens, aut falcem, meminit ſemper eius, qui opus iniunxit: & retinet in corde ſuo cuius magnitudinis, vel qualitatis vel formæ iniunxit fieri ſecurim, & illud ſemper intendens, quod ſibi meminit à Domino operis ſibi iniunctum, ad hoc dirigit manum, & miniſterium, vt forma operis cum eius, qui iniunxit animo, ac voluntate conueniat: ſi autem obliuiſcatur, quid vel quale ſit, quod ſibi fuerit imperatum, ſine dubio aliud aliquid quam iniunctum fuerit faciet: ita & Chriſtianus omnem conatum, & omne ſtudium in actibus ſuis adhibere debet, vt ſecundum voluntatem Dei, qui opus iniunxit, ſuum quoque dirigat opus, et actus ſui ordinentur, & poſſit eius qui præcepit voluntas*

19. *impleri. Tunc etiam illud compleri poteſt, quod ſcriptum eſt: ſiue manducatis ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Si verò declinet à regula, & corrumpat obſeruantiam mandatorum, ex hoc ipſo arguitur quod ſit immemor Dei.*

Plurimum autem prodeſt ad conſeruandam memoriam Dei, etiam ſecretiùs, & ſemotiùs inhabitare: nam permixtum viuere cum his, qui negligentius agunt circa timorem Dei, & contemptum habent mandatorum eius, plurimum nocet: ſicut &

Separatim viuere ad pietatem neceſſarium. *Salomonis ſermo teſtatur, dicens: Cum homine iracundo ne habitaueris, ne forte diſcas vias eius, & accipias laqueum animæ tuæ: Et iterum quod dicit: Exite de medio eorum, & ſeparamini, ad hoc ipſum reſpicit. Igitur ... vt neque per oculos, neque per aures reſpici... amus in illecebras ad peccandū; & paulatim longo vſu inhæreamus conſuetudini peſſimæ. Et rurſus vt poſſimus orationi vacare, oportet primo ſecretius habitare: hoc enim modo & præcedentes conſuetudines excidemus, in quibus contra mandatum Dei agebamus. Non enim paruus labor eſt, vt ſi aliquis à priori non bona conſuetudine reflectat, ac reuocet: quandoquidem nos longo tempore confirmatos vis quodammodo obtinet naturæ. Oportet ergo nos primum omnium negare noſmetipſos, & tollere crucem Chriſti, & ſic eum ſequi.* Cõſuetudo, altera natura. *Negare autem nos, hoc modo: ſi per omnia præterita conſuetudinis obliti, voluntates proprias abnegemus; & non ſolum vita ab hominibus non rectè agentibus, verum etiam à noſtris ipſis inordinatis & incompoſitis moribus ſecedamus. Alioquin vt in eadem quis conſuetudine, atque in priori conuerſatione permanens, emendare ſe & corrigere difficillimum eſt: imò vt veriùs dicam, penitus impoſſibile.*

Sed ad hoc ipſum, vt tollas crucem ſuam, & 20.
ſequatur Chriſtum, plurimum impedit ſocietas & permixtio eorum, qui vitam diſſimilem viuunt. Malorum ſocietas, impedimentum virtutis. *Nam paratum eſſe ad mortem pro Chriſto, & mortificare membra, quæ ſunt ſuper terram pro nomine Chriſti, libenter ferre omne diſcrimen hoc eſt tollere crucem ſuam. Ad quod grande videmus impedimentum poſſe nobis oriri ab his, qui diſſimiles ſunt vel victu, vel moribus, & ad cætera alia, quæ multa ſunt. Accedit etiam hoc, vt reſpiciens anima ad multitudinem nequiter viuentium, primò quidem occupetur, & impediatur, ne ſuorum malorum capiat intellectum, & poſſit vel purgare per pœnitentiam, quæ deliquit; vel à cauſis culparum recedere emendatione vitiorum: in comparatione etenim peſſimorum, aliquid ſe iam magni æſtimat profeciſſe. Deinde in impedimentis, & in perturbationibus atque occupationibus, quas communis hominum vita habere ſolet; illud quod melius eſt, & pretioſius, memoriam Dei non poteſt cuſtodire: quæ depulſa ab animis, & excluſa, non ſolum omni lætitia, & gaudio caret diuino & dilectionis Domini ſuſtinet detrimenta, & dulcedinem non ſentit Diuini eloquij, vt dicat: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo: ſed & in neglectum & in obliuionem prouenit iudiciorum Dei, & in contemptus conſuetudine decidet; quo maius malum & pernicioſius pati nihil poteſt.*

INTERROGATIO III.

Quia oſtendit nobis ſermo tuus, periculoſum 21.
eſſe cum his, qui mandata Dei contemnunt, vitam ducere, nunc diſcere cupimus, ſi oporteat eum, qui ab huiuſcemodi conſortiis diſceſſerit, ſemotum eſſe & ſolum, an verò cum fratribus eiuſdem propoſiti, & eiuſdem animi victum ſuum ſociare.

Vitæ ſolitariæ incommoda. RESPONDIT. *In multis vtile eſſe video victum communem ducere cum his qui eiuſdem voluntatis ſunt, atque propoſiti. Primo quod etiam ad vſus corporales, victuſque miniſterium vnuſquiſque noſtrum ſolus ſibi non ſufficit, & ideo pro his, quæ ad miniſterium vitæ noſtræ neceſſaria ſunt, inuicem opera noſtra egemus. Sicut enim pes in alio quidem ſuis viribus vtitur, in alio vero indiget alienis, & ſine adiumento cæterorum membrorum, nec explere opus ſuum, nec ſufficere ſuis viribus poteſt, ita etiam vita ſolitaria mihi pati videretur; cum neque quod ei ineſt vtile eſſe, neque quod deeſt aliquid acquiri poſſit. Præter hoc autem, nec*

ratio

ratio quidem charitatis vnumquemque pe mittit quærere, dicente Apoſtolo Charitas non quærit quæ ſua ſunt. Deinde ſed ne culpas quidem ſuas vnuſquiſque ac vitia facile dignoſcit; cum qui arguat nemo ſit, & facile huiuſmodi homini accidere poteſt illud quod ſcriptum eſt væ ſoli, quia cum ceciderit, non eſt alius, qui erigat eum. Sed & mandata à pluribus quidem facilius adimplentur; ab vno vero dum vnum videtur impleri, aliud impeditur: vt puta, quomodo ſolus viſitabit infirmum? aut quomodo ſuſcipiet peregrinum. Si vero omnes corpus ſumus Christi, ſinguli autem alterutrum membra perſonantia velut in vnius corporis compagem in Spiritu Sancto aptari, & coniungi debemus ad inuicem. Quæ diſpliceat Deo? *Quod ſi vnuſquiſque noſtrum ſolitariam eligat vitam, ſcilicet non tali aliqua cauſa, vel ratione, quæ Deo ſit placita, vel quæ ad communem cæterorum pertineat diſpenſationem, ſed propriæ voluntati & paſſioni ſatisfaciens, quomodo poſſumus diſciſſi & diuerſi præcepta adimplere, & integra adſignare membrorum ad inuicem conſonantia? Iſte enim talis, neque cum gaudentibus gaudet, neque cum flentibus flet. Quoniam quidem ſeparatus ac diuiſus à cæteris, nec cognoſcere quidem poterit neceſſitates proximorum. Tum deinde nec ſufficere poteſt vnus ad ſuſcipienda omnia dona Spiritus Sancti: quia ſecundum vniuſcuiuſque menſuram Fidei, & donorum ſpiritualium diſtributio celebratur, quodquod per partes vnicuique diſtributum eſt. Rurſum tanquam membra ad ædificationem vnius corporis coeant, & conſpirent, alij datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij fides, alij prophetia, alij gratia ſanitatum, & cætera; quæ ſingula vtique, non tam pro ſe vnuſquiſque, quam pro alijs ſuſcipiat à Spiritu Sancto. Et ideo neceſſe eſt vniuſcuiuſque gratiam, quam ſuſceperit à Spiritu Dei, & in commune prodeſſe.*

22\. Gratia communicata multiplicatur. *Accedit ergo vt is, qui ſemotus viuit & ſeparatus, vnamquamcumque ſuſcipiat gratiam, & hanc ipſam inutilem faciat, dum nihil per eam operatur, ſed effodit eam in ſemetipſo: Quod cuius, & quanti ſit periculi noſtis omnes, qui legitis Euangelium. Si autem & cæteris communicat gratiam, & eam ipſe ſuſcepit, & multiplicatur in eo; dum communicatur cæteris, & ipſe nihilominus fruitur gratia reliquorum.*

Cœnobialis vitæ commoda. *Habet autem quam plurima bona communis vita iſta ſanctorum, quæ non eſt nunc poſſibile omnia dinumerare. Iterum, vt diximus, ad conſeruanda ſancti Spiritus dona commodior eſt multò quam ſi degamus in ſolitudine. Sed & aduerſus inſidias inimici, quæ exterius ſæpius inferuntur multo cautior eſt, & vtilior ſocietas plurimorum vt faciliùs ſuſcitetur à ſomno, ſi quis forte obdormierit ſomnum illum, qui ducit ad mortem Sed & delinquenti delictum ſuum facilius apparebit, cum à pluribus vel arguitur, vel notatur, ſecundum quod & Apoſtolus dicit: ſufficit ei, qui eiuſmodi eſt, obiurgatio quæ fit à pluribus. Sed & in oratione non paruum emolumentum à pluribus naſcitur, tum conſenſu & vnitate orationum, vt ex multorum perſonis per gratiam quæ in nobis eſt, Deo gratiæ referantur.*

23\. Solitariæ vitæ pericula. *Sed & interdum periculo proxima eſt vita ſolitaria. Primum quidem illi periculo ſubiacet, quod certè grauiſſimum eſt: in quo ipſe ſibi placet; neminem habens, qui poſſit probare opus ipſius, videbitur ſibi ad ſummam perfectionem veniſſe. Tum deinde, ſine vllo exercitio degens, neque quid ſibi vitij abundet, neque quid virtutis deſit, agnoſcit: neque diſcretionem habere poteſt in operum qualitate, pro eo quod operandi materia omnis excluſa ſit. In quo enim humilitatem ſuam probabit, neminem habens, cui humilem ſe debeat exhibere? In quo miſericordiam demonſtrabit, totius conſortij & ſocietatis alienus? Ad patientiam verò quomodo ſeipſum exercebit, nullum habens, qui videatur eius voluntatibus obuiare? Si quis autem dicat ſufficere ſibi ſcripturæ doctrinam, & Apoſtolica præcepta ad emendationem morum vitamque formandam ſimile mihi aliquid facere videtur his, qui ſemper fabrile officium diſcunt, nunquam tamen fabrefaciunt opus: vel his, qui inſtructorum arte ſemper docentur, nunquam tamen ædificandæ domus operam dabunt. Ecce enim & Dominus non exiſtimauit ſufficere ſolam verbi doctrinam, ſed & opere ipſo voluit nobis tradere humilitatis exempla, cum præcinctus linteo lauit pedes diſcipulorum ſuorum. Tu ergo cuius pedes lauabis? quem curabis officiis? cuius inferior, aut vltimus eris, cum ſolus viuas? Sed & illud quod dicitur: Bonum & iucundum habitare fratres in vnum: Quod vnguento pontificali in barbam deſcendenti Spiritus Sanctus comparauit, quomodo in ſolitaria habitatione complebitur? Stadium namque eſt quoddam, in quo per virtutis exercitium proficitur; in quo meditatio Diuinorum mandatorum effulget amplius, & clareſcit Hæc communis inter ſe animorum fratrum habitatio habens in ſe illam ſimilitudinem & exemplum, quod in Actibus Apoſtolorum refert de Sanctis Scriptura diuina dicens: Quia omnes credentes erant in vnum, & habebant omnia communia.* NOT. I.

In excuſſis Interrogatio iſta ſeptimum obtinet locum inter fuſ. diſp. eiuſque margini hæc affigitur Nota: *Caue putes hæc ſcripta eſſe B. iſti viro in ſugillationem veriſſimæ Anachoreſees, qualem exercuere Samuel, Helias, filij Prophetarum, Baptiſta, Paulus, Antonius. Abſit In Sarabaytas detorquet hæc, quorum inexplebilem auaritiam ſchemate conuelatam Anachoreticæ paupertatis eleganter pingit Ioannes Caſſian. c. 7. Coll. 18. e. item 8. de genere.* Verùm Baſilius etſi cautè hic legendus, vt notauimus c. 2. n. 32. pariterque Gregorius, vterque tamen totus eſt in oſtendenda Cœnobialis vitæ perfectione ſupra Anachoreſim: omninoque abſtinent ab ea damnanda, quam ipſimet in Pontica ſolitudine ante Cœnobialis vitæ Inſtitutionem ſeorſim coluere, de quo infra cap. 5. quamque ipſe Baſilius innumeris encomiis ſūmiſq; laudibus effert opere à ſe edito peculiari de laudibus vitæ ſingularis, quod ſic exorditur. *Libet de ſingularis vitæ meritis pauca perſtringere, & quid de ſanctæ vitæ culmine ſentiam, Laudando potius quam diſputando breuiter intimare. Sic verò claudit: Hoc porro auſim dicere: Qui ſingularem vitam vſque ad finem vitæ pro diuino amore tenuerit, de habitaculo carnis egreſſus ad habitationem perueniet domus non manu factæ, ſed æternæ in in cælis. Amen* Nec aliud in præſenti præſtat Baſilius quam Nazianzenus præſtiterat in carm. *ad eos qui in communi vita ſunt*, & Hieronymus à nobis adductus l. 4. c. 4. n. 70. vbi nenriquam vitam ſolitariam carpit, quam & ipſe ante Cœnobiticam diu in Chalcidenſi ſolitudine ingen[illegible] virtutum profectu fuerat expertus, ſed vitæ ſpirituali accommodatiorem probat vterque [illegible] Cœnobiticam: Anachoreticam verò poſt Mon[illegible]ticam exercitationem 24. Monaſteria Anachoreſi præfert Baſilius.

tionem ſecurius coli. Quod etiam luculenter expreſſit D.P. Benedictus vitæ etiã Anachoreticæ io Sublacenſi eremo cultor eximius cap.1. Regulę vbi: *Monachorum inquit quatuor genera eſſe, manifeſtũ eſt. Primum Cænobitarum, hoc eſt Monaſteriale militãs ſub Regula vel Abbate. Deinde ſecundum genus eſt Anachoretarũ, ideſt Eremitarum, horũ, qui non conuerſionis feruore nouitie, ſed Monaſterij probatione diuturna didicerunt contra diabolũ, multorũ ſolatio iam docti, pugnare; & benè inſtructi fraterna ex acie, ad ſingularẽ pugnã eremi, ſecuri iam ſine conſolatione alterius, ſola manu vel brachio cõtra vitia carnis vel cogitationũ Deo auxiliante pugnare ſufficiunt*: atque ibi de Sarabaitarũ, & Girouagorũ teterrimo ordine narratione ſubiecta, concludit. *His ergo omiſſis an Cœnobitarũ fortiſſimũ genus diſponendũ adiuuãte Domino, veniamus*. Sarabaitarũ autem ordo calidiori egebat ſtylo, & fortiori vſtione, quã à Baſilio illud vitæ ſolitariæ genus notatur in præſenti quippe *nulla Regula probati* (inquit Benedictus ib. *Sed in plũbi natura molliti, adhuc operibus ſeruantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini aut terni, aut certè ſinguli, ſine paſtore, non Dominicis, ſed ſuis, concluſi ouilibus pro lege eis eſt deſideriorum voluptas, &c.* de quo vide plura l.4.c.4. a.n. 77. De excellentia autem Cœnobialis vitæ ſupra Anachoreticam l.4.c.5.a.n.70. & Baſilium ipſum in excuſſ. Interr. 36. ex fuſſ. diſp. vbi docet, duabus de cauſis contingere poſſe quod quis fratrum contuberniũ decliner, & in ſolitudinem ſecedebat, *vel ex detrimento videlicet, quod ex neceſſitate contubernij naſcitur, vel ex mentis inſtabilitate illius, qui ſententiã mutet*: vbiq; iurè laudat ex prima cauſa diſcedentem: *neque enim iã à fratribus ſe ſegregabit, ſed ab alienis*: Quod B. Benedicto accidit, qui (vt narrat D. Greg. lib. 2. Dial. c.3. cũ precibus quorundã Monachorũ victus, Monaſterij curã, fratrumq; cõtubernium fuiſſet amplexus, poſteaq; conſiceret illicita ſibi non licere, atque eorũ corruptiſſimis moribus cõuenire nõ poſſe, *ad locum dilectæ ſolitudinis redijt, & ſolus in ſuperni inſpectoris oculis habitauit ſecum*. Vide Interrog. 74. ex breuior.

Sarabaitarũ deperditi mores.

Qui liceat fratrum cõtubernium declinare.

25. Vita ſeparata pro communi temporaliũ diſpenſatione, honeſta.

NOT. II. Honeſtam reputat Baſilius eam Monachorũ à fratrum contubernio ſeparationẽ, *quæ ad communẽ cæterorum pertineat diſpenſationem*: Qualis ea proculdubio eſt, quæ pro temporalibus adminiſtrandis (à quibus Monaſtica obſeruantia valde dependet) in grangiis permiſſa Monachis, longis ab hinc tẽporibus inuenitur: vt cõſtat ex primis ſacri noſtri Ciſtercienſis Congregationis Inſtitutis. c.7. a 4.53. 58.70.73. apud M. Angelũ Manriq. tom. 1. Annal. Ciſt. A.C. 1134. c.6. ibique & A.C. 1138. c.5.0.8. & 1144. c.7.0.7. plura de diſciplina à Patribus præſcripta iis, quibus pro communi bonorũ temporalium diſpenſatione ſolitaria vita permittitur. Eam verò iuxta Magni Baſilij ſententiam, adeo contrariam Monachatui, Patres noſtri perpetuò reputauere vt eũ initio naſcẽtis Ciſtercij cogitarent quo ingenio, artificio, vel exercitio, ſe, hoſpiteſque, quos vt Chriſtũ ſuſcipere præcipit, Regula, ſuſtẽtarẽt; diffinierunt ſe cõuerſos laicos, votis ſolẽnibus non cõſecratos de licẽtia Epiſcopi ſuſcipere, quibus prata, ſyluas, vineas, eorumq; agriculturã cõmitteret; non quidẽ ad Monach. leuamẽ ſed ne Monachi extra clauſtra diuagarẽtur. De quo vide plura doctè admodum ab ipſo Manrique notata A.C. 1101. c.3.2.n.4. His autem decurſu temporis immutatis, adeo tamen ſequẽtibus ſæculis noſtrorum animis hæſit hæc obſeruatio, vt in Comitiis Generalib. Congregationis Caſtel. prudẽti lege cautum ſit c.22. n.7. Diff. Ciſt. ne quis Monachorum vltra triẽnium abſq; conſenſu Generalis grãgiæ adminiſtratione fungatur, ſed elapſo ſtatim ad fratrum contubernium redire.

INTERROGATIO IV.

SI oportet primo renuntiare omnibus, & ita venire ad hanc vitam, vel conuerſationem, quæ ſecundum Deum eſt, Domino, & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto dicente, ſi quis venit ad me, abneget ſe metipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Et iterum: Qui non renuntiauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

26. Quibus renuntiandũ.

RESP. *Qui ad hoc venit, vt Deum ſequatur, etiam ſeipſum neget; & tollat crucem ſuam. Certum eſt autem, quia & ante etiam diabolo renuntiauit, & operibus eius. Quod tamẽ non ab his, qui in profectu viæ ſunt, vel qui iam ad perfectionem tendũt, ſed ab iis, qui prima ſtatim confeſſione imbuuntur, fieri ſolet. In hoc autem renuntiat ſicut ſuperius diximus, etiam ipſe ſibi homo, ideſt priori conſuetudini ſuæ, vel vitæ. Renuntiat autem etiam moribus ſuis, & delectationibus ſæculi huius, & conſanguinitatis corporalis, illi maximè, quæ impedire poteſt eius propoſitum: & parentes quidam eos, qui ſe in Chriſto per Euangelium genuerunt, magis putat: fratres autem eos, qui eundem adoptionis Spiritum ſuſceperunt: poſſeſſiones vero omnes ſimul à ſe ducit alienas. Et vt breuiter dicã his, cui pro Chriſto mundus omnis crucifixus eſt, & ipſe mundo quomodo poteſt ſeruus eſſe cogitationum, & ſollicitudinũ mundi, cum Dominus iubeat etiam animam ipſam negandam eſſe pro ſe? Perfecta itaq; ac renuntiatio eſt in eo, vt paſſionibus penitus careat, dum adhuc in corpore eſt. Sed hæc incipit agere ab his primò quæ extrinſecùs ſunt, id eſt à paſſionibus, vel inani gloria, & ſi qua ſunt ſimilia vt ab iis primũ efficiatur alienus, & hoc eſt quod nos docuerunt Apoſtoli Iacobus & Ioãnes, qui reliquerunt patrẽ ſuum Zebedæum, & nauem ipſam in qua erant. Sed & Matthæus relinquens vectigal & argentum ac ſequens Dominum qui non ſolum lucra reliquerat vectigalium, ſed & pericula contempſerat; quod vtique poterat euenire à principibus ſæculi, pro eo quod vectigalium rationes imperfectas atque incompoſitas reliquiſſet. Ita autem cupiditate ſequendi Dominũ ductus eſt, vt in nullo prorſus huius vitæ reſpectum, vel cogitationem ſibi met reſeruauerit. Quia autem neque ad affectus parentum, ſi aduerſantur Dominicis præceptis, neque ad vllam aliquam humanam dilectionẽ oporteat aliquẽ reſpicere, & per hoc ab eo quod propoſuit, impediri, Dominus noſter docet, dicẽs: Si quis venit ad me & non odit patrẽ ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores inſuper, & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus: Simile eſt quod dixit: vt deneget quis ſeipſum.* NOT. Doctrina Reſp. huius, quæ in excuſſis octaua eſt ex fuſſ. diſp. tota verſatur in explicãda abnegatione affectionũ animæ in vniuerſũ, cupiditate, ſcilicet, vana gloria, & aliis à quibus hominẽ extrinſecùs pati inquit S. Doct. nõ quia interiores animi motus nõ ſint, ſed quia ab extrinſecis obiectis mouẽtur, & ſpecificãtur. Excuſſi latius loco cit. materiã proſequũtur, exẽplo ſpecialiter appoſito in abnegatione dominij rerũ ex voto paupertatis. Nec putes Baſilium

Iacobus, & Ioannes quæ reliquerint.

Qualiter Mathæus.

ſitium aliquid Stoicum ſonare dum ait,quod perfecta abtenuntiario in eo ſtat, *vt paſſionibus penitùs careat, dum adhuc in corpore eſt*, loquitur namque de inordinatis affectionibus,quæ ſi deliberatè procedunt ab animo, in virtuoſo eſſe nequeunt: non autem negat motus appetitus ſenſitiui, ſecundum quod à ratione ordinati ſunt, in ſapiente & virtuoſo inueniri; vt patet ex iis, quæ paulò poſt ſubiungit: *Quia autem neque ad affectum parentum,ſi aduerſantur Dominicis præceptis,&c.*agnoſcit ergo in virtuoſo parentum affectum eſſe poſſe,qui Dominicis præceptis non aduerſatur, ex moderatione rationis, Vide D.Th.1.2.q.24 art.2. c. & q. 59, art.2.& 3.capite & 22.quæſt. 123. art.10.& alibi.

INTERROGATIO V.

28. *SI oportet eum,qui ſeruis Dei ſociari vult, relinquere indifferenter propinquis ſuis portionem facultatum ſuarum, Domino dicente, Vende omnia tua,& da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis, & veni ſequere me: Et iterum. Vendite omnia, quæ habetis, & date eleemoſynam?*

Qualiter profitentis bona diſpenſanda.

RESPONDIT. *Arbitror quod is, qui accedit ad Dei ſeruitium, non debeat contemnere, & vt libet relinquere ea,quæ ſibi competunt: ſed tentet omnia ſi fieri poteſt, cum ſumma diligentia abſumi,tanquam ea, quæ iam Domino conſecrata ſunt,quantum fieri poteſt rationabiliter diſpenſare: ſciens quia non eſt abſque periculo in opere agere negligenter. Si verò propinqui eius vel parentes contra fidem veniant, debet rurſum meminiſſe Domini dicentis: Quia non eſt qui reliquerit domum,aut fratres, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centuplum in præſenti tempore, & in futuro ſæculo vitam æternam. Veruntamen oportet eum his, qui ſibi, quæ ſua ſunt denegant, & reſiſtunt, & deſidem faciunt proteſtari, & denuntiare, quia ſacrilegij crimen incurrunt ſecundum mandatum Domini dicentis: Quia ſi peccat in te frater tuus, vade & argue eum, & reliqua. Iudicium verò experiri de his apud iudices ſæculi abnuit Religionis auctoritas per id quod dixit Apoſtolus. Audet aliquis veſtrum negotium habens aduerſus alium iudicari apud iniuſtos, & non apud ſanctos? Et rurſum: Quia iam quidem omnino delictum eſt in*

29. *vobis,qui iudicia habetis inter vos.* NOT. latius ac lucidius in excuſſ. Interrogatione 9. ex fuſ. diſput. diſpoſitio hæc Regularis habetur;in qua tria perſpicuè ſtatuit Baſilius: Primum, profitenti nihil ſibi ex iis, quæ poſſidebat reſeruare licere.Secundum: Monachos in communi, ſeu Monaſterium iure ſucceſſionis in bona nouitij gaudere.Quibus concinit.D.P.Benedictus c.58. vbi de ſuſcipiendis ad profeſſionem fratribus loquens, inquit:*Res,ſi quas habet*(nouitius) *aut erogat prius pauperibus,aut facta ſolemniter donatione conferat Monaſterio,nihil ſibi reſeruans ex omnibus,quippe qui ex illa die, nec proprij corporis poteſtatem ſe habiturum ſciat.*Quem locum eruditè,vt aſſolet, illuſtrat noſter Nicolaus Brauo in Not.ad idem cap.n. 14. 15. & 16.ex Concil. Trid.ſeſſ. 25. de Regul. &

Iure ſucceſſionis Monaſteria Monachorum gaudent.

Caſſiano l.7.c.19. de diuite ſibi aliquid in Monachatu reſeruante, cui Magnus Baſilius. *Et Senatorem*(inquit)*perdidiſti, & Monachum non feciſti.*

Quibus adde execrabilem ac ſecreta punitione dignam Iure potiori eſſe contruprelam eorum(ſi qui forſam ſunt, quod adhuc dubito)qui peculia ſibi in profeſſione reſeruant in exceſſiua quantitate ,vel congerunt poſt profeſſionem. Sed aiunt:His omnibus, ſiue reditus annui ſint,ſiue ſupellectilia,ſiue mobile peculium, dependenter à voluntate Prælati,eiuſque permiſſu vtimur,rerum omnium prorſus abtenunriatu dominio. Benè quidem.Non ſum tam hebes, vt ignores tritam, ac vulgarem differentiam inter dominium,vſumfructum,& vſum, lippis quoque ac tonſoribus notam:at nunc Religiosè diues,ſtolidus tibi,& parum Theologus videri non renuo. Quæ rogo conuentio obſeruantiæ paupertatis, & vſus 30. aureorum? Quid ad me de dominio integri Regni; ſi tamen perpetuò opibus eius, annuiſq; reditibus vtar? Quæ cura quãtumuis auaro eſſet ſæculari de dominio Indiarum, dummodò perpetuo ſibi ab eis prouenientium gazarũ, & annuorum redituum concederetur vſus? Sed inquis: Vſus ipſe adhuc in exercitio liber mihi,atque integer non eſt, ſed dependens à voluntare Prælati. At heù: pecuniâ ipsâ liberum emis pecuniæ vſum. Vix namque aliquam ex opulentis his Pſeudo-Religioſis inuenies,cui penè(ne dicam omninò) liberum pecuniæ vſum auſus fuerit prohibere Prælatus.Quid ſi prohiberet? Quid ſi impediret: Quot tumultus in Monaſterio oirirẽtur?quot querimoniæ! Væ,diceret,quæ tempora, qui mores! Canes non reueretur Prælatus iſte,dignitate iterum atque iterum decoratos non colit,inſulas peſſumdat, Magiſtros paruipendit, infirmis & ſenioribus namq; ex peculio ſibi ad hoc permiſſo ſubuenit;confundit faſque nefaſque. En miſer qualiter peculium ipſum pro poſſidentis perditione decertat: en qualiter pecuniæ obediunt omnia,etiam Prælatus. Eſſentiam & prædicata eſſentialia voti paupertatis, & purè Platonicam eius ideam calleo; nam & ego logicus ſum:ſed vero Monachus etiam ſum, & in re ipſa & in exercitio pecuniæ vſum,& abuſum doleo. Vide circa peculij vſum plura doctè, ſanctè, ac prudenter diſpoſita in Diffinitionib.Ciſterc.cap.23. num. 4 & in Actis Comiticis generalium. A. C. 1641.n.6. Sed ad rem

30.

Peculia Monachorum exorbitantia taxantur.

Fors Baſilij & Nazianzeni æuo, paucis poſt exaratam ab ipſis Regulam illam(quam iuxta Baronij calculum A.C.363. elucubrabant)elapſis annis, in aliquibus etſi pauciſſimis,tum Orientis tum Occidentis Monachis, modò à nobis taxata paupertatis Monaſticæ irrepſerat præuaricatio, quæ anſam præbuerit A.C.370.Valentiniano Imper.ad editionẽ impij illius reſcripti l.20. de Epiſc. & Cler. C. Theodoſij quô eorum auaritiæ cohibendæ prætextu prohibuit, *vt nec per ſubiectam perſonam valeant aliquid vel donatione vel teſtamento percipere.* Cuius rei conſcius D.Ambroſius, impium iudicans pauciſſimorum auaritiam vniuerſo ſtatui Mo-

31.

Ius ſucceſſionis impiè à Valentiniano Monachis proſcriptum.

naſtico

naſtico damnationi eſſe, hæc ad Valentinianum Iuniorem ſcribit epiſt. 31. *Nobis priuata ſucceſſionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus iniuriam, quia diſpendia non dolemus.* Et infra: *Scribuntur teſtamenta templorum miniſtris, nullus excipitur prophanus, nullus vltimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ: ſoli ex omnibus clerico commune ius clauditur, à quo ſolo pro omnibus votum commune ſuſcipitur, officium commune defertur; nulla legata, vel grauium viduarum, nulla donatio: & vbi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio mulcta præſcribitur. Quod ſacerdotibus phani legauerit Chriſtiana vidua, valet: quod miniſtris Dei, non valet.* Quid iniquius?

32. Eius reſcriptum parum piè à Baronio defenſum.

Verum Baronius A. C. 370. Impiam Valentiniani legem aliquatenus excuſare contendens parum piè omnium clericorum ac Monachorum eius ſæculi mores quaſi perditiſſimos & corruptiſſimos carpit pluribus D. Hieronymi locis. Neſcio autem qua fronte paucorum inimicorum Hieronymi deperditam vitam in commune Clericatus & Monachatus probrum obiicit Baronius; niſi fortè ea ſolum rudi ac præcipiti dementia captus, qua vnius Clerici, vel Monachi lapſum in commune Eccleſiaſticorum dedecus fallax, & ſtolidum vulgus ab ipſis naſcentis Eccleſiæ crepundiis referre vſque in præſens conſueuit. Id autem inde tanto Doctori euenit, quod oſcitanter D. Ambroſij relata legerit verba, quibus iniquæ legis rigorem aperiens, inquit: *Et vbi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio mulcta præſcribitur.* Ambroſius autem eiuſdem æui ſcriptor erat, zelo Dei feruidus & morum diſciplinæ auidus qui quidem ſi tantam generaliter in Clericis & Monachis auaritiæ deprehendiſſet corruptelam, ſanè prodens taceret, nec Imperatori obiicere auderet mulctam innoxiis præſcribi, culpa in moribus non deprehenſa. Nec te moueat Hieronymi in Clericos & Monachos inuectiua: tum quia ipſi vehementia ſpiritus à natura donati (vt cum Baronio notauimus lib. 4. cap. 5. nom. 35.) haud facilè fuit de hæreticis ſibi infenſiſſimis loqueuri, intra limites puræ defenſionis ſeſe includere. Tum quia Hieronymi cenſura ad ſommum indefinita eſt, ac proinde de ſingularibus, iiſque pauciſſimis Monachis & Clericis Hieronymi hoſtibus accipienda; quo ſenſu ſemper & omni Eccleſiæ ſæculo vera eſt, ac deploranda; qood & nos nuperrimè fecimus: indefinita aotem & ſingolaris correptio aliquorum, ac pauciſſimorum auaritiæ vitio excæcatorum, nequit abſque temeritate iniquæ admodum legis, ac vniuerſalis reſcripti communis cauſa iudicati.

33. Excuſatio Baronij.

Vidit, ni fallor, ſe exceſſiſſe Barooius: cumque ſibi, tot Mooachorum & Clericorum vitia, quaſi communia enarrare puduiſſet, inqoit loco cit. *At aices: Cur hæc reſoſſa, & in vnum collecta omnibus ſpectanda in Annalibus ponis, perpetuo obruenda ſilentio, quorum cauſa ipſe S. Hieronymus complurium in ſe ſtudia clericorum armauit? Vt ex his lector intelligat ſancienda ab Imperatore legis occaſionem: meque (quod ingenui ſcriptoris eſt) veri amantis hiſtorici probè ſcias explere numeros, nec in gratiam hominum vitia reiiciendo, laudare virtutes.* Sed reuera, hiſtorici verum (an vanum) amantis faſtum, centuplo cariùs emit Baronius quam æſtimatur: Tandem qua veritate ibidem aſſerat reſcriptum adeo iniquum, atque Eccleſiæ autoritati & libertati contrarium, Damaſo Papa agente & conſentiente editum fuiſſe, & in Vrbis Eccleſiis lectum, aliorum iudicio relinquo.

34. Quo temperamento Monachi laicos citare debeant?

Tertio ſtatuit Baſilius, nullatenus debitorem in iudicio citare coram ſæculari Iudice Monachis decere ante admonitionem fraternam ſacrilegij. Hoc autem præmiſſo charitatis remedio, licitum eſſe ſæcularem debitorem coram ſæculari ac competenti iudice citare, exprimit Baſilius eadem Interrogat. 9. vbi poſt noſtræ doctrinam ſequentia leguntur in excuſſis. *Eſt tamen cum clarius aperienda cauſa veritatis ſæpe numerò ipſi ab ipſo illo, qui nobis infert iniuriam, vocati ad dietam vtrique parti communiter indictam, ad nos purgandos debemus deſcendere, non laceſſentes ipſi, ſed laceſſiti: idque ita facere, vt manifeſtè appareat, nos neque iracundia, neque contentioſa pertinacia vlla adductos eo deſcendiſſe, ſed ea re ſolum, vt veritas illuſtrior reddatur cæteris, atque conſpicua magis. Sic enim & illum etiam inuitum, è malis, in quibus eatenus verſatus fuerit, eximemus, & nos à præceptis Domini non diſcedemus, ſi videlicet tanquam Dei miniſtri, non contentionis ſtudio, aut auaritia vlla ducti, conſtanter pro illuſtranda veritate propugnabimus: neque omnino vſquam maius, quam quantum permiſſum ſit ſtudium in re iſtiuſmodi, adhibeamus.* Qualiter vero, in quibus cauſis & coram quibus Iudicibus ſæculares à Monachis citari poſſint vide apud Larream de Legib. pœnalibos p. 2. caſu 10.

INTERROGATIO VI.

35. Nouitiorum probatio.

SI oportet omnes, qui veniunt ad nos, ſuſcipere cum probatione; & qualis iſta debet eſſe probatio, cum Dei clementia omnes vocat per illam prædicationem qua dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

RESPONDIT. *Non ſine diſcrimine quempiam venientem ad nos ſuſcipere ſine probatione oportet? Verumtamen neque immundis, vt aiunt, pedibus indulgendum eſt introire quempiam in ſancta doctrina. Sed ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus iuuenem illum, qui ad ſe venerat interrogauit de priori vita ſua: & cum vidiſſet quia rectè tranſacta eſſet, quod deerat præcepit adimplere: & ita demum iuſſit eum ſequi ſe. Ita etiam nos oportet inquirere de præterita vita, & conuerſatione, ne fortè ſimulata quis mente, & fallaci animo accedat ad nos. Quod ita demum dignoſcitur, ſi facilè omnem laborem corporis, qui iniungitur, ferat, & ad caſtigatiorem vitam promptius inclinatur: vel ſi delictum aliquod ſuum cum interrogatus fuerit, nequaquam pronuntiare confunditur, & medellam delicti, quæ adhibita fuerit, gratanter adſumit; & ſi ad omnem humilitatem abſque vlla verecundia inclinatur, ac vilioribus, & abiectioribus artificijs, ſi ita ratio popoſcerit, tradi ſe non accipiat aſperanter? Cum ergo de ſingulis documentis*

rentis fuerit comprobatus, quia firma mente, & ſtabili conſilio, ac prompto animo ſit, tunc ſuſcipi debet. Et prius quam corpori fraternitatis inſera-tur, oportet ei iniungi quædam laborioſa, & quæ videantur opprobrio haberi à ſæcularibus, & obſeruari oportet. Si libenter hæc, & libere, ac fiducialiter expleat nec confuſionem eorum grauiter ferat, vel etiam ſi in labore impiger inueniatur, & promptus.

NOT. latiùs aliquantulum excuſſi Interr. 10. Tranſtulit doctrinam hanc D. P. Benedictus in cap. 58. ſuæ Regulæ, quam poſtmodum Apoſtolica ſede confirmauit, & ad perfectam annuæ probationis nouitiorũ ante profeſſionem reduxere Concil. Trident. aliæque recẽtiores Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, quas paſſim apud Theologos inuenies, præſertim Th. Sanchez, tom. 2. ſum. Suarez, Tambutinum, & alios quos affert noſter M. Nicolaus Brauo in Notis ad dictum cap. 58. Regulæ D. Benedicti. Nec oblitus eſt Baſilius præuiæ informationis de moribus, & vita, imo luculenter eã ſtatuit exemplo Chriſti Domino priorem iuuenis ad ſe venientis vitam perquirere.

INTERROGATIO VII.

36. *EX qua ætate oporteat noſmetipſos offerre Deo: vel Virginitatis profeſſionem quando oporteat firmam ac ſtabilem indicari, dicente Domino: ſinite infantes venire ad me: Et Apoſtolo Paulo collaudante eum, qui ab infantia Sacras literas didiciſſet; & rurſus præcipiente educari filios in doctrina, & correptione Domini.*

Pueri & virgines quo pacto ad habitũ & profeſſionem admittendi.

RESPONDIT. *Omne tempus à prima ætate oportunum quidem eſſe dicimus ad ſuſcipiendum in eruditione & timore Domini. Firma tamen tunc erit profeſſio virginitatis, ex quo adulta iam ætas eſſe cœperit, & ea quæ ſolet nuptiis apta deputari. Oportet tamen infantes voluntate, & conſenſu parentum, imò ab ipſis temporibus oblatas ſub teſtimonio plurimorum ſuſcipi, vt omnis occaſio maledicti gratia excludatur hominum peſſimorum. Adhiberi autem eis oportet ſummam diligentiam, quo poſſint ad omne virtutis exercitium probabiliter inſtitui, tã verbo, quam intellectu, & opere. Quidquid enim in tenero quis, & paruo inſinuauerit, firmius, & tenacius in poſterum conſeruabis Iniungẽda eſt ergo infantium cura his, qui ante omnia in virtute patiẽtiæ documenta ſui probabiliter præbuerunt, qui poſſint pro merito delicti, & ætatis ſingulis quibuſque etiam correptionis adhibere menſuram: & qui ſeruent eos primo omnium a ſermonibus otioſis, & ab iracũdia, atque ab incitamentis gulæ, & a cũctis indecentibus, atque inordinatis moribus. Si verò cum ætatis augmento nullus in eis deprahẽditur profectus, induſtriæ, ſed vaga mens, & animus caſſus, ac tumens etiam poſt Inſtituta probabilia infructuoſus permanſerit, huiuſcemodi abſcindi oportet, maximè cum iuuenilis feruor rudem laceſſit ætatem. Eorum verò, qui ætate iam robuſta accedunt ad ſeruitium Dei, oportet inquirere, vt diximus, qualitatem vitæ præteritæ, & ſufficere etiam hoc ipſo ſi ſatis inſtanter hoc expetunt, & ſi verum, & ardens deſiderium eſt eorum erga opus Dei. Huiuſcemodi documenta ab his habere oportet, qui valde prudenter de his diſcutere potuerint, & probare. Quum autem fuerint ſuſcepti, ſi forte propoſitum ſuum tranſgreſſi fuerint, nec videri eos oportet, tanquam eos qui in Dominum deliquerint, & profeſſionis ſuæ pactum tranſgreſſi ſunt, dicente ſacro eloquio. Et ſi peccauerit homo in hominem, orabunt pro ipſo ad Dominum, ſi autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo?*

37. NOT. I. In excuſſis poſt doctrinam Interrogationis præcedentis, quæ ipſis eſt 8. agitur in 9. de ſeruis Monachatum profiteri volentibus, ibique reſoluitur eos qui ſeruitutis iugo adſtringuntur, ſi ad fratrum Conuentum profugiant, admonendos, & ad Dominos ſuos remittendos, quod Paulus 1. Timoth. 5. cum Oneſimo feciſſe conſtat, quem ad Philemonem remiſit. Rurſus Interrog. 12. reſoluit S. D. eos qui matrimonio coniuncti ſunt, nullatenus abſque alterius partis conſenſu fore admittendos: *Vir enim ſui corporis poteſtatem non habet.* 1. Cor. 7. Item Interrog. 13. ſtatuit pueros admitti debere, & in obſeruantia ſilentij exerceri, quod & in præſenti tradit ibi: *ſeruent eos primò omnium à ſermonibus otioſis &c.* Deinde Interrog. 14. admonet eos, qui profeſſionem iam factam reſcindere tentant tranſgreſſionis voti ſolemnis, quo ſe ipſos conſecrauerant, & ſacrilegij reos eſſe, proinde indignos, vt eis fratrum ianuæ aperiantur, vel tecto recipiantur: quo argutè in margine oculos conuertere monentur Luterani hypaſpiſtæ Monachatus oſſores, eiuſque antiquitatis detractores: quod in præſenti etiam confirmat iis: *Si forte propoſitum ſuum tranſgreſſi fuerint, nec videri eos oportet.* Tota autem doctrina præſentis Interrogationis fuſius habetur in excuſſis Interr. 15. vbi plura doctiſſime Baſilius de ſeparatione domiciliorum, tum maſculorum à fœmellis, tum puerorum à grandæuis; de moderatione ieiuniorum, vigiliarum, correctionum, ac punitionum in pueris pro ætatis decoro, ac de litterarum ſtudio, magiſtris artium, & ratione diſcendi ipſis congruenti pertractat: quibus, nec non Interrogationis huius doctrina, D. P. Benedictus capita 30. 58. 59. 63. aliaque ſuæ Regulæ reſperſit, vtpotè cuius aureo ſæculo pluribuſque ſequentibus pueri etiam ante rationis vſum admittebantur in Monaſteriis; vbi vſque ad pubertatis annum (quartum decimum ſcilicet, *ex quo adulta iam ætas nuptiiſque apta*, vt Baſilius inquit, reputatur) ſub peculiari, ac pueritiæ accommodata diſciplina educabantur. Quam autem adultam, Religioni, & nuptiis aptam ætatem appellat Baſilius *intelligibilem* compellat Benedictus c. 30. vbi *Quoties*, inquit, *pueri, vel adoleſcentioris ætatis, aut qui minus intelligere poſſunt &c.* & clarius c. 63. vbi ait: *Pueri vbi cuſtodiam habeant; vſque dum ad intelligibilem ætatem perueniant.* Ætatis vero *intelligibilis* nomine eam intelligit, quæ ad 15. annum non attingit quam etiam *infantiam* vocat Baſilius in præſenti & Benedictus c. 70. vbi *Infantibus verò* (inquit) *vſque ad 15. annum ætatis &c.* quibus aperte concinit Aquiſgran. Cõcil. Can. 36. ab vtroq; diſpoſita approbans his verbis: *Pater aut mater tempore oblationis offerant puerum in altari, & petitionem* (hoc eſt profeſſionem) *pro eo coram teſtibus laicis faciant, quam tempore intelligibili ipſe puer confirmet.* Hoc ritu traditi referuntur à D. Greg. l. 2. dialog. c. 4. Maurus & Placidus nobiles pueri D. Benedicto, & adhuc vſque Melliflui Parentis N. Bernardi tempora duraſſe teſtatur eius Epiſtola 1. ad Robertum nepotem: de quo vide Zepiũ tom. 2. A. C. 633. c. 3. Conſule etiam noſtrum Nicolaum Brauo in Notis ad citata Regulæ loca.

Serui ad Dominos remittendi.

Coniugati abſque coniugis conſenſu non admittendi.

Apoſtatæ ſacrilegi.

Puerorum diſciplina.

Quænam Religioni & nuptiis apta ætas.

Aetas *intelligibilis*, quæ?

Puerorum oblationis ritus antiquus.

38.

Puerorum conuerſatio diſciplinæ iactura.

Sed iam decimum ſextum ætatis fatalem annum ad profeſſionis valorẽ præfixit Concilium

cilium Tiident. ſeſ.25.cap.14. & 17. iamque ab antiquiſſimo tempore deſiit conſuetudo teneres pueros admittendi ad habirum Monaſticum: præualuit tamen apud fœminas mos edentulas ac tenellas puellas in Monaſteria ſub Monachali habitu à etepitaculis educandi. Quo temperamento id fieri oporteat vide lib.4. cap.5 .n.19. Quantum autem puerorum conuerſatione iampridem ante Baſilium & Benedictum Monaſtica elanguerie diſciplina, tepuerit ieiuniorum regula, vigiliarum aſſiduitas, ſilentij grauitas, atqoe adultorum mores repueraſcere cæperint, vſque ad ſcythis deſolationem, vide notatum lib.3.c.5.n.50.& 51. Vnde Abbas Iſaac rei huius ex his quæ paſſus fuerat conſcius grauiter, & appoſitè dixit: *Pueros hic non adducatis, quia propter pueros in Scythi quatuor Eccleſiæ* (ideſt Monaſteria) *eremus facta ſunt.* Hùc forſam reſpiciebar Baſilius ipſe ſer.de Abdicatione rerum Vbi hæc habet. *Iuuenis ſiue ætate, ſiue animo, æqualium tuorũ conſuetudinem defugito ab illiſque te non ſecus ac ab ardentiſſima flãma procul abducito, quando illorum opera vſus aduerſarius pleróſque olim incendio dedit, & ſempiterno igni cremandos addixit, ac ſpiritalis videlicet primo charitatis vana ſpecie illectos, in tetorrimam poſtea Pentapolitanam voraginem præcipites deturbauit, & qui ex medio pelago ſæuientibus Vndique procellis, tempeſtatéque incolumes euaſerant, eos iam intra portum ſecuros, vna cum ipſa naui vectoribúſque ſubmerſit.* Et quidem vnaquæque ætas nullo remorante fræno naturæ impetu ad ſua propendet. Quæ namque poterit diſciplina impuberes compeſcere puellas, ne puppis (noſtris *muñecas*) luſitent? quas niſi iam nubiles Veneti offerre non norunt teſte Perſio ſatyr. 2.

—— In ſacris quid facit aurum?

Nẽpe hoc quod veneri donata à Virgine puppæ.

Quis pueros prohibebit

Ædificare caſſas, ploſtello adiungere mures,

Ludere par impar, æquitare in arundine lõga?

Iuxta Horat.ſatyr.4. Nec dubium puerilibus his plures delectati barbatos: cunctaque morum grauitati ad Monaſticem requiſitæ, vſq; ad deſolationẽ officere. Vide infra c.ſeq.n.63.

39. Monaſteria duplicia. NOT. II. Colligitur etiam apertè ex præſenti canone duplicia Monaſteria, Monachorum ſcilicet ac Monialium Baſilij diebus extincta fuiſſe, decenter tamen habitarionis loca diuiſa: quod luculentius in excuſſis habetur dicta Interrog.15.huic 7. reſpondente, vbi de puerorum educatione loquens S. D. hæc habet. *Educandi quidem ſunt cum omni charitate. Seorſimque ipſis, & locus in quo habitent, & victus ratio quam teneant aſſignari debet, tam maſculis quam femellis à ſe diuerſo domicilio ſeparatis.* Expreſſius adhuc interrog. 154.ex Breuior.vbi quærit? *Si aliquando tempus inciderit, vt qui pauci ſunt fratres, & pluribus ſororibus inſeruiant, ij in neceſſitatem deuenerint, vt mutuò inter ſe alij ab alijs diſiungendi ſint ad pleráque diuerſa opera obeundi*, &c. Qui verò diſiungi poſſent, ſi Monaſterium idem non inhabitarent. Quo edocta exemplari D.P.N. Benedicti ſacra familia duplicitatem Monaſteriorum ſæpiſſimè imitata eſt pluribus ſæculis, de quo vide Zæpiũ to.4.A.B.370. tom.5.A.B.463.to.6.A.B.563.c.1.& 590.c.3.

INTERROGATIO VIII.

SI oportet eum, qui ſe pia ac religioſa vitæ dederit, etiam continentiam obſeruare? Reſpondit. Quia in omnibus neceſſaria ſit continentia, manifeſtum eſt primo omnium ex eo quod Paulus Apoſtolus inter fructus Spiritus ſancti etiam continentiam nominat. Tum deinde etiam immaculatum miniſterium per hanc ſeruari poſſe deſignat, cum dicit: In laboribus, in Vigilijs, in ieiunijs, in charitate: Et iterum alibi: in labore, & fatigatione, in Vigilijs multis, in fame & ſiti: in ieiunijs frequenter: Et iterum: Omnis qui in agone contendit ab omnibus continens eſt. Et rurſum. Macero corpus meum, & ſeruituti ſubijcio. Quod vtique non aliter, quam per continentiam videtur implere, & iuuentutis tumor, ac feruor ætatis velut fræno quodam reſtringi, & reprimi per ſolam continentiam poteſt. Non enim expediunt ſtulto deliciæ, ſecundum Salomonem, Et iterum, Vidua in delicijs viuens mortua eſt. Sed exemplum illud diuitis in delicijs viuentis, neceſſariam nobis oſtendit eſſe continentiam, ne fortè: & nos audiamus, quod audiuit, & diues, quia cõſecutus eſt bona in vita ſua. Quomodo autem incontinentia periculoſa ſit, etiam Apoſtolus edocet, cum eam vt propriã illis adſcribit, quos recedere à Deo dicit. Ait enim: In nouiſſimis diebus inſtabunt tẽpora periculoſa: erunt enim homines ſeipſos amantes, & cum plura mala enumeraſſet, ad vltimũ poſuit. Comeſſores, incontinentes, immites. Sed & Eſau malorũ ſuorũ, quaſi fomitem quendam habuit incontinentiam, qui pro vno cibo vendidit primitiua ſua. Sed & prima illa præuaricatio. Hic interſerit Smaragdus quæ in nota aduertuntur, *totius mali muſcipula, & per hanc omnes decipimur ad peccatũ, per quam qui non reſoluitur, neque inclinatur ab ea, omnem ex ſe peccati peſſimum germen excidit.* NOT. Plura de eadẽ re in excuſſ. Inter.16. quę Smaragdus his aſſuit, exẽplis adductis de continentia Christi Domini, Moyſis, Eliæ, Danielis, & Ioan. à qua eorum virtutes exordium ſumpſiſſe ſentit. Et tandem quid nomine cõtinentiæ intelligat, ſic aperit: *Ea deniq; abſoluta cõtinẽtiæ ratio eſt, vt linguæ, vt oculis limites præſcribas, vt auribus minimè curioſam indulgeas auſcultationem, & ſingulis his cancellos, ipſorum officiis quaſi quoſdam circumſcribat, atq; circumdet extra quos qui egreſſus ſit, is incontinens, ac petulãs eſt.* Quo videas non de ſpeciali virtute continentiæ, quæ in abſtinentia à cibis verſatur, ſed de continẽtia generali virtute, & abſtinẽtia ab omni re turpi eſſe ſermonem. Vnde concludit: *Animaduertis quemadmodum circa hoc vnum preceptũ reliqua omnia veluti in choro coniunctim inter ſe cõnexa cohæreant.* Quo ſenſu præſentem doctrinam tranſtulit Benedictus ad c.49. vbi de continẽtia loquens Quadrageſimæ Sacro tẽpore obſeruanda inquit: *Iſtis diebus omni puritate vitam ſuam*, Monachus *cuſtodire debet: Quod tunc digne fit, ſi ab omnibus vitiis nos temperemus*, & infra: *vnuſquiſque ſubtrahat corpori ſuo de cibo, de potu, de ſomno, de ſcurrilitate &c.*

40. Continentia Monachis neceſſaria.

41. Incontinentia periculoſa.

41. Continentia generalis virtus.

INTERROGATIO IX.

QVæ eſt menſura continentiæ?

RESPONDIT. *Quantum ſpectat ad vitam, vel paſſiones, penitus abſtinere, nec vnquam ſuperari. Quãtũ autẽ ad cibos, prout vſus depoſcit, vel ætas, vel labor, vel robur corporis, vel incõmoditas eius, ita etiam modus & qualitas temperabitur cibi. Neque enim poſſibile eſt omnes fratres vnum ordinem,* 42. Menſura ciborum.

ordinem, vel modum, ac regulam cuſtodire. Hi verò qui ſani ſunt, poſſunt omnes vnam menſuram tenere in abſtinentia. Immutari verò oportet per ſingulos, in quibus cauſa aliqua diuerſitatis exiſtit, prouidentia ac prouiſione eorum, quibus diſpenſandi hæc cura commiſſa eſt. Neque enim per ſingula ſermones complecti poſſumus, ſed ea tantummodo comprehendimus, quæ ad communem vel generalem pertinent inſtructionem. Solatia verò incommodorum in cibis, vel eorum, qui iam feſſi ſunt ex opere continentiæ, ſiue aliis quibuſlibet laboribus, quos pro Religione pertulerunt ij, qui præſunt, ſecundum quod res & ratio depoſcit, adhibebunt. Neque ergo tempus reficiendi omnibus idem ſeruari poteſt. Neque modus cibi, neque qualitas, Et proſpectus iſte ſit omnibus vnus, vt non vſque ad ſatietatem perſiſtamus in edendo: repleri enim ventrem, & grauari ex cibis valde inutile eſt, etiam corpori, ad omne opus. Tum deinde quia & grauatur in ſomnum, & quia etiam lædi ex his facilè poteſt. Sed ne ſuauia quidem quæque in ſame ciborum ſectanda ſunt: ſed ſufficit vſum explere viuendi refutata luxuria. Si enim libidini ſeruiamus, nihil aliud eſt, quam Deum facere ventrem noſtrum: quoniam quidem corpus humanum ſemper exoleſcit, & deſinit, idcirco & repleri indiget, ac reformari. Propter quod & naturale eſt cibi deſiderium, id quod ſecundum rectam rationem vſus ipſe ad reparationem depoſcit eorum, quæ exinanita fuerint, & abſumpta, tam aridi, quam etiam humidi elementi. Si quid ergo illud eſt, quod poſſit vel breuius, vel facilius explere hanc neceſſitatem corporis in cibis, id potius eligendum eſt.

43. Tetus, aqua. *Sed & Dominus hoc opinor oſtendit, cum eſurientes refecit in deſerto: qui cum vtique poſſet maiore miraculo copioſiores eis cibos parare, nihil horum fecit, ſed ſimplicem eis exhibet victum, ſecundum Ioannem; quinque panes hordeaceos, & piſciculos duos apponens. De potu verò nec mentio quidem vlla fuit, ex quo illud ſine dubio deſignatur, quod omnibus ſufficiens eſſe poſſit aquæ vſus, & peraeceſſarius; niſi fortè aliquis per infirmitatem corporis lædi ex hoc videatur. Cui ſine dubio ſecundum conſilium Apoſtoli Pauli ad Timotheum ſcribentis, cauendum eſt quod eſt noxium. Sed & quæcumque manifeſtè iam ſunt noxia, corpori deuitanda ſunt, abſurdum enim videtur propter ſuſtentationem corporis cibos ſumere, & rurſum per ipſos cibos corpori inferre perniciem, & non illo illud reddere ad miniſterium mandatorum. Oportet tamen omnimodo illis vti cibis, qui & facilius aut vilius comparantur, ne occaſione*

Quibus veſcendum?

abſtinentiæ inueniamur pretioſiora quæque & difficiliora ſectari, dum ſuauitate condimentorum viles naturæ cibos, non verò delicatum ſaporem extollere conamur. Sed quidquid eſt, quod in vnaquaque prouincia facilius & vilius comparatur, & in vſu omnium communiter habetur, hoc ad vſus noſtros oportet adſumi: & ea tantummodo requiri, quæ ad vitam peraeceſſaria ſunt: id eſt oleum, & alia huiuſcemodi, vel ſi qua etiam ad infirmantium ſolamen adhibentur. NOT. Pro-

44. Continentia quid?

ſequitur S. Doctor Interrogat. 17. ex ſuſ. tractationem de virtute continentiæ, quatenus virtus generalis eſt, quam ſic iterum definit. *Eſt ergo continentia peccatorum ſublatio, vitioſorum affectionum amandatio, corporis ad naturales etiam vſque paſſiones, cupiditateſque mortificatio, principium vitæ ſpiritualis, ſempiternorum bonorum conciliatio, voluptatis aculeum in ſe ipſa abolens*: ibique plura de petulanti riſu, atque immani Cachino amouendo ex doctrina Salomonis, atque exemplis Saræ, & Iobi. Rurſus interrog. 18. cuncta à Monachis deguſtanda reſoluit, quæ in menſa apponuntur, eſumque carnis cunctis permittit, qui potum vini, ſolis in præſenti concedit infirmis teſtimonio vſus Apoſtoli 1. Timoth. 4. his verbis: *Verum enimuerò, ne ſimiles efficiamur inimicorum Dei, qui cauteriatam habeat conſcientiam ſuam, ac propterea abſtinent à cibis, quos Deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus: ſingula (ſi quando tempus inciderit) attingenda nobis ſunt, quatenus iis, qui nos cernunt, oſtendamus omnia eſſe munda mundis, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipiatur.* Quæ edulia à Baſilio permiſſa.
Idem omnino tradit ſer. de Inſtit. Monach. Quod quidam ſtatuiſſe crediderim ne occaſionem ſimplicibus daret exiſtimandi ſe Priſcilianiſtis & Manichæis ſolo nomine diuerſis vt notat D. Leo epiſt. 93. ad Turibium) Hiſpaniam aliaſque Occidentis prouincias Baſilij æuo infeſtantibus & eſum carnium illicitum putantibus, aliquatenus neque à longè conſenſiſſe: quorum errores refert Baronius A. C. 381. & Gaulterius ſecul. 4. in Collatione veterum errorum cap. 34. Sed quanto temperamento ea Monachis indulgentia vti liceret, eodem teſtimonio oſtendit iis: *attingenda à nobis ſunt*; & in præſenti vbi faciliora inuentu, & comparatu viliora, *vt oleum, & alia huiuſcemodi*, ad communem victum aſſignat. Concinit omnino Baſilio D. P. N. Benedictus cap. 39. & 40. quantum ad prudentem mediocritatem, ætatumque ac perſonarum rationem in menſura ciborum habenda. Diſſidet quatenus è contrario eſum carnium ſolis concedit infirmis, & vini potum cunctis permittit. Obiter autem nota lector perpetuum diſcrimen inter vtriuſque Præceptoris Regulas: quod Baſilius tum in præſenti, tum etiam vbique generalia tantummodo tradit ſtatuta, vt ipſe aduertit in hac Reſponſione illis verbis. *Ea tantummodo comprehendimus quæ ad communem vel generalem emineat inſtructionem.* Benedictus verò generali prudentiæ principio paucis tradito, fuſiùs ad ſingularia deſcendens ſtatuto panis pondus, pulmentarius numerum & qualitatem, vini menſuram, prandij & cœnæ horas, &c.

INTERROGATIO X.

QVomodo oportet obſeruare nos circa cathedras, & accubitus, cum tempus popoſcerit: quoniam Domini habemus præceptum, quod nos in omnibus inſtituit ad humilitatem; in quo etiam hoc pronunciauit; vt cum ad conuiuium eamus, diſcumbendi locum nouiſſimum requiramus, & non occupemus locum priorem. 45.

RESPONDIT. *Illud ſcire oportet, quia vbi omnes eodem proſpectu ac propoſito conuenimus, maximè ſi in multis, & maioribus humilitatis noſtræ documenta iam didicimus capere quidem, præuenire vnumquemque inferiorem locum, ſecundum mandatum Domini condecens eſt. Sed* Seſſionis ſeu accubitus ordo.

rurſum

rurſum ſi res ad contentionem veniat de hoc, & vnus alium detrudere velut de loco inferiori conatur, valde eſt improbabile. Cauſa enim ex hoc perturbationis & inquietudinis naſcitur, ſi incipiat armo alteri cadere. Et ſi pro hoc certamina moueantur, ſimile erit, tanquam ſi de primatibus contendatur. Propter quod oportet, etiam in hoc conſiderationes prouidere, vel quid vnicuique noſtrum competat, vel certè indulgere ei cuius cura eſt, & in cæteris & in recumbendo ordinem cuſtodire, & obtemperare ei, vt impleatur in nobis illud quod dictum eſt: Omnia veſtra honeſtè, & ſecundum ordinem fiant. NOT. Glorioſa profectò de nouiſſimo loco contentio, Aſcetica quidem ſchola tanti Magiſtri digna: verùm ſi peruicax eſſe cœperit æquè damnabilis, ac ſi de principe loco pugnaretur. Vnde in excuſſis Interrog. 21. huic correſpondente, *cedendo potius*, inquit, *parandoque ad veram humilitatem peruenimus, quando maius ſuperbiæ ſignum eſt, nimis præfractè contendere, quam principem locum in ſubſellis tenere, quandocumque id facere iuſſi obtemperemus.* Crediderim illis verbis, *& in cæteris, & in recumbendo ordinem cuſtodire*, ad conuerſionis tempus reſpexiſſe Baſilium, etiamſi id præcipuè ſuperioris curæ & arbitrio remittat. Benedictus verò cap. 63. pro eradicanda omni contentionis occaſione diſponit, vt *exceptis his, quos altiori conſilio Abbas prætulerit, vel degradauerit certis de cauſis* (ex meritis ſcilicet vel demeritis) *reliqui omnes vt conuertuntur, ita ſint.*

Vnde penſandæ

INTERROGATIO XI.

QVis eſt dignus, vel decens habitus Chriſtiani? RESPONDIT. *Quoniam ſermo in ſuperioribus humilitatem neceſſariam docuit; ita & qui vult religioſè, ac piè viuere, in omnibus & ſimplicitatem, & humilitatem requirat: Id eſt ea, quæ paruo ſumptu acquirantur. Id obſeruandum puto in corporis vſibus, per quod occaſiones nobis malarum occupationum minimè fiant. Hoc ergo etiam in obſeruatione indumentorum cuſtodiendum puto. Si enim ſtudium nobis habendum eſt, omnium eſſe minimos, & omnium nos nouiſſimos; certum eſt quia & indumentis omnium nos nouiſſimos deputare debemus. Nam ſi ij, qui gloriam ſibi ex indumentorum ſplendore conquirunt, ſatis agunt, quomodo pretioſis & magnificis veſtibus videantur indui; ita conſequens eſt, eum, qui de vltimis & nouiſſimis, id eſt per nimiam humilitatem placere ſtudet, eligere debet hoc, in quo omnium vltimus & nouiſſimus appareat, ſicut ille, qui contrariò de ſummis, & pretioſis videri clarior, & nobilior vult. Si enim in publica cœna arguuntur Corinthij, quod per ſuam abundantiam confundunt eos, qui non habent, certum eſt, quia & in hoc ſimplici & communi omnium indumento, qui ad communem habitum vel vſum pertinet, etſi alter altero differat habitus, vel pretioſior inueniatur, ex ipſa comparatione confundimus non habentes. Sufficienter quoque etiam Apoſtolus huiuſcemodi vſibus breui ſermone regulam poſuit, dicens: Habentes autem & victum & veſtitum, his contenti ſimus. Oſtendimus indumento ſolo, quo tegamur, indigere nos, & non varietate aliqua, & ornamento eius ac decore iactare; quæ vtique poſtmodum introducta ſunt humanæ vitæ artificiis, ac luxuriæ ingenio conquiſita. Sed & primus ille indumenti vſus hæc eadem indicat, cum dicatur Deus feciſſe primis hominibus pelliceas tunicas. Sufficiebat enim ad confuſionem contegendam huiuſcemodi indumenti vſus.*

46. Veſtium faſtus vitãdus.

Verùm quoniam nobis proſpectus eſt indumentis etiam & caleſieri, & foueri, neceſſarium videtur, vt ad vtrumque vſus ipſe temperetur, quo & cooperiri nuditas videatur, & vis frigoris, vel omne, quod extrinſecus lædit, arceri. Sed quoniam in his ipſis alia quidem ſint meliora, alia inferiora, conſequens eſt ea eligere, quæ nobis vſum exhibent longiorem, ita tamen vt in nullo lædatur regula voluntariæ paupertatis: id eſt vt alia quidem nobis ſint veſtimenta ad procedendum præparata, & alia ad vſum domeſticum, & rurſum alia in aliud tempus, vel in nocte alia. Sed oportet vnum illum ipſum tale eſſe indumentum, quod nobis ſufficere poßit ad omnia: vt & in die honeſtum videatur indumentum, & in nocte expleat neceſſitatem. Ex hoc enim fiet, vt & habitus noſter communis, & ſimilis atque vnius forma ſit omnium, & Chriſtianum etiam forma ipſa deſignet: ea enim quæ vno proſpectu ac propoſito geruntur, ſimilia, imo eadem eſſe omnibus debeat. Vtile enim eſt, etiam ex ipſa proprietate veſtis & habitus, intelligere vnumquemque, & profeſſionem ſuam agnoſcere in ea vita, quæ ſecundum Deum viuit: vt ſciat ſibi etiam actus conſimiles eſſe debere, & ad eos, qui nos vident, ſecundum habitum noſtrum æquales etiam in actibus apparere debemus. Non enim ſimiliter turpe eſt in quolibet alio ſi inhoneſtè quid agat, ſicut in his, qui vitam ſobriam etiam in ipſo habitu profitentur. Si enim quis videat de triuio aliquem hominem cedentem alium, aut vapulantem publicè, vel turpiter proclamantem, aut in tabernis aliiſque locis vitam cum dedecore ducentem, non obſeruabit quidem facilè huiuſcemodi hominem, vel notabit, ſciens eum conſequenter hac ad reliquam vitam ſuam gerere. Quod ſi videat quis vel parum aliquid contra quam condecet facere, obſeruant omnes & increpant & ad Religionis opprobrium ducunt.

47. Veſtium vilitas & ſimilitudo commendatur.

Notabiliores Monachi ſi vel parum labantur.

Itaque velut pedagogus quis eſt infirmioribus habitus iſte religioſior vt etiam inuitos eos ab opere inhoneſto indecentique cuſtodiat. Denique & Apoſtolus Epiſcopum ordinatum eſſe deſignat, quæ res ad habitum Magiſtri reuocatur. Sed & de mulieribus in habitu ordinato eas eſſe debere. Ordinatus autem eſſe habitus Chriſtiani dicitur is, qui ſecundum propoſitum ac profeſſionem eius aptus intelligitur. Sicut enim proprium eſt aliud militis in habitu veſtimenti, & aliud eſt habitu Senatoris, ex quo præcipuè intelligitur vel iſte quod Senator eſt, vel ille quod miles eſt: ita etiam Chriſtianus habere aliquod proprium etiam ex ordinatione indumenti ipſius debere.

48. Ordinarius habitus.

Sed & de calceamentis eadem ratio obſeruabitur, vt quod ſimplicius eſt, & aptum propoſito, & vſibus ſufficiens, id adſumitur, Zonæ quoq; vſum oſtendunt neceſſarium eſſe etiam, qui præceſſerunt nos Sancti: nam Ioannes zona pellicea conſtringere lumbos ſuos dicitur. Helias tanquam quiddam proprij habitus ipſius deſignatur, cum dicitur: Vir hirſutus zonam pelliceam habens circa lumbos ſuos. Sed & Petrus zona vſus oſtenditur, ſicut ex Verbis Euangelij, quæ ad eum dicta ſunt, recognoſcimus: Accinge te, inquit, & calcea te caligis tuis. Sed & Beatus Paulus zonæ vſus oſtenditur per Agabi prophetiam dicentis: Virum

49. Calceamenta.

Zona.

enim cuius eſt zona hæc, ita alligabunt in Hieruſalem. Sed & Iob audit a Domino: Accingere ſicut vir lumbos tuos. Virtutis namq; id eſt cuiuſdam, & prompti ad opera animi ſignum videtur eſſe vſus cinguli Diſcipuli Domini zona vſus fuiſſe videtur ex more, quibus prohibebat ne pecuniam habeant in zonis ſuis. Reuera enim neceſſarium videtur eum, qui manuum opere vti in aliquo debet, ſuccinctum eſſe, & in omnibus præparatum, ac ſine vllo impedimento inueniri ad omne boni operis miniſterium. Vnde & cingulo indiget, vt vel colligata circa corpus ſit tunica, & quæ magis conſeruari poſſit, ſi vndique conſtricta ſit, vel non impediri ad omnem rem, quam agere parat.

50. Duas tunicas habere præſcribit. *De numero autem indumentorum nihil poſſumus dicere, cum manifeſta definitione præſcriptum ſit: in quo dicit: qui habet duas tunicas, det non habenti vnam. Ex quo ſine dubio plures habere illicitum eſt. Quibus ergo dicitur: Habere duas tunicas non licet; his quomodo aliquid de diuerſitate indumentorum præcipi poteſt?* N O T. Quadrat omnino D. P. N. Benedictus doctrinæ generali Baſilij eaque vterque ſuis Monachis præſcribit veſtimenta quæ minori ſumptu haberi poſſunt: ſed valdè diſcrepant in deſignatione ſpecifica veſtium. Baſilius namque non vult diuerſa ad procedendum vel pro noctibus veſtimenta eſſe parata ab his, quæ domeſtico vſui deſeruiunt; Benedictus vero cap. 55. *Cuculla* (inquit) *& tunica ſint aliquanto his, quas habere ſoliti ſunt, modicè meliores, quas exeuntes in viam accipiant de veſtiario & reuertentes reſtituant.* Baſilius duas tunicas prohibet, Benedictus verò. *Sufficit Monacho* (inquit) *duas tunicas, & duas cucullas habere propter noctes, & propter lauare ipſas.* Baſilius *de numero* (inquit) *veſtimentorum nihil poſſumus dicere*: Benedictus. *Dentur* (ait) *ab Abbate quæ ſunt neceſſaria, id eſt cuculla & tunica, & pedulos & caligas brachile, cultellus, graphium, acus, mapula, tabula*: Et paulo ſuperius: *ſcapulare propter opera*: & cap. 22. *cinguli* ſeu *funis* meminit. Baſilius ſtramenta lectorum penitùs pertranſit; Benedictus, *Stramenta* (inquit) *lectorum ſufficiant matta, ſagum, læna & capitale.* Baſilius pallio vſus eſt. Benedictus cucullam primus Monachis dedit. Quæ valde notanda ſunt ad euidentiam eorum, quæ de diuerſitate Regularum vtriuſque dicta ſunt cap. præced. à num. 38. quæ tu recolas. Vnde etſi aliud non ſuppeteret argumentum, hinc ſatius apparet omnimoda Inſtitutorum ſpecialium contrarietas ſub omnimoda conformitate principiorũ communium erga res Monaſticas; quod paſſim in moralibus accidit. Latiùs aliquantulum de hac materia in excuſſ. Interr. 22. & 23. ex fuſſ. diſp. Incidetque iterum infra Interrog. 95. 128. 143. 144.

Baſilij & Benedicti contraria ſtatuta.

INTERROGATIO XII.

51. *SI licet alicui ex proprio dicere quod ſibi videtur bonum vbique teſtimoniis Scripturarum, Domino noſtro Ieſu Chriſto dicente de Spiritu Sancto: Non enim loquitur à ſe, ſed quæcumque audierit, hæc loquitur. De ſeipſo autem: Non poteſt Filius à ſe facere quidquam. Et iterum: Ego à me ipſo non ſum locutus, ſed qui me miſit Pater, ipſe mihi dedit mandatum, quid dicam, & quid loquar. Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo loquor, ſicut dixit mihi Pater, ita loquor.*

RESPONDIT. *Quis poteſt in tantum temeritatis progredi, vt audeat à ſe quicquam vel loqui, vel cogitare? Imo vero ſciendum eſt, quia omnes duce itineris indigemus Spiritu Sancto, vt ipſe nos in viam dirigat veritatis, & in cogitatione, & in Verbis, & in actibus. Cæcus eſt enim, & in tenebris degit omnis, qui eſt abſque ſole iuſtitiæ, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius mandatis, vt radiis quibuſdam, illuminamur. Mandatum, inquit, Domini lucidum illuminans oculos. Qui ergo in omnibus negotiis, quæ inter nos verſantur, vel verbis quædam quidem per mandatum Dei in Diuinis Scripturis diſtinguuntur, quædam verò reticentur de his quidem, quæ ſcripta ſunt, nulla prorſus licentia permittitur cuiquam vel admittere quod prohibitum eſt, vel omittere quod præceptum eſt, cum ipſe Dominus ita præceperit dicens: Cuſtodi Verbum hoc quod ego tibi mando hodie: non adiicies ad illum neque auferes ab eo. Sed terribilis quædam eſt expectatio iudicij, & ignis zelus, qui conſumpturus eſt aduerſarios, & eos, qui auſi ſunt tale aliquid operari. De his vero, quæ Scriptura reticuit, regulam nobis Apoſtolus poſuit euidentem dicens: Omnia licent, ſed non omnia expediunt. Omnia licent, ſed non omnia ædificant. Nemo, quod ſuum eſt, quærat, ſed quod alterius. Itaque omnimodò, non quæ nobis licita ſunt, ſed quæ ædificant proximos agere debemus. Non nobis placere, ſed proximis ad ædificationem. Scriptum eſt enim. Subiecti inuicem in timore Chriſti. Sed rurſus Dominus ait: Qui vult in Vobis maior eſſe, fiat omnium nouiſſimus, & omnium ſeruus. Quod vtique qui implere vult, ſine dubio proprias ſibi amputat voluntates, ſecundum imitationem ipſius Domini dicentis: Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me Patris. Et iterum præcepit Dominus: Si quis te angariauerit in mille paſſus, vade cum illo alia duo.* NOT. Conſonet his D.P.N. Benedictus cap. 7. gradu 2. & 4. humil. verſ. cap. 71. Extat inter breuiores num. 1.

Nihil facere Scripturæ addendum vel diminuendum.

Humilitas commendatur.

INTERROGATIO XIII.

SI oportet omnibus, vel quibuſcumque obaudire? 52. Quibus obediendum.

RESPONDIT. *Eorum quidem, qui imperant, differentia vel diuerſitas non debet impedire obedientiam Præpoſiti: Quoniam Moyſes obtemperans extitit ſocero ſuo Iethro, cum vtilia monuerit ac iuſta. Commonitionum ſanè non parua eſt diuerſitas: alia namque contraria eſſe videntur mandatis Dei, alia verò interrumpere mandatum vel contaminare illud videntur: alia vero ad explicandum id, atque ædificandum veniunt. Neceſſarium ergo eſt meminiſſe Apoſtolici præcepti dicentis: Prophetias nolite ſpernere: omnia probate; quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Iterum: Cogitationes purgantes, vel diſtrahentes, ſed & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Chriſto. Si quid ergo eſt, quod conueniat cum mandato Dei, & animæ expediat, & hoc nobis ab aliquo fuerit imperatum,*

Digitized by Google

imperatum, velut voluntatem Dei promptè & libenter debemus accipere, & explere quod dictum eſt: Obtemperantes inuicem in Charitate Chriſti. Si autem contrarium aliquid mandatis Dei, vel quod corrumpere videatur, aut contaminare, facere iubemur ab aliquo tempus eſt nos dicere: Obtemperare oportet Deo, magis quam hominibus. Et rurſum meminiſſe Domini dicentis: Alieni autem non ſequuntur vocem, ſed fugiunt ab eo, quoniam neſciunt vocem alienorum. Sed & ſancti Apoſtoli memores eſſe debemus, qui ad noſtram cautelam auſus eſt nec Angelis quidem parcere dicens: Etiamſi Angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præter quam euangelizatum eſt vobis, anathema ſit. Ex quo edocemur, vt etiamſi valde nobis charus eſt aliquis, etiamſi magnificus habeatur, & in admiratione ſit poſitus, qui prohibet non facere quod à Domino præceptum eſt, vel rurſum imperat fieri quod Dominus prohibuit, execrabilis debet eſſe qui eiuſmodi eſt omnibus qui diligunt Dominum. N O T. Concinit D. P. N. Benedictus cap. 71. cui titulus, *Vt obedientes ſint ſibi inuicem fratres.* Vide Baſilium ſerm. 2. de Inſtitut. Monach. Concinit Interrogatio 114. ex Breu. & 303. inter 27. adiectas ex Codice Cæſarienſi.

INTERROGATIO XIV.

52. *QVali affectu debet quis ſeruire Deo?*

R E S P O N D I T. *Affectum bonum vel animum illum eſſe ego arbitror eum deſiderium vehemens & inexpugnabile atque immobile ineſt nobis placere Deo. Impleatur autem iſte affectus per ſcientiam per quam intueri, & perſpicere poſſumus magnificentiam gloriarum Dei, & per cogitationes pias, & puras, & memoriam bonorum, quæ à Domino nobis collata ſunt; ex quorum recordatione venit animæ dilectio Domini Dei ſui, vt eum diligat ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, & ex tota mente ſua, ſecundum illum, qui dicebat: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Cum tali ergo affectu ſeruire oportet Deo, adimplentes illud, quod ab Apoſtolo dictum eſt: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an periculum, an gladius & reliqua:* NOT. Conſonat Interrogatio 157. ex Breu.

INTERROGATIO XV.

53. *QVid ſentire de ſe debet is, qui præeſt, in quibus præcipit vel imperat?*

R E S P O N D I T. *Apud Deum quidem ſicut miniſter Chriſti, & diſpenſator miniſteriorum Dei, timens ne præter voluntatem Dei, vel præter quod ſanctis Scripturis euidenter præcipitur. vel dicat aliquid, vel imperet, & inueniatur tanquam falſus teſtis Dei, & ſacrilegus, vel introducens aliquid alienum ad doctrinam Domini; vel certè ſubrelinquens, & præteriens aliquid eorum, quæ Deo placita ſunt. Ad fratres autem eſſe debet, tanquam ſi nutrix foueat paruulos ſuos, paratus ſecundum voluntatem Domini, & ſecundum quod vnicuique expedit communicare cum eis, non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animam ſuam, memor præceptorum Domini ac Dei noſtri dicentis: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut ego dilexi vos. Maiorem hac charitatem nemo habet, quam vt ponat quis animam ſuam pro amicis ſuis.* N O T. Plura lucule[nter] de hac re congerit D. P. N. Benedictus ca[p.] 2. & 64.

INTERROGATIO XVI.

PEccantem quomodo corripiemus vel emendabimus? 54.

R E S P O N D I T. *Sicut præceptum eſt à Domino dicente: Si peccauerit frater tuus, vade atque eum corripe inter te ſolum & ipſum ſi audierit, lucratus es fratrem tuum, ſi vero non audierit te aſſume tecum vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi etiam ipſos non audierit, dic Eccleſiæ. Si autem nec Eccleſiam audierit, ſit tibi ſicut gentilis, & Publicanus, ſi fortè hæc increpatio, quæ à pluribus fit, eueniat ei in ſalutem: & ſicut dicit Apoſtolus; Argue, increpa, conſolare in omni patientia & doctrina. Et rurſum: Si quis non obaudit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & non commiſceamini cum eo, ſine dubio ad menſam.* N O T. De ſeparatione Monachorum ab Oratorio & menſa, variiſque gradibus excommunicationis Monaſticæ iuxta menſuram culparum. Vide plura apud D. P. N. Benedictus cap. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 43. 44. 45. 46. 51. & alibi. Iterum de hac re Baſilius infra Interr. 175. Extat inter breuiores num. 3.

INTERROGATIO XVII.

SI quis etiam in paruis delictis affligere voluerit fratres dicens: Quia debetis pœnitere per ſingula, ne fortè ipſe immiſericors videatur, & diſſoluere charitatem. 55.

R E S P O N D I T. *Cum affirmauerit Dominus, quia iota vnum vel apex vnus non tranſiet à lege vſquequo omnia fiant. Et rurſum definierit, quia de omni ſermone otioſo, quemcumque locuti fuerunt homines, reddent pro eo rationem in die iudicij, nihil oportet tanquam paruum ſperni. Qui enim ſpernit minima, paulatim defluit. Sed quomodo quis audet breue dicere, aut paruum delictum, cum Apoſtolus dicat, manifeſtéque definiat, quia per præuaricationem legis Dei exhonoratur? Sed aculeus mortis peccatum eſſe dicitur, & non dixit tale vel tale peccatum Magis ergo immiſericors eſt, qui intermittit, & negligit, quam qui arguit, ſicut is, qui in morſu ſerpentis permittit deliteſcere venenum; quam ille, qui educit, & abſtrahit. Sed & charitatem deſtruit ille, qui ſecundum quod ſcriptum eſt, parcens baculo, odit filium ſuum: qui autem diligit, diligenter corripit* NOT. Nullum peccatum paruũ dicendum. Extat inter breuiores, num. 4.

INTERROGATIO XVIII.

QVomodo quis debet pœnitere in vnoquoque delicto? 56.

R E S P O N D I T. *Affectum illum in ſe recipiens, quem gerebat ille, qui dicit: Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum, ſed & ea, quæ ſcripta ſunt in ſexto Pſalmo, atque in aliis quam plurimis, vel ea quæ Apoſtolus dixit ad eos, qui ſecundum Deum contriti ſunt. Quantam operatur eſt inquit vobis ſolicitudinem? ſed excuſationem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed æmulationem, ſed vindictam. In omnibus exhibuiſtis vos caſtos [ ] eſſe negotio. Sed & in his ipſis, in quibus deliquit,* [ ] Deeſt in Smaragdo. *agens*

agens multa contraria , ſicut & Zacheus fecit. NOT. Extat inter Breuiores n.5.

INTERROGATIO XIX.

57. *QVi ſunt fructus digni pœnitentia.*

Respondit. *Opera quæ contraria ſunt peccato. Iſti ſunt fructus iuſtitiæ , quos debet afferre ille, qui vult, ſecundum quod ſcriptum eſt, in omni opere bono fructificare.* NOT. In excuſſis extat ſub Interrogatione præcedent. præcipuè eius Interrog. 287. in adiectis ex exemplari Cæſarienſi.

INTERROGATIO XX.

58. *QVi ſe verbo dicit pœnitere , peccatum autem ſuum non emendat, quid eſt?*

Respondit. *De iſto ſcriptum eſt : Si te rogauerit inimicus tuus magna voce , non acquieſces ei : ſeptem enim nequitiæ ſunt in anima eius: Et alibi : Sicut canis reuertens ad vomitum ſuum odibilis fit; ita homo, qui per malitiam ſuam reuertitur ad peccatum ſuum.* NOT. Ex breuioribus Interrog.6.

INTERROGATIO XXI.

59. *QVi vult confiteri peccata ſua , ſi omnibus debet confiteri, & quibuſlibet , an certis quibuſque?*

Respondit. *Clementia Dei erga eos, qui deliquerunt , manifeſta eſt , ſecundum quod ſcriptum eſt : Qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Quia ergo & conuerſionis modus aptus eſt , & conuertens ſe à peccato fructus dignos oſtendere debet pœnitentiæ, ſecundum quod ſcriptum eſt : Facite fructus dignos pœnitentiæ, ne fortè ſecundum comminationem illam veniat his, qui non pœnitent , ſecundum quod ſcriptum eſt : Omnis arbor , qui non facit fructum bonum, excidetur, & in igne mittetur. Neceſſarium videtur his, quibus diſpenſatio miniſteriorum Dei commiſſa eſt, confitenda eſſe peccata. Sic enim & ij, qui antiquitus pœnitebant , inueniuntur apud ſanctos confeſſi eſſe peccata ſua : Scriptum eſt enim in Euangelio, quia Ioanni Baptiſtæ confitebantur peccata ſua : & in Actibus Apoſtolorum, Apoſtolis, à quibus baptizabantur.* NOT. Habetur inter Breuiores num. 288, in 27. additu ex exemplari Cæſarienſi.

INTERROGATIO XXII.

60. *QVi pœnituerunt pro aliquo peccato, & rurſum in hoc ipſum peccatum inciderunt , quid facient?*

Reincidentia in peccatum vnde?

Respondit, *Is qui ſemel deliquit , & iterum in idem peccatum incurrit , indicare de ſe videtur hoc primum , quod ab illo peccato priori non fuerit expurgatus; ex quo velut à radice quadam peſſima eadem, quæ antea pullularunt. Sicut enim quis arboris ramos excidens , ſi radicem relinquit, vbi radix fixa permanet , & virgulta denuo eiuſdem ſeminis germinabit : ita etiam peccatum : quoniam non omnes, qui delinquunt , ex ipſo ex ipſis peccatis initium ſumunt , ſed ex aliis interdum delicti occaſio naſcitur. Neceſſarium ergo ei eſt , qui vult omnimodo purgare ſe à peccato, primas ipſas cauſas culpæ ſuccidere. Verbi gratia ſi ex contentione , vel ex inuidia fuerit , non à ſe ſumpſit exordium, ſed radicem habet ex arrogantia & cupiditate humanæ gloriæ venientem. Dum enim gloriam quærit ab hominibus , aut contentionibus ſtudet, aut rectè agentibus inuidet huic ſcilicet, per quem videtur ipſe minus in laude , vel in admiratione haberi. Si quis ſemel notatus fuerit inuidia , vel contentionis vitio , & rurſum in hoc ipſum inciderit, ſciat ſe primam illam cauſam , de qua ſuperiùs diximus, ex qua inuidia & contentio naſcitur, in interioribus medullis habere reconditam. Oportet ergo eum & per contraria atque aduerſa curari, id eſt per humilitatis exercitium. Exercitationes vero humilitatis ſunt , ſi ſe vilioribus officiis ſubdat , & miniſteriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantia & gloriæ humanæ vitium curari poterit : vt in conſuetudine humilitatis, effectus, vltra iam non incidat arrogantia, & vana gloria. Sed & in ſingulis huiuſmodi vitiis cura ſimilis adhibetur.* NOT. Extat inter Breuiores num.289. ex 27. Codicis Cæſarienſis.

Inuidiæ radices.

Remedium contra arrogantiam.

INTERROGATIO XXIII.

QVali affectu vel quali ſenſu oportet increpare eum, qui increpat? NOT. In Smaragdo hæc interrogatio , pluresque aliæ ex ſubſequentibus , fiunt à Monachis ſub vocatiuo *Abba*: ex quo *Abbatis* nomen deducit D. P. N. Benedictus cap. 2. eoque inſignitum fuiſſe magnum Baſilium Smaragdi lectio dubitare non ſinit. 61.

Respondit. *Ad Deum quidem tali mente eſſe debet , qualem indicat B. Dauid dicens. Vidi non ſeruantes pactum , & tabeſcebam, quoniam eloquia tua non cuſtodierunt. Ad eos autem quos increpat, hunc debet affectum ſeruare, quem pater medicus erga ægrotantem filium ſeruat ; & tunc maximè , cum qualitas curæ triſtior videtur, & grauior.* NOT. Plura de hac re vide apud D.P.N. Benedictum paſſim in Regula præſertim cap.27. & 28. latius Baſilius Interrog.50. ex fuſis vbi addit. *Illud cauere magnoperè Antiſtes debet , ne ad caſtigandum verbis aliquem ex iis , qui deliquerint affectu quouis vitioſo percitus accedat ; Quando cum indignatione & caſtigatione aduerſum aliquem vti vult, hoc haud quaquam eſt à peccato illum liberare, ſed delictis ſeipſum obſtringere*, & Interrog. 51. præſenti doctrinæ luculenter alludit inquiens : *Conſuetudinem imitari medicus debet : vt videlicet ægris non iraſcatur, ſed contra morbum ipſum pugnet.* Quibus autem pharmacis vitia ſanabit? *Inanem gloriam abiectioribus exercitiis impendendis; futilem & otioſam loquacitatem ſilentio : immodum ſomniorum peruigilio, & excubiis orationis : ſegnitiem corporis laboribus grauioribus, edacitatem indecoram ieiunio ; murmurationem, à reliquis ſegregatione.* Correſpondet Interrog.99. ex Breu.

INTERROGATIO XXIV.

QVali affectu debet quis ſuſcipere correptionem? 62.

Respondit. *Sicut æger filius patris & medici de vita ſua ſolliciti , qui etiamſi aliquid aſperum offeratur , vel amarum ad curandum filium, ſcit vtique filius , quod nec pater in aliquo negligere*

negligere poteſt de ſalute filij, nec medicus falli. N O T. Extat in Breuior. num. 158. latiùs de hac re Interrog. 52. ex fuſ.

INTERROGATIO XXV.

63. *QVi triſtatur aduerſus eum, qui ſe increpat, qualis eſt?*

RESPONDIT. *Neque periculum peccati agnouit iſte, & maximum damnum; neque lucrum pœnitentiæ nec credit illi, qui dixit. Quia qui diligit, diligenter corripit; ſed ſe ipſum alienum facit ab illa vtilitate dicentis: Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me. Sed ad læſionem cæterorum iſte talis permanet inter fratres: reſoluit enim & impedit animas eorum, qui poſſunt proficere.* N O T. Concinit Interrogatio 159. ex Breuior.

INTERROGATIO XXVI.

64. *QVale iudicium eſſe debet his, qui peccantes deffendunt.*

RESPONDIT. *Vt mihi videtur, grauius ab illo, quod dixit Dominus: Quia expedit illi, vt ſuſpendatur mola aſinaria ad collum eius, & præcipitetur in mare, quam vt ſcandalizet vnum de minimis illis. Non enim iam correptionem ad emendationem, ſed defenſionem ad confirmandum peccatum ſuum ſuſcipit, qui delinquit; ſed & alios ad ſimile prouocat malum: ita vt conueniat ei, qui peccantes defendit, illud quod dictum eſt: quia ſi non oſtenderitis fructus dignos pænitentiæ, excidemini, & in ignem mittemini. Vel rurſum quod à Domino dictum eſt: Quia ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, eiice eum, & proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, & non omne corpus tuum mittetur in gehennam.* N O T. Conſonat D. P. N. Bened. cap. 69. vbi Summopere præcauet ne quis alium eius conſanguineum defendat, acriuſque coërcendum defenſorem ſtatuit. De hac re Baſilius in Epiſtol. ad Canonicam. *Cum alius* (inquit) *quiſpiam corripitur illo ipſo vel aliis quibuſuis præſentibus, corripiendi alium contra aduerſari non oportet, &c.* Eandem doctrinã refricat Interrog. 184. ex Breuior. & 7. cui præſens correſpondet.

INTERROGATIO XXVII.

65. *POEnitentem ex corde quomodo oportet ſuſcipi?*

RESPONDIT. *Sicut Dominus oſtendit cum dicit: Quia conuocauit amicos ſuos, & vicinos dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram.* N O T. Recipiendum ſtatuit D. P. N. Benedictus, ſed in vltimo gradu, ac prius omni emendatione promiſſa cap. 29. Extat numero 8. ex Breuioribus.

INTERROGATIO XXVIII.

66. *ERga eum, qui pro peccato non pœnitet, qualiter eſſe debemus?*

RESPONDIT. *Sicut Dominus præcepit dicentis: Sit tibi ſicut gentilis, & Publicanus. Et ſicut Apoſtolus docuit dicens: Subtrahite vos ab omni fratre inquiete ambulante: & non ſecundum traditionem, quam tradidimus vobis.* N O T. Abſciſſionis ferro vtendum circa incorrigibilem ſtatuit D. P. N. Benedictus vſus Apoſtoli etiam teſtimonio 1. Cor. 5. *Auferte malum de medio veſtri:* & 2. Cor. 7. *Infidelis ſi diſcedit, diſcedat, ne vna ouis morbida omnem gregem contaminet.* V. Interrog. 30. Extat inter Breuiores num. 9.

INTERROGATIO XXIX.

SI debet habere aliquid proprium, qui inter fratres eſt? 67.

RESPONDIT. *Huic contrarium eſt illud teſtimonium, quod in Actibus Apoſtolorum de illis, qui credebant primitùs ſcriptum eſt: Ibi enim ita dicit: Quia nemo quicquam ex eis ſibi proprium dicebat eſſe, ſed erant illis omnia communia. Si quis ergo proprium ſibi eſſe dicit aliquid, ſine dubio alienum ſe facit ab electis Dei, & charitate Domini, qui docuit Verbo, & opere compleuit, & qui animam ſuam poſuit pro amicis ſuis. Si ergo ipſe animam ſuam pro amicis dedit, quomodo nos etiam, quæ extra animam ſunt, proprium vindicabimus?* N O T. Extat in breu. Interrogat. 85. & ſerm. 1. & 2. de Inſtitut. Monach. *Apotheca,* inquit, *communis omnium ſit, neque proprium alicuius quicquam nominetur, non veſtimentum, non calceamentum, non denique aliud quippiam eorum, quæ ad neceſſarium corporis vſum ſpectant,* & Interrog. 32. ex fuſ. *Verba hæc meum & tuum in vniuerſum à fratribus vſurpari ratio vetat.* Concinuit ad Verbum D. P. N. Bened. c. 33.

INTERROGATIO XXX.

SI quis dicat: Neque accipio à fratribus, neque do, ſed contentus ſum meis propriis, quid de hoc obſeruare debemus?

RESPONDIT. *Si non acquieſcit doctrinæ Domini dicentis: Diligite inuicem, ſicut & ego dilexi vos: Acquieſcat Apoſtolo dicenti auferte malum ex vobis: ne fortè accidat, vt modicum fermentum totam maſſam corrumpat.* N O T. V. ſupra Interrogat. 28. Reſpondet Interrog. 86. ex Breu.

INTERROGATIO XXXI.

SI debet quis à carnalibus propinquis accipere aliquid? 68.

RESPONDIT. *Propinquis quidam reddere, quæ ſua ſunt his, qui ad ſeruitium Dei accedunt, neceſſarium eſt: & nihil ſubtrahere, vt non crimen ſacrilegij incurrant. Veruntamen hæc prærogari in conſpectu eorum, ad quos viſa ſunt pertinere; quia & illis ipſis occaſionem præſtat elationis ac ſuperbiæ: & in aliis fratribus eiuſdem propoſiti pauperibus triſtitiam generas; ita vt accidat illud, in quo cœperint hi, qui increpabantur ab Apoſtolo dicente: Quia confunditis non habentes. Et ideo his, qui per loca ſingulis Eccleſiis præſunt, ſi ſint fideles & prudentes diſpenſatores, ipſis offerri debent, ſecundum imitationem eorum, qui in Actibus Apoſtolorum id feciſſe ſcribuntur, de quibus dicitur, quia ferentes pretia prædiorum ſuorum ponebant ante pedes Apoſtolorum. Certè quoniam non eſt omnium huiuſcemodi diſpenſationes explere, fideliter illis offerri conuenit, qui*

apud

ſcientiam ſuam donauit homini Deus, & rationabile animal eſſe fecit in terris, & ineffabilis paradiſi cbuit voluptate ac decore conceſſit. Quemque ſerpentis arte deceptum, & in peccatum lapſum, ac per peccatum in mortem quoque deuolutum, nequaquam deſpexit; ſed legem in adiutorium dedit, præfecit Angelos, deſtinauit prophetas; conatus malitiæ comminatione ſeueritatis compeſcuit; bona deſideria magnificentiſſimis repromiſſionibus promouit, & finem vtriuſque vitæ in multis imaginibus præſignauit.

15. Dei bonitas. *Verum cum poſt hæc omnia in malis noſtris & incredulitatibus duraremus, non eſt auerſus, nec dereliquit nos Spiritus Domini bonitas. Neque cum beneficiis eius eſſemus ingrati auertere potuimus, miſericordiam eius à nobis, ſed reuocamur à morte, & iterum viuificamur per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Infirmitates noſtras accepit, & ægritudines noſtras portauit, & pro nobis vulneratus eſt, vt liuore eius ſanaremur; & à maledicto nos redemit, factus pro nobis maledictum & morte turpiſſima condemnatus, vt nos reuocares ad vitam. Nec ſufficit viuificare nos mortuos, ſed & Diuinitatis ſuæ participium tribuit, & munus æternitatis indulſit, & ſupra omne quod vel petere, vel intelligere poſſumus, credentibus, & diligentibus ſe præparat quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.*

Amorem tantum pro beneficio exigit. *Quid ergo retribuemus Domino pro omnibus, quæ retribuit nobis? Verum ille ita benignus & clemens, vt nec retributionem quidem repoſcat, ſed ſufficit ei, vt pro his omnibus, quæ largitus eſt, diligatur. Quis ergo tam irremediabiliter ingratus eſt, vt poſt tanta & talia beneficia non diligat largitorem? De charitate quidem Dei iſta ſufficiunt.* NOT. Smaragdus hic caput diuidit, & ſequentia ſub titulo *de Charitate proximi quare & quomodo diligendus ſit*, & capitis 3. Methodo tradit, abſque noua interrogatione à Baſilij methodo recedens. *Propoſitum namque eſt, vt ſuperius diximus non omnia dicere, quia impoſſibile eſt, ſed breuiter & ſuccinctè commemorare quæ amorem Dei inferere animo, & ſuſcitare ſufficiant.* NOT. Caradignenſis ſequentia abſque nouo titulo, vel diuiſione ſubiungit. Excuſſi ſub hoc Epigraphe *de Charitate erga proximum*, & ſub tertia Interrogatione; ſed abſre: præiacta namque à Baſilio, vniuerſaliter de Charitate erga Deum & proximum, ac de vtriuſque præcepti adimpletione quærit. Addita ergo in excuſſis nota eſt; vel ex margine in textum introducta, ſicut & plures aliæ ex ſequentibus.

16. Vetuſti Codices ab ignorantibus turpati. *Conſequens iam nunc eſt, de eo mandato, quod ordine & virtute ſecundum diximus, explicare. Et quidem quoniam lex eas virtutes, quæ animæ ...... ſunt.* NOT. Reſtituendum ex Smaragdo *à creatore inſita*. Stultus namque aliquis, quorum, vt inquit ſapiens, infinitus eſt numerus, Codicem hunc noſtrum M.S. pluribus locis turpauit, ac membranarum eius candore & lenitate delectatus, margines ipſius, quæ latæ ſatis & ſpecioſæ ſunt, forficulis circumcidit. Et quidem à lateribus literas aliquas facile ſupplebiles amputauit, ab infima vero parte vltimas lineas folij vnius cum dimidio, ſex videlicet columnarum, ſuffuratus eſt. Parcamus ignorantiæ ipſius ſi forte digni venia ſint ſtolidi iſti nebulones, Bibliothecarum tineæ, antiquitatis hoſtes, qui ſola ſpecioſitate prælodatorum ac cincinnatorum librorum contenti M. S. Codices nunquam ſat veneratos diſcerpunt, pudetque dicere quam obſcenè ac turpiter tractant. Proh nefas! Heu quotam ab his poſt Cypriani, Iberi, ac Biuarij deceſſum Bibliotheca noſtra Nucalenſis, locuples olim vetuſtatum apotheca, eorum ditata Codicibus, ſtudiis honorata, atque Elogiis celebrata, paſſa eſt ruinam! Quot periere membranacea aliaque M.S. exemplaria, Dextri, & Maximi, nec non huius, aliorumque perilluſtrium Commentariorum fontes! Sed ad rem: generale namque atque vbique deploratum malum dolemus, cuius niſi fuſis per ora lachrymis recordari non licet.

Eliminet, & excolat iam ſuperius diximus. Ergo præcipimur diligere proximos, ſicut nos ipſos: videamus ſi etiam ineſt nobis virtus & facultas ad huius quoque mandati expletionem. Et quis ignorat, quoniam humanum animal & communicabile homo eſt, & non agreſte aliquid ac ferum? Nihil enim tam proprium eſt naturæ noſtræ, quam alterũ altero indigere, & requirere inuicem, ac diligere quod requirit. Quia ergo Dominus harum in nobis virtutũ ſemina ſeminauit, ſine dubio horum etiam fructum requirit, & teſtimonium noſtræ erga ſe dilectionis, dilectionem accipiet proximorum. In hoc enim, inquit, ſcient homines, quia mei diſcipuli eſtis, ſi inuicem diligatis: & ita in omnibus duo iſta mandata coniungit, vt etiam miſericordiæ opera quæ in proximum fiunt, transferat in ſemetipſum. Eſuriui ...... (Proculdubio; *& dediſtis mihi manducare*) *& reliqua, quæ in proximo geſta ſunt, ſe dicit eſſe perpeſſum, cum adiecerit: Quamdiu feciſtis vni ex minimis iſtis fratribus meis, mihi feciſtis. Ergo per primum completur ſecundum, per ſecundum verò aſcenditur, & reditur ad primum: vt qui diligit Deum, ſine dubio diligat & proximum. Ait enim Dominus: Qui diligit me mandata mea cuſtodit. Hoc eſt autem, inquit, mandatum meum, vt inuicem diligatis. Ideo qui diligit proximum, explet in Deum charitatem, quia ipſe in ſe recipit, quidquid confertur in proximum.* 17. Dilectio proximi inſita à natura. Dilectio proximi Dei dilectionem arguit.

NOT. Quæ ſubſequuntur extant in excuſſ. ſub Interrogatione 4. & titulo *de Timore Dei* Interrogatio abſque Epigraphe.

Et quidem in his, qui initia habent, ad timorem Domini, & ad primos aditus Religionis accedunt, prima Inſtitutio eſt vtilior per timorem ſecundum ſententiam ſapientiſſimi Salomonis dicentis: Initium ſapientiæ timor Domini. Vos vero qui iam paruuli in Chriſto eſſe deſiſtis, nec ...... (Smaragdus reſtituit *vltra lacte indigetis, cibos*) *ſolidos pro ſtomachi firmitate perquirito, ad nutriendum & paſcendum interiorem hominem, quo per eminentiora quæque mandata perueniat ad perfectum; & in omni, quæ in Chriſto eſt, veritate firmetur. Obſeruandum ſanè eſt, ne forte copioſioris gratiæ pondus, cauſa nobis grauioris condemnationis exiſtat, ſi ingrati inueniamur in muneribus largitoris.* 18. Timor tyronum initiũ.

NOT. Sequentia in excuſſ. ſub Interrogationes anepigrapha extant, ſub titulo *de cohibenda mentis ad futiles cogitationes euagatione.*

Illud autem ante omnia conſiderandum eſt: quia neque aliud vllum mandatum neque hoc, quod de Mentis euagatio Dei deſideria deturbat.

charitate

charitate Dei & proximi præcipitur, implere quis poterit, ſi per varias & diuerſas occupationes animus oberret; ſed neque artificium vllum, vel vllius induſtria diſciplinam adipiſci poſſibile eſt eos, qui frequenter ex aliis ad alia referuntur. Omni cuſtodia oportet nos ſeruare cor noſtrum, ne forte deſiderium Dei mala deſideria, & ſordida cogitationes .... (Smaragdus teſtituit) *depellant à noſtris animis, ac detrudant; ſed è contrario aſſidua recordatione & memoria Dei, formam quodammodo eius ac figuram animæ noſtræ ſinguli infigamus, quæ nullis queat intus perturbationibus aboleri. Sic enim & deſiderium nobis Diuinæ charitatis accedit dum frequens eius memoria mentem atque animum illuſtrat, & ad opus mandatorum Dei exigimur, & ſuſcitamur. Ex ipſis rurſum veritatis operibus vel conſeruatur in nobis Dei charitas, vel augetur. Et hoc puto oſtendere volentem Dominum, dicere aliquando quidem: ſi diligitis me, mandata mea ſeruate. Aliquando autem: ſi facitis quæ ego dico vobis, permanebitis in charitate mea, ſicut ego ſeruaui mandata Patris mei, & maneo in charitate eius. Ex quibus edocet, proſpectum operis noſtri debere ex ſua voluntate pendere, vt tanquam ſpeculum quoddam ipſum habentes, & ſemper ad ipſum reſpicientes, opus noſtrum fixis ad ipſum oculis dirigamus. Sicut enim artificia quæ in hac vita ſunt, proſpectum quendam animi gerunt, & ita ſecundum hoc, quod animo conceperunt, etiam in opere vtuntur manuum miniſterio; ſic & in hoc noſtro opere vnus manet nobis iſte profectus, atque vnus terminus fixus eſt, quo Deo placere debeamus. Secundum hunc ergo proſpectum opus dirigamus mandatorum; Impoſſibile namque eſt taliter conſtare poſſe operis noſtri formam, niſi voluntas eius, qui iniunxit opus, ſemper in memoria habeatur: vt eius voluntate ſeruata, & labore ac diligentia competenter expleta, ſemper iungamur Deo, dum ſemper eius memores ſumus. Sicut enim, verbi cauſa, faber ſecurim faciens, aut falcem, meminit ſemper eius, qui opus iniunxit: & retinet in corde ſuo cuius magnitudinis, vel qualitatis vel formæ iniunxit fieri ſecurim, & illud ſemper intendens, quod ſibi meminit à Domino operis ſibi iniunctum, ad hoc dirigit manum, & miniſterium, vt forma operis cum eius, qui iniunxit animo, ac voluntate conueniat: ſi autem obliuiſcatur, quid vel quale ſit, quod ſibi fuerit imperatum, ſine dubio aliud aliquid quam iniunctum fuerit faciet: ita & Chriſtianus omnem conatum, & omne ſtudium in actibus ſuis adhibere debet, vt ſecundum voluntatem Dei, qui opus iniunxit, ſuum quoque dirigat opus, vt actus ſui ordinentur, & poſſit eius qui præcepit voluntas*
19. *impleri. Tunc etiam illud compleri poteſt, quod ſcriptum eſt: ſiue manducatis ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Si verò declinet à regula, & corrumpat obſeruantiam mandatorum, ex hoc ipſo arguitur quod ſit immemor Dei.*

Dei memoria neceſſaria ad implenda eius præcepta.

A ſimili.

Plurimum autem prodeſt ad conſeruandam memoriam Dei, etiam ſecretius, & ſemotius inhabitare: nam permixtum viuere cum his, qui negligentius agunt circa timorem Dei, & contemptum habent mandatorum eius, plurimum nocet. ſicut & Salomonis ſermo teſtatur, dicens: Cum homine iracundo ne habitaueris, ne forte diſcas vias eius, & accipias laqueum animæ tuæ: Et iterum quod dicit: Exite de medio eorum, & ſeparamini, ad hoc ipſum reſpicit. Igitur ... vt neque per oculos, neque per aures reſpui... animas in illecebras ad peccandū; & paulatim longo vſu inhæreamus conſuetudini peſſimæ. Et rurſus vt poſſimus orationi vacare, oportet primo ſecretius habitare: hoc enim modo & præcedentes conſuetudines excidemus, in quibus contra mandatum Dei agebamus. Non enim paruus labor eſt, vt ſe aliquis à priori non bona conſuetudine reflectat, ac reuocet: quandoquidem nos longo tempore confirmatos vis quodammodo obtinet naturæ. Oportet ergo nos primum omnium negare noſmetipſos, & tollere crucem Chriſti, & ſic eum ſequi. Negare autem nos, hoc modo: ſi per omnia præterita conſuetudinis obliti, voluntates proprias abnegemus; & non ſolum vita ab hominibus non rectè agentibus, verum etiam à noſtris ipſis inordinatis & incompoſitis moribus ſecedamus. Alioquin vt in eadem quis conſuetudine, atque in priori conuerſatione permanens, emendare ſe & corrigere difficillimum eſt: imò vt veriùs dicam, penitus impoſſibile.

Separatim viuere ad pietatem neceſſarium.

Cōſuetudo altera natura.

Sed ad hoc ipſum, vt tollat crucem ſuam, & 20.
ſequatur Chriſtum, plurimum impedit ſocietas & permixtio eorum, qui vitam diſſimilem viuunt. Nam paratum eſſe ad mortem pro Chriſto, & mortificare membra, quæ ſunt ſuper terram pro nomine Chriſti, libenter ferre omne diſcrimen hoc eſt tollere crucem ſuam. Ad quod grande videmus impedimentum poſſe nobis oriri ab his, qui diſſimiles ſunt vel victu, vel moribus, & ad cætera alia, quæ multa ſunt. Accedit etiam hoc, vt reſpiciens anima ad multitudinem nequiter viuentium, primò quidem occupetur, & impediatur, ne ſuorum malorum capiat intellectum, & poſſit vel purgare per pœnitentiam, quæ deliquit; vel à cauſis culparum recedere emendatione vitiorum: in comparatione etenim peſſimorum, aliquid ſe iam magni æſtimat profeciſſe. Deinde in impedimentis, & in perturbationibus atque occupationibus, quas communis hominum vita habere ſolet; illud quod melius eſt, & pretioſius, memoriam Dei non poteſt cuſtodire: qua depulſa ab animis, & excluſa, non ſolum omni lætitia, & gaudio caret diuino & dilectionis Domini ſuſtinet detrimenta, & dulcedinem non ſentit Diuini eloquij, vt dicat: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua; ſuper mel & fauum ori meo: ſed & in neglectum & in obliuionem proruenit iudiciorum Dei, & in contemptus conſuetudine decidet; quo maius malum & perniicioſius pati nihil poteſt.

Malorum ſocietas, impedimentum virtutis.

INTERROGATIO III.

QVia oſtendit nobis ſermo tuus, periculoſum 21.
eſſe cum his, qui mandata Dei contemnunt, vitam ducere, nunc diſcere cupimus, ſi oporteat eum, qui ab huiuſcemodi conſortiis diſceſſerit, ſemotum eſſe & ſolum, an verò cum fratribus eiuſdem propoſiti, & eiuſdem animi victum ſuum ſociare.

Respondit. *In multis vtile eſſe video victum communem ducere cum his qui eiuſdem voluntatis ſunt, atque propoſiti. Primo quod etiam ad vſus corporales, victuſque miniſterium vnuſquiſque noſtrum ſolus ſibi non ſufficit, & ideo pro his, quæ ad miniſterium vitæ noſtræ neceſſaria ſunt, inuicem opera noſtra egemus. Sicut enim pes in alio quidem ſuis viribus vtitur, in alio vero indiget alienis, & ſine adiumento cæterorum membrorum, nec explere opus ſuum, nec ſufficere ſuis viribus poteſt, ita etiam vita ſolitaria mihi pati videretur; cum neque quod ei ineſt vtile eſſe, neque quod deeſt aliquid acquiri poſſit. Præter hoc autem, nec ratio*

Vitæ ſolitariæ incommoda.

ratio quidem charitatis vnumquemque permittit quærere, dicente Apoſtolo Charitas non quærit quæ ſua ſunt. Deinde ſed ne culpas quidem ſuas vnuſquiſque ac vitia facile dignoſcit; cum qui arguat nemo ſit, & facile huiuſmodi homini accidere poteſt illud quod ſcriptum eſt va ſoli; quia cum ceciderit, non eſt alius, qui erigat eum. Sed & mandata à pluribus quidem facilius adimplentur; ab vno vero dum vnum videtur impleri, aliud impeditur: vt puta, quomodo ſolus viſitabit infirmum? aut quomodo ſuſcipiet peregrinum. Si vero omnes corpus ſumus Chriſti, ſinguli autem alterutrum membra perſonantia velut in vnius corporis compagem, in Spiritu Sancto aptari, & coniungi debemus ad inuicem.

Quæ diſplicèat Deo?

Quod ſi vnuſquiſque noſtrum ſolitariam eligat vitam, ſcilicet non tali aliqua cauſa, vel ratione, quæ Deo ſit placita, vel quæ ad communem cæterorum pertineat diſpenſationem, ſed propria voluntati & paſſioni ſatisfaciens, quomodo poſſumus diſciſſi & diuerſi præcepta adimplere, & integra adſignare membrorum ad inuicem conſonantia? Iſte enim talis, neque cum gaudentibus gaudet, neque cum flentibus flet. Quoniam quidem ſeparatus ac diuiſus à cæteris, nec cognoſcere quidem poterit neceſſitates proximorum. Tum deinde nec ſufficere poteſt vnus ad ſuſcipienda omnia dona Spiritus Sancti: quia ſecundum vniuſcuiuſque menſuram Fides, & donorum ſpiritualium diſtributio celebratur, quodquod per partes vnicuique diſtributum eſt. Rurſum tanquam membra ad ædificationem vnius corporis coeant, & conſpirent, alij datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij fides, alij prophetia, alij gratia ſanitatum, & cætera; quæ ſingula vtique, non tam pro ſe vnuſquiſque, quam pro aliis ſuſcipiat à Spiritu Sancto. Et ideo neceſſe eſt vniuſcuiuſque gratiam, quam ſuſceperit à Spiritu Dei, & in commune prodeſſe.

22. Gratia communicata multiplicatur.

Accedit ergo vt is, qui ſemotus viuit & ſeparatus, vnamquamcumque ſuſcipiat gratiam, & hanc ipſam inutilem faciat, dum nihil per eam operatur, ſed effodit eam in ſemetipſo: Quod cuius, & quanti ſit periculi noſtis omnes, qui legitis Euangelium. Si autem & cæteris communicat gratiam, & tam ipſe ſuſcepit, & multiplicatur in eo; dum communicatur cæteris, & ipſe nihilominus fruitur gratia reliquorum.

Cœnobialis vitæ commoda.

Habet autem quam plurima bona communis vita iſta ſanctorum, quæ non eſt nunc poſſibile omnia dinumerare. Iterum, vt diximus, ad conſeruanda ſancti Spiritus dona commodior eſt multò quam ſi degamus in ſolitudine. Sed & aduerſus inſidias inimici, quæ extrinſecus inferuntur multo cautior eſt, & vtilior ſocietas plurimorum vt facilius ſuſcitetur à ſomno, ſi quis forte obdormierit ſomnum illum, qui ducit ad mortem Sed & delinquenti delictum ſuum facilius apparebit, cum à pluribus vel arguitur, vel notatur, ſecundum quod & Apoſtolus dicit: ſufficit ei, qui eiuſmodi eſt, obiurgatio quæ fit à pluribus. Sed & in oratione non paruum emolumentum à pluribus naſcitur, cum conſenſu & vnitate orationis, vt ex multorum perſonis per gratiam quæ in nobis eſt, Deo gratiæ referantur.

23. Solitariæ vitæ pericula.

Sed & interdum periculo proxima eſt vita ſolitaria. Primum quidem illo periculo ſubiacet, quod certè grauiſſimum eſt: in quo ipſe ſibi placet; neminem habens, qui poſſit probare opus ipſius, videbitur ſibi ad ſummam perfectionem veniſſe. Tum deinde, ſine vllo exercitio degens, neque quid ſibi vitij abundet, neque quid virtutis deſit, agnoſcit: neque diſcretionem habere poteſt in operum qualitate, pro eo quod operandi materia omnis excluſa ſit. In quo enim humilitatem ſuam probabit, neminem habens, cui humilem ſe debeat exhibere? In quo miſericordiam demonſtrabit, totius conſortij & ſocietatis alienus? Ad patientiam verò quomodo ſeipſum exercebit, nullum habens, qui videatur eius voluntatibus obuiare? Si quis autem dicat ſufficere ſibi ſcripturæ doctrinam, & Apoſtolica præcepta ad emendationem morum vitamque formandam ſimile mihi aliquid facere videtur his, qui ſemper fabrile officium diſcunt, nunquam tamen fabrefacium opus: vel his, qui inſtructorum arte ſemper docentur, nunquam tamen ædificandæ domus operam dabunt. Ecce enim & Dominus non exiſtimauit ſufficere ſolam verbi doctrinam, ſed & opere ipſo voluit nobis tradere humilitatis exempla, cum præcinctus linteo lauit pedes diſcipulorum ſuorum. Tu ergo cuius pedes lauabis? quem curabis officiis? cuius inferior, aut vltimus eris, cum ſolus viuas? Sed & illud quod dicitur: Bonum & iucundum habitare fratres in vnum: Quod vnguento pontificali in barbam deſcendenti Spiritus Sanctus comparauit, quomodo in ſolitaria habitatione complebitur? Studium namque eſt quoddam, in quo per virtutis exercitium proficitur: in quo meditatio Diuinorum mandatorum effulget amplius, & clareſcit. Hæc communis inter ſe animorum fratrum habitatio habens in ſe illam ſimilitudinem & exemplum, quod in Actibus Apoſtolorum refert de Sanctis Scriptura diuina dicens: Quia omnes credentes erant in vnum, & habebant omnia communia. NOT. I.

24. Monaſteriam Anachoreſi præfert Baſilius.

In excuſſis Interrogatio iſta ſeptimum obtinet locum inter fuſ. diſp. eiuſque margini hæc affigitur Nota: *Caue putes hæc ſcripta eſſe B. iſti viro in ſugillationem veriſſimæ Anachoreſeos, qualem exercuere Samuel, Helias, filij Prophetarum, Baptiſta, Paulus, Antonius. Abſit In Sarabaytas detorquet hæc, quorum inexplebilem auaritiam ſchemate conuelatam Anachoreticæ paupertatis eleganter pingit Ioannes Caſſian. c. 7. Coll. 18. c. item 8. de genere.* Verùm Baſilius etſi cautè hic legendus, vt notauimus c. 2. n. 32. pariterque Gregorius, vterque tamen totus eſt in oſtendenda Cœnobialis vitæ perfectione ſupra Anachoreſim: omninoque abſtinent ab ea damnanda, quam ipſimet in Pontica ſolitudine ante Cœnobialis vitæ Inſtitutionem ſeorſim coluere, de quo infra cap. 5. quamque ipſe Baſilius innumeris encomiis ſūmiſq; laudibus effert opere à ſe edito peculiari de laudibus vitæ ſingularis, quod ſic exorditur. *Libet de ſingularis vitæ meritis pauca perſtringere, & quid de tanta vitæ culmine ſentiam, Laudando potius quam diſputando breuiter intimare. Sic verò claudit: Hoc porro auſim dicere: Qui ſingularem vitam vſque ad finem vitæ pro diuino amore tenuerit, de habitaculo carnis egreſſus ad habitationem perueniet domus non manu factæ, ſed æternæ in in cœlis. Amen* Nec aliud in præſenti præſtat Baſilius quam Nazianzenus præſtiterat in carm. *ad eos qui in communi vita ſunt*, & Hieronymus à nobis adductus l. 4. c. 4. n. 70. vbi nequaquam vitam ſolitariam carpit, quam & ipſe ante Cœnobiticam diu in Chalcidenſi ſolitudine ingenti virtutum profectu fuerat expertus, ſed vitæ ſpirituali accommodatiorem probat vterque [illegible] Cœnobiticam: Anachoreticam verò poſt Mon[illegible]ticam exercitationem

Digitized by Google

432

tionem ſecurius coli. Quod etiam luculenter expreſſit D.P. Benedictus vitæ etiã Anachoreticæ in Sublacenſi eremo cultor eximius cap. 1. Regulę vbi: *Monachorum* inquit *quatuor genera eſſe, manifeſtũ eſt. Primum Cœnobitarum, hoc eſt Monaſterials militãs ſub Regula vel Abbate. Deinde ſecundum genus eſt Anachoretarũ, ideſt Eremitarum, horũ, qui non conuerſionis feruore nouitio, ſed Monaſterij probatione diuturna didicerunt contra diabolũ, multorũ ſolatio iam docti, pugnare; & benè inſtructi fraterna ex acie, ad ſingularẽ pugnã eremi, ſecuri iam ſine conſolatione alterius, ſola manu vel brachio cõtra vitia carnis vel cogitationũ Deo auxiliante pugnare ſufficiunt*: atque ibi de Sarabaitarũ, & Girouagorũ teterrimo ordine narratione ſubiecta, concludit. *His ergo omiſſis ad Cœnobitarũ fortiſſimũ genus diſponendũ adiuuãte Domino, veniamus.*

Sarabaitarũ deperditi mores.

Sarabaitarũ autem ordo caldiori egebat ſtylo, & fortiori vſtione, quã à Baſilio illud vitæ ſolitariæ genus notatur in præſenti quippe *nulla Regula probati* (inquit Benedictus ib. *Sed in plũbi natura molliti, adhuc operibus ſeruantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini aut terni, aut certè ſinguli, ſine paſtore, non Dominicis, ſed ſuis, concluſi ouilibus pro lege eis eſt deſideriorum voluptas, &c.* de quo vide plura l.4.c.4. a.n. 77. De excellentia autem Cœnobialis vitæ ſupra Anachoreticam l.4.c.5.a.n.70. & Baſilium ipſum in excuſſ. Interr. 36. ex fuſſ. diſp. vbi docet, duabus de cauſis contingere poſſe quod quis fratrum contubernium declinet, & in ſolitudinem

Qui liceat fratrum cõtubernium declinare.

ſecedebat, *vel ex detrimento videlicet, quod ex neceſſitate contubernij naſcitur, vel ex mentis inſtabilitate illius, qui ſententiã mutet*: vbiq; iurè laudat ex prima cauſa diſcedentem: *neque enim iã à fratribus ſe ſegregabit, ſed ab alienis*: Quod B. Benedicto accidit, qui (vt narrat D. Greg. lib. 2. Dial. c. 3. cũ precibus quorundã Monachorũ victus, Monaſterij curã, fratrumq; cõtubernium fuiſſet amplexus, poſteaq; cognoſceret illicita ſibi non licere, atque eorũ corruptiſſimis moribus cõuenire nõ poſſe, *ad locum dilectæ ſolitudinis rediit, & ſolus in superni inſpectoris oculis habitauit ſecum.* Vide Interrog. 74. ex breuior.

25\. Vita ſeparata pro communi temporaliũ diſpenſatione, honeſta.

NOT. II. Honeſtam reputat Baſilius eam Monachorũ à fratrum contubernio ſeparationẽ, *quæ ad communẽ cæterorum pertineat diſpenſationem*: Qualis ea proculdubio eſt, quæ pro temporalibus adminiſtrandis (à quibus Monaſtica obſeruantia valde dependet) in grangiis permiſſa Monachis, longis ab hinc tẽporibus inuenitur: vt cõſtat ex primis ſacri noſtri Ciſtercienſis Congregationis Inſtitutis. c. 7. 24. 53. 58. 70. 73. apud M. Angelũ Manriq. tom. 1. Annal. Ciſt. A.C. 1134. c. 6. ibique & A.C. 1138. c. 5. n. 8. & 1144. c. 7. n. 7. plura de diſciplina à Patribus præſcripta iis, quibus pro communi bonorũ temporalium diſpenſatione ſolitaria vita permittitur. Eam verò iuxta Magni Baſilij ſententiam, adeo contrariam Monachatui, Patres noſtri perpetuò reputauere vt cũ initio naſcẽtis Ciſtercij cogitarent quo ingenio, artificio, vel exercitio, ſe, hoſpiteſque, quos vt Chriſtũ ſuſcipere præcipit, Regula, ſuſtẽtarẽt; diffinierunt ſe cõuerſos laicos, votis ſolẽnibus non cõſecratos de licẽtia Epiſcopi ſuſcipere, quibus prata, ſyluas, vineas, eorumq; agriculturã cõmitteret; non quidẽ ad Monach. leuamẽ, ſed ne Monachi extra clauſtra diuagarẽtur. De quo vide plura doctè admodum ab ipſo Man-

rique notata A.C. 1101. c. 3. a.n. 4. His autem decurſu temporis immutatis, adeo tamen ſequẽtibus ſæculis noſtrorum animis hæſit hæc obſeruatio, vt in Comitiis Generalib. Congregationis Caſtel. prudẽti lege cautum ſit c. 11. n. 7. Diff. Ciſt. ne quis Monachorum vltra triẽnium abſq; conſenſu Generalis grãgiæ adminiſtratione fungatur, ſed elapſo ſtatim ad fratrum contubernium redire.

INTERROGATIO IV.

SI oportet primo renuntiare omnibus, & ita venire ad hanc vitam, vel conuerſationem, quæ ſecundum Deum eſt, Domino, & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto dicente, ſi quis venit ad me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Et iterum: Qui non renuntiauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

RESP. *Qui ad hoc venit, vt Deum ſequatur, etiam ſeipſum negat; & tollit crucem ſuam Certum* 26. Quibus renuntiandũ.
eſt autem, quia & ante etiam diabolo renuntiauit, & operibus eius. Quod tamẽ non ab his, qui in profectu vitæ ſunt, vel qui iam ad perfectionem tendũt, ſed ab his, qui prima ſtatim confeſſione initiantur, fieri ſolet. In hoc autem renuntiat ſicut ſuperiùs diximus, etiam ipſe ſibi homo, id eſt priori conſuetudini ſuæ, vel vitæ. Renuntiat autem etiam moribus ſuis, & delectationibus ſæculi huius, & conſanguinitati corporali, illi maximè, quæ impedire poteſt eius propoſitum: & parentes quidam eos, qui ſe in Chriſto per Euangelium genuerunt, magis putat: fratres autem eos, qui eundem adoptionis Spiritum ſuſceperant: poſſeſſiones vero omnes ſimul à ſe ducit alienas. Et vt breuiter dicã his, cui pro Chriſto mundus omnis crucifixus eſt, & ipſe mundo quomodo poteſt ſeruus eſſe cogitationum, & ſollicitudinũ mundi, cum Dominus iubeat etiam animam ipſam negandam eſſe pro ſe? Perfecta itaq; ac renuntiatio eſt in eo, vt paſſionibus penitus careat, dum adhuc in corpore eſt. Sed hæc incipit agere ab his primò quæ extrinſecùs ſunt, id eſt à paſſionibus, vel inani gloria, & ſi quæ ſunt ſimilia vt ab his primũ efficiatur alienus, & hoc eſt quod nos docuerunt Apoſtoli

Iacobus, & Ioannes quo[illegible] omnia reliquerint.

Iacobus & Ioãnes, qui reliquerunt patrẽ ſuum Zebedæum, & nauem ipſam in qua erant. Sed & Mathæus reliquerat vectigal & ſurgens ac ſequens Dominum qui non ſolum lucra reliquerat vectigalium, ſed & pericula contempſerat; quod vtique poterat euenire à principibus ſæculi, pro eo quod vectigaliũ rationes imperfectas, atque incompoſitas reliquiſſet.

Qualiter Mathæus.

Ita autem cupiditate ſequendi Dominũ ductus eſt, vt iam nullo prorſus huius vitæ reſpectum, vel cogitationem ſibi met reſeruauerit. Quia autem neque ad affectus parentum, ſi aduerſantur Dominicis præceptis, neque ad vllam aliquam humanam dilectionẽ oporteat aliquẽ reſpicere, & per hoc ab eo quod propoſuit, impediri, Dominus noſter docet, dicẽs: Si quis venit ad me & non odit patrẽ ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores inſuper, & animã ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus: Simile eſt quod dixit: vt deneget quis ſeipſum. NOT. Doctrina Reſp. huius, quæ in excuſſis octaua eſt ex fuſſ. diſp. tota verſatur in explicãda abnegatione affectionũ animæ in vniuerſũ, cupiditate, ſcilicet, vana gloria, & aliis à quibus hominẽ extrinſecùs pati inquit S. Doct. nõ quia interiores animi motus nõ ſint, ſed quia ab extrinſecis obiectis mouẽtur, & ſpecificãtur, Excuſſi latius loco cit. materiã proſequũtur, exẽplo ſpecialiter appoſito in abnegatione dominij rerũ ex voto paupertatis. Nec putes Ba-

ſiiium aliquid Stoicum ſonare dum ait, quod perfecta abreituntiatio in eo ſtat, *vt paſſionibus penitus careat, dum adhuc in corpore eſt*, loquitur namque de inotdinatis affectionibus, quæ ſi deiiberatè procedunt ab animo, in virtuoſo eſſe nequeunt: non autem negat motus appetitus ſenſitiui, ſecundum quod à ratione ordinati ſunt, in ſapiente & virtuoſo inueniri; vt patet ex iis, quæ paulò poſt ſubiungit: *Quia autem neque ad affectum parentum, ſi aduerſaatur Domiaicis præceptis, &c.* agnoſcit ergo in virtuoſo parentum affectum eſſe poſſe, qui Dominicis præceptis non aduerſatur, ex moderatione rationis, Vide D.Th. 1.2 q.24 art.2. c. & q. 59. art.2.& 3. capite & 22. quæſt. 123. art.10.& alibi.

INTERROGATIO V.

28. *SI oportet eum, qui ſeruis Dei ſociari vult, reliaquere iadifferenter propinquis ſuis pertionem facultatum ſuarum, Domino dicente, Vendo omnia tua, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis, & veni ſequere me: Et iterum. Vendite omnia, quæ habetis, & date eleemoſynam?*

Qualiter profitentis bona diſpenſanda.

RESPONDIT. *Arbitror quod is, qui accedit ad Dei ſeruitium, noa debeat contemnere, & vt libet reliaquere ea, quæ ſibi competunt: ſed tentet omnia ſi fieri poteſt, cum ſumma diligentia abſumi, tanquam ea, quæ iam Domino coaſecrata ſunt, quantum fieri poteſt rationabiliter diſpenſare: ſcieas quia non eſt abſque periculo in opere agere negligenter. Si verò propinqui eius vel parentes contra fidem veniant, debet rurſum meminiſſe Domini dicentis: Quia non eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios aut agros propter me, & propter Euangelium, qui noa accipiat centuplum in præſenti tempore, & in futuro ſæculo vitam æternam. Veruntamen oportet eum his, qui ſibi, quæ ſua ſunt denegant, & reſiſtunt, & deſidem faciunt proteſtari, & denuntiare, quia ſacrilegij crimen incurrunt ſecundum mandatum Domini dicentis: Quia ſi peccat in te frater tuus, vade & argue eum, & reliqua. Iudicium verò experiri de his apud iudices ſæculi abnuit Religionis auſteritas per id quod dixit Apoſtolus. Audet aliquis veſtrum negotium habens aduerſus alium iudicari apud iniuſtos, & non apud ſanctos? Et rurſum: Quia iam quidem omnino delictam eſt in*

29. *vobis, qui iudicia habetis inter vos*, NOT. latius ac lucidius in excuſſ. Interrogatione 9. ex fuſ. diſput. diſpoſitio hæc Regularis habetur; in qua tria perſpicuè ſtatuit Baſilius: Primum, profitenti nihil ſibi ex iis, quæ poſſidebat reſeruare licere. Secundum: Monachos in communi, ſeu Monaſterium iure ſucceſſionis in bona nouitij gaudere. Quibus concinit D.P Benedictus c.58. vbi de ſuſcipiendis ad profeſſionem fratribus loquens, inquit: *Res, ſi quas habet* (nouitius) *aut erogat prius pauperibus, aut facta ſolemniter donatione conferat Monaſterio, nihil ſibi reſeruans ex omnibus, quippe qui ex illa die, nec proprij corporis poteſtatem ſe habiturum ſciat.* Quem locum eruditè, vt aſſolet, illuſtrat noſter Nicolaus Brauo in Not. ad idem cap. n. 14. 15. & 16. ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. &

Iure ſucceſſionis Monaſteria Monachorum gaudent.

Caſſiano l.7.c.19. de diuite ſibi aliquid in Munachatu reſeruante, cui Magnus Baſilius. *Et Senatorem* (inquit) *perdidiſti, & Monachum non feciſti.*

Quibus adde execrabilem ac ſecreta punitione dignam Iure potiori eſſe corruptelam eorum (ſi qui forſam ſunt, quod adhuc 30.
dubito) qui peculia ſibi in profeſſione reſeruant in exceſſiua quantitate, vel congerunt poſt profeſſionem. Sed aiunt: His omnibus, ſiue reditus annui ſint, ſiue ſupellectilia, ſiue mobile peculium, dependenter à voluntate Prælati, eiuſque permiſſu vtimur, rerum omnium prorſus abrenuntiatu dominio. Benè quidem. Non ſum tam hebes, vt ignores tritam, ac vulgarem differentiam inter dominium, vſumfructum, & vſum, lippis quoque ac tonſoribus notam: at nunc Religiosè diues, ſtolidus tibi, & parum Theologus videri non teneo. Quæ rogo conuentio obſeruantiæ paupertatis, & vſus 30. aureorum? Quid ad me de dominio integri Regni; ſi tamen perpetuò opibus eius, annuiſq; reditibus vtar? Quæ cura quãtumuis auaro eſſet ſæculari de dominio Indiarum, dummodò perpetuo ſibi ab eis prouenientium gazarũ, & annuorum redituum concederetur vſus? Sed inquis: Vſus ipſe adhuc in exercitio liber mihi, atque integer non eſt, ſed dependens à voluntate Prælati. At heù: pecuniâ ipsâ liberum emis pecuniæ vſum. Vix namque aliquam ex opulentis his Pſeudo-Religioſis inuenies, cui penè (ne dicam omninò) liberum pecuniæ vſum auſus fuerit prohibere Prælatus. Quid ſi prohiberet? Quid ſi impediret: Quot tumultus in Monaſterio orirétur? quot querimuniæ? Væ, diceret, quæ tempora, qui mores! Canes non reueretur Prælatus iſte, dignitate iterum atque iterum decoratos non colit, inſulas peſſumdat, Magiſtros paruipendit, infirmis & ſenioribus namq; ex peculio ſibi ad hoc permiſſo ſubuenit; confundit faſque nefaſque. En miſer qualiter peculium ipſum pro poſſidentis perditione decertat: en qualiter pecuniæ obediunt omnia, etiam Prælatus. Eſſentiam & prædicata eſſentialia voti paupertatis, & purè Platonicam eius ideam calleo; nam & ego logicus ſum: ſed vero Monachus etiam ſum, & in re ipſa & in exercitio pecuniæ vſum, & abuſum doleo. Vide circa peculij vſum plura doctè, ſanctè, ac prudenter diſpoſita in Diffinitionib. Ciſterc. cap. 23. num. 4 & in Actis Comiticis generalium. A. C. 1641. n. 6. Sed ad rem

Peculia Monachorum exorbitantia taxantur.

Fors Baſilij & Nazianzeni æuo, paucis 31.
poſt exaratam ab ipſis Regulam iſtam (quam iuxta Baronij calculum A.C.363. elucubrabant) elapſis annis, in aliquibus etſi pauciſſimis, tum Orientis tum Occidentis Monachis, modò à nobis taxata paupertatis Monaſticæ irrepſerat præuaricatio, quæ anſam præbuerit A.C. 370. Valentiniano Imper. ad editionẽ impij illius reſcripti l. 20. de Epiſc. & Cler. C. Theodoſij quò eorum auaritiæ cohibendæ prætextu prohibuit, *vt nec per ſubiectam perſonam valeant aliquid vel donatione vel teſtamento percipere.* Cuius rei conſcius D. Ambroſius, impium iudicans pauciſſimorum auaritiam vniuerſo ſtatui Monaſticæ

Ius ſucceſſionis impiè à Valentiniano Monachis proſcriptum.

naſtico damnationi eſſe,hæc ad Valentinianum Iuniorem ſcribit epiſt. 31. *Nobis priuata ſucceſſionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus iniuriam, quia diſpendia non dolemus.* Et infra: *Scribuntur teſtamenta templorum miniſtris, nullus excipitur prophanus,nullus vltimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ: ſolis ex omnibus clerico commune ius clauditur, à quo ſolo pro omnibus votum commune ſuſcipitur, officium commune defertur;nulla legata,vel grauium viduarum, nulla donatio: & vbi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio mulcta praſcribitur. Quod ſacerdotibus phani legauerit Christiana vidua,valet: quod miniſtris Dei, non valet.* Quid iniquius?

32. Eius reſcriptum parum piè a Baronio defenſum.

Verum Baronius A. C. 370. Impiam Valentiniani legem aliquatenus excuſare contendens parum piè omnium clericorum ac Monachorum eius ſæculi mores quaſi perditiſſimos & corruptiſſimos carpit pluribus D. Hieronymi locis. Neſcio autem qua fronte paucorum inimicorum Hieronymi deperditam vitam in commune Clericatus & Monachatus probrum obiicit Baronius;niſi fortè ea ſolum rudi ac præcipiti dementia captus, qua vnius Clerici,vel Monachi lapſum in commune Eccleſiaſticorum dedecus fallax, & ſtolidum vulgus ab ipſis naſcentis Eccleſiæ crepundiis referre vſque in præſens conſueuit.Id autem inde tanto Doctori euenit, quod oſcitanter D. Ambroſij relata legerit verba, quibus iniquæ legis rigorem aperiens, inquit: *Et vbi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio mulcta praſcribitur.* Ambroſius autem eiuſdem æui ſcriptor erat, zelo Dei feruidus & morum diſciplinæ auidus qui quidem ſi tantam generaliter in Clericis & Monachis auaritiæ deprehendiſſet corruptelam, ſanè prudens taceret, nec Imperatori obiicere auderet mulctam innoxiis præſcribi, culpa in moribus non deprehenſa. Nec te moueat Hieronymi in Clericos & Monachos inuectiua: tum quia ipſi vehementia ſpiritus à natura donati (vt cum Baronio notauimus lib. 4. cap. 5. num. 35.) haud facilè fuit de hæreticis ſibi infenſiſſimis loquenti, intra limites puræ defenſionis ſeſe includere. Tum quia Hieronymi cenſura ad ſummum indefinita eſt,ac proinde de ſingularibus, iiſque pauciſſimis Monachis & Clericis Hieronymi hoſtibus accipienda; quo ſenſu ſemper; & omni Eccleſiæ ſæculo vera eſt, ac deploranda;quod & nos nupertimè fecimus:indefinita autem & ſingularis correptio aliquorum,ac pauciſſimorum auaritiæ vitio excæcatorum, nequit abſque temeritate iniquæ admodum legis,ac vniuerſalis reſcripti communis cauſa iudicari.

33. Excuſatio Baronij.

Vidit, ni fallor, ſe exceſſiſſe Baronius: cumque ſibi,tot Monachorum & Clericorum vitia,quaſi communia enarrare puduiſſet,inquit loco cit. *At dices: Cur hæc refoſſa, & in vnum collecta omnibus ſpectanda in Annalibus ponis, perpetuo obruenda ſilentio, quorum cauſa ipſe S. Hieronymus complurium in ſe ſtudia clericorum armauit? Ut ex his lector intelligas ſancienda ab Imperatore legis occaſionem: neque (quod ingeniū ſcriptoris eſt) veri amantis hiſtorici probè ſcias explere numeres,nec in gratiam hominum vitia reticendo, laudare virtutes.* Sed reuera, hiſtorici verum (an vanum) amantis faſtum, centuplo cariùs emit Baronius quam æſtimatur:Tandem qua veritate ibidem aſſerat reſcriptum adeo iniquum, atque Eccleſiæ autoritati & libertati contrarium, Damaſo Papa agente & conſentiente editum fuiſſe, & in Vrbis Eccleſiis lectum, aliorum iudicio relinquo.

34. Quo temperamento Monachi laicos citare debeant?

Tertio ſtatuit Baſilius,nullatenus debitorem in iudicio citare coram ſæculari Iudice Monachis decere ante admonitionem fraternam ſacrilegij. Hoc autem præmiſſo charitatis remedio, licitum eſſe ſæcularem debitorem coram ſæculari ac competenti iudice citare,exprimit Baſilius eadem Interrogat. 9. vbi poſt noſtræ doctrinam ſequentia leguntur in excuſſis. *Eſt tamen cum clarius aperienda cauſa veritatis ſæpe numerò ipſi ab ipſo illo, qui nobis infert iniuriam, vocati ad dietam vtrique parti communiter indictam, ad nos purgandos debemus deſcendere, non laceſſentes ipſi,ſed laceſſiti: idque ita facere, vt manifeſtè appareat, nos neque iracundia, neque contentioſa pertinacia vlla adductos eo deſcendiſſe,ſed ea re ſolum, vt veritas illuſtrior reddatur cæteris, atque conſpicua magis. Sic enim & illum etiam inuitum, è malis, in quibus eatenus verſatus fuerit, eximemus, & nos à præceptis Domini non diſcedemus, ſi videlicet tanquam Dei miniſtri, non contentionis ſtudio, aut auaritia vlla ducti, conſtanter pro illuſtranda veritate propugnabimus: neque omnino vſquam maius, quam quantum permiſſum ſit ſtudium in re iſtiuſmodi, adhibeamus.* Qualiter vero, in quibus cauſis & coram quibus Iudicibus ſæculares à Monachis citari poſſint vide apud Larteam de Legib. pœnalibus p. 2. caſu 10.

INTERROGATIO VI.

35. Nouitiorum probatio.

SI oportet omnes, qui veniunt ad nos, ſuſcipere cum probatione; & qualis iſta debet eſſe probatio, cum Dei clementia omnes vocat per illam prædicationem qua dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

RESPONDIT. *Non ſine diſcrimine quempiam venientem ad nos ſuſcipere ſine probatione oportet? Verumtamen neque immundis, vt aiunt, pedibus indulgendum eſt ineruire quempiam in ſancta doctrina. Sed ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus iuuenem illum, qui ad ſe venerat interrogauit de priori vita ſua: & cum vidiſſet quia rectè tranſacta eſſet, quod deerat præcepit adimplere: & ita demum iuſſit eum ſequi ſe. Ita etiam nos oportet inquirere de præterita vita, & conuerſatione, ne fortè ſimulata quis mente, & fallaci animo accedat ad nos. Quod ita demum dignoſcitur, ſi facilè omnem laborem corporis, qui iniungitur, ferat, & ad caſtigatiorem vitam promptius inclinatur: vel ſi delictum aliquod ſuum cum interrogatus fuerit, nequaquam protumiare confundatur, & medellam delicti, quæ adhibita fuerit, gratanter adſumit; & ſi ad omnem humilitatem abſq; vlla verecundia inclinatur, ac vilioribus, & abiectioribus artificiis, ſi ita ratio popoſcerit, eradi ſe non accipiat aſperanter? Cum ergo de ſingulis do-*

cilium Trident. ſeſ.25.cap.14. & 17. iamque ab antiquiſſimo tempore deſiit conſuetudo teneres pueros admittendi ad habitum Monaſticum: præualuit tamen apud fœminas mos edentulas ac tenellas puellas in Mooaſteria ſub Monachali habitu à crepitaculis educandi. Quo temperamento id fieri oporteat vide lib.4. cap.5 .n.19. Quantum autem puerorum conuerſatiooe iampridem ante Baſilium & Benedictum Monaſtica elanguerie diſciplina, tepuerit ieiuniorum regula, vigiliarum aſſiduitas, ſilentij graoitas, atque adultorum mores tepueraſcete cæperint, vſque ad ſcythis deſolationem, vide notatum lib.3.c.5.n.50.& 51. Vnde Abbas Iſaac rei huius ex his quæ paſſus fuerat conſcius grauiter, & appoſitè dixit: *Pueros hic non adducatis, quia propter pueros in Scythi quatuor Eccleſiæ* (ideſt Monaſteria) *eremus facta ſunt.* Hùc forſam reſpiciebat Baſilius ipſe ſer.de Abdicatione rerum Vbi hæc habet. *Incais ſiue ætate, ſiue animo, æqualium tuorū conſuetudinem de fugito ab illiſque te non ſecus ac ab ardentiſſima flāma procul abducito, quando illorum opera vſus aduerſarius pleróſque olim incendio dedit, & ſempiterno igni cremandos addixit, ac ſpiritalis videlicet primo charitatis vana ſpecie illectos, in teterrimam poſtea Pentapolitanam voraginem præcipites deturbauit, & qui ex medio pelago ſæuientibus Vndique procellis, tempeſtatéque incolumes euaſerans, eos iam intra portum ſecuros, vna cum ipſa naui vectoribúſque ſubmerſit.* Et quidem vnaquæque ætas nullo remorante fræno naturæ impetu ad ſua propendet. Quæ namque poterit diſciplina impuberes compeſcere puellas, ne puppis (noſtris *muñecas*) luſitent? quas niſi iam nubiles Veneri offerre non norunt teſte Perſio ſatyr. 2.

—— In ſacris quid facit aurum?
Nēpe hoc quod veneri donata à Virgine puppa.

Quis pueros prohibebit

Ædificare caſſas, ploſtello adiungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine lōga?

Iuxta Horat.ſatyr.4. Nec dubium puerilibus his plures delectari barbatos: cunctaque morum grauitati ad Monaſticem requiſitæ, vſq; ad deſolationē officere. Vide infra c.ſeq.n.63.

39. Monaſteria duplicia.

NOT. II. Colligitur etiam apertè ex præſenti canooe duplicia Mooaſteria, Monachorum ſcilicet ac Monialium Baſilij diebus extincta fuiſſe, decenter tamen habitatioois loca diuiſa: quod luculentius in excuſſis habetur dicta interrog.15.huic 7. reſpondente, vbi de puerorum educatione loquens S. D. hæc habet. *Educandi quidem ſunt cum omni charitate. Seorſimque ipſis, & locus in quo habitent, & victus ratio quam teneant aſſignari debet, tam maſculis quam femellis à ſe diuerſo domicilio ſeparatis.* Expreſſius adhuc interrog. 154.ex Breuior.vbi quærit? *Si aliquando tempus inciderit, vt qui pauci ſunt fratres, & pluribus ſororibus inſeruiant, ij in neceſſitatem deueneriat, vt tantùm inter ſe alij ab alijs diſiungendi ſint ad pleráque diuerſa opera obeunda*, &c. Qui verò diſiungi poſſent, ſi Monaſterium idem non inhabitarent. Quo edocta exemplari D.P.N. Benedicti ſacra familia duplicitatem Mooaſteriorum ſæpiſſimè imitata eſt pluribus ſæcolis, de quo vide Zepiū to.4.A.B.370. tom.5.A.B.463.to.6.A.B.563.c.1.& 590.c.3.

INTERROGATIO VIII.

40. Continentia Monachis neceſſaria.

SI oportet eum, qui ſe pia ac religioſa vita dederit, etiam continentiam obſeruare? Reſpondit. Quia in omnibus neceſſaria ſit continentia, manifeſtum eſt primo omnium ex eo quod Paulus Apoſtolus inter fructus Spiritus ſancti etiam continentiam nominat. Tum deinde etiam immaculatum miniſterium per hanc ſeruari poſſe deſignat, cum dicit: In laboribus, in Vigilijs, in ieiunijs, in charitate: Et iterum alibi: in labore, & fatigatione, in Vigilijs multis, in fame & ſiti: in ieiunijs frequenter: Et iterum: Omnis qui in agone contendit ab omnibus continens eſt. Et rurſum. Macero corpus meum, & ſeruituti ſubijcio. Quod vtique non aliter, quam per continentiam videtur impleri, & iuuentutis tumor, ac feruor ætatis velut fræno quodam reſtringi, & reprimi per ſolam continentiam poteſt. Non enim expediunt ſtulto deliciæ, ſecundum Salomonem, Et iterum, Vidua in delicijs viuens mortua eſt. Sed exemplum illud diuitis in delicijs viuentis, neceſſariam nobis oſtendit eſſe continentiam, ne forsè: & nos audiamus, quod audiuit, & diues, quia cōſecutus eſt bona in vita ſua. Quomodo autem incontinentia periculoſa ſit, etiam Apoſtolus edocet, cum eam vt propriā illis adſcribit, quos recedere à Deo dicit. Ait enim: In nouiſſimis diebus inſtabunt tēpora periculoſa: erunt enim homines ſeipſos amantes, & cum plura mala enumeraſſet, ad vltimū poſuit. Comeſſores, incontinentes, immites. Sed & Eſau malorū ſuorū, quaſi fomitem quendam habuit incontinentiam, qui pro vno cibo vendidit primitiua ſua. Sed & prima illa præuaricatio.

Incontinentia periculoſa.

Hic interſerit Smaragdus quæ in nota aduertuntur, *totius mali muſcipula, & per hanc omnes decipimur ad peccatū, per quam qui non reſoluitur, neque inclinatur ab ea, omnem ex ſe peccati peſſimum germen excidit.* NOT. Plura de eadē re in excuſſ. Inter.16.quę Smaragdos his aſſuit, exēplis adductis de contineotia Chriſti Domini, Moyſis, Eliæ, Danielis, & Ioan. à qua eorum virtutes exordium ſumpſiſſe ſentit. Et tandem quid nomine cōtinentiæ intelligat, ſic aperit: *Ea deniq; abſoluta cōtinētiæ ratio eſt, vt linguæ, vt oculis limites præſcribat, vt auribus minimè curioſam indulgeat auſcultationem, & ſingulis his cancellos, ipſorum officiis quaſi quoſdam circumſcribat, atq; circumdet extra quos qui egreſſus ſit, is incontinens, ac petulās eſt.* Quo videas non de ſpeciali virtute continentiæ, quæ in abſtinentia à cibis verſatur, ſed de continētia generali virtute, & abſtinētia ab omni re turpi eſſe ſermonem. Vnde concludit: *Animaduertis quemadmodum circa hoc vnum præceptū reliqua omnia veluti in choro coniunctim inter ſe cōnexa cohæreant.* Quo ſenſu præſentem doctrinam tranſtulit Benedictus ad c.49. vbi de continētia loquens Quadrageſimæ Sacro tēpore obſeruanda inquit: *Iſtis diebus omni puritate vitam ſuam*, Monachus *cuſtodire debet: Quod tunc digne fit, ſi ab omnibus vitiis nos temperemus*, & infra: *vnuſquiſque ſubtrahat corpori ſuo de cibo, de potu, de ſomno, de ſcurrilitate &c.*

41. Continentia generalis virtus.

INTERROGATIO IX.

QVa eſt menſura continentiæ?

42. Menſura ciborum.

RESPONDIT. *Quantum ſpectat ad vitam, vel paſſiones, penitus abſtinere, nec vnquam ſuperari. Quātū autē ad cibos, prout vſus depoſcit, vel ætas, vel labor, vel robur corporis, vel incōmoditas eius, ita etiam modus & qualitas temperabitur cibi. Neque enim poſſibile eſt omnes fratres vnum*

ordinem,

ordinem, vel modum, ac regulam cuſtodire. Hi verò qui ſani ſunt, poſſunt omnes vnam menſuram tenere in abſtinentia. Immutari verò oportet per ſingulos, in quibus cauſa aliqua diuerſitatis exiſtit, prouidentia ac prouiſione eorum, quibus diſpenſandi hæc cura commiſſa eſt. Neque enim per ſingula ſermone complecti poſſumus, ſed ea tantummodo comprehendimus, quæ ad communem vel generalem pertinent inſtructionem. Solatia verò incommodorum in cibis, vel eorum, qui iam feſſi ſunt ex opere continentiæ, ſiue aliis quibuſlibet laboribus, quos pro Religione pertulerunt ij, qui præſunt, ſecundum quod res & ratio depoſcit, adhibebunt. Neque ergo tempus reficiendi omnibus idem ſeruari poteſt. Neque modus cibi, neque qualitas, Et proſpectus iſte ſit omnibus vnus, vt non vſque ad ſatietatem perſiſtamus in edendo: repleri enim ventrem, & grauari ex cibis valde inutile eſt, etiam corpori ad omne opus. Tum deinde quia & grauatur inſomnium, & quia etiam lædi ex his facilè poteſt. Sed ne ſuauia quidem quæque in ſame ciborum ſectanda ſunt: ſed ſufficit vſum explere viuendi refutata luxuria. Si enim libidini ſeruiamus, nihil aliud eſt, quam Deum facere ventrem noſtrum: quoniam quidem corpus humanum ſemper exoleſcit, & deficit, idcirco & repleri indiget, ac reformari. Propter quod & naturale eſt cibi deſiderium, id quod ſecundum rectam rationem vſus ipſe ad reparationem depoſcit eorum, quæ exinanita fuerint, & abſumpta, tam aridi, quam etiam humidi elementi. Si quid ergo illud eſt, quod poſſit vel breuiùs, vel faciliùs explere hanc neceſſitatem corporis in cibis, id potius eligendum eſt.

43. Potus aquæ. *Sed & Dominus hoc opinor oſtendit, cum eſurientes refecit in deſerto: qui cum vtique poſſet maiore miraculo copioſiores eis cibos parare, nihil horum fecit: ſed ſimplicem eis exhibet victum, ſecundum Ioannem; quinque panes hordeaceos, & piſciculos duos apponens. De potu verò nec mentio quidem villa fuit, ex quo illud ſine dubio deſignatur, quod omnibus ſufficiens eſſe poſſit aquæ vſus, & perneceſſarius; niſi fortè aliquis per infirmitatem corporis lædi ex hoc videatur. Cui ſine dubio ſecundum conſilium Apoſtoli Pauli ad Timotheum ſcribentis, cauendum eſt quod eſt noxium. Sed & quæcumque manifeſtè inre ſunt noxia, corpori deuitanda ſunt, abſurdum enim videtur propter ſuſtentationem corporis cibos ſumere, & rurſum per ipſos cibos corpori inferre perniciem, & cum ille illud reddere ad miniſterium mandatorum. Oportet tamen omnimodo illis vti cibis, qui & faciliùs aut viliùs comparantur, ne occaſione*

Quibus veſcendum. *abſtinentiæ inueniamur pretioſiora quæque & difficiliora ſectari, dum ſuauitate condimentorum viles natura cibos, non verò delicatum ſaporem extollere conamur. Sed quidquid eſt, quod in vnaquaque prouincia faciliùs & viliùs comparatur, & in vſu omnium communiter habetur, hoc ad vſus noſtros oportet adſumi: & ea tantummodo requiri, quæ ad vitam perneceſſaria ſunt: id eſt oleum, & alia huiuſcemodi, vel ſi quæ etiam ad infirmantium ſolamen adhibentur.* N O T. Pro-

44. Continentia quid. ſequitur S. Doctor interrogat. 17. ex fuſ. tractationem de virtute continentiæ, quatenus virtus generalis eſt, quam ſic iterum definit. *Eſt ergo continentia peccatorum ſublatio, vitioſarum affectionum amandatio, corporis ad naturales etiam vſque paſſiones, cupiditateſque mortificatio, principium vitæ ſpiritualis, ſempiternorum bonorum conciliatio, voluptatis aculeum in ſe ipſa abolens*: ibique plura de petulanti riſu, atque immani Cachino amouendo ex doctrina Salomonis, atque exemplis Saræ, & Iobi. Rurſus interrog. 18. cuncta à Monachis deguſtanda reſoluit, quæ in menſa apponuntur, eſumque carnis cunctis permittit, qui potum vini, ſolis in præſenti concedit infirmis teſtimonio vſus Apoſtoli 1. Timoth. 4 his verbis: *Verum enimuerò, ne ſimiles efficiamur inimicorum Dei, qui cauteriatam habent conſcientiam ſuam, ac propterea abſtinent à cibis, quos Deus creauit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus: ſingula (ſi quando tempus inciderit) attingenda nobis ſunt, quatenus iis, qui nos cernunt, oſtendamus omnia eſſe munda mundis, & nihel reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipiatur.* Quæ edulia à Baſilio permiſſa. Idem omnino tradit ſer. de Inſtit. Monach. Quod quidam ſtatuiſſe crediderim ne occaſionem ſimplicibus daret exiſtimandi ſe Priſcilianiſtis & Manichæis ſolo nomine diuerſis vt notat D. Leo epiſt. 93. ad Turibium) Hiſpaniam aliaſque Occidentis prouincias Baſilij æuo infeſtantibus & eſum carnium illicitum putantibus, aliquatenus neque à longè conſenſiſſe: quorum errores refert Baronius A. C. 381. & Gaulterius ſecul. 4. in Collatione veterum errorum cap. 34. Sed quanto temperamento ea Monachis indulgentia vti liceret, eodem teſtimonio oſtendit iis: *attingenda à nobis ſunt*; & in præſenti vbi faciliora inuentu, & comparatu viliora, *vt oleum, & alia huiuſcemodi*, ad communem victum aſſignat. Concinit omnino Baſilio D. P. N. Benedictus cap. 39. & 40. quantum ad prudentem mediocritatem, ætatumque ac perſonarum rationem in menſura ciborum habenda. Diſſidet quatenus è contrario eſum carnium ſolis concedit infirmis, & vini potum cunctis permittit. Obiter autem nota lector perpetuum diſcrimen inter vtriuſque Præceptoris Regulas: quod Baſilius tum in præſenti, tum etiam vbique generalia tantummodo tradit ſtatuta, vt ipſe aduertit in hac Reſponſione illis verbis. *Ea tantummodo comprehendimus quæ ad communem vel generalem eminent inſtructionem.* Benedictus verò generali prudentiæ principio paucis tradito, fuſiùs ad ſingularia deſcendens ſtatuto panis pondus, pulmentarius numerum & qualitatem, vini menſuram, prandij & cœnæ horas, &c.

INTERROGATIO X.

QVomodo oportet obſeruare nos circa cathedras, & accubitus, cum tempus popoſcerit: quoniam Domini habemus præceptum, quod nos in omnibus inſtituit ad humilitatem; in quo etiam hoc pronuntiauit; vt cum ad conuiuium eamus, diſcumbendi locum nouiſſimum requiramus, & non occupemus locum priorem. 45.

R E S P O N D I T. *Illud ſcire oportet, quia vbi omnes eodem proſpectu ac propoſito conuenimus, maximè ſi in multis & maioribus humilitatis noſtra documenta iam didicimus capere quidem, præuenire vnumquemque inferiorem locum, ſecundum mandatum Domini condecens eſt. Sed* Seſſionis ſeu accubitus ordo.

rurſum

Digitized by Google

rurſum ſi res ad contentionem veniat de hoc, & vnus alium detrudere velut de loco inferiori conatur, valde eſt improbabile. Cauſa enim ex hoc perturbationis & inquietudinis naſcitur, ſi incipiat nemo alteri cadere. Et ſi pro hoc certamina inueniantur, ſimile erit, tanquam ſi de primatibus contendatur. Propter quod oportet, etiam in hoc conſideratiùs prouidere, vel quid vnicuique noſtrum competat, vel certè indulgere ei cuius cura eſt, & in cæteris & in recumbendo ordinem cuſtodire, & obtemperare ei, vt impleatur in nobis illud quod dictum eſt: Omnia veſtra honeſtè, &

Vnde penſandæ ſecundum ordinem fiant. NOT. Glorioſa profectò de nouiſſimo loco contentio, Aſcetica quidem ſchola tanti Magiſtri digna: verùm ſi peruicax eſſe cœperit æquè damnabilis, ac ſi de principe loco pugnaretur. Vnde in excuſſis Interrog. 21. huic correſpondente, cedendo potius, inquit, parandoque ad veram humilitatem perueniemus, quando maius ſuperbiæ ſignum eſt, nimis præfractè contendere, quam principem locum in ſubſellis tenere, quandocumque id facere iuſſi obtemperemus. Crediderim illis verbis, & in cæteris, & in recumbendo ordinem cuſtodire, ad conuerſionis tempus reſpexiſſe Baſilium, etiamſi id præcipuè ſuperioris curæ & arbitrio remittat. Benedictus verò cap. 63. pro eradicanda omni contentionis occaſione diſponit, vt exceptis his, quos altiori conſilio Abbas prætulerit, vel degradauerit certis de cauſis (ex meritis ſcilicet vel demeritis) reliqui omnes vt conuertuntur, ita ſint.

INTERROGATIO XI.

QVis eſt dignus, vel decens habitus Chriſtiani? RESPONDIT. Quoniam ſermo in ſu-

46. Veſtium faſtus vitãdus. perioribus humilitatem neceſſariam docuit; ita & qui vult religioſè, ac piè viuere, in omnibus & ſimplicitatem, & humilitatem requirat: Id eſt ea, quæ paruo ſumptu acquirantur. Id obſeruandum puto in corporis vſibus, per quod occaſiones nobis malarum occupationum minimè fiant. Hoc ergo etiam in obſeruatione indumentorum cuſtodiendum puto. Si enim ſtudium nobis habendum eſt, omnium eſſe minimos, & omnium nos nouiſſimos; certum eſt quia & indumentis omnium nos nouiſſimos deputare debemus. Nam ſi ij, qui gloriam ſibi ex indumentorum ſplendore conquirunt, ſatis agunt, quomodo pretioſis & magnificis veſtibus videantur induti; ita conſequens eſt, eum, qui de vltimis & nouiſſimis, id eſt per nimiam humilitatem placere ſtudet, eligere debet hoc, in quo omnium vltimus & nouiſſimus appareat, ſicut ille, qui contrariò de ſummis, & pretioſis videri clarior, & nobilior vult. Si enim in publica cœna arguuntur Corinthij, quod per ſuam abundantiam confundunt eos, qui non habent, certum eſt, quia & in hoc ſimplici & communi omnium indumento, qui ad communem habitum vel vſum pertinet, etſi alter altero differat habitus, vel pretioſior inueniatur, ex ipſa comparatione confundimus non habentes. Sufficienter quoque etiam Apoſtolus huiuſcemodi vſibus breui ſermone regulam poſuit, dicens: Habentes autem & victum & veſtitum, his contenti ſimus. Oſtendens indumento ſolo, quo tegamur, indigere nos, & non varietate aliqua, & ornamento eius ac decore iactare; quæ vtique poſtmodum introducta ſunt humanæ vitæ artificiis, ac luxuriæ ingenio conquiſita. Sed & primus ille indumenti vſus hæc eadem indicat, cum dicatur Deus feciſſe primis hominibus pelliceas tunicas. Sufficiebat enim ad confuſionem contegendam huiuſcemodi indumenti vſus.

Verùm quoniam nobis proſpectus eſt indumentis etiam & calefieri, & foueri, neceſſarium videtur, vt ad vtrumque vſus ipſe temperetur, quo & cooperiri nuditas videatur, & vis frigoris, vel omne, quod extrinſecus lædit, arceri. Sed quoniam in his ipſis alia quidem ſint meliora, alia inferiora, conſequens eſt ea eligere, quæ nobis vſum exhibent longiorem, ita tamen vt in nullo lædatur regula voluntariæ paupertatis: id eſt vt alia quidem nobis ſint veſtimenta ad procedendum præparata, & alia ad vſum domeſticum, & rurſum alia in aliud tempus, vel in nocte alia. Sed oportet vnum illum ipſum tale eſſe indumentum, quod nobis ſufficere poſſit ad omnia: vt & in die honeſtum videatur indumentum, & in nocte expleat neceſſitatem. Ex hoc enim fiet, vt & habitus noſter communis, & ſimilis atque vnius forma ſit omnium, & Chriſtianum etiam forma ipſa deſignet: ea enim quæ vno proſpectu ac propoſito geruntur, ſimilia, imò eadem eſſe omnibus debent. Vtile enim eſt, etiam ex ipſa proprietate veſtis & habitus, intelligere vnumquemque, & profeſſionem ſuam agnoſcere in ea vita, quâ ſecundum Deum viuit: vt ſciat ſibi etiam actus conſimiles eſſe debere, & ad eos, qui nos vident, ſecundum habitum noſtrum æquales etiam in actibus apparere debemus. Non enim ſimiliter turpe eſt in quolibet alio ſi inhoneſtè quid agat, ſicut in his, qui vitam ſobriam etiam in ipſo habitu profitentur. Si enim quis videat de triuio aliquem hominem cedentem alium, aut vapulantem publicè, vel turpiter proclamantem, aut in tabernis aliiſque locis vitam cum dedecore ducentem, ne obſeruabit quidem facilè huiuſcemodi hominem, vel notabit, ſciens eum conſequenter hac ad reliquam vitam ſuam gerere. Quod ſi videat quis vel parum aliquid contra quam condecet facere, obſeruant omnes & increpant & ad Religionis opprobrium ducunt.

47. Veſtium vilitas & ſimilitudo commendatur.

Notabiliores Monachi ſi vel parũ labantur.

Itaque velut pædagogus quis eſt infirmioribus habitus iſte religioſior vt etiam inuitos eos ab opere inhoneſto indecentique cuſtodiat. Deniqùe & Apoſtolus Epiſcopum ordinatum eſſe deſignat, quæ res ad habitum Magiſtri reuocatur. Sed & de mulieribus in habitu ordinato eas eſſe debere. Ordinatus autem eſſe habitus Chriſtiani dicitur is, qui ſecundum propoſitum ac profeſſionem eius aptus intelligitur. Sicut enim proprium eſt aliud militi in habitu veſtimenti, & aliud eſt habitus Senatoris, ex quo præcipuè intelligitur vel iſte quod Senator eſt, vel ille quod miles eſt: ita etiam Chriſtianus habere aliquod proprium etiam ex ordinatione indumenti ipſius debere.

48. Ordinario habitus.

Sed & de calceamentis eadem ratio obſeruabitur, vt quod ſimplicius eſt, & aptum propoſito, & vſibus ſufficiens, id adſumitur, Zona quoq; vſum oſtendunt neceſſarium eſſe etiam, qui præceſſerunt nos Sancti: nam Ioannes zona pellicea conſtringere lumbos ſuos dicitur. Helias tanquam quiddam proprij habitus ipſius deſignatur, cum dicitur: Vir hirſutus zonam pelliceam habens circa lumbos ſuos. Sed & Petrus zona vſus oſtenditur, ſicut ex Verbi Euangelij, quæ ad eum dicta ſunt, recognoſcimus: Accinge te, inquit, & calcea te caligis tuis. Sed & Beatus Paulus zona vſus oſtenditur per Agabi prophetiam dicentis: Virum

49. Calceamenta.

Zona.

Digitized by Google

enim cuius eſt zona hæc, ita alligabunt in Hieruſalem. Sed & Iob audit a Domino: Accingere ſicut vir lumbos tuos. Virtutis namq; id eſt cuiuſdam, & prompti ad opera animi ſignum videtur eſſe vſus cinguli Diſcipuli Domini zona vſus fuiſſe videtur ex more, quibus prohibebat ne pecuniam habeant in zonis ſuis. Reuera enim neceſſarium vid. tur eum, qui manuum opere vti in aliquo debet, ſuccinctum eſſe, & in omnibus præparatum, ac ſine vllo impedimento inueniri ad omne boni operis miniſterium. Vnde & cingulo indiget, vt vel colligata circa corpus ſit tunica, & quæ magis conſoueri poſſit, ſi vndique conſtricta ſit, vel non impediri ad omnem rem, quam agere parat.

50. Duas tunicas habere præſcribit. De numero autem indumentorum nihil poſſumus dicere, cum manifeſta definitione præſcriptum ſit: in quò dicit: qui habet duas tunicas, det non habenti vnam. Ex quo ſine dubio plures habere illicitum eſt. Quibus ergo dicitur: Habere duas tunicas non licet; his quomodo aliquid de diuerſitate indumentorum præcipi poteſt? NOT. Quadrat omnino D. P.N. Benedictus doctrinæ generali Baſilij eaque vterque ſuis Monachis præſcribit veſtimenta quæ minori ſumptu haberi poſſunt: ſed valdè diſcrepant in deſignatione ſpecifica veſtium. Baſilius namque non vult diuerſa ad procedendum vel pro noctibus veſtimenta eſſe parata ab his, quæ domeſtico vſui deſeruiunt; Benedictus vero cap. 55. Cuculla (inquit) & tunica ſine aliquanto his, quas habere ſoliti ſunt, modicè meliores, quas exeuntes in viam accipiant de veſtiario & reuertentes reſtituant. Baſilius duas tunicas prohibet, Benedictus verò. Sufficit Monacho (inquit) duas tunicas, & duas cucullas habere propter noctes, & propter lauare ipſas. Baſilius de numero (inquit) veſtimentorum nihil poſſumus dicere: Benedictus. Dentur (ait) ab Abbate quæ ſunt neceſſaria, id eſt cuculla & tunica, & pedules & caligas brachile, cultellus, graphium, acus, mapula, tabula: Et paulo ſuperius: ſcapulare propter opera: & cap. 22. cinguli ſeu funis meminit. Baſilius ſtramenta lectorum penitùs pertranſit; Benedictus, Stramenta (inquit) lectorum ſufficiant matta, ſagum, lena & capitale. Baſilius pallio vſus eſt. Benedictus cucullam primus Monachis dedit. Quæ valde notanda ſunt ad euidentiam eorum, quæ de diuerſitate Regularum vtriuſque dicta ſunt cap. præced. à num. 38. quæ tu recolas. Vnde etſi aliud non ſuppeteret argumentum, hinc ſatius apparet omnimoda Inſtitutorum ſpecialium contrarietas ſub omnimoda conformitate principiorū communium erga res Monaſticas, quod paſſim in moralibus accidit. Latiùs aliquantulum de hac materia in excuſſ. Interr. 22. & 23. ex fuſſ. diſp. Incidetque iterum infra Interrog. 95. 128. 143. 144.

Baſilij & Benedicti contraria ſtatuta.

INTERROGATIO XII.

51. SI licet alicui ex proprio dicere quod ſibi videtur bonum vbique teſtimoniis Scripturarum, Domino noſtro Ieſu Chriſto dicente de Spiritu Sancto: Non enim loquitur à ſe, ſed quæcumque audierit, hæc loquitur. De ſeipſo autem: Non poteſt Filius à ſe facere quidquam. Et iterum: Ego à me ipſo non ſum locutus, ſed qui me miſit Pater, ipſe mihi dedit mandatum, quid dicam, & quid loquar. Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo loquor, ſicut dixit mihi Pater, ita loquor.

Nihil ſacræ Scripturæ addendum vel diminuendum. RESPONDIT. Quis poteſt in tantum temeritatis progredi, vt audeat à ſe quicquam vel loqui, vel cogitare? Imo vero ſciendum eſt, quia omnes duce itineris indigemus Spiritu Sancto, vt ipſe nos in viam dirigat veritatis, & in cogitatione, & in Verbis, & in actibus. Cæcus eſt enim, & in tenebris deget omnis, qui eſt abſque ſole iuſtitiæ, qui eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius mandatis, vt radiis quibuſdam, illuminamur. Mandatum, inquit, Domini lucidum illuminans oculos. Qui ergo in omnibus negotiis, quæ inter nos verſantur, vel verbis quædam quidem per mandatum Dei in Diuinis Scripturis diſtinguuntur, quædam verò reticentur de his quidem, quæ ſcripta ſunt, nulla prorſus licentia permittitur cuiquam vel admittere quod prohibitum eſt, vel omittere quod præceptum eſt, cum ipſe Dominus ita præceperit dicens: Cuſtodi Verbum hoc quod ego tibi mando hodie: non adiicies ad illum neque auferes ab eo. Sed terribilis quædam eſt expectatio iudicij, & ignis zelus, qui conſumpturus eſt aduerſarios, & eos, qui auſi ſunt tale aliquid operari. De his vero, quæ Scriptura reticuit, regulam nobis Apoſtolus poſuit euidentem dicens: Omnia licent, ſed non omnia expediunt. Omnia licent, ſed non omnia ædificant. Nemo, quod ſuum eſt, quærat, ſed quod alterius. Itaque omnimodò, non quæ nobis licita ſunt, ſed quæ ædificant proximos agere debemus. Non nobis placare, ſed proximis ad ædificationem. Scriptum eſt enim. Subiecti inuicem in timore Chriſti. Sed rurſus Dominus ait: Qui vult in Vobis maior eſſe, fiat omnium nouiſſimus, & omnium ſeruus. Quod vtique qui implere vult, ſine dubio proprias ſibi amputat voluntates, ſecundum imitationem ipſius Domini dicentis: Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me Patris. Et iterum præcepit Dominus: Si quis te angariauerit in mille paſſus, vade cum illo alia duo. NOT. Conſonet his D.P.N. Benedictus cap. 7. gradu 2. & 4. humil. verſ. cap. 71. Extat inter breuiores num. 1.

Humilitas commendatur.

INTERROGATIO XIII.

52. Quibus obediendum. SI oportet omnibus, vel quibuſcumque obaudire?

RESPONDIT. Eorum quidem, qui imperant, differentia vel diuerſitas non debet impedire obedientiam Præpoſiti: Quoniam Moyſes obtemperans extitit ſocero ſuo Ietro, cum vtilia monuerit ac iuſta. Commonitionum ſanè non parua eſt diuerſitas: alia namque contraria eſſe videntur mandatis Dei, alia vero interrumpere mandatum vel contaminare illud videntur: alia vero ad explicandum id, atque ædificandum veniunt. Neceſſarium ergo eſt meminiſſe Apoſtolici præcepti dicentis: Prophetias nolite ſpernere: omnia probate; quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Iterum: Cogitatione purgantes, vel diſtrahentes, ſed & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Chriſto. Si quid ergo eſt, quod conueniat cum mandato Dei, & animæ expediat, & hoc nobis ab aliquo fuerit imperatum,

imperatum, velut voluntatem Dei promptè & libenter debemus accipere, & explere quod dictum eſt: Obtemperantes inuicem in Charitate Chriſti. Si autem contrarium aliquid mandatis Dei, vel quod corrumpere videatur, aut contaminare, facere iubemur ab aliquo tempus eſt nos dicere: Obtemperare oportet Deo, magis quam hominibus. Et rurſum meminiſſe Domini dicentis: Alieni autem non ſequuntur vocem, ſed fugiunt ab eo, quoniam neſciunt vocem alienorum. Sed & ſancti Apoſtoli memores eſſe debemus, qui ad noſtram cautelam auſus eſt nec Angelis quidem parcere dicens: Etiamſi Angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præter quam euangelizatum eſt vobis, anathema ſit. Ex quo edocemur, vt etiamſi valde nobis charus eſt aliquis, etiamſi magnificus habeatur, & in admiratione ſit poſitus, qui prohibet non facere quod à Domino præceptum eſt, vel rurſum imperat fieri quod Dominus prohibuit, execrabilis debet eſſe qui eiuſmodi eſt omnibus qui diligunt Dominum. N O T. Concinit D. P. N. Benedictus cap. 71. cui titulus, *Vt obedientes ſint ſibi inuicem fratres.* Vide Baſilium ſerm. 2. de Inſtitut. Monach. Concinit Interrogatio 114. ex Breu. & 303. inter 27. adiectas ex Codice Cæſarienſi.

INTERROGATIO XIV.

52. *Q Vali affectu debet quis ſeruire Deo?*

Respondit. *Affectum bonum vel animum illum eſſe ego arbitror cum deſiderium vehemens & inexpugnabile atque immobile ineſt nobis placere Deo. Impleatur autem iſte affectus per ſcientiam, per quam intueri, & perſpicere poſſumus magnificentiam gloriarum Dei, & per cogitationes pias, & puras, & memoriam bonorum, quæ à Domino nobis collata ſunt; ex quorum recordatione venit animæ dilectio Domini Dei ſui, vt eum diligat ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, & ex tota mente ſua, ſecundum illum, qui dicebat: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Cum tali ergo affectu ſeruire oportet Deo, adimplentes illud, quod ab Apoſtolo dictum eſt: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an periculum, an gladius & reliqua?* NOT. Conſonat Interrogatio 157. ex Breu.

INTERROGATIO XV.

53. *Q Vid ſentire de ſe debet is, qui præeſt, in quibus præcipit vel imperat?*

Respondit. *Apud Deum quidem ſicut miniſter Chriſti, & diſpenſator miniſteriorum Dei, timens ne præter voluntatem Dei, vel præter quod ſanctis Scripturis euidenter præcipitur, vel dicat aliquid, vel imperet, & inueniatur tanquam falſus teſtis Dei, & ſacrilegus, vel introducens aliquid alienum ad doctrinam Domini; vel certè ſubrelinquens, & prætereiens aliquid eorum, quæ Deo placita ſunt. Ad fratres autem eſſe debet, tanquam ſi nutrix foueat paruulos ſuos, paratus ſecundum voluntatem Domini, & ſecundum quod vnicuique expedit communicare cum eis, non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animam ſuam, memor præceptorum Domini ac Dei noſtri dicentis: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut ego dilexi vos. Maiorem hac charitatem nemo habet, quam vt ponat quis animam ſuam pro amicis ſuis.* N O T. Plura lucule... de hac re congerit D. P. N. Benedictus ca... 2. & 64.

INTERROGATIO XVI.

P Eccantem quomodo corripiemus vel emendabimus? 54.

Respondit. *Sicut præceptum eſt à Domino dicente: Si peccauerit frater tuus, vade atque eum corripe inter te ſolum & ipſum ſi audierit, lucratus es fratrem tuum, ſi vero non audierit te aſſume tecum vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi etiam ipſos non audierit, dic Eccleſiæ. Si autem nec Eccleſiam audierit, ſit tibi ſicut gentilis, & Publicanus, ſi fortè hæc increpatio, quæ à pluribus fit, eueniat ei in ſalutem: & ſicut dicit Apoſtolus; Argue, increpa, conſolare in omni patientia & doctrina. Et rurſum: Si quis non obaudit verbo noſtro per Epiſtolam hunc notate, & non commiſceamini cum eo, ſine dubio ad menſam.* N O T. De ſeparatione Monachorum ab Oratorio & menſa, variiſque gradibus excommunicationis Monaſticæ iuxta menſuram culparum. Vide plura apud D. P. N. Benedictus cap. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 43. 44. 45. 46. 51. & alibi. Iterum de hac re Baſilius infra Interr. 175. Extat inter breuiores num. 3.

INTERROGATIO XVII.

S Iquis etiam in paruis delictis affligere voluerit fratres dicens: Quia debetis pœnitere per ſingula, ne fortè ipſe immiſericors videatur, & diſſoluere charitatem. 55.

Respondit. *Cum affirmauerit Dominus, quia iota vnum vel apex vnus non tranſiet à lege vſquequo omnia fiant. Et rurſum definierit, quia de omni ſermone otioſo, quemcumque locuti fuerunt homines, reddent pro eo rationem in die iudicij, nihil oportet tanquam paruum ſperni. Qui enim ſpernit minima, paulatim defluit. Sed quomodo quis audet breue dicere, aut paruum delictum, cum Apoſtolus dicat, manifeſtéque definiat, quia per præuaricationem legis Dei exhonoratur? Sed aculeus mortis peccatum eſſe dicitur, & non dixit tale vel tale peccatum. Magis ergo immiſericors eſt, qui intermittit, & negligit, quam qui arguit, ſicut is, qui in morſu ſerpentis permittit deliteſcere venenum; quam ille, qui educit, & abſtrahit. Sed & charitatem deſtruit ille, qui ſecundum quod ſcriptum eſt, parcens baculo, odit filium ſuum: qui autem diligit, diligenter corripit* NOT. Extat inter breuiores, num. 4.

Nullum peccatum paruū dicendum.

INTERROGATIO XVIII.

Q Vomodo quis debet pœnitere in vnoquoque delicto? 56.

Respondit. *Affectum illum in ſe recipiens, quem gerebat ille, qui dicit: Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum, ſed & ea, quæ ſcripta ſunt in ſexto Pſalmo, atque in aliis quam plurimis, vel ea quæ Apoſtolus dixit ad eos, qui ſecundum Deum contriſti ſunt. Quantam operatus eſt inquit vobis ſolicitudinem? ſed excuſationem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed æmulationem, ſed vindictam. In omnibus exhibuiſtis vos caſtos [ ] eſſe negotio. Sed & in his ipſis, in quibus deliquit,*

[ ] Deeſt in Smaragdo.

agene

Digitized by Google

agens multa contraria , ſicut & Zachæus fecit. NOT. Extat inter Breuiores n.5.

INTERROGATIO XIX.

57. *QVi ſunt fructus digni pœnitentiæ?*

RESPONDIT. *Opera quæ contraria ſunt peccato. Iſti ſunt fructus iuſtitiæ , quos debet afferre ille,qui vult,ſecundum quod ſcriptum eſt, in omni opere bono fructificare.* NOT. In exceſſis extat ſub Interrogatione præcedent. præcipuè eius Interrog. 287. in adiectis ex exemplari Cæſarienſi.

INTERROGATIO XX.

58. *QVi ſe verbo dicit pœnitere , peccatum autem ſuum non emendat,quid eſt?*

RESPONDIT. *De iſto ſcriptum eſt : Si te rogauerit inimicus tuus magna voce , non acquieſces ei : ſeptem enim nequitiæ ſunt in anima eius: Et alibi : Sicut canis reuertens ad vomitum ſuum odibilis fit,ita homo,qui per malitiam ſuam reuertitur ad peccatum ſuum.* NOT. Ex breuioribus Interrog.6.

INTERROGATIO XXI.

59. *QVi vult confiteri peccata ſua , ſi omnibus debet confiteri, & quibuſlibet , an certis quibuſque?*

RESPONDIT. *Clementia Dei erga eos, qui deliquerunt , manifeſta eſt , ſecundum quod ſcriptum eſt : Qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur,& viuat. Quia ergo & conuerſionis morbus aptus eſt , & conuertens ſe à peccato fructus dignos oſtendere debet pœnitentiæ , ſecundum quod ſcriptum eſt : Facite fructus dignos pœnitentiæ,ne fortè ſecundum comminationem illam veniat his,qui non pœnitent , ſecundum quod ſcriptum eſt : Omnis arbor , qui non facit fructum bonum,excidetur,& in ignē mittetur. Neceſſarium videtur his,quibus diſpenſatio miniſteriorum Dei commiſſa eſt,confitenda eſſe peccata. Sic enim & ij,qui antiquitus pœnitebant , inueniuntur apud ſanctos confeſſi eſſe peccata ſua : Scriptum eſt enim in Euangelio,quia Ioanni Baptiſtæ confitebantur peccata ſua : & in Actibus Apoſtolorum, Apoſtolis,à quibus baptizabantur.* NOT. Habetur inter Breuiores num. 288. in 27. additu ex exemplari Cæſarienſi.

INTERROGATIO XXII.

60. *QVi pœnituerunt pro aliquo peccato,& rurſum in hoc ipſum peccatum inciderunt , quid facient?*

Reincidentia in peccatum vnde

RESPONDIT, *Is qui ſemel deliquit , & iterum in idem peccatum incurrit , indicare de ſe videtur hoc primum , quod ab alio peccato priori non fuerit expurgatus;ex quo velut à radice quadam peſſima eadem,quæ antea pullularunt. Sicut enim quis arboris ramos excidens , ſi radicem relinquit,vbi radix fixa permanet , & virgulta denuo eiuſdem ſeminis germinabit : ita etiam peccatum : quoniam non omnes,qui delinquunt , eo ipſo ex ipſis peccatis initium ſumunt , ſed ex aliis interdum delicti occaſio naſcitur. Neceſſarium ergo ei eſt , qui vult omnimodo purgare ſe à peccato, primas ipſas cauſas culpæ ſuccidere. Verbi gratia ſi ex contentione , vel ex inuidia fuerit , non à ſe ſumpſit exordium,ſed radicem habet ex arrogantia & cupiditate humanæ gloriæ venientem. Dum enim gloriam quærit ab hominibus , aut contentionibus ſtudet,aut rectè agentibus inuidet huic ſcilicet,per quem videtur ipſe minus in laude , vel in admiratione haberi. Si quis ſemel notatus fuerit inuidia , vel contentionis vitio , & rurſum in hoc ipſum inciderit,ſciat ſe primam illam cauſam , de qua ſuperiùs diximus,ex qua inuidia & contentio naſcitur,in interioribus medullis habere reconditam. Oportet ergo eum & per contraria atque aduerſa curari,id eſt per humilitatis exercitium. Exercitationes vero humilitatis ſunt , ſi ſe vilioribus officiis ſubdat , & miniſteriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantiæ & gloriæ humanæ vitium curari poterit : vt in conſuetudine humilitatis,effectus,vltra iam non incidat arrogantia, & vana gloria. Sed & in ſingulis huiuſcemodi vitiis cura ſimilis adhibetur.* NOT. Extat inter Breuiores num.289.ex 27.Codicis Cæſarienſis.

Inuidiæ radices.

Remedium contra arrogantiam.

INTERROGATIO XXIII.

QVali affectu vel quali ſenſu oportet increpare eum, qui increpat? NOT. In Smaragdo 61.
hæc interrogatio , pluresque aliæ ex ſubſequentibus , fiunt à Monachis ſub vocatiuo *Abba* : ex quo *Abbatis* nomen deducit D. P. N. Benedictus cap. 2. eoque inſignitum fuiſſe magnum Baſilium Smaragdi lectio dubitare non ſinit.

RESPONDIT. *Ad Deum quidem tali mente eſſe debet , qualem indicat B. Dauid dicens. Vidi non ſeruantes pactum , & tabeſcebam, quoniam eloquia tua non cuſtodierunt. Ad eos autem quos increpat,hunc debet affectum ſeruare, quem pater medicus erga ægrotantem filium ſeruat ; & tunc maximè , cum qualitas curæ triſtior videtur,& grauior.* NOT. Plura de hac re vide apud D.P.N. Benedictum paſſim in Regula præſertim cap.27. & 28. latius Baſilius Interrog.50.ex fuſis vbi addit. *Illud cauere magnoperè Antiſtes debet , ne ad caſtigandum verbis aliquem ex iis , qui deliquerint affectu quouis vitioſo percitus accedat ; Quando cum indignatione & caſtigatione aduerſum aliquem vti vult,hoc haud quaquam eſt à peccato illum liberare,ſed delictis ſeipſum obſtringere,*& Interrog. 51. præſenti doctrinæ luculenter alludit inquiens : *Conſuetudinem imitari medicus debet : vt videlicet ægris non iraſcatur,ſed contra morbum ipſum pugnet.* Quibus autem pharmacis vitia ſanabit? *Inanem gloriam abiectioribus exercitiis imponendis; futilem & otioſam loquacitatem ſilentio : immodum ſomniorum peruigilio,& excubiis orationis : ſegnitiem corporis laboribus grauioribus,edacitatem indecoram ieiunio ; murmurationem,à reliquis ſegregatione.* Correſpondet Interrog.99.ex Breu.

INTERROGATIO XXIV.

QVali affectu debet quis ſuſcipere correptionem? 62.

RESPONDIT. *Sicut æger filius patris & medici de vita ſua ſoliciti , qui etiamſi aliquid aſperum offeratur , vel amarum ad curandum filium,ſcit vtique filius , quod nec pater in aliquo negligere*

negligere poteſt de ſalute filij, nec medicus falli. N O T. Extat in Breuior.num.158.latiùs de hac re Interrog.52.ex fuſ.

INTERROGATIO XXV.

63. Q*Vi triſtatur aduerſus eum, qui ſe increpat, qualis eſt?*

R E S P O N D I T. *Neque periculum peccati agnouit iſte,& maximum damnum; neque lucrum pœnitentiæ.nec credit illi,qui dixit. Quia qui diligit,diligenter corripit; ſed ſe ipſum alienum facit ab illa vtilitate dicentis: Corripiet me iuſtus in miſericordia,& increpabit me. Sed ad læſionem cæterorum iſte talis permanet inter fratres:reſoluit enim & impedit animas eorum, qui poſſunt proficere.* N O T. Concinit Interrogatio 159.ex Breuior.

INTERROGATIO XXVI.

64. Q*Vale iudicium eſſe debet his, qui peccantes deffendunt.*

R E S P O N D I T. *Væ mihi videtur, grauius ab illo,quod dixit Dominus: Quia expedit illi,vt ſuſpendatur mola aſinaria ad collum eius, & præcipitetur in mare, quam vt ſcandalizet vnum de minimis illis. Non enim tam correptionem ad emendationem, ſed defenſionem ad confirmandum peccatum ſuum ſuſcipit,qui delinquit; ſed & alios ad ſimile prouocat malum: ita vt conueniat ei, qui peccantes defendit, illud quod dictum eſt: quia ſi non oſtenderitis fructus dignos pœnitentia, excidemini, & in ignem mittemini. Vel rurſum quod à Domino dictum eſt: Quia ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te,eiice eum, & proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum,& non omne corpus tuum mittatur in gehennam.* N O T. Conſonat D. P. N. Bened. cap.69. vbi Summopere præcauet ne quis alium eius conſanguineum defendat,acriuſque coërcendum defenſorem ſtatuit. De hac re Baſilius in Epiſtol. ad Canonicam. *Cum alius* (inquit) *quiſpiam corripitur illo ipſo vel aliis quibuſuis præſentibus, corripiendi alium contra aduerſari non oportet, &c.* Eandem doctrinã refricat Interrog. 184. ex Breuior.& 7.cui præſens correſpondet;

INTERROGATIO XXVII.

65. P*OEnitentem ex corde quomodo oportet ſuſcipi?*

R E S P O N D I T. *Sicut Dominus oſtendit cum dicit: Quia conuocauit amicos ſuos, & vicinos dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram.* N O T. Recipiendum ſtatuit D.P.N. Benedictus, ſed in vltimo gradu, ac prius omni emendatione promiſſa cap.29. Extat numero 8. ex Breuioribus.

INTERROGATIO XXVIII.

66. E*Rga eum,qui pro peccato non pœnitet,qualiter eſſe debemus?*

R E S P O N D I T. *Sicut Dominus præcepit dicentis: Sis tibi ſicut gentilis,& Publicanus. Et ſicut Apoſtolus docuit dicens: Subtrahite vos ab omni fratre inquiete ambulante: & non ſecundum traditionem, quam tradidimus vobis.* N O T. Abſciſſionis ferro vtendum circa incorrigibilem ſtatuit D.P.N. Benedictus vſus Apoſtoli etiam teſtimonio 1. Cor. 5. *Auferte malum de medio veſtri:* & 2. Cor.7. *Infidelis ſi diſcedit, diſcedat,ne vna ouis morbida omnem gregem contaminet.* V.Interrog.30.Extat inter Breuiores num.9.

INTERROGATIO XXIX.

S*I debet habere aliquid proprium, qui inter fratres eſt?* 67.

R E S P O N D I T. *Huic contrarium eſt illud teſtimonium, quod in Actibus Apoſtolorum de illis,qui credebant primitùs ſcriptum eſt: Ibi enim ita dicit: Quia nemo quicquam,ex eis ſibi proprium dicebat eſſe, ſed erant illis omnia communia. Si quis ergo proprium ſibi eſſe dicit aliquid, ſine dubio alienum ſe facit ab electis Dei, & charitate Domini,qui docuit Verbo,& opere compleuit,& qui animam ſuam poſuit pro amicis ſuis. Si ergo ipſe animam ſuam pro amicis dedit,quomodo nos etiam,quæ extra animam ſunt, proprium vindicabimus?* N O T. Extat in breu. Interrogat. 85. & ſerm. 1. & 2. de Inſtitut. Monach. *Apotheca,*inquit,*communis omnium ſit, neque proprium alicuius quicquam nominetur, non veſtimentum,non calceamentum, non denique aliud quippiam eorum, quæ ad neceſſariam corporis vſum ſpectant,* & Interrog. 32. ex fuſ. *Verba hæc meum & tuum in vniuerſum à fratribus vſurpari ratio vetat.* Concinuit ad Verbum D.P.N.Bened.c.33.

INTERROGATIO XXX.

S*I quis dicat: Neque accipio à fratribus, neque do,ſed contentus ſum meis propriis, quid de hoc obſeruare debemus?*

R E S P O N D I T. *Si non acquieſcit doctrinæ Domini dicentis: Diligite inuicem, ſicut & ego dilexi vos: Acquieſcat Apoſtolo dicenti auferte malum ex vobis: ne fortè accidat, vt modicum fermentum totam maſſam corrumpat.* N O T. V. ſupra Interrogat. 28. Reſpondet Interrog. 86.ex Breu.

INTERROGATIO XXXI.

S*I debet quis à carnalibus propinquis accipere aliquid?* 68.

R E S P O N D I T. *Propinquis quidem reddere,quæ ſua ſunt his,qui ad ſeruitium Dei accedunt, neceſſarium eſt: & nihil ſubtrahere, vt non crimen ſacrilegij incurrant. Veruntamen hæc prærogari in conſpectu eorum, ad quos viſa ſunt pertinere; quia & illis ipſis occaſionem præſtat elationis ac ſuperbiæ: & in aliis fratribus eiuſdem propoſiti pauperibus triſtitiam generat; ita vt accidat illud,in quo cœperint hi, qui increpabantur ab Apoſtolo dicente: Quia confuaditis non habentes. Et ideo his, qui per loca ſingulis Eccleſiis præſunt,ſi ſint fideles & prudentes diſpenſatores, ipſis offerri debent,ſecundum imitationem eorum, qui in Actibus Apoſtolorum id feciſſe ſcribuntur, de quibus dicitur, qui offerentes pretia prædiorum ſuorum ponebant ante pedes Apoſtolorum. Certè quoniam non eſt omnium huiuſcemodi diſpenſationes explere,fideliter illis offerri conuenit, qui apud*

Digitized by Google

apud homines in hoc officio probati habentur. Verumtamen de his probabit ille, qui præeſt per quem debeat diſpenſari. NOT. Multa hic paucis comprehendit Baſilius, quæ pluribus tradit D. P. N. Benedictus cap. 54. Vbi literas ſeu eulogias Monachum à quoquam hominum etiam conſanguineo vel parente accipere prohibet & cap. 58. Nihil ſibi ſubtrahere vel reſeruare profitentem permittit, ſed erogandi inquit pauperibus vel Monaſterio donandas & cap. 59. vbi à Nobilibus exigendum ſtatuit iuramentum, nunquam per ſe vel per ſuffectam perſonam filiis ſuis Monaſterio oblatis aliquid vnquam daturos, aut occaſionem habendi. Vterque autem ſuæ Regulæ Canones ab Arſenio illo percelebri ac vetuſtiſſimo legiſlatore accepit, hereditatem ſibi à Senatore quodam conſanguineo legatam recuſante, celebri illa prolata ſententia. *Ego prius mortuus ſum quam ille. Quomodo me fecit heredem?* De quo ſupra l.3.cap.5.num. 28. Extat in Breu. numero 187.

INTERROGATIO XXXII.

69. *QVomodo debemus videre eos, qui nobis aliquando vel familiares, vel conſanguinei fuerunt, & proximi.*

RESPONDIT. *Sicut Dominus oſtendit tunc, cum ei nuntiauerunt, quia mater tua, & fratres tui foris ſtant, volentes te videre. Ad quos cum increpatione reſpondit: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Qui enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, iſte meus frater, & ſoror & mater eſt.* NOT. Vide Interrogat. 32. ex fuſſ. & 188. ex Breuior. cui præſens concinit. Verum ne adeo auſterum reputes Baſilium erga conſanguineos; vt non liceat Monacho maiori erga eos miſericordia, ac deſiderio ſalutis moueri. Ait enim Interrog. 191. ex Breu. *Si verò ſit, qui cum maiorem quandam his miſericordiam tribuat exiſtimet huius affectionis ſuæ patronum habere ſe Apoſtolum; quod is dicat: Optabam enim ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis ſecundum carnem.*

INTERROGATIO XXXIII.

70. *QVod ſi deprecantur nos volentes, vt eamus cum ipſis ad domos eorum, ſi oporteat nos eis acquieſcere.*

RESPONDIT. *Si quidem pro ædificatione fidei aliquis ire poteſt, ſi probauerit ille, qui præeſt, mittatur. Si verò propter humanam aliquam gratiam, audiat Dominum dicentem ad illum, qui dixit ei: Magiſter permitte mihi primum ire & renuntiare his, qui in domo ſunt: Quia nemo mittens manum ſuam in aratrum & retro reſpiciens, aptus eſt Regno cælorum. Quod ſi pro renuntiando hoc dictum eſt volenti ire, vt renuntiaret, quid dicemus de cæteris?* N O T. Conuenit Interrog. 189. Breu.

INTERROGATIO XXXIV.

71. *VNde vagatur mens noſtra, & cogitationes diuerſæ aſcendunt in cor, & quomodo poſſumus emendare?*

RESPONDIT. *Vagatur quidem mens interdum etiam otio, cum non occupatur in neceſſaria ſolicitudine, ſed in remiſſione poſita, & ſecuritate non credit præſentem eſſe Deum ſcrutantem corda & renes. Si enim hoc crederet, faceret hoc quod ſuperius dictum eſt: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quia à dextris eſt mihi ne vnquam commouear. Qui enim hæc vel eorum ſimilia agit, neque vacabit vnquam, nec habebit otium vanis cogitationibus indulgere, vel aliquid cogitare, quod non ad ædificationem Fidei pertinent, & aliquam humanam vtilitatem ſpectet. Quanto magis nihil audierit, quod aduerſum ſit Deo, & non ei placeat cogitare.* N O T. Interrog. 21. ex breuior.

INTERROGATIO XXXV.

VIde nocturnæ phantaſiæ inhoneſtæ & turpes accidunt nobis? 72.

RESPONDIT. *Veniunt quidem hæc maximè ex diurnis motibus, & actibus indignis, & incongruis. Si enim vacas in dictis Dei, & purgetur anima per meditationem legis diuinæ, & ſtudium Verbi Dei: ibique indeſinentem curam gerat, ſemper requirens & ſcrutans, quid ſit, quod placet Deo; talia habebunt etiam ſomnia.* N O T. Extat inter breuiores num. 22.

INTERROGATIO XXXVI.

QVali affectu debemus infirmis fratribus miniſtrare? 73.

RESPONDIT. *Sicut ipſi Deo offerentes obſequium, qui dixit: Quia quod feciſtis vni ex fratribus meis, mihi feciſtis. Expedit autem ad conſeruandum huiuſcemodi affectum in obſequiis, vt ij, qui obſequia à nobis ſuſcipiunt, tales ſint, quibus meritò deferri obſequium debeat. Et ideo oportet eos qui præſunt, curam agere, vt ne ij, quibus miniſtratur, tales ſint, qui carni indulgeant, & ventri, ſed potius in amore Dei & Chriſti eius probabiles inueniantur, & per patientiam ſuam, ac vitæ meritum fratrum mereantur obſequia, vt habeantur in gloriam Chriſti, & opprobrium diaboli, ſicut fuit ſanctus Iob.* NOT. Quadrat D.P. N Benedictus cap. 36. Extat in breuioribus, num. 160.

INTERROGATIO XXXVII.

CVm quali humilitate debet quis ſuſcipere à Fratribus obſequium? 74.

RESPONDIT. *Sicut ſeruus à Domino: & ſicut oſtendit Petrus Apoſtolus, cum ei Dominus miniſtraret. In quo ſimul etiam periculum eorum oſtendit, qui nolunt recipere obſequia fratrum.* NOT. Reſpondet Interrog. 161. Breuior.

INTERROGATIO XXXVIII.

QValem debemus charitatem habere ad inuicem? 75.

RESPONDIT. *Qualem Dominus oſtendit, & docuit, dicens: Maiorem autem hanc charitatem nullus habet, vt quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis: ſi autem & animam poni oportet, quanto magis in aliis votum & ſtudium debet oſtendi? Sine dubio non ſecundum humanas voluntates, ſed ſecundum illum proſpectum in quo eſt*

omnium

Google

omnium commune propoſitum placendi Deo NOT. Congruit interrog. 162. ex Breuior.

INTERROGATIO XXXIX.

75. *Quomodo poteſt quis implere charitatem circa proximum?*

RESPONDIT. *Primo quidem metuens iudicium præuaricantis mandatum Domini quia ipſe dixit: Qui non crediderit Filio, non habebit vitam, ſed ira Dei manet ſuper illum. Tum deinde velut cupiens ad æternam vitam peruenire: quia mandatum eius vita æterna eſt. Primum autem & magnum mandatum eſt. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Secundum vero ſimile illi: Diliges proximum tanquam te ipſum. Et ſi quis deſiderat ſimilis effici Domino dicenti. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, ſicut & ego dilexi vos. Sed ex communi ſenſu ſentire hoc poſſumus, quaſi beneficium conſequamur à fratre, in eo quod diligimus fratrem, debitores efficimur vt eum merito diligamus. Quod etiam inter Gentiles obſeruari ſolet, ſicut & Dominus in Euangelio dicit: ſi diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? Quia peccatores, & Gentiles diligenter ſe diligunt. Si autem & in aliquo vel lædit nos, vel aduerſatur quis, hunc non ſolum propter mandatum, ſed & propter hoc ipſum, quia plus nobis præſtat, in quo lædit, diligere debemus. Siquidem credimus Domino dicenti. Beati eſtis cum exprobabunt vos, & perſequentur, & dicent omne malum aduerſus vos mentientes. Gaudete & exultate, quia merces veſtra multa eſt in cœlis.* NOT. Extat in Breuior. Interrog. 39.

INTERROGATIO XL.

76. *Vſque ad quem modum otioſus ſermo indicabitur?*

RESPONDIT. *Generaliter omnis ſermo, qui non proficit ad aliquam gratiam Fidei Chriſti, otioſus eſt: & tantum eſt periculum huiuſcemodi ſermonis, vt etiam ſi bonum eſſe videatur, quod dicitur; ad ædificationem tamen Fidei non pertinet, non in ſermonis bonitate ille, qui locutus eſt, periculum effugit, ſed in eo quod non proficit ad ædificationem ſermo prolatus contriſtat Spiritum Sanctum Dei. Hoc manifeſtè demonſtrat Apoſtolus dicens: Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat. Sed ſiquis bonus ad ædificationem Fidei, vt det gratiam audientibus. Et ſuper hæc dicit: contriſtare Spiritum Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis: quo vtique grauius malum nullum eſſe poteſt.* NOT. Correſpondet Interrogatio 23. ex breuiur.

INTERROGATIO XLI.

Quis eſt maledicus?

RESPONDIT. *Omnis ſermo, qui ob hoc profertur, qui infamet, vel malè commendet, maledicus eſt, etſi videatur etiam non eſſe iniurioſus. Hoc manifeſto eſt ex ſententia Euangelij, cum dixit de Iudæis, quia maledixerunt dicentes. Tu ſis diſcipulus eius.* NOT. Interrog. 24. ex breuior.

Tom. II.

INTERROGATIO XLII.

Quid eſt detractio, vel derogatio? 77.

RESPONDIT. *Duas opinor eſſe cauſas, in quibus licet aliquem dicere & retractare aliena mala. Si quando conſilium habere neceſſe eſt cum cæteris, qui in hoc ipſum videtur adſumi, quomodo corrigatur is, qui peccauit, vel mali aliquid egit. Et rurſum ſi quando neceſſe eſt præuenire aliquem, & commoneri, ne forte occurrat in conſortium alicuius mali, dum eum putat eſſe bonum. Quia Apoſtolus dicit: Nolite commiſceri cum huiuſmodi. Item in Salomone: Noli manere cum homine iracundo, ne forte ſumas laqueum animæ tuæ. Quod & ipſum Apoſtolum feciſſe inuenimus, per hoc, quod ſcribit ad Timotheum dicens: Alexander ærarius multa mihi mala oſtendit, quem tu quoque deuita, valdè enim reſtitit noſtris ſermonibus. Præter huiuſcemodi neceſſitates quicunque dicit aliquid aduerſus alium, vt vel deroget ei, vel obtrectet, iſtud eſt detrahere, etiam ſi vera eſſe videantur, quæ dicit.* NOT. Ex breuior. 25.

INTERROGATIO XLIII.

Qui detrahit fratri, aut audit detrahentem, quid dignus eſt.

RESPONDIT. *Excommunicari. Detrahentem enim inquit occultè aduerſus proximum ſuum, hunc perſequebar. Et alibi dictum eſt: Noli libenter audire detrahentem, ne forte eradiceris.* NOT. Eadem eſt murmurantium pene apud D.P.N. Bened. c. 23. Extat inter breu. n. 26.

INTERROGATIO XLIV.

Quod ſi de eo, qui præeſt, detraxerit, quomodo eum obſeruabimus?

RESPONDIT. *Et in hoc manifeſtum eſt iudicium iracundiæ Dei ſuper Mariam cum detraxerit de Moyſe, & peccatum eius nec ipſo quidem Moyſe orante inultum Deus eſſe permiſit.* NOT. Concinit Interrog. 27. ex breuior.

INTERROGATIO XLV.

Siquis acerbiori ſermone, vel inſolentiori voce reſponderit; & admonitus dicat, quia nihil mali habeat in corde, ſi oportet ei credi? 78.

RESPONDIT. *Non omnes paſſiones animæ manifeſtæ ſunt omnibus; ſed nec ipſis quidem, qui patiuntur ea. Sicut enim ſapientioribus medicis ſigna quædam dantur abſconſa, occulta ex corporum motibus, quæ ipſos qui patiuntur refugiunt & latent, ita etiam in anima ſunt quædam vitia, etiam ſi non ſentit ille, qui peccat. Sed credere oportet Domino dicenti: Quia malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Et ideò non poteſt fieri, vt malus de corde malo bonum proferat ſermonem, nec bonus de bono corde malum proferat verbum. Sed iterum quidem poteſt eſſe mali cordis bonitas ſimulata. Bonum autem cor malum non poteſt ſimulare.*

Dicit enim Apoſtolus ; Quia prouidentes bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. NOT. Quadrat Interrog. 28. ex Breu.

INTERROGATIO XLVI.

Q*Vomodo poſſit aliquis non iraſci?*

79. RESPONDIT. *Si Deum omnia credat inſpicere, & Dominum præſentem ſemper intueatur, quandoquidem neque is, qui Iudice ſuo ſubiectus eſt, audet in oculis Iudicis ſui aliquid ſuæ indignationis oſtendere : id eſt eum non ipſe ſibi alios putat eſſe ſubiectos, ſed ſe præparat ad alterius obedientiam : hoc eſt enim omnes ducere ſuperiores ſibi. Si enim ad ſuos vſus, vel ſuam vtilitatem, obediri ſibi quærit eos, qui obediunt; ſcire debet quoniam ſermo Domini vnumquemque docet aliis obſequi, vel miniſtrare. Quod etiam implet, ſi videt aliquem mandatum Domini præterire, & non ira erga eum mouetur, ſed miſeratione & compunctione, ſecundum eum, qui dicit : Quis infirmatur, & ego non infirmor?* NOT. Extat inter Breuior. n. 29. & 127.

INTERROGATIO XLVII.

Q*Vis eſt manſuetus?*

RESPONDIT. *Qui non transfertur à iudiciis ſuis, quibus ſtatuit, & ſtudet Deo placere.* NOT. Reſpondet Interrogat. 191. ex Breuior.

INTERROGATIO XLVIII.

Q*Vomodo quis non vincatur in voluptate ac libidine ciborum?*

RESPONDIT. *Si ſtatuit expectandum eſſe non id, quod delectat, ſed id quod expedit ; & quod vſui, non voluntati ſufficiat?*

INTERROGATIO XLIX.

Q*Vomodo excidemus vitium mali deſiderij?*

80. RESPONDIT. *Deſiderio meliori, ſi magis ignimur, & accendimur ad amorem Dei, ſecundum illum qui dixit : Eloquium Domini ignibit eum : &, Iudicia Domini iuſtificata in ſemetipſis deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum. Semper enim deſiderium meliorum ſi in opere ſit, & in re poſſideat totos animos noſtros, atque eorum, quæ deſideramus continere nos facit, & deſpicere inferiora; ſicut docuerunt omnes ſancti : quantò magis quæ mala ſunt, & turpia.* NOT. Inter Breuiores Interrogat. 30.

INTERROGATIO L.

Q*Væ eſt triſtitia ſecundum Deum, & quæ eſt ſecundum ſæculum?*

RESP. *Secundum Deum eſt triſtitia cum pro mandati negligentia, vel præuaricatione triſtatur, ſecundum quod ſcriptum eſt. Triſtitia tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Sæculi autem triſtitia eſt, cum aliquis de rebus humanis, vel quæ ad ſæculum pertinent, contriſtatur.* NOT. Extat in Breu. n. 193.

INTERROGATIO LI.

Q*Væ ſunt in Domino gaudia, vel quid facientes gaudere debemus.*

RESPONDIT. *Si quod ſecundum mandatum Domini gerimus, hoc eſt in Domino gaudium, vel cum pro nomine Domini aliquid patimur, & gaudemus, vel aliis rectè agentibus congratulamur.* NOT. Reſpondet Interrog. 193. ex Breuior.

INTERROGATIO LII.

Q*Vomodo lugere debemus, vt beatitudinem conſequi mereamur?*

RESP. *Cum illa interrogatione, in qua ex-* 81.
poſuimus, quæ eſt ſecundum Deum triſtitia, etiam iſta interrogatio continetur : id eſt ſi pro peccatis lugemus, vel ſi eos deflemus, qui per præuaricationem legis Deum non honorant, vel propter eos, qui periclitantur in peccato. Quia anima, quæ peccauerit, ipſa morietur ſecundum illum, qui dixit : Et lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt. NOT. Concinit Interrogat. 194. ex Breuior.

INTERROGATIO LIII.

S*I ex toto ridere non licet?*

RESPONDIT. *Cum Dominus eos, qui nunc rident, condemnet, manifeſtum eſt, quia nunc tempus eſt fideli animæ, & maximè cum tam plurimi iniqui per præuaricationem legis Deum non honorent, & in peccatis ſuis moriantur. Pro quibus vtique triſtari indeſinenter conuenit, & lugere.* NOT. Extat inter Breuiores numero 31.

INTERROGATIO LIV.

Q*Væ eſt ſolicitudo ſæcularis?*

RESP. *Omnis ſolicitudo animi, etiamſi nihil habere videatur illicitum, tamen ſi non ad religionem pertinet, & virtutem, ſæcularis eſt.* NOT. Extat inter Breu. n. 88.

INTERROGATIO LV.

V*Nde nobis accidit importunè dormitare & quomodo poſſumus abiicere?*

RESP. *Euenit quidem importunè dormita-* 82.
re tunc, cum languidior eſt anima erga memoriam Dei, & cum iudiciorum eius eam inceſſit obliuio. Abiicere autem id poſſumus, cum dignam de Deo aſſumpſerimus cogitationem, & ad voluntatem eius extendimus deſideria noſtra, ſecundum illum, qui dixit : Si dedero ſomnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, vſquequo inueniam locum Domino & tabernaculum Deo Iacob. NOT. Ex Breuior. 32.

INTERROGATIO LVI.

Q*Vomodo quis ad gloriam Dei facit omnia?*

RESPONDIT. *Cum omnia propter Deum, vel ex mandato Dei facimus, & in nulla*

ſectamur

ſectamur hominum laudes, & in omnibus meminimus Domini dicentis: luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. NOT. Conuenit Interrog. 195. ex Breu.

INTERROGATIO LVII.

Q*Vomodo manducat quis & bibit in gloriam Dei?*

RESPONDIT. *Si in memoria ſemper habeat eum, à quo paſcitur; Deum; & ſi non ſolum anima, verum etiam corpore per ſingula conteſtatur ſe & gratias agere, & non ſecurum manducare, & quaſi operarium Dei ab ipſo refici, eb hoc, vt ad laborem vel expiationem ſufficiat mandaterum* NOT. Reſpondet Interrogat. 196. ex Breuior.

INTERROGATIO LVIII.

83. Q*Vomodo facit dextera, quod non cognoſcat ſiniſtra?*

RESPONDIT. *Cum intenta mente, & fixo deſiderio placandi Deo agimus opera Dei, & omni ſollicitudine conſtringimur, ne decedamus à via recta, & ab opere legitimo; tunc nullius prorſus extrinſecùs, neque membri noſtri alicuius percipimus cogitationem, niſi Dei ſolius, & eius operis, quod explemus; tanquam ſi artifex faciens vas indeſinenter eius meminit, qui opus iniunxit; & vas, quod verſat in manibus, ſi rectè & fabrè veniat, intuetur.* NOT. Congruit Interrog. 197. Breuior.

INTERROGATIO LIX.

Q*Vomodo apparebit is, qui hominibus vult placare.*

RESPONDIT. *Cum præſentibus his, qui laudare poſſunt agit aliquid operis boni, nullo autem tali præſente, vel etiam his, qui vituperare poſſint, adſtantibus, ſegnis & pigrior eſt in opere. Si enim Domino placere vellet, ſemper vtique & in omni loco idem eſſet, atque eadem gereret, adimplens illud, quod dictum eſt: Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris; per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt ſeductores & veraces.* NOT. Ex breuiorib. 33.

INTERROGATIO LX.

84. Q*Vomodo quis effugiat vitium hominibus placendi, vel captandi laudem ex hominibus?*

RESPONDIT. *Si certus ſit de præſenti Dei, & fixam habeat ſollicitudinem Deo placendi, & multo deſiderio teneatur earum beatitudinem, quæ à Domino repromiſſa ſunt. Non enim oportet ſub præſentia Domini placare conſeruis ad iniuriam Domini: & in ſui perniciem non Domino, ſed conſeruorum nutibus intuens.* Concinit Interrogat. 34. Breuiorum.

INTERROGATIO LXI.

Q*Vomodo intelligitur Superbus, vel quomodo curatur?*

RESPONDIT. *Intelligitur quidem ex eo, quod ea ſemper, quæ eminentiora ſunt, quærit. Curatur autem ſi credit ſententiæ eius qui dixit: Deus ſuperbis reſiſtit. Illud ſanè ſciendum eſt, quod quomodo quis timeat damnationem ſuperbiæ, impoſſibile eſt curari hoc vitium, niſi abſtrahat ſe & ſecedat ab omnibus occaſionibus elationis. Sicut impoſſibile eſt extingui linguam alterius, vel gentis loquelam, vel artificium aliquod, niſi quis omni genere ſe penitus abſtrahat, non ſolum ab agendo vel loquendo, vel mouendo, ſed etiam audiendo eos, qui loquuntur, vel videndo eos, qui agunt id, quod obliuiſci cupit. Et hoc obſeruandum eſt de omnibus vitiis.* NOT. Correſpondet 35. ex breuioribus.

INTERROGATIO LXII.

Q*Vid eſt humilitas, & quomodo eam implere poſſumus?*

RESPONDIT. *Humilitas quidem eſt vt omnes homines exiſtimemus ſuperiores nobis, ſecundum diffinitionem Apoſtoli. Implere autem poſſumus, ſi memores fuerimus Domini dicentis. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde; quod in multis ſæpè & oſtendit & docuit. Et credere ei debemus promittenti, quia qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Deinde vel indeſinenter, & abſque vlla ceſſatione in omnibus actibus, & in omni negotio humiliores cæteris inueniri ſtudeamus, & in hoc exercitium noſtrum ponamus. Vix enim ſic poterimus à nobis priſtinæ arrogantiæ abolere memoriam, & affectum humilitatis aſſumere, ſicut etiam in artificiis fieri ſolet. Idemque modus erit etiam in cæteris virtutibus obtinendus, quæ mandato Domini noſtri Ieſu Chriſti veniunt.* NOT. Conſonat D. P. N. Benedictus cap. 7. gradu 7. & Interrog. 198. ex Breu.

INTERROGATIO LXIII.

S*I oportet honorem quærere?*
RESPONDIT. *Reddere quidem cui-* 85.
que honorem edocti ſumus: requirere autem honorem, prohibiti, Domino dicente: Quomodo poteſtis credere, gloriam quærentes ab inuicem, & gloriam, quæ eſt ab vno Deo non quæritis? Itaque requirere ab hominibus gloriam & honorem, indicium eſt infidelitatis, & alienos eſſe à pietate Dei. Maximè cum Apoſtolus dicat: Si adhuc hominibus placere vellem, Chriſti ſeruus non eſſem, ſi ergo qui ab hominibus oblatam ſibi gloriam ſuſcipiunt, ita condemnantur; hi, qui non oblatam quidem ſibi requirunt, quali iudicio digni ſunt? NOT. Extat inter Breuior. num. 36.

INTERROGATIO LXIV.

Q*Vomodo inuicem ob audire debemus?*

RESPONDIT. *Sicut ſerui Domini, ſecundum quod præcepit Dominus dicens: Quia qui vult in vobis eſſe magnus, fiat omnium nouiſſimus, & omnium ſeruus. Quibus addit, vt magis nos inclinet ad humilitatem:*

Sicut Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Sed & illud quod ab Apoſtolo dictum eſt : Per charitatem ſpiritus ſeruire inuicem. NOT. Vide plura de hac re cap. 71. Regulæ D. Benedicti, vbi luculenter de mutua fratrum ad inuicem obedientia. Extat in Breu. Interrog. 115.

INTERROGATIO LXV.

VSque ad quem modum ſeruire oportet eum, qui placendi Deo implere regulam cupit?

RESP. *Apoſtolus oſtendit proponens nobis obedientiam Domini, qui factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Et predixit: Hoc ſentite in vobis, quod in Chriſto Ieſu.* NOT. V. D. P. N. Benedictum cap. 6. & cap. 7. gradu Concinit Interrog. 106. ex Breu.

INTERROGATIO LXVI.

86. *QVi piger eſt erga mandatum: quomodo poterit induſtrias, & vigilans effici.*

RESPONDIT. *Si certus ſit præſentiam Domini Dei vbique eſſe, & omnia intueri, & comminationem illam, quæ aduerſus pigrum prolata eſt, ante oculos habeat, & ſpem multæ retributionis Dei, qui repromiſit per Paulum Apoſtolum dicens: Quia vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Et ſi quæ ſimilia ex Scripturis ſanctis inueniuntur, quæ laborem patientiæ & operum ſolicitudinem ad Dei gloriam referant.* NOT. Extat inter Breuior. numero 37.

INTERROGATIO LXVII.

SI quis non conſentiat quotidie ſibi aliquid laborare de his, quæ pro mandato Dei incidunt, ſed artificium vult diſcere, quali vitio ægrotat, aut ſi oportet ei acquieſci?

RESPONDIT. *Iſte talis & præſumptior eſt, & ſibi placens, & infidelis, qui non timet ſententiam Domini dicentis: Eſtote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet: Qui quotidie expectat Dominum ſollicitus eſt, & trepidus, quomodo præſentem diem non tranſeat otioſus, & nihilum plus quærit. Si autem imperatur ei artificium diſcere, obedientia ſua habet lucrum, & in hoc placet Deo; & non in eo, quod ſibi placet, adſumat iudicium.* NOT. Concinit D. P. N. Benedictus cap. 57. vbi de Artificibus Monaſterij. Iterum de Artificibus infra Interrogatione 102. & ex Breuioribus interrogat. 117.

INTERROGATIO LXVIII.

SI quis induſtrius eſt, & promptus ad implenda mandata, agat autem, non quod ei iniungitur, ſed quod ipſe vult, quam mercedem habet?

RESPONDIT. *Merces eius illa ipſa eſt, quod ſibi placet. Cum autem Apoſtolus dicat: Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bona ad ædificationem; & vt amplius inclinaret, & conſtringeret audientes addidit dicens: Quia & ipſe Chriſtus non ſibi placuit: ſcire debet vnuſquiſque, periculum ſuum eſſe in eo, quod vult ſibi placere: ſimul enim & inobediens inuenitur.* Quadrat Interrogat. 118. ex Breuior.

INTERROGATIO LXIX.

SI licet alicui excuſare opus, quod ei iniungitur, & aliud quærere? 87.

RESPONDIT. *Cum diffinitum ſit, menſuram obedientiæ vſque ad mortem eſſe, qui detrectat hoc, quod ei iniungitur, & aliud quærit, primo omnium inobedientiæ reus eſt: & manifeſtè oſtenditur, quia nondum negauit ſemetipſum. Deinde multorum malorum cauſa efficitur, tam ſibi quam etiam cæteris, quia aditum contradictionis pluribus aperit, & ſeipſum ad contradicendum aſſueſcit; & cum non poſſint ſinguli diſcernere, quod melius eſt, & eligere; poteſt fieri, ſi talis eſt licentia, vt aliquid deterius eligat. Tum deinde etiam ſuſpicionem dabit fratribus quod paſſione aliqua, vel ad opus illud, quod elegit adſtringatur: vel certè erga eos, cum quibus id neceſſe eſt operari. Itaque omnimodo non obedire, multorum malorum cauſa eſt, & radix. Si autem ratio eſt aliqua qua ſibi rectè excuſari videatur opus illud, quod excuſat; exponat hanc ipſam ei, qui præeſt, & relinquat eius iudicio, vti per ſe probet, ſi excuſatione dignum eſt quod eligit.* NOT. Reſpondet Interrog. 119. Breuiorum.

INTERROGATIO LXX.

SI iniunctum fuerit aliquid fratri & contradixerit, poſtea vero ſua ſponte obierit, quid eſt?

RESPONDIT. *In eo quod contradixit, non obtemperans iudicandus eſt, & ſe ipſum, & cæteros ad ſimile concitans malum. In quo ſciat, ſe illi ſententiæ obnoxium, quæ dixit: Contradictiones ſuſcitat omnis malus: Dominus autem Angelum immiſericordem mittit ei. Cum autem certus ſit, quia non hominibus obtemperat, ſed Deo dicenti, quia qui audit vos, me audit; & qui ſpernit vos, me ſpernit; ſi compunctus eſt, recordatione mandati prius ſatisfaciat, & ita ſi permittitur, impleat quod iniunctum eſt.* NOT. Conſonat D. P. N. Benedictus cap. 5. & Interrog. 38. Breuiorum.

INTERROGATIO LXXI.

SI autem obediens quis murmurat? 88.

RESPONDIT. *Apoſtolo dicente: Omnia facientes ſine murmurationibus & hæſitationibus. Alienus ſit à fratrum vnitate qui murmurat, & opus eius abiiciatur. Manifeſtum eſt iſte, qui talis eſt, quia infidelitate ægrotat, & certam ſpei fiduciam non gerit.* NOT. D. P. N. Benedictus cap. 5. latius de hac re Baſilius Interrogatione 29. ex fuſſ. Vbi inter alia, *Ingratum* (inquit) *eſt iſtiuſmodi hominum opus, veluti ſacrificij immundum, &c.* vid. Interr. 39. Breuior.

INTERROGATIO LXXII.

SI frater fratrem contriſtauerit, quomodo debet emendare?

RESP. *Si quidem contriſtauerit, ſicut Apoſtolus*

ſtolus dicit: Contriſtati enim eſtis, vt in nullo detrimentum pateremini ex nobis non ille qui contriſtauit, emendari debet, ſed ille qui contriſtatus eſt, & indicia eius triſtitiæ, quæ ſecundum Deum eſt, debet oſtendere. Si verè indifferenter contriſtauit, non ſecundum Deum; memor ſit ille Apoſtoli dicentis. Si autem propter eſcam frater contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas: & cum cognouerit tale dictum eſſe ſuum, impleat quod à Domino dictum eſt: ſi offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris ibi, quia frater tuus habet aliquid aduerſus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. NOT. Acrius inuehitur D.P.N. Benedictus cap. 70. in eum, qui audet aliquem contriſtare, cedere, ſeu excommunicare. Et ipſe Baſil. Interrog. 40. Breuiorum.

INTERROGATIO LXXIII.

Q*Vod ſi non acquieſcit, vt ſatisfaciat?*

RESPONDIT. *Implere debemus in eo illud quod à Domino dictum eſt de eo qui peccauit, & non egit pœnitentiam, cum dixit. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut gentilis & publicanus.* NOT. Plura de punctione contumacium apud D.P.N. Benedictus. capite 24. & 28. & ipſum Baſilium in Epiſtol. ad Canonicam, & Interrog. 28. ex fuſ. & 41. Breuiorum.

INTERROGATIO LXXIV.

Q*Vod ſi ſatisfaciente eo, qui contriſtauerit, noluerit reconciliari is qui contriſtatus eſt?*

RESPONDIT. *Manifeſta eſt de hoc Domini ſententia, quæ refertur in illa parabola de ſeruo, qui rogatus à conſeruo ſuo noluit patienter agere. Et videntes (inquit) conſerui renuntiauerunt Domino ſuo, Iratus autem Dominus reuocauit omnem gratiam, quam conceſſerat debitum, & tradidit eum tortoribus vſque quo redderet omne debitum.* NOT. Reſpondet Interrogatio 42. ex Breuior.

INTERROGATIO LXXV.

79. Q*Vomodo debet quis habere eum, qui ad orationem ſuſcitat fratres?*

RESPONDIT. *Si quis cognoſcit damnum, quod de ſomno patitur, cum neque ſui ipſius ſenſum habet, & intelligit quantum ſit lucrum vigiliarum, & præcipuè cum vigilatur ad glorificandum Deum in orationibus Ita debet habere eum, qui ad hoc ſe inuitat, & ſuſcitat dormientem, tanquam per diuina lucra & cœleſtia dona conſequitur; ſiue ad orationem, ſiue ad aliud quodcunque mandatum inuitat, & prouocat.* NOT. Deeſt in Smaragdo hæc Interrogatio ex ſurreptione prætermiſſa, vel quod certius eſt tranſcriptorum vel Librariorum oſcitantia relicta. Conſonat Interrog. 43. Breuiorum.

INTERROGATIO LXXVI.

Q*Vod ſi contriſtatur ille, qui excitatur, aut etiam iraſcitur, quid dignus eſt.*

RESPONDIT. *Interim excommunicari, & non manducare, ſi fortè compunctus agnoſcat quantis, & qualibus bonis ſeipſum inſipienter defraudet, & ita conuerſus recipiat gratiam eius, qui dixit: Memor fui, & lætatus ſum. Quod ſi permanſerit in ſtultitia non intelligens gratiam, abſcindatur tanquam putrefactum membrum à corpore. Scriptum eſt enim, quia expedit, vt pereat vnum membrorum tuorum, ne omne corpus tuum mittatur in gehennam.* NOT. Vide notata ad Interrogationem 16. & 18. & Interrogationem 44. Breuiorum.

INTERROGATIO LXXVII.

Q*Vid eſt nolite iudicare, vt non iudicemini, nolite condemnare, vt non condemnemini.* 80.

RESPONDIT. *Quum Dominus aliquando dicat: Nolite iudicare, vt non iudicemini, aliquando verò: Iuſtum iudicium iudicate; non vtique omnimodo prohibet iudicandi facultatem, ſed differentiam iudicij noſſe nos docet, vt ſciamus in quibus. Nonne hoc autem manifeſtè nobis Apoſtolus tradidit, dicens de his cauſis, quæ in vniuſcuiuſque arbitrio eſſe debent? Tu autem quare iudicas fratrem tuum? Et iterum: non ergo inuicem iudicemus. In his vero actibus, qui Deo non placent, notat eos, qui non iudicant, & ipſe ſuam ſententiam prodit per hæc quæ dicit: Ego quidem ſicut abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui tanquam præſens eum qui hæc ita operatus eſt, in nomine Domini noſtri Ieſu Christi tradere huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Si quid itaque in noſtra eſt poteſtate vel arbitrio poſitum, & incertum, non oportet. De his iudicare fratrem ſecundum hoc, quod Apoſtolus dicit, tanquam de his, quæ ignorantur. Itaque nolite ante tempus aliquid iudicare, vſquequo veniat Dominus, qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Dei autem iudicia vendicare, omnibus modis neceſſarium eſt, ne fortè & nos ſimili ira abſorbeamur, ſi quæ ſcimus erga peccantes, & ſilemus; niſi fortè quis eadem faciens non habeat arguendi, neque autoritatem iudicandi fratrem, Domino dicente: Eiice primum trabem de oculo fratris tui.* NOT. Correſpondet Interrogatio 164. Breuiorum.

INTERROGATIO LXXVIII. 81.

Quomodo intelligitur quis ſi Zelo Dei moueatur aduerſus peccantem fratrem, aut propria iracundia.

RESPONDIT. *Si ad omne peccatum fratris patitur illud, quod ſcriptum eſt: Conſumpſit me zelus domus tuæ, quoniam obliti ſunt ſermonum tuorum inimici mei. Manifeſtus eſt enim, & in hoc Dei zelus. Veruntamen etiam in his oportet prudenter omnia diſpenſare. Si enim hunc affectum antea non habuit in anima ſua, motus ſuos ſciat magis ex paſſione, quam ex Deo deſcendere, & in nullo poſſe officium pietatis implere.* NOT. Reſpondet Interrog. 165. Breuioribus.

INTERROGATIO LXXIX.

D*Icunt quidam, quia impoßibile eſt non iraſci hominem.*

RESPONDIT. *Nec poßibile eſt militi in conſpectu ſui Regis iraſci; ſed nec ſic quidem habebit rationem hoc, quod dicitur. Humanus enim vultus eiuſdem formæ homini ad hominem propter vnitatem naturæ, vbi cum ſola dignitatis ſit eminentia, tamen prohibet paſſionem; quanto magis Deum quem certi ſumus etiam cordi noſtro præſentem eſſe, & omnes motus noſtros inſpicere? Cuius manifeſtum eſt quanta ſit eminentia, etiam hoc ipſo quod ſcrutatur corda, & renes, & videt motus animæ.* NOT. Opera quod docuit exequutus eſt Baſilius, de quo mirandum illud in præſenti notare libuit, quod cum ab Euſtathio atque ab Arrianis innumera fuiſſet perpeſſus, triennio ſe ab ſcribendo continuit, ne ira percitus defenſionem arriperet; Quod ipſe expreſſum reliquit epiſt. 73. ad Monachos ſuos his verbis ſcribens. *Tertius iam annus hic eſt, ex quo à calumniatoribus notatus accuſationis flagella ſuſtinere cœpi, hoc vno contentus, quod Dominum habeo ſecretorum cognitorem ac calumniæ iſtius teſtem.* Et ad Euſtathium ipſum infenſiſſimum hoſtem epiſt. 79. *Quoniam abundè ſatis ſilentij hactenus præceßit, opportunum deinceps erit vt ad patefactionem eorum, quæ ignorantur, os noſtrum aperiamus. Nobis igitur iam tertium vſque ſilentij annum imitabilis viſa eſt Prophetæ gloriatio illa: Factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.* Extat in breuior. n. 122.

Triennio nihil ſcribit Baſilius ne iratus ſcriberet.

INTERROGATIO LXXX.

92. S*I oportet ire quocumque, non commonito eo, qui præeſt.*

RESPONDIT. *Quum Dominus dicat: Non enim veni, vt à me faciam quicquam, ſed ab illo qui me miſit; quanto magis vnuſquiſque veſtrum ſibi permittere nihil debet. Qui autem ſua autoritate aliquid agit, manifeſtißimè ſuperbiæ morbo detinetur, & ſubiectus eſt illi ſententiæ quæ dicit: Quod in hominibus ſuperbum eſt, abominatio eſt in conſpectu Dei. Sed & in omnibus ſua ſponte, vel autoritate aliqua agere culpabile eſt.* NOT. Concinit Interrogat. 96. ex Breu.

INTERROGATIO LXXXI.

S*I omnino volenti literas diſcere, vel lectioni vacare, indulgendum eſt?*

RESPONDIT. *Apoſtolo dicente, vt non quæ vultis faciatis. In omni negotio ſuam voluntatem vnumquemque agere, pernicioſum eſt. Sed oportet illud ſuſcipere, quod ab his, qui præſunt, iniungitur: etiamſi contra voluntatem ſit eius, cui iniungitur, ſecundum exemplum Domini dicentis: Pater non mea voluntas, ſed tua fiat.* Extat in Breuiorib. n. 121.

INTERROGATIO LXXXII.

S*I licet vnicuique vitare opus, quod grauius videtur?*

RESPONDIT. *Qui fideliter & purè Dominum diligit, & certus eſt de retributione Domini, nec ſufficere ſibi putat ea, quæ ei iniunguntur, ſed ſemper augmenta operis quærit, & maiora quam iniunguntur deſiderat, & exoptat; etiam ſi ſupra vires videatur eſſe, quod facit: nec aliquando ſecurus eſt, tanquam qui nihil operè explet; ſed è contrariò ſolicitus eſt & anxius, tanquam qui nihil dignum præceptis Euangelicis egerit, memor illius Dominici ſermonis dicentis. Quum autem feceritis omnia, quæcumque præcipio vobis, tunc dicite: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. Sed & imitabitur Apoſtolum, cui cum etiam mundus eſſet crucifixus, & ipſo mundo non erubeſcit dicere: Quia ego me ipſum nondum æſtimo apprehendiſſe. Vnum autem ea, quæ retrò ſunt, obliuiſcens, ad ea autem quæ in ante ſunt me extendens, ſecundum propoſitum, ſequar ad palmam ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. Et qui, quam haberet poteſtatem, vt Euangelium adnuntians de Euangelio viueret, magis in labore & fatigatione inquit, nocte & die operans vixi: non quia non haberemus poteſtatem, ſed vt nos formam daremus vobis ad imitandum nos. Quæ cum ita ſint, quis ita ſtultus eſt, vel infidelis, vt putet ſe maioribus, quam debet, oneribus prægrauari cum hæc, quæ menſura poſcit, nondum poſſit implere?* NOT. V.D. Bened. cap. 48. Et Interrogat. 121. ex Breuioribus.

INTERROGATIO LXXXIII.

Q*Vomodo quis promptus fiat etiam ad pericula propter mandatum Domini.* 93.

RESPONDIT. *Primò quidem vt conſideret, quia & ipſe Dominus obediuit Patri pro nobis vſque ad mortem: & certus ſit quia mandatum Domini vita æterna eſt, ſicut ſcriptum eſt. Tum deinde etiam vt credat Domino dicenti: Quia quicumque voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam faciet eam:* NOT. Reſpondet interrog. 199, Breuiorum.

INTERROGATIO LXXXIV.

C*Vm quali affectu obedire oportet ei, qui nos ad opus mandati cohortatur?*

RESPONDIT. *Eo affectu, quo eſuriens paruulus nutrici obtemperat ad vbera inuitanti, vel quo affectu omnis homo ſuſcipit ab aliquo ea, quæ ad vitam pertinent. Imo & ſi quid amplius, pro eo quod multò eſt pretioſior futura vita, quam præſens: ſicut & Dominus dixit: Quia mandata mea vita æterna ſunt. Sicut ergo præſens vita conſtat in cibo panis, ita æterna vita conſtat in opere mandati, ſicut & ipſe Dominus iterum dicit: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui me miſit Patris.* NOT. Correſpondet Interrogatio 166. ex Breu.

INTERROGATIO LXXXV.

Q*Vali animo debet eſſe quis pro hoc ipſo, quod dignus habitus eſt in opere Dei minitrari?*

RESPONDIT. *Eo quò erat ille, qui dicebat: Quis ego ſum Domine aut quæ eſt domus Patris mei, quoniam dilexiſti me: explens per ſingula id quod ſcriptum eſt. Gratias agentes Deo Patri, qui idoneos nos fecit in parte ſortis Sanctorum in lumine: qui & liberauit nos de poteſtate*

tenebrarum

Digitized by Google

tenebrarum & tranſtulit in regnum filij charitatis ſua. Extat inter Breuiores n.167.

INTERROGATIO LXXXVI.

94. *Quomodo debeant ij, qui praceſſerunt in labore operis Dei, inſtruere vel inſtituere eos, qui nuper accedunt?*

RESPONDIT. *Siquidem adhuc corpore vegeti ſunt, per hoc quod impigrè ad cuncta humilitatis officia ſemetipſos paratos exhibent, adificant eos, & formam eis vtilem ad omnem profectum praſtant. Si verò infirmiores ſunt corpore, per hoc quod oſtendunt eis ſe in omnibus vel actibus vel motibus, vel etiam ipſo vultu Dei ſemper habere & cogitare praſentiam, ſed & in his, qua ab Apoſtolo enumerata ſunt, ſpecialibus charitatis affectibus, quibus ait: Charitas patiens eſt, benigna eſt, non zelatur, non agit perperam, non inflatur non dehoneſtatur, non quarit qua ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet in iniquitate, congaudet autem veritati: Omnia ſperat, omnia patitur charitas, nunquam cadit. Hac enim omnia etiam infirmorum corpore expleri poſſibile eſt.* NOT. Reſpondet Interrogat. 200. Breuiorum.

INTERROGATIO LXXXVII.

Si dicat aliquis: Volo apud vos parùm aliquid temporis agere, vt proficiam ex vobis, ſi oportet eum ſuſcipi?

RESPONDIT. *Domino pronuntiante, quia venientem ad me non eiicio foras, & Apoſtolo nihilominus dicente: Propter ſubintroductos autem falſos fratres, qui ſubintroierant explorare volũtatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu; quibus nec ad horam ceſſimus ſubiectioni, vt Veritas Euangelij permaneat apud vos: concedi quidem ei conuenit ingreſſus propter incertos exitus rerum: interdum enim poteſt fieri, vt per tempus proficiat, & delectetur ſanctitate vita, & permaneat in captis ſicut & frequenter factum ſcimus: ſed & manifeſta fiat veritas Inſtitutionum noſtrarum, de quibus fortaſſis homines aliter opinantur. Oportet tamen circa eum cautiùs agi & diligentiùs, vt ſiue in veritate permanet proficiat, ſiue Inſtitutionum noſtrarum libertas exploratur; probabilis inueniatur, & pura. Ita namque & nos Deo placebimus; & ille aut proficiet, ſi verax eſt, aut ſi ſimulator eſt, erubeſcet.* NOT. Hæc generaliter (vt aſſolet Baſilius) de his qui in Monaſterio habitare volunt. Plura vero ſingulatim (vt moris eſt illi) D.P.N. Benedictus de Monachis peregrinis ad Monaſterium accedentibus cap.61. & de Sacerdotibus, qui habitare voluerint in Monaſterio cap.60. & Baſilius Interrog, 97. ex Breuior.

INTERROGATIO LXXXVIII.

95. *Si quis ſupra vires vult abſtinere, ita vt in opere mandatorum impediatur pra nimia abſtinentia, ſi oportsat ei concedi.*

RESPONDIT, *Interrogatio veſtra non mihi videtur competenter adhibita. Non enim continentiam in cibis ſolum eſſe diximus. Nam hac à Paulo etiam culpabilis inuenitur, ſi non cum fide & ratione fiat, cum dicit: Abſtinentes ſe à cibis, quos Deus creauit. Sed illam diximus eſſe perfectam continentiam, qua ſe quiſque a proprijs voluntatibus continet. Quantum autem habeat periculi, qui voluntatem propriam facere vult & non Domini, certum eſt ex his, qua Apoſtolus dicit: Facientes voluntatem carnis & cogitationum eramus natura filij ira, ſicut & cateri.* NOT. V. Notata Interrog. 10. ad quam ſe refert in præſenti Baſilius. Extat in Breuior. num. 128.

INTERROGATIO LXXXIX.

Qui ſatis ieiunat, & in refectione non poteſt communem cibum cum omnibus ſumere, quid magis eligere debet, ieiunare cum fratribus & cum ipſis reficere, aut propter maiora ieiunia alios cibos requirere?

RESPONDIT. *Ieiunij menſura non debet ex vniuſcuiuſque voluntate pendere, ſed ex vſu & inſtitutione eorum, qui communiter Deo ſeruiunt, ſicut & illorum in omnibus vnanimitas & conſonantia refertur, qui in Actibus Apoſtolorum cor & animam vnam habuiſſe ſignantur. Si quis ergo rationabiliter & fideliter ieiunat, etiam virtutem, vt ſuſtinere poſſit à Domino, conſequitur: fidelis eſt enim qui repromiſit.* NOT. V. D.P.N. Benedictum cap.49. de Obſeruatione Quadrageſimæ: atque ib. & cap. 39. & 41. plura de Inſtitutione vniformi ieiuniorum. Extat in Breuior. num. 129.

INTERROGATIO XC.

Quomodo oportet ieiunari, cum neceſſarium ieiunium iniungitur, ſi aliquando aliquid explendum eſt, quod religio depoſcit? 96.

RESPONDIT. *Domino dicente; Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam; omne quod ad Religionem pertinet, niſi ex propoſito & deuotione fiat, periculum generat. Debet ergo ieiunio ſociari deuotio, Quia autem neceſſarium ſit ieiunium in talibus quibuſque cauſis, & maximè cum deſideramus aliquid impetrare de Deo, etiam Sanctus Apoſtolus docet; qui inter cateras ſuas virtutes addidit etiam hoc dicens: Quia in ieiuniis frequenter.* NOT. in Breuior. n. 130.

INTERROGATIO XCI.

Qui non vult ipſis cibis veſci, ex quibus fratres reficiuntur, ſed alios requirit, ſi rectè facit?

RESPONDIT. *Specialiter hoc ipſum quarere cibum, contra mandatum eſt Domini dicentis: Nolite quarere quid manducetis, vel quid bibatis. Et vt magis nos attentos faceret ad ea, qua dicebat, addidit. Hac enim gentes requirunt. Sanè debet ſolicitudo eſſe eius, qui praeſt vt impleat illud, quod ſcriptum eſt: Diuidebatur vnicuique ſecundum quod opus erat.* NOT. Hinc prudentiſſimè vt aſſolet D.P.N. Benedictus duo pulmentaria cocta prouidit (imo tria ſi ibi poma, vel legumina naſcantur) *vt fortè qui ex vno non potuerit edere, ex alio reficiatur* c.39. Concinit Interrog. 131. Breu.

INTERROGATIO XCII.

Qui dicit; quia ledit me hoc, & contriſtatur ſi alius cibus datus non fuerit?

Digitized by Google

97. *Lazarus ſed ineptiſſimè vt apparet ex Notatione ſubiecta.* RESPONDIT. *Apparet quia hic non eſt fixus in ſpe illa, qualem Eleazarus habuit, nec de charitate eius, qui præeſt, & ſolicitudinem tam ſui quam omnium gerit certus eſt. Veruntamen abſolutè neque de his, quæ lædunt, neque de his, quæ proſunt, permittitur vnicuique ſuo iudicio, vel voluntate aliquid agere, ſed eius, qui præeſt, iudicio committendum eſt: vt vnicuique prout res vel neceſſitas expetit, conſulat. Primò omnium in his, quæ animæ proſunt, tum deinde, ſecundum locum etiam, vt in corporalibus vſibus ſecundum Dei voluntatem moderetur.* NOT. Vide notata Interrogat. præced. Hic autem aduerte Smaragdi vel potius librariorum lapſum *Lazarum* pro *Eleazarum* legentium: quô nihil ineptius potuit apponi, cum nihil de Lazaro ſcriptum ſit, quod in exemplum fixæ ſpei erga cibum poſſet adduci. De Eleazaro autem Machabæo egregio ſene porcinis carnibus veſci nolente hæc habemus 2. Machab. cap. 6. *Eleazarus vnus de primoribus Scribarum vir ætate prouectus & vultu decoro aperto ore hians, compellebatur carnem porcinam manducare. At ille glorioſiſſimam mortem, magis quam odibilem vitam amplectens, patienter ſuſtinens deſtinauit non admittere illicita propter vitæ amorem.* Idem notatus eſt Interrog. 132. Breuiorum.

INTERROGATIO XCIII.

SI verò etiam quis murmurat propter eſcam, quæ erga eum ſententia ſeruatur?

RESPONDIT. *Ea quæ circa illos, qui murmurauerunt in deſerto. Dicit enim Apoſtolus; Neque murmurauerītis, ſicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* NOT. V. D.P.N. Benedictum cap. 40. & 41. & Interrog. 133. Breu.

INTERROGATIO XCIV.

98. *SI oportet eum, qui plus laborat, requirere plus à conſuetudine.*

RESPONDIT. *Si propter retributionem laborem Dei ſuſcipit, non hic requirere debet laboris ſui mercedem ad requiem, ſed pro his ad promiſſa Domini feſtinare. Sciens quia ſicut pro laboribus mercedes parauit Dominus, ita etiam pro anguſtiis conſolationem. Veruntamen ij, qui præſunt, obſeruabunt regulam illam, quæ dicit. Diuidebatur vnicuique prout opus erat. Debet enim vnumquemque præuenire, vt ſecundum laborem etiam ſolatia refectionis inueniat.* NOT. Quadrat omnino D.P.N. Benedictus cap. illo 39. de Menſura ciborum. Et Interrogat. 135. ex Breuioribus.

INTERROGATIO XCV.

QVali affectu oportet accipere vel veſtimentum, vel calceamentum, qualecumque fuerit.

RESPONDIT. *Siquidem breue aut grande eſt ad menſuram ſtaturæ ſuæ, hoc indicare debet, ſed cum omni verecundia, & manſuetudine. Si verò pro abiectiori vel viliori mouetur, quia non eſt nouum, meminerit mandatum Domini dicentis: Quia dignus eſt, non quicumque, ſed operarius mercede ſua. Diſcutiat ſeipſum, ſi dignè operatus eſt opera Dei, & adimpleuit omnia, quæ præcepta ſunt, & tunc non aliud requiret, ſed de ipſo quod ei datur adhuc erit ſolicitus, quia meritum ſuum accepit. Hoc enim, quod de eſca dictum eſt, etiam de omni re, quæ ad vſus corporis pertinet, eadem forma ſeruari poteſt.* NOT. Præcipuit D.P.N. Benedictus Monachis ſuis erga veſtimenta cunctam erubeſcendi & murmurandi occaſionem, Abbatis prouidentiam monens cap. 55. *vt non ſint curta ipſa veſtimenta vtentibus eis, ſed menſurata*, ac ſigillatim de numero, qualitate, nouiſque ac vetuſtis mira diſcretione diſponens. Vide notata num. 49. circa Interrog. 51. & Baſilium infra Interrog. 128. Et in Breuiorib. n. 168.

INTERROGATIO XCVI.

SI quis iratus noluit ſuſcipere aliquid eorum, quæ ad vſum præbentur? 99.

RESPONDIT. *Iſte talis dignus eſt vt etiam ſi quærit, non accipiat, vſquequo probat is, qui præeſt, & cum viderit vitium animi curatum, tunc etiam, quod corporis vſibus neceſſarium eſt, præbebit.* NOT. Idem de nolente accipere edulium ſibi à ſuperiore miſſum ſtatuit D. P.N. Benedictus cap. 43. his verbis: *Si cui offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit; hora qua deſiderauerit, hoc quod prius recuſauit, aut aliud omnino, nihil accipiat, vſque ad emendationem congruam.* Correſpondet Interrog. 134. Breuiorum.

INTERROGATIO XCVII.

SI neceſſe eſt omnes conuenire ad horam prandij, & eum, qui remanet, & poſt prandium venit, quomodo tranſimus?

RESPONDIT. *Siquidem neceſſitate vel loci vel operis remanſit à communi ordine: qui præeſt probabit, & ignoſcet. Si verò cum poſſit, non ſatis egit occurrere, fateatur culpam negligentiæ ſuæ, & maneat ſine cibo vſque ad illam horam, quâ conuenitur ad cibum ad poſtridiem.* NOT. Temperauit D. P. N. Benedictus rigorem Canonis huius cap. 43. his verbis. *Qui ante Verſum non occurrerit, vt ſimul omnes dicant verſum, & orent, & ſub vno ſimul omnes accedant ad menſam, qui per negligentiam ſuam, aut vitij, non occurrerit, vſque ad ſecundam vicem propter id corripiatur. Si denuò ſi emendauerit, non permittatur ad menſæ communis participationem, ſed ſequeſtratus à conſortio omnium reficiat ſolus, ſublata ei portione ſua vini vſque ad ſatisfactionem, & emendationem.* Vide Interrogationem 136. ex Breuior.

INTERROGATIO XCVIII.

PAuperes venientes ad oſtium & petentes, quomodo dimittimus? & ſi debet vnuſquiſque porrigere panem, vel quodcumque aliud; aut oportet hoc ad eum, qui præeſt, pertinere. 100.

RESPONDIT. *Quum Dominus dixerit, non eſt bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus, ſed canes manducare de micis, quæ cadunt de menſa puerorum, & libenter acceperint: is, cui diſpenſatio iniuncta eſt, cum conſideratione debet hoc facere. Si quis autem præter illius voluntatem hoc præſumit, tanquam inquietus, & indiſciplinatus confutetur, vſquequo diſcat loci ſui ordinem cuſtodire,*

cuſtodire, ſecundum quod Apoſtolus dixit: Vnuſquiſque in quo vocatus eſt, in eo permaneat. N O T. Paſſim vbique D. P. N. Benedictus aliquid dare vel accipere prohibet abſque iuſſione Abbatis, præſertim cap 33. Plura vero de veſtiendorum alendorum atque hoſpitio ſuſcipiendorum pauperum & peregrinorum cura. Vide apud ipſum cap. 55. 31. & 53. Extat Interrog. 100. ex Breu.

INTERROGATIO XCIX.

SI licet vnicuique veterem tunicam ſuam, aut calceamentum dare miſericordiæ cauſa præter mandatum.

RESPONDIT. *Dare aliquid mandati gratia non eſt omnium, ſed eorum, quibus iſtud officium creditum eſt. Ipſe verò, ad quem pertinet diſpenſatio, ſiue nouum ſiue vetus veſtimentum, ipſe dat cui dari debet, & ipſe ſuſcipit, à quo ſuſcipi debet.* N O T. Hinc D. P. N. Benedictus cap. illo 55. *Accipientes* (inquit) *noua, vetera ſemper reddant in præſenti, reponenda in veſtiario propter pauperes*, vtpotè arbitrio eius, qui præeſt, diſpenſanda. Extat in Breuior. Interrog. 87.

INTERROGATIO C.

101. *SI frater iunior iuſſus fecerit docere aliquem ſeniorem ſecundum ætatem, quomodo debet agere cum illo?*

RESPONDIT. *Tanquam miniſterium exhibens ad implendum præceptum Domini cum omni reuerentia, timens illam ſententiam quæ dixit: Maledictus qui facit opera Domini negligenter: Obſeruet autem ne elatus, in iudicium incidat diaboli.* N O T. Conſonat. Interrog. 169. ex Breuior.

INTERROGATIO CI.

SI debent peregrini intrare vſque ad illa loca, vbi fratres operantur, vel etiam ſi alij de eo quidem Monaſterio debent relictis ſuis locis intrare ad alios præter illum, cui creditum eſt requirere operantes, id eſt ad quem opus pertinet, & diſpenſatio.

RESP. *Si quis alius inuentus fuerit hoc faciens, tanquam inturbans diſciplinam & ordinem fratrum, à communi conuentu excludatur, & omnino etiam à licitis progreſſibus inhibeatur. Et ſedens in vno loco, in quo indicauerit is, qui præeſt, apto ad correctionem & vindictam, nuſquam prorſus permittatur abſcedere, ſed vrgeatur in opus multo plus quam conſuetudo eſt, & quotidie exigatur, vſque diſcat implere quod Apoſtolus dixit: Vnuſquiſque in quo vocatus eſt, in eo permaneat.* N O T. Opus dici noſtris *Tarea* ſibi ip ſi- à N.triotis impoſitum l.3.c.4.num.6. perturbanti diſciplinam laborantium imponit Baſilius, atq; ab eo exigi ſtatuit. Idem Interrog. 141. ex Breuior.

INTERROGATIO CII.

SI oportet eos, qui nouerunt artificia, ſuſcipere ab aliquo opus abſque conſcientia vel iuſſione eius, qui præeſt, & operum ſolicitudinem gerit?

RESP. *Furti reus erit huiuſmodi, vel ſimilis eis, qui furibus concurrunt.* N O T. V. D. P. N. Benedictus cap. 57. vbi plura de Artificibus Monaſterij ac diſpenſatione arte factorum: & Baſilium ipſum Interrog. 41. ex fuſ. & 142. ex Breu.

INTERROGATIO CIII.

QVomodo debent ij, qui operantur, curam gerere ferramentorum, vel vtenſilium eorum, quibus operantur? 102.

RESP. *Primum quidem ſicut vaſis Dei, vel his, quæ Deo conſecrata ſunt, vti debent. Deinde tanquam, qui non poſſunt ſine ipſis deuotionis, & ſtudij ſui emolumenta conſequi.* N O T. Idem prorſus docet D. P. N. Benedictus cap. 31. V. infra Interrog. 133. & 143. ex Breuior.

INTERROGATIO CIV.

QVid ſi per negligentiam pereat aliquid ex his, aut per contemptum diſſipetur?

RESP. *Is quidem, qui contemnit, velut ſacrilegus iudicandus eſt: & qui perdit per negligentiam & ipſe ſimile crimen incurrit, pro eo quod omnia, quæ ad vſus ſeruorum Dei deputata ſunt, Deo ſine dubio conſecrata ſunt.* N O T. Vide D. Benedictus cap. 32. & Interrogat. 144. Breuiorum.

INTERROGATIO CV.

QVid ſi à ſe ipſo commodare voluerit alicui, aut accipere ab alio?

RESP. *Tanquam inſolens & temerarius habendus eſt. Hæc enim eorum, qui præſunt, & curam diſpenſationis gerunt, officia propria ſunt.* N O T. V. D. P. N. Benedictus cap. 31. & 32. fuſius de hac re Baſilius Interrog. 41. ex fuſſ. Et 145. breuiorum.

INTERROGATIO CVI.

QVod ſi neceſſitas poſcat, & is, qui præeſt, requirat ab aliquo eorum vas vel ferramentum, & contradixerit.

RESP. *Qui ſeipſum & membra ſua tradidit in alterius poteſtatem propter mandatum Domini, quomodo licebit ei de vtenſilibus contradicere, huic præcipuè cui cura commiſſa eſt?* NOT. Extat in breu. n°. 146. & in fuſſ. Interrog. 41.

INTERROGATIO CVII.

SI quis circa cellarium vel coquinam, vel alia huiuſcemodi opera occupatus eſt, & non occurrat adeſſe in ordine pſallentium, vel ad orationem, nihil mali patitur in animas? 103.

RESP. *Vnuſquiſque in opere ſuo obſeruare debet propriam regulam, ſicut membrum in corpore; & damnum habebit, ſi neglexerit in eo, quod iniunctum eſt ei; & de communi fratrum viſitato negligens amplius periclitabitur. Et ideo mente & deuotione complere debet id, quod ſcriptum eſt: Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino. Si enim corporaliter non occurrit adeſſe cum cæteris ad Orationis locum, in quocumque loco inuentus fuerit, quod deuotionis eſt expleat. Oportet tamen obſeruare ne fortè poſſit complere in tempore ſuo quod complendum eſt, &*

occa

occurrere ; ſed aliquas occaſiones nectit , tanquam in miniſterij opere occupatus. Quod qui facit , & offendiculum cæteris præſtat , & ipſe negligentis crimen incurrit. N O T. His exprimit apertè Magnus Baſilius ſtrictam ac perantiquam Obligationem Monachorum recitandi horas Canonicas extra chorum, quam expreſsè etiam adſtringit Interrogat. 37. ex fuſſ. vbi de Horis Canonicis ex profeſſo diſputans inquit. *Quod ſi fors aliquos , vel propter operum, vel propter locorum naturam , eo tempore abeſſe longius contigerit , quam vt vna cum reliquis , præſto eſſe poſſint ; ij vbicumque fuerint ea neceſſariò ibi exequi debent , quæ communiter ſtatuta ſunt , nihil hæſitantes omnino:* quibus ferè ad Verbum ſubſcribit D.P. N. Benedictus cap. 50. de qua re latius ibi agendi. Concinit Interrog. 147. Breu.

INTERROGATIO CVIII.

104. *QVomodo obtinebit quis, vt in oratione ſenſus eius non vagetur?*

Respondit. *Si certus ſit aſſiſtere ſe ante oculos Dei. Si enim quis iudicem ſuum videns, vel principem ſuum & loquens cum eo , non ſibi credit liciturum eſſe vagari oculos , & alios aſpicere , dum ipſi loquitur ; quanto magis qui accedit ad Dominum , nuſquam debet mouere oculum cordis , ſed intentum eſſe in eum , qui ſcrutatur renes & corda, vt impleat illud , quod ſcriptum eſt : leuantes ſanctas manus ſine ira & diſceptatione.* N O T. Concinit eiſdem ferè Verbis D.P.N. Benedictus cap. 20. *de Reuerentia Orationis.* V. notanda Interrog. ſeq. & Baſilij Interrog. 201. Breuiorum.

INTERROGATIO CIX.

SI poſſibile eſt obtinere hominem , vt in omni tempore & loco non vagetur mens ſua, vel quomodo id fieri poteſt?

Respondit. *Quia poſſibile eſt , oſtendit ille, qui dixit : Oculi mei ſemper ad Dominum; & iterum : Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. quia à dextris eſt mihi , vt non commouear. Quomodo autem poſſibile ſit , prædiximus; id eſt ſi non demus animæ otium , ſed in omni tempore de Deo & de operibus ac beneficiis eius & donis cogitemus : & hæc cum confeſſione & gratiarum actione, ſemper voluamus in mente , ſicut ſcriptum eſt : Pſallite Sapienter.* N O T. Duplex vagatio mentis accidit orantibus : alia omninò inuoluntaria, quæ fructum orationis non impedit ; nec à perfectiſſimis vitari poteſt , vt probat optimè D. Thom. 2. 2. quæſtione 83, art. 3. in argumento; ſed ita inquies : *Sed contra eſt; quod etiam ſancti viri orando quandoque euagationem mentis patiuntur, ſecundum illud Pſalmi 39. Cor meum dereliquit me.* Alia eſt vagatio mentis ex propoſito , quæ cum ſit peccaminoſa , libera eſt & euitabilis ; eamque omnino vitari poſſe , docet in præſenti Baſilius : primam enim ineuitabilem eſſe , probat ex ipſo D. Thom. ibid. ad 3. rem totam luculenter his verbis complexus. *Ad 3. partem quod ſi quis ex propoſito in oratione mente euagatur , hoc peccatum eſt , & impedit Orationis fructum. Et contra hoc Auguſtinus dicit in Regula* (epiſt. 109.) *Pſalmis , & hymnis cum oratis Deum , hoc verſetur in corde , quod profertur in ore. Euagatio vero mentis , quæ fit præter propoſitum , orationis fructum non tollit. Vnde Baſilius,* (in ſermone de Orando Deum) *dicit : Si verò debilitatus à peccato fixè nequis orare , quantumcunque potes te ipſum cohibeas , & Deus ignoſcit , eo quod non ex negligentia , ſed ex fragilitate non potes, vt oportet , aſſiſtere coram eo.* Quadrat Interrogatione 202. ex Breuior.

Quæ mentis vagatio vitare poſſit.

INTERROGATIO CX.

QVid eſt : Pſallite ſapienter?

Respondit. *Quod eſt in omnibus cibis guſtum vniuſcuiuſque dignoſcere , cuius ſaporis ſit , hoc eſt & in Verbis ſacræ Scripturæ prudentes ſenſus. Fauces enim , inquit , eſcas guſtabunt , ſenſus autem Verba diſcernunt. Si quis ergo ita animam ſuam intendat ad ſingula Verba Pſalmorum , ſicut guſtus intentus eſt ad diſcretionem ſaporis ciborum : iſte eſt qui complet hoc, quod dicitur : Pſallite ſapienter.* 105.
N O T. Correſpondet Interrogatio 279. ex Breuioribus.

INTERROGATIO CXI.

QVa menſura debet temperare poteſtatem diſpenſationis ſuæ is , cui cellarij cura commiſſa eſt , erga eum , qui ei redidit huiuſcemodi diſpenſationes?

Respondit. *Meminiſſe debet Domini dicentis : Non poſſum ego à me ipſo facere quicquam. Cæterùm verò ſolicitè ſcire debet , quid vtique vnuſquiſque opus habeat , vt compleat illud , quod ſcriptum eſt ; Quia diuidebatur vnicuique , prout opus erat. Eadem autem ratio obſeruari debet ab omnibus quibuſcumque alia miniſteria , vel diſpenſationis ſolicitudo commiſſa eſt.* N O T. Latius de eadem materia Interrogat. 34. ex fuſſ. vbi inter alia. *Qui intus res ad fratrum vſum neceſſarias diſtribuunt faciles ſe ad omnes & clamantes præbeant , neque ſuſpicionem alicui aliquam commoueant maioris alicuius erga aliquos beneuolentiæ , inclinationiſve animi propenſionis vt ob eam cauſam & iis , quibus infenſiores ſunt , neceſſarias res ſubtrahant , & illis in quos animi inclinatione propendeant ; amplius quam quantum ſit opus , largiantur , quorum alterum fraterni eſt odij , alterum amoris vitioſi, quod eſt vitium maximè infame.* V. not. Interrog. ſeq. in breuior. 148.

INTERROGATIO CXII.

QVa ſententia obſeruabitur erga diſpenſantem , ſi aliquid ſecundum perſonarum 106.
acceptionem, vel contemptionem faciat?

Respondit. *Apoſtolo præcipiente aliquando quidem , ne quid facias ſecundum fauorem , vel in alteram partem declinando. Aliquando autem dicente Apoſtolo ; quia ſi quis videtur contentioſus eſſe , nos talem conſuetudinem non habemus , neque Eccleſia Dei. Veruntamen oportet eum ſumma diligentia & probatione diſcutere, & conſiderare ad quam partem vnuſquiſque*

aptus

Digitized by Google

aptus ſit, & opportunus, & ita ei iniungi, quodcumque illud eſt operis, vel officij, vt neque illi, qui iniungunt, ex hoc ipſo condemnentur, quod non aptum alicui officium iniunxerint, & inueniantur mali eſſe diſpenſatores, ſiue animarum, ſiue mandatorum Domini, neque illi ipſi, quibus iniungitur, occaſionem peccati ex hoc habere videantur. NOT. Pergit Smaragdus: *Vel voluntate aliquid agere: Sed eius, qui præeſt, iudicio committendum eſt, vt vnicuique vel res, vel neceſſitas expetit, conſulat primum omnium in his, quæ animæ proſunt: deinde ſecundo loco etiam in corporalibus vſibus ſecundum voluntatem Dei moderatur.* Doctrina harum duarum interrogationum implet D. P. N. Benedictus capite 31. 33. 34. 37. 39. 40. & 48. quibus, vt aſſolet, ad ſingula deſcendens Menſuram cibi, potus. Operis manuum, ſanis, ægris pueris, debilibus, ſenibuſque ſcribit, omni prorſus remora perſonatum acceptione. Extat Interrog. 149. ex Breu. V. not. Interrog. ſeq.

INTERROGATIO CXIII.

SI autem neglexerit dare fratri, quod opus eſt?

RESPONDIT. *Manifeſta eſt de hoc ſententia ex ipſis Domini verbis dicentis: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & Angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mihi bibere, & ea quæ ſequuntur: Quia malè dictus omnis qui facit opera Domini negligenter.* NOT. Extat in Breuior. numero 150. Vide notata Interrogat. 111. & 112. Conſule Interrog. 185. huius Regulæ & 150. ex Breu.

INTERROGATIO CXIV.

107. *IN profectibus mandatorum Dei vna menſura eſt omnibus, an alius amplius, alius minus debet aliquid?*

RESP. *Quia non ſit vna menſura in omnibus, ſed quia alij plus creditur, alij minus; manifeſtum eſt ex ipſis Domini verbis, nunc quidem dicentis: Aliud ſemen cecidit ſuper terram bonam, & hic eſt qui audit verba mea, & intelligit, & fructum affert, aliud centeſimum aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum. Hoc idem autem etiam in his, qui mnas ſuſceperunt inuenitur, cum dicitur: Alij quidem duas eſſe quinque mnas, alij duo, alij vnam.* NOT. Congruit Interrog. 203. Breu.

INTERROGATIO CXV.

SI oportet æqualiter haberi eos, qui plus proficiunt, & eos qui minus?

RESP. *Illud obſeruandum eſt in hoc, quod de remiſſione peccatorum Dominus ſtatuit dicens: Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem parum dimittitur, parum diligit. Et iterum quod de Presbyteris Dominus ſtatuit dicens: Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore honorentur, maximè qui laborant in Verbo, & doctrina. Hoc in omnibus huiuſcemodi cauſis obſeruandum puto.* NOT. Hinc D. P. N. Benedictus capite 60. 61. 62. & 63. Abbatis arbitrio committit quemlibet ex Congregatione pro meritis præferre, ac ſuperiori loco & gradu donare. Extat in Breu. n. 170.

INTERROGATIO CXVI.

QVod ſi contriſtatur is, qui minus honoratur, cum præferri ſibi viderit eum, qui in timore Domini præcedit, quomodo habebimus?

RESP. *Is qui talis eſt, certum eſt, quia malignitatis vitio non caret, ſecundum Euangelij parabolam, in qua dicit Dominus ad eos, qui contriſtati ſunt, quia æqualiter cum ipſis honorati ſunt alij: An, inquit, oculus tuus malus eſt, quia ego bonus ſum? Et manifeſta eſt Dei ſententia de his talibus, qui dicit per Prophetam, Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus; timentes autem Dominum magnificat.* NOT. Reſpondet Interrogatio 171. Breuior.

INTERROGATIO CXVII.

ANima poſt multa peccata, & poſt multas ſua vita miſerias, cum quali timore, & qualibus lachrymis recedere à peccatis, & cum quali ſpe & affectu accedere ad Dominum debet? 108.

RESPONDIT. *Primo quidem odiſſe debet illam ſuam primam vitam notabilem, & ipſam memoriam eius perhorreſcere atque execrare: Scriptum eſt enim: Iniquitatem odio habui & abominatus ſum, legem autem tuam dilexi. Deinde vt maiorem amorem habeat magiſtro, vtatur ignis æterni metu, & pœna perpetua. Sed & lachrymarum tempus agnoſcat per pœnitentiam, ſicut Dauid docuit in ſexto Pſalmo; purgationem peccatorum poſſe fieri vbertate lachrymarum in ſanguine Chriſti per potentiam miſericordiæ eius, & pulchritudinem miſerationum Dei qui dixit: Quia ſi fuerint peccata veſtra ſicut phœnicium, vt niuem dealbabo, ſi autem fuerint ſicut coccinum, vt lanam candidam efficiam. Et poſt hæc recepta virtute & facultate placendi Deo dicit: Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi, conciſiſti ſaccum meum, & præcinxiſti me lætitia, vt pſallam tibi gloria mea. Et ita accedens ad Dominum pſallit & dicit: Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me, & non delectaſti inimicos meos ſuper me.* NOT. Ex breuior. Interrog. 10.

INTERROGATIO CXVIII.

QVoniam ſcriptum eſt: Redemptio animæ viri diuitiæ eius; nobis, quibus non accedit diſpergere pro anima redemptione diuitias, quid faciamus?

RESPONDIT. *Si quidem voluimus & non potuimus, memores ſimus reſponſionis Domini ad Petrum, cum de hoc ſolicitus eſſet & diceret: Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te; Quid ergo erit nobis? Reſpondit dicens: Omnis qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem: aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium meum, centuplum accipiet, & vitam æternam conſequetur. Quod ſi per negligentiam accidit cuiquam omiſiſſe diuitias, vel nunc adhibeat propenſius*

ſtudium,

ſudium, vt ex opere manuum largiens neglectum reſarciat cenſum: Quod ſi ne nunc quidem vel tempus nobis ſupereſt, vel virtus ad huiuſcemodi miniſterium, conſolatur nos Apoſtolus dicens: Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. NOT. Hactenus pro otioſitate pellenda, ac vita ſuſtentanda opera manum à Præceptoribus Monachatus iniuncta Monachis reperies: quibus etiam expreſsè prouidit D. P. N. Benedictus cap. 49. Baſilius verò nouum ac perfectiſſimum reſerat laboris finem, non ſolum in pauperum ſuſtentationem iuxta illud Epheſ. 4. *Laboret vnuſquiſque vt poſſit impertiri neceſſitatem patienti*, ſed potiſſimum in reparatione negligentiæ, quæ diuitias ante Monachiſmum poſſeſſas pauperibus propter Deum erogare omiſimus: quod valde notandum eſt. Plura de hac re ſcrim. de Inſtit. Monach. fuſius Interrog. 37. & 41. ex fuſ. & 89. ex Breu.

INTERROGATIO CXIX.

109. *SI quis audiens ſermonem Domini dicentis: Quia ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multum. Qui verò cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Si negligat, & diſſimulet ſcire voluntatem Domini, ſi habet aliquid excuſationis?*

In propria affectata nõ excuſat a peccato.

RESPONDIT. *Manifeſtum eſt, qui huiuſcemodi eſt, qui ſi ſimulat ignorantiam, nullo genere effugiet peccati ſententiam. Si enim non veniſſem, inquit Dominus, & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc vere excuſationem non habent pro peccato ſuo. Si ergo ſancta Scriptura omnibus & vbique voluntatem Dei denuntiat, vt non inter eos, qui ignorant, iſte talis iudicatur, ſed cum illis magis, de quibus ſcriptum eſt, quia ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, ne exaudiat vocem incantantium, & curetur medicamento quod componitur à ſapiente. Verum is, qui præeſt, & Verbi Dei miniſterium exhibet, ſi neglexerit annuntiare vnicuique, & intimare de ſingulis, velut homicida iudicabitur animarum, ſecundum ſcripturas.*

INTERROGATIO CXX.

SI is, qui facit voluntatem alicuius particeps eſt eius, vel ſocius?

Peccator diaboli ſocius & ſeruus.

RESPONDIT. *Scire debemus Domino dicente: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: Et iterum: Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri facere vultis. Scimus quia non ſolum ſocium & participem, ſed dominum ſibi, ac patrem adſcribit eum, cuius opus facit. Teſtatur & de his Apoſtolus dicens: An neſcitis, quia cui exhibuiſtis vos ſeruos, ſerui eſtis eius cui obeditis ſiue peccati in mortem, ſiue obedientiæ ad iuſtitiam?* NOT. Extat in Breuioribus numero 283.

INTERROGATIO CXXI.

110. *SI is, qui conſentit alterius peccato, etiam ipſe peccati reus eſt.*

RESPONDIT. *Hæc ſententia manifeſta eſt ex verbis Domini, quibus ait ad Pilatum dicens: Qui tradidit me tibi, magis peccatum habet. Manifeſtum namque eſt ex hoc, quia & Pilatus cum his, qui tradiderunt Dominum peccatum habebat, licet minus quam illi. Oſtenditur autem hoc etiam, in eo, quod Adam acquieuit Euæ, quæ acquieuerat ſerpenti. Nullus enim ex ipſis aut innocens iudicatus eſt, aut impunitus abſceſſit. Sed & ipſa indignatio Dei, quæ aduerſus eos habita eſt, hoc ipſum indicat. Cum enim Adam pro excuſatione ſua obieciſſet: Quia mulier, quam dediſti mihi, ipſa dedit mihi, & manducaui: Quia audiſti inquit Deus, vocem mulieris tuæ, & manducaſti de ligno, de quo præceperam tibi ne manducares, maledicta terra erit in opere ſuo.* NOT. Reſpondet Interrog. 46. Breuior.

INTERROGATIO CXXII.

SI oportet peccantibus fratribus ſilere, & quieſcere? 111.

RESPONDIT. *Quia non oportet, manifeſtum eſt ex ipſis Domini præceptis, quibus in Veteri Teſtamento dicit: Argue proximum tuum, & non aſſumes ex eo peccatum. In Euangelio autem dicit. Si peccauerit in te frater tuus, argue eum inter te & ipſum ſolum; ſi audierit te, lucratus es fratrem tuum; ſi verè non audierit aſſume adhuc tecum alium vnum, aut duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne Verbum. Si autem & ipſos non audierit, dic Eccleſiæ. Si vere nec Eccleſiam audierit, ſit tibi ſicut gentilis, & publicanus. Quantum autem ſit crimen huius peccati, dignoſcitur primè quidem ex ſententia Domini: Qui incredulus filio Dei fuerit, non habebit vitam æternam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Tum deinde ex Hiſtoriis, quæ in Veteri vel in Nouo Teſtamento referuntur. Nam Achan ille cum furatus eſſet regulam auream, ſuper omnem populum facta eſt ira Dei; & quidem populus peccatum, quod commiſerat, ignorabat, vſquequo manifeſtatum eſt, & pertulit cum omni domo ſua horrendum illud & famoſiſſimum interitum. Sed & Heli Sacerdos, & quidem cum non ſiluiſſet, peccantibus filiis, qui erant filij peſtilentiæ: imo & frequenter commonens, & caſtigans, & dicens: Nolite filij: non bene audio de vobis, &c. quæ vel peccatum arguerent, vel Dei iudicium commonerent. Tamen quoniam non vindicauit, neque digno zelo Dei aduerſus eos motus eſt, in tantum iracundiam Dei prouocauit, vt etiam vniuerſus populus pariter cum filiis ſuis extingueretur, & arca teſtamenti ab alienigenis raperetur, & ipſe in ſuper omnibus ſubuerſis miſeranda morte corrueret. Quod ſi vel in populum ignorantem de vnius peccato, vel in patrem, qui corripuerat, & commonuerat filios pro peccato, tanta Dei iracundia incenſa eſt, quid ſperandum eſt de his, qui cognoſcunt aliorum delicta, & reticent, nec qualemcumque adhibent correptionem? Quos vtique conueniret obſeruare illud, quod Apoſtolus ad Corinth. dicit: Quare non potius luctum habuiſtis, vt tolleretur è medio veſtrum, qui hoc opus fecit? Et reliqua. Vel illud: Ecce enim hoc ipſum ſecundum Deum contriſtari, quantam operatum eſt vobis ſolicitudinem, ſed excuſationem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium ſed æmulationem, ſed vindictam. Vnde & metuere debent ne forè etiam nunc ſimilem veteribus interitum ſumant hi, qui* ſimiliter

Proprietarij tremendum iudicium.

In non reprehendẽtes peccata.

ſimiliter negligunt. Imo & tanto grauius, quanto ſpernere legem Chriſti pernicioſius eſt, quam legem Moyſi. Et his competit illud aptari, quod dixit: Septies vindicatum eſt de Caia, de Lamech verò ſeptuagies ſepties. N O T. Agit in præſenti de obligatione fraternæ correctionis, ſingulisque ipſius gradibus percurrendis, priuſquam delicta ad Superiorem deferantur. Corripiendum autem Antiſtitem ipſum, ſi quando labitur, ſtatuit Interr. 27. ex Fuſſ. atque ibi. Interrog. 25. de terribili Dei iudicio Antiſtiti imminente ſi peccantem ei arguat. Eandem doctrinam refutat Interrog. 46. ex Fuſſ. & 47. ex Breuior.

INTERROGATIO CXXIII.

112. *CVr aliquoties anima, etiamſi non ſatis agat, ſponte tamen quodam genere incidit ei dolor quidam cordis, & compunctio timoris Dei: aliquoties autem tanta ſecuritas & negligentia animum tenet, vt etiamſi cogat ſe homo, non poßit dolorem aliquem, vel compunctionem cordis aſſumere?*

R e s p. *Huiuſcemodi quidem compunctio ex Dei dono venit ad prouocandum deſiderium. Vnde guſtatas anima dulcedinem huiuſcemodi compunctionis vel doloris prouocatur, & inuitatur ad imitandam ſimilem gratiam. Oſtenditur enim, quia ſi datur etiam non ſatis agentibus, quanto magis dabitur & his, qui deſiderant, & laborant ſemper eſſe in compunctione amoris Dei: & vt ſint inexcuſabiles, qui per negligentiam iſtam gratiam perdunt. Quod verò aliquoties compellimus nosmetipſos, & non poſſumus obtinere, indicatur ex hoc, quod in aliquo tempore multum neglexímus. Non enim poſſibile eſt vt hi, qui neque meditationibus neque inſtitutionibus diuinis ſeipſam iugiter exercuit, ſubito veniat ad orationem, & continuò obtineat, quod requirit. Sed & oſtendunt huiuſcemodi animam vitiis vel paſſionibus praegrauari, quorum dominatione ad ea, quæ vult habere non permittitur, ſecundum illud, quod Apoſtolus tractat dicens: Quoniam ego carnalis ſum venundatus ſub peccato. Non enim quod volo ago, ſed quod odi, hoc facio. Et rurſum: Nunc autem non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Quod & ipſum permittit nobis pro noſtra vtilitate prouenire, vt per hæc ipſa, quæ contra voluntatem anima patitur, corrigatur aliquando, & conuertatur ad Deum, qui releuet eam ab oneribus ſuis, & agnoſcat ſemetipſam ac reſpiciat, & intelligat, quod in laqueis diaboli capta detinetur. In quos ſua quidem ſponte incidit, ſed iam quaſi captiua non quæ vult, agit; ſed quod odit, illud facit. Sed ſi conuertatur ad Dominum, qui liberet eam de corpore mortis huius, ſtatim ſanciet miſericordiam, ſi integro & ex corde pœniteat.* NOT. Extat inter Breuiores n. 16.

Gratia cur aliquando non quærentibus detur.

Cur quærentibus quandoque non detur.

INTERROGATIO CXXIV.

113. *QVomodo quis dignus efficitur particeps fieri Spiritus ſancti?*

R e s p o n d i t. *Domino dicente aliquando quidem: Quia verba quæ ego locutus ſum vobis, Spiritus & vita ſunt. Aliquando autem: Quia Spiritus ipſe vos docebit omnia, & commonebit vos, quæ dixi vobis. Non enim loquitur à ſe, ſed omnia quæ audit, hæc loquitur. Item Dominus noſter Ieſus Chriſtus docuit nos dicens: Si diligitis me, mandata mea ſeruate, & ego rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis Spiritum veritatis, quem hic mundus non poteſt accipere. Donec ergo non ſeruamus omnia mandata Domini, nec ſumus tales, vt ipſe de nobis teſtimonium ferat dicens: Quia vos non eſtis de hoc mundo, Spiritus ſancti participium habere non poſſumus.* N O T. Concinit Interrog. 204. Breuior.

INTERROGATIO CXXV.

QVi ſunt pauperes ſpiritu?

R e s p o n d i t. *Iſti ſunt pauperes ſpiritu, qui non alia aliqua cauſa pauperes ſunt, niſi propter doctrinam Domini dicentis: Vade, vende omnia tua, & da pauperibus. Si autem etiam quis quacumque ex cauſa impoſitam ſibi paupertatem ſecundum voluntatem Domini diſpenſat, & fecerit ſicut Lazarus, etiam iſte à beatitudine non erit alienus: Domino præcipiente: Nolite ſolliciti eſſe quid manducetis, vel quid bibatis, vel quid induamini.* N O T. Correſpondet Interrog. 205. Breu.

INTERROGATIO CXXVI.

VSque ad quem modum eſt obſeruatio mandati, vel quomodo adimpleri poteſt? 114.

R e s p o n d i t. *Mandati quidem obſeruatio eſt vſque ad mortem. Impleri autem poteſt per hoc, quod habet vnuſquiſque deſiderium, & amorem Dei. Dominus enim cum exclaſiſſet ſollicitudines ſæculi, coniunxit ſtatim promiſſionis ſpem, dicens: Scit enim Pater veſter, quibus opus habetis, ante quam petatis. Sed & Apoſtolus dicit: Quia ipſi in nobis ipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in eo, qui ſuſcitat mortuos. Secundum propoſitum ergo noſtrum, & animæ præparationem quotidie morimur; voluntate enim Dei ſeruamur. Propter quod Apoſtolus cum omni fiducia dicebat: Morientes & ecce viuimus: Iuuat autem huiuſcemodi propoſitum etiam circa mandatum Dei ardentior animus & deſiderium inſatiabile, quo qui conſtringitur non habebit ocium, nec tempus occupatum erga corporales vſus, vel actus.* N O T. Reſpondet Interrog. 206. ex Breu.

INTERROGATIO CXXVII.

SI ergo neque ſollicitudinem habere oportet de neceſſariis vſibus ad vitam, & aliud præceptum eſt Domini dicentis: Operamini cibum, non qui perit, ſuperfluum eſt manibus operari. 115.

N O T Extat in Breuior. n. 207.

R e s p o n d i t. *Ipſe Dominus in alio loco præceptum ſuum explanauit. Nam ibi quidem dixit, non oportere quæri aliquid ad vitam, cum dicit: Nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis. Hæc enim omnia gentes huius mundi requirunt. Et addidit: Quærite autem regnum Dei, & iuſtitiam eius. Et quomodo oporteat quæri indicauit. Cum enim dixiſſet; nolite operari cibum qui perit, addidit, ſed eum, qui permanet in vitam æternam. Et quid hoc eſſet, ipſe in alio loco oſtendit dicens: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me Patris. Voluntas enim Patris eſt eſurientibus cibum dare,*

ſitientibus potum, nudos aperire, & cætera huiuſmodi. Tum deinde neceſſarium eſt & Apoſtolum imitari dicentem : Omnia oſtendi vobis, quia ita oportet non laborantes ſuſcipere infirmos. Et cum iterum docet : Magis autem laboret vnuſquiſque manibus ſuis, operans quod bonum eſt, vt poſſit impertire neceſſitatem patienti. Cum ergo hæc ita nobis vel Dominus in Euangelio vel Apoſtolus tradat, manifeſtum eſt, quia pro nobis ipſis quidem ſolliciti eſſe non debemus neque laborare, ſed propter mandatum Domini, & propter neceſſitates proximorum ſolliciti eſſe debemus & operari attentius : & maximè quod Dominus in ſeipſum recipit ea, quæ in ſeruos eius fecerimus, & regnum cælorum pro huiuſmodi promittit obſequiis. NOT. Vide notata Interrog. 118. & Interrogationem 207. ex Breuior.

INTERROGATIO CXXVIII.

116. *SI licet poſt nocturnam tunicam habere alteram, vel cilicinam, vel aliam quamlibet?*

Respondit. *Cilicij quidem vſus habet proprium tempus; non enim propter vſum corporis, ſed propter afflictionem eius inuentum eſt huiuſcemodi indumentum, & pro humilitate animæ. Cum autem duas tunicas haberi prohibeat ſermo diuinus, quomodo poteſt hoc ſuſcipi, niſi ad eos vſus, quos ſuperius diximus.* NOT. Nempe Interrog. 11. & 95. Vide ibi notatas. Hæc Interrogatio Smaragdo eſt 129. In breuioribus 90.

INTERROGATIO CXXIX.

SI licet ei, qui miniſtrat, maiore voce, id eſt cum clamore loqui?

Respondit. *Vocis menſuram definit audiendi modus. Si ergo breuior fuerit, & compreſſior vox, quam res poſcit, propè eſt vt murmur potius, vel ſuſurratio videatur, quam ſermo. Si vero maior ſit, quam requirit, cum poſſit audire ille, cui loquimur, etiamſi lenius loquamur; iam non erit vox, ſed clamor, quod eſt notabile : niſi fortè grauior ſit auditus eius, cui loquimur, & neceſſitas nos cogat ad clamandum. Propterea enim de Domino ſcriptum eſt : Quia Ieſus, inquit, clamabat dicens : Si quis credit in me, non credit in me, ſed in eo qui me miſit. Clamore enim dicitur pro his, quorum interior auditus ſurdus, & obturatus erat.* NOT. Clamoris omnis ac ſuſurrationis occaſionem abſcidit in miniſterio D. P. N. Benedictus hæc ſtatuens cap. 38. *Summum ſilentium fiat ad menſam, vt nullius muſitatio vel vox, niſi ſolius legentis, ibi audiatur. Quæ verò neceſſaria ſunt ſic ſibi viciſſim miniſtrent fratres, vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, ſonitu cuiuſcunque ſigni potius petatur, quam voce.* Cuius Canonis obſeruatio adeo apud noſtros Ciſtercienſes inualuit, vt à vetuſtiſſimis ſæculis ſigna quædam rerum omnium, quibus in Oratorio & menſa opus eſt, inſtituta fuerint; ac libro Cæremoniarum (noſtris *Vſus*) inſerta : neque aliter ibi niſi per ſigna, more mutorum, res exprimere, vel neceſſaria petere liceat. Interrogatio hæc apud Smaragdum eſt 130. in Breuioribus 151.

INTERROGATIO CXXX.

SI quis die ſuo, quo miniſtrat in coquina, laborauerit ſupra vires, ita vt impediatur, vt non 117.
poſſit etiam reliquis diebus exercere opus ſuum, ſi oportet imperare ei huiuſmodi officium.

Respondit. *Iam ſupra diximus, quia is, cui iniuncta eſt operum cura, & qui præeſt, conſiderantius obſeruare debet vniuſcuiuſque, vel vires vel poſſibilitatem, & prout quis aptus eſt, ita etiam opus iniungere. Ne audiat ipſe, quod ſcriptum eſt: Qui fingit dolorem in præcepto. Ille tamen, cui iniungitur, contradicere non debet, quia obedientia vſque ad mortem ſeruari diffinita eſt.* NOT. Ne coquinæ labor imbecillius excederet vires, atque integræ hebdomadæ miniſterium à quolibet ſuſtineri poſſet : *Imbecillibus* (inquit D.P.N. Benedictus c. 35. de ſeptimanariis coquinæ) *procurentur ſolatia, vt non cum triſtitia hoc faciant, ſed habeant omnes ſolatia ſecundum modum Congregationis.* Solatia autem in regula ſocij laboris ſunt. Et iterum ibi. *Septimanarij ante vnam horam refectionis accipiant ſuper ſtatutam annonam ſingulos biberes & panem, vt hora refectionis ſine murmuratione & graui labore ſeruiant fratribus ſuis.* Quid prouidentius? Vide Interrogationem 69. ad quam ſe remittit Baſilius. Hæc Smaragdo eſt 131. In Breuiorib. 152.

INTERROGATIO CXXXI.

SI quis in corde ſuo cogitat de cibis: tum deinde notet ſeipſum & arguat, ſi & hic, quaſi cogitans de talibus, iudicandus ſit.

Respondit. *Si quidem non id temporis eſt, quo naturaliter requirere cibos famis neceſſitate commonemur, manifeſtum eſt, id eſſe vagæ mentis indicium, & animæ erga præſentia affectum gerentis, & erga voluntatem Dei deſidis, & remiſſæ : proximam tamen habet Dei miſericordiam, & pro hoc ipſo, quod ſeipſum arguit, & notauit, nota criminis exſoluitur, ſi tamen ſeruet de cætero cogitationum lapſus, memor Dominici ſermonis qui ait : Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat. Si autem id temporis eſt, quo naturaliter de cibis appetendis commonemur, mente autem in melioribus occupata inferiora ſpernit, & deſpicit, non ratio ciborum notabilis, ſed contemptus laudabilis inuenitur.* NOT. Smaragdo eſt 128. In aliis editu 17. ex Breu.

INTERROGATIO CXXXII.

SI quis condemnatus eſt, vt eulogiam non accipiat, & dicit, quia ſi non accepero eulogiam, 118.
non manduco, ſi debemus audire eum?

Respondit. *Si quidem tanti modi eſt culpa pro qua condemnatus eſt vt dignum ſit etiam cibum ei vetare, probet ille qui præeſt. Si autem à ſola benedictione aliquis abſtentus eſt, & indulgetur ei cibus, condemnatus autem & inobediens eſt; etiam in hoc contentioſi notam ſuſcipere debet, & cognoſcere quia per hoc non curat culpam, ſed auget delictum ſuum.* NOT. Strictiùs de litteris & eulogiis loquitur D. P. N. Benedictus capite 54. neque à parentibus, ſine præcepto Abbatis recipiendis ſub comminatione diſciplinæ regularis

gularis. Baſilius verò ſuperioris iudicio rem committit, qui iuxta contentionis menſuram, delicti pœnam imponat. Quid autem ſeparatio illa ſit *à ſola benedictione* explicant editi Interrog. 122. ex breu. quæ huic plus reſponſioni quam titulo reſpondet, eà verò ſic habet: *Si quis loco animaduerſionis à benedictione excluſus negat ſe niſi accepta benedictione cibum ſumpturum, nunquid hic tolerandus eſt?* Vtrique autem interrogationi reſpondet Catadignenſis noſter. Scilicet & contentioſo cibum vetandum, ſi probet ſuperior: & contendentem de benedictione pietatis prætextu non curare culpam, ſed augere delictum. Vnde etiam perſpicuè conſtat ſequeſtrationem à ſola benedictione menſæ quandam aliqualiter contendentis mulctam fuiſſe.

INTERROGATIO CXXXIII.

119. *ET ille, cui lana credita eſt, quomodo debet habere hanc curam & quomodo obſeruare ea, quæ operatur?*

Lana, inquit, tanquam opus Dei ſibi commiſſum. Sorores autem, vt abſque vlla contentione vel perſonarum acceptione vnicuique ſorori opus aptè & competenter iniungat. NOT. Deeſt in Smaragdo. Extat vero num. 153. Regul. breuior. cuius reſponſio pro ſolis ſororibus latam innuit iis: *Sane illa lanas quidem ita habebit, &c.* præſens autem interrogatio penes Antiſtitem repoſitas prodit ibi. *Et ille cui lana, &c.* cui ſanè de temporalibus, victu ſcilicet & veſtitu ſororum, cura erat. Interſerit ab hinc S. Doctor Canones aliquos Regulæ ſorores de qua inſ. a c. 4. à n. 64. Vide Interrog. 103.

INTERROGATIO CXXXIV.

QVali timore vel fide, vel affectu percipere debemus Corporis, & ſanguinis Chriſti gratiam?

RESPONDIT. *Timorem quidem docet nos Apoſtolus dicens: Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit. Fidem verè edocet nos ſermo Domini dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro multis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Et ſermo Ioannis dicentis: Quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis; Et vidimus gloriam eius, quaſi gloriam Vnigeniti à Patre plenum gratia & veritatis. Sed & Apoſtolus ſcribens: Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu repertus vt homo: humiliauit ſe ipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Quum ergo fidem habet his dictis, & conſiderat magnificentiam gloriæ ipſius, & admiratus nimietatem humilitatis, quomodo tantus & talis obediens fuit Patri vſque ad mortem pro noſtra vita, puto quia prouocari poſſit ad affectum & dilectionem, & ipſius, & Dei Patris, qui vnico Filio non pepercit, ſed pro nobis tradidit eum. Et ad amorem Vnigeniti eius eo amplius prouocabitur, quod eum videat mortem turpiſſimam pro noſtra redemptione toleraſſe; ſicut & Apoſtolus de eo dicebat: Quia charitas Chriſti conſtringit nos, iudicantes hoc, quod ſi vnus pro omnibus mortuus eſt; ergo omnes mortui ſunt. Et pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Talem ergo affectum, vel fidem præparare debet in animo ſuo is, qui de pane & calice percipit.* NOT. Extat in Breuior. num. 172. De puritate, qua ad ſacram menſam accedendum eſt, agit Interrog. 309. ex 27. Codicis Cæſarienſis. Vbi cum interrogaſſet: *Nunquid cui ea contigerint vt faciat quæ & conſuetudo fecit & natura* (id eſt, ſi pollutio inſomnis vel aliàs inuoluntaria & naturalis contingat) *is audere debeat ad Sanctorum communionem accedere?* Quæſtionem negatiuè reſoluit.

INTERROGATIO CXXXV.

QVid eſt theſaurus bonus, & quid malus? 120.

RESPONDIT. *Prudentia quidem, & ſenſus, qui in Chriſto eſt, & virtus animi, quæ ad Dei gloriam pertinet, theſaurus bonus eſt. Imprudentia autem & ſenſus malitiæ & in his ſapere, quæ Deus fieri non vult, theſaurus eſt malus, ex quibus proferuntur ſecundum Domini vocem ſuo quoque tempore vtrique fructus, vel boni, vel mali in operibus & verbis.* Extat in Breu. n. 239.

INTERROGATIO CXXXVI.

SI bonum eſt penitùs tacere?

RESPONDIT. *Silentium & taciturnitas tunc bonum eſt, cum vel ad perſonas vel ad tempus aptatur, ſicut à ſancta Scriptura edocemur, quæ dicit: Aliquando quidem: Qui intelligit, in illo tempore tacebit. Aliquando autem: Poſui ori meo cuſtodiam, dum conſiſteret peccator aduerſum me. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Et alibi; Quod ſi alij ſedenti reuelatum fuerit, prior taceat. Et iterum: Mulieres veſtræ in Eccleſiis taceant. Sed & alio tempore his, qui incontinentem linguam habent, dicitur: Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei. Neceſſaria ergo eſt taciturnitas, vſquequo vitia, ſi qua illa ſunt, linguæ, vel ſermonum temeritas reſecetur, & diſcat opportuno in tempore vtiliter loqui. Vt ſicut ſcriptum eſt, Sermo eorum ſale conditus ſit, vt det gratiam audientibus.* NOT. V. D. P. N. Benedictum c. 5, & Regul. 208. Breu.

INTERROGATIO CXXXVII.

SI oportet tempore Orationum, vel Pſalmorum aliquem loqui in domo? 121.

RESP. *Præter eos, qui miniſterium ſolicitudinis gerunt, vel eos, quibus diſciplinæ cura commiſſa eſt, vel diſpenſationis operum, qui & ipſi tamen conſideratius agere debent, vt quantum neceſſitas exigit, hoc ſolum loquantur. Et hoc ipſum cum quiete & honeſtate, ne interturbent, aut offendiculum faciant cæteris. Cunctos reliquos ſilentium habere conuenit. Si enim Prophetis in Eccleſia docentibus Apoſtolus dicit: Quia ſi ſedenti reuelatum fuerit, prior taceat, quanto magis in tempore Pſalmorum vel Orationum tacere, & ſilentium agere cunctos conuenit? Niſi quis fortè, vt ſuperiùs diximus communis prouidentiæ cauſa aliquid proloqui cogit.* NOT. V. Notata Interrogat. 129. Extat inter Breuiores n. 173.

INTERROGATIO CXXXVIII.

Q*Vomodo poſſumus timere iudicia Dei?*

Responoit. *Naturaliter expectatio omnis mali timorem incutit. Ita namque etiam beſtias timemus, & Principes, ſcientes imminere ex iis aliquid, quod ad vitæ exitum pertinet. Si ergo credamus, quia vera ſunt communationes futuri iudicij Dei, & recordamur terribile illud futuri examinis tribunal, timebimus iudicia Dei.*

NOT. Concinit Reg. 209. Breuiorum.

INTERROGATIO CXXXIX.

Q*Vomodo lata, & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad mortem?*

122. Responoit. *Dominus pro multa clementia ſua & nominibus, & Verbis his vtitur, quibus poſſit nobis in notitiam adducere dogmata veritatis. Sicut ergo ij, qui ambulant in via, ſi à recto itinere declinant, quod certis lineis, & manifeſto calle concluditur, in ſpatia multa, & vaga incident. Ita ergo & is, qui exceſſerit de via, quæ ducit ad regnum cælorum, multitudinem erroris incurrit, per quod ad perditionem peruenitur.*

NOT. Habetur inter Reg. Breu. n. 240.

INTERROGATIO CXL.

Q*Vomodo anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam?*

Respondit. *Et hic ſimiliter anguſtum, & arctum hoc indicat, quia via hæc, id eſt vita noſtra, anguſtatur, & coarctatur in tribulationibus. Conſtringimur enim ex vtraque parte nos, qui iter agimus, ne prorſus in aliud aliquid declinemus: periculum enim eſt in vtramlibet partem declinare: ſicut in exigui pontis tranſitu, vbi ex vtraque parte eum, qui fortè declinauerit, conciti fluminis vnda rapiat, & auferet. Propterea ergo ſcriptum eſt: Ne declinaueris in dextram, neque in ſiniſtram. Et Dauid ait: Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi.* NOT. Quadrat Regula 241. Breu.

INTERROGATIO CXLI.

A*Varitia vſque ad quem modum diffinitur?*

Respondit. *Quum tranſgreſſus quis fuerit modum lege ſtatutum. Quod deſignatur ſecundum Vetus quidem Teſtamentum, in eos, qui plus ſe diligunt; qui vel plus in pecunia, vel neceſſariis de ſe ſit ſollicitus, quam de proximo. Scriptum eſt enim: Diliges proximum tuum tanquam te ipſum. Secundum Euangelium vero: ſi plus ſollicitus ſit de præſenti die; ſui videlicet cauſa corporis; iſte ſine dubio audiet: Stulte hac nocte repetent animam tuam à te: & quæ paraſti cuius erunt? Quibus addidit Dominus dicens: Ita erit, & qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Domino diues.* NOT. Extat in Breuiorib. Regul. 48.

INTERROGATIO CXLII.

123. Q*Vid eſt perperam agere?*

Resp. *Quidquid non propter vſus neceſſarios, ſed vel ornatus cauſa, vel decoris alicuius fit. Hoc eſt perperam agere.* NOT. V. Interrog. 144. huius Regulæ & Regulam 49. Breuiorum.

INTERROGATIO CXLIII.

Q*Vid eſt, qui ab Apoſtolo dicitur, habitus ornatus.*

Resp. *Si quis ſecundum propoſitum vniuſcuiuſque honeſtus eſt vſus, vel ſecundum locum, vel ſecundum perſonam. Non enim idem vſus eſſe hominum poteſt in tempore hyemis & in tempore æſtatis. Neque idem habitus operantis & quieſcentis; neque militis idem eſt & priuati; neque Viri idem, qui mulieris.* NOT. V. Notata Interrogat. 11. 95. 126. & Regul. 210. Breuiorum.

INTERROGATIO CXLIV.

S*I quis pretioſas veſtes abiiciat, ipſa autem indumenta viliora, quibus vtitur, vel calceamenta compoſitè vtatur, vt ſtudeat decorem inde aliquem capere, ſi peccat, aut vitio aliquo id facere putandus eſt?*

Resp. *Qui vult per decorem habitus placere hominibus, manifeſtum eſt eum huius ipſius vitij ægritudine laborare, id eſt hominibus placendi: & certum eſt mentem eius à Deo longiùs euagari. Sed & hoc ipſum eſt vitium perperam agere, cum indumentis, vel calceamentis non vſus cauſa vtitur, ſed decoris.* NOT. V. Interrogationem 142. Extat in Breuioribus Interrogat. 50. Concinit paſſim huic doctrinæ S. Doctor præſertim epiſt. 1. ad Nazianzenum. Vbi luculenter de veſtibus ſuis. Verba autem ipſius perpenſa reperies lib. 2. cap. 11. num. 8. & in hoc lib. cap. 1. num. 20. De calciario autem veſtis appendice ſubdit ibi S. Doctor: *Calciarium eſſe pretio quidem illud vili, ſed quod vicem ſuam implere poſſit.*

INTERROGATIO CXLV.

Q*Vid eſt Rachæ?* 124.

Resp. *Prouincialis, id eſt gentis illius, ſermo eſt, velut conuitij leuioris, qui domeſticis, & his, quorum fiduciam quis gerit, dici ſolet.* NOT. Vide notanda Interrog. 178. & Regulæ 51. Breuior.

INTERROGATIO CXLVI.

Q*Vod dicit Apoſtolus: Non efficiamini inanis gloriæ cupidi. Et iterum non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes: Quis eſt inanis gloriæ cupidus, & quis eſt hominibus placens?*

Resp. *Puto quod inanis gloriæ cupidus eſt, qui propter gloriam ſæculi, id eſt propter eos, qui vident & audiunt de ſe aliquid, quod laudari poſſit, vel admirari, facit aliquid, vel dicit. Hominibus autem placens ille eſt, qui ad voluntatem alicuius hominis, vt placeat ei, facit aliquid, vel dicit, etiamſi indignum ſit, & iniurioſum hoc ipſum quod facit.* NOT. Concinit Regula 52. Breuior.

INTER

Digitized by Google

INTERROGATIO CXLVII.

125. *QVid eſt inquinamentum carnis, & inquinamentum ſpiritus, & quomodo ab his mundari poſſumus, & quæ eſt ſanctificatio?*

RESPONDIT. *Inquinamentum carnis eſt, commiſceri iis, qui illicita & nefaria committunt. Spiritus autem inquinamentum eſt, cum indifferenter habemus commiſceri iis, qui de fide impiè ſentiunt. Emendamur autem ab his, cum implemus illud quod Apoſtolus dicit: Cum huiuſmodi nec cibum ſumere, & quæcumque his ſimilia, & cum illud patimur in corde noſtro quod ait Dauid Triſtitia tenuit me à peccatoribus derelinquentibus legem tuam: vel cum oſtenderimus talem noſtram triſtitiam, qualem Corinthij oſtenderunt: cum obiurgarentur à Paulo, cum erga eum, qui peccauerat, indiſcretè egerint: In omnibus exhibuiſtis vos caſtos eſſe negotio. Sanctificatio autem eſt adhærere Deo ex integro & ſine aliqua intermiſſione: in omni tempore ſollicitum eſſe & ſtudium gerere placendi ei: quoniam quidem neque pollutam aliquid in donis Dei poteſt offerri, neque rurſum, quod ſemel oblatum eſt; ad communem humani miniſterij vſum adduci poteſt: alioquin & ſacrilegum erit, & impium.* NOT. Extat in Regulis Breuioribus n.53.

INTERROGATIO CXLVIII.

QVid eſt mundus corde?

RESPONDIT. *Qui ſe ipſum reprehendit, quia vel præuaricatus ſit mandatum Dei, vel contempſerit, vel neglexerit.* NOT. Inter Breuiores Reg.280.

INTERROGATIO CXLIX.

126. *QVomodo poteſt aliquis odium habere aduerſus peccatum?*

RESPONDIT. *Si ſemper ex his, quæ triſtem, & infauſtum finem habent, odium naſcitur, hominibus aduerſus eos, qui cauſa ſibi huiuſcemodi negotij extiterunt. Si quis ergo certus ſit quantorum, & qualium malorum cauſa nobis fiunt peccata, ſponte ſine vlla commonitione ex intimo affectu odium ei aduerſum ea naſcitur, ſicut oſtendit ille, qui dicebat. Iniquitatem odio habui.* NOT. Correſpondet Interr. 11. ex breu.

INTERROGATIO CL.

QVomodo poteſt aliquis ex animo, & affectu facere voluntatem Domini?

RESPONDIT. *Naturaliter delectamur his quæ bona ſunt, & proſunt. Si ergo credimus de his, quæ promiſſa ſunt, ex eo ipſo quod ſperamus, inſeritur anima noſtra. Affectus, & deſiderium ad explenda ea, quibus id conſequi poſſamus, quod deſideramus. Si quis ergo odium habuerit, & execratus fuerit iniquitatem, & emendauerit ſe ab omni peccato, ex quo ſicut corpus a languore delectationem non habet cibi, ita & anima peccati morbo detenta non habet deſiderium erga mandata Dei. Si recordetur, quia mandatum Dei vita æterna eſt, & omnibus, qui cuſtodiunt illud, permanet adimpletio promiſſorum, poteſt per hæc naſci animæ affectus ille de quo dixit Dauid. Iudicia Dei vera iuſtificata in ſemetipſis, deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum nimis; & dulciora ſuper mel, & fauum. Nam & ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.* NOT. Correſpondet Regula 174. Breuior.

INTERROGATIO CLI.

QVæ eſt menſura in Charitate Dei. 127.

RESPONDIT. *Vt ſupra vires quis ſemper extendat animam ſuam ad voluntatem Dei, proſpiciens, & deſiderans ea, quæ ad gloriam Dei pertinent.* NOT. extat in Breuior. Reg.212.

128.

INTERROGATIO CLII.

QVomodo obtineat quis, vt poſſit habere charitatem Dei?

RESPONDIT. *Si grati, & fideles exiſtamus erga beneficia eius: quod etiam in mutis animalibus fieri videmus: nam & canes interdum diligunt eos, qui ſibi cibum præbent. Sed & Iſaias Propheta hoc dicit cum arguit ingratam gentem, & dicit in perſona Domini. Filios genui, & & exaltaui, ipſi autem me ſpreuerunt. Agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. Iſraël verò me non cognouit, & populus meus me non intellexit. Sicut enim boui, & aſino pro beneficio, quo d paſcitur, dilectio ſpontanea naſcitur erga paſtorem; ita etiam nos ſi gratanter, & fideliter beneficia Dei ſuſcipiamus, ſine dubio diligimus beneficiorum præbitorem Dominum, & abſque vlla doctrina, naturali quodam inſtinctu in eius incitamur affectu, ſi tamen ſanitas ſua animo præſto ſit.* NOT. Quadrat. Regula 212. Breuiorum.

INTERROGATIO CLIII.

QVæ ſunt indicia in nobis charitatis Dei?

RESPONDIT. *Quæ Dominus docuit dicens: ſi diligitis me mandata, mea ſeruate.* NOT. Conuenit Regula 213. Breuior.

INTERROGATIO CLIV.

QVid eſt ſeipſum diligere, vel quomodo vitium ſuum cognoſcit, qui ſe ipſum diligit?

RESPONDIT. *Multa abuſiuè dicuntur, ſicut eſt illud: Qui non amat animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam ſeruabit eam. Philautus græce dicitur, qui ſeipſum diligit, Intelligi autem poteſt is, qui talis eſt, hoc modo: ſi ea quæ facit, pro ſemetipſo facit, etiamſi videatur ſecundum mandatum Dei eſſe quod facit. Qui enim pro ſua requie patitur aliquid deeſſe neceſſitati vel vſibus, ſiue eorum, quæ ad animam neceſſaria ſunt, ſiue ad corpus; hic manifeſtè ſeipſum diligens deprehenditur, cuius vitij finis interitus eſt.* NOT. Congruit Regula. 54. Breuiorum.

INTERROGATIO CLV.

QVomodo apparet, qui diligit fratrem ſecundum mandatum Domini; & quomodo arguitur, qui non diligit.

Charitatis duo ſigna.

RESPONDIT. *Charitatis duo iſta præcipua ſigna ſunt. Cum contriſtamur, & grauiter ferimus in his, in quibus læditur ille, quem diligimus, & cum vel ſatis agimus vt non fiant, vel gaudemus, ſi prouenerint aliqua, in quibus vtilitas vel profectus eſt eius, qui diligitur. Beatus ergo eſt, qui luget ſuper eum, qui delinquit, cum videt vitæ imminere periculum; & gaudet pro eo, qui proficit, & lucrum ſuum deputat profectum proximi ſui. Conteſtatur autem hoc ipſum & Apoſtolus Paulus, dicens: Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra; quod vtique ſecundum rationem Charitatis Chriſti dicebat: & ſi gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Qui autem talem non habet affectum erga fratrem, certum eſt quod non ſecundum charitatem Dei diligit proximum ſuum.* NOT. Vide plura de hac re Interrog. 2. huius Reg. & 175. Breuiorum.

INTERROGATIO CLVI.

129. *QVi ſunt inimici, quos diligere iubemur, & quomodo diligimus inimicos noſtros, præſtantes beneficia tantummodo, aut etiam affectum eis exhibentes? Et ſi hoc poſſibile eſt fieri?*

RESPONDIT. *Inimici proprium eſt lædere & inſidiari: & ideò omnis qui quoquomodo lædit aliquem inimicus dicitur, maximè autem ij, qui peccant. Iſti enim, quod in ſe eſt, lædunt diuerſis modis, & inſidiantur, vel his, qui ſe vident, vel his qui ſimul viuunt. Et quoniam ex corpore & anima conſtat homo, ſecundum animam quidem diligimus arguentes, commonentes, & omnimodo ad conuerſationem eos prouocantes; ſecundùm corpus verò præſtemus eis beneficia, & miſericordiam; & ſi indigent, victum. Quoniam nemo dubitat, quod Charitas in affectu ſita ſit. Quod autem poſſibile eſt, docuit Dominus per charitatem Dei Patris, & per ſuam obedientiam vſque ad mortem, cum vtique pro inimicis adhuc & impiis nobis ſuſtinuit; ſicut & Apoſtolus teſtatur dicens: Commendat autem ſuam charitatem Deus in nobis: quia cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Sed & nos ad hoc ipſum cohortatur dicens: Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis hoſtiam & oblationem Deo. Nunquam* Poſſibile eſt diligere inimicum. *autem præciperet hoc iuſtus ac clemens Dominus, niſi vtique etiam poſſibilitatem nobis donaſſet. In eſſe enim hoc natura noſtra oſtenditur, cum etiam beſtiis, vel animalibus erga eos, qui ſibi beneficij aliquid præſtiterunt, ineſt naturalis affectus. Qui autem tantum beneficij amicis præſtat, quantum inimicus, cum nobis cauſa beatitudinis efficitur, illius, quam dicit Dominus; Beati eſtis cum perſequuntur vos, & exprobrant, & dicunt omne malum aduerſum vos mentientes propter me. Gaudete & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* NOT. Extat inter breuius diſputata num. 176.

INTERROGATIO CLVII.

130 *QVid eſt quod dicit Apoſtolus: Iraſcimini & nolite peccare: & Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram; cum in aliis dixerit: Omnis amaritudo & ira, & indignatio auferatur à vobis?*

RESPONDIT. *Arbitror in hoc loco Apoſtolum ad imitationem Domini hæc locutum. Sicut enim in Euangelio dicebat: Audiſtis quia dictum eſt antiquis illud, vel illud, & ipſe addebat dicens: Ego autem dico vobis hoc vel hoc. Ita etiam hic Apoſtolus, cum prius meminiſſet antiquitatis, per hoc quod dicitur: Iraſcimini & nolite peccare; paulò poſt addidit, quod ex ſe erat, & quod nobis conueniret, dicens: Omnis amaritudo & ira & indignatio, & clamor auferatur à vobis.* NOT. Quadrat Regula 243. breuiorum.

INTERROGATIO CLVIII.

QVid eſt date locum iræ?

RESPONDIT. *Non reſiſtere malo; ſecundum quod ſcriptum eſt: ſed ei, qui percuſſerit in dextera maxilla, præbere illi alteram, & implere ea omnia, quæ ſequuntur. Vel illud: Cum perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* NOT. V.D.P.N. Benedictum cap. 7. grad. 4. humilit. & Regulam 244. Breuiorum.

INTERROGATIO CLIX.

QVid eſt differentia amaritudinis, & furoris, & irritationis, & iræ & clamoris? 1311

RESP. *Furoris quidem, & iræ differentiam puto in animi conſtare motu: quia qui iraſcitur, intra animum ſuum adhuc vitium voluit, ſicut ex hoc ipſo iudicatur, quod dicitur: Iraſcimini & nolite peccare. Qui verò furit, iam plus aliquid per motum gerit. Furor enim, inquit, ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. Vehementiùs verò furorem concitare, irritatio nominatur. Amaritudo autem illa eſt, cum malitia in corde, quæ etiam arte quadam componitur, & armatur.* NOT. Concinit Regula 55. Breuiorum.

INTERROGATIO CLX.

QVis eſt, qui à Domino beatificatur pacificus?

RESPONDIT. *Qui Chriſti adiutor eſt, ſecundum quod dicit Apoſtolus: Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam ex Deo exhortante per nos obſecramus: pro Chriſto reconciliamini Deo. Et iterum: Iuſtificati ergo ex Fide, pacem habeamus ad Dominum. Illa enim alia pax repudiata eſt à Chriſto dicente: Pacem meam do vobis: non ſicut hic mundus dat, etiam ego do vobis.* NOT. Congruit Regula 215. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXI.

QVomodo conuerti poteſt quis, & effici ſicut infans?

RESPONDIT. *Ipſa lectio Euangelij docet nos omnem cauſam, in qua oſtenditur, vt non arrogantiam requiramus, vel elationem, ſed æquitatem naturæ cognoſcamus, & exæquemus nos eis, qui videntur inferiores. Hoc enim eſt propriè infantum, æquales eſſe, non his quibus nobilitate, ſed ætate iunguntur, donec proceſſu temporis, & meritorum nequitia, elationis inficiuntur venenis.*

NOT. Deeſt hæc reſponſio in Smaragdo, cuius loco ea ſuffecta eſt quam Interrogationi 163. ſubiiciemus. Vide Regulam 216. Breuiorum.

INTER

INTERROGATIO CLXII.

132. QVid eſt prudentem eſſe, ſicut ſerpentem, & ſimplicem ſicut columbam?

RESPONDIT. Prudens quidem vt ſerpens eſt, qui circumſpectè & conſideratè, quæ ſint poſſibilia, & quæ honeſta, vel vtilia prauidens, doctrinam ſuam diſpenſat, & aptat ea arte, qua ſuadere auditores ad obedientiam poſſit. Simplex autem vt columba eſt, qui nec in cor prorſus recipit cogitationem vlciſcendi in eos, qui lædunt, ſed permanet benefaciendo, ſecundum quod Apoſtolus dicit: Vos autem nolite deficere benefacientes. Dominus ad prædicationem mittens diſcipulos, hæc eis præcipiebat: vbi ſine dubio opus erat ſapientia ad ſuadendum eos, qui docebantur, & patientia aduerſus eos, qui inſidiabantur: ſicut ipſe ſerpens per prudentiam intellexit quam perſonam ad perſuadendum aggredi deberet, eam ſcilicet, quæ fragilior videbatur ad perſuadendum, quo eam à Domino abſtractam peccato ſociaret. Ita & nos perſonam, & mores, & tempus conſiderare & eligere debemus; & omnimodo ita ordinare ſermones noſtros in iudicio, vt poſſimus abſtrahere homines à peccato, & ſociare Deo. NOT. Deeſt in Smaragdo. Extat in aliis excuſſis Regul, 245. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXIII.

QVomodo debemus ſuſcipere regnum Dei, ſicut infans?

RESPONDIT. Si tales fuerimus ad doctrinam Domini, qualis eſt infans in diſcendo, qui neque contradicit doctoribus, neque rationis Verba componit aduerſus eos reſiſtens, ſed fideliter ſuſcipit, quod docetur, & cum metu obtemperat, & acquieſcit. NOT. Concinit Regula 56. Breuioris.

INTERROGATIO CLXIV.

133. DOmino dicente; quia qui ſe exaltat, humiliabitur; & Apoſtolo dicente: Noli ſuperbè ſapere; & alibi: Arrogantes, ſuperbi, inflati. Et iterum Charitas non inflatur: Quis eſt elatus? & quis eſt iactans, vel arrogans? Quis verò ſuperbus, & quis inflatus, vel tumens?

RESPONDIT. Elatus eſt, qui ſe ipſum effert pro his, quæ fortè ei rectè vel proſperè geſta ſunt, & pro hoc magnus ſibi videtur, & elatus, ſecundum illum Phariſæum, qui & ipſe inflatus dici poteſt. Sicut & Corinthios arguit, quibus dicit: Et vos inflati eſtis. Iactans autem vel arrogans eſt ille, qui non acquieſcit his, quæ à Patribus vel maioribus inſtituta, vni pro vtilitate communi, nec acquieſcit verbis Apoſtoli dicentis: Vt eadem ſentiatis, & vnum ſapiatis: ſed propriam quamdam viam iuſtitiæ, ac ſanctitatis inquirit. Superbus ergo eſt, qui etiam nihil in ſe virtutis, aut rectorum geſtorum habens elatus eſt, & erectus, & videri vult plus eſſe, quam eſt. Similis autem huic eſſe poteſt etiam is, qui inflatus dicitur, vel tumens, ſecundum hoc quod Apoſtolus dicit: Sed inflatus eſt, & nihil ſciens. NOT. Concinit Regulæ 56. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXV.

QVid eſt: Charitas non dehoneſtatur?

RESPONDIT. Sicut ſi quis dicat: De ſtatu honeſtatis ſuæ non deducitur. Eſt enim quædam propria honeſtas charitatis, & habitus eius atque ornatus; ille ſine dubio, per quæ in ſingulas charitatis virtutes enumerat Apoſtolus, quæ ſingula, honeſtas quædam eius ſunt, & ornatus. NOT. Extat inter Breuius diſputatas numero 246.

INTERROGATIO CLXVI.

SCriptura dicente: Nolite gloriari, neque loqui alta, & Apoſtolo confitente: quia quæ loquar, non ſecundum Dominum loquar, ſed ſicut inſipientia in hac ſubſtantia gloriandi. Et rurſum: Factus ſum inſipiens gloriando. Et iterum ipſo dicente: Quia qui gloriatur, in Domino glorietur. Quæ eſt gloriatio in Domino, & quæ eſt culpabilis gloriatio? 134.

RESPONDIT. Apoſtoli quidem manifeſtum eſt propoſitum, quod aduerſus vitia loquebatur. Non enim vt ſe ipſum commendaret, hæc dicebat, ſed vt quorumdam inſolentiam retunderet. Gloriatio ergo in Domino eſt, cum quis ea, quæ rectè gerit, non ſibi ſed Domino aſcribit, dicens: Omnia poſſum, ſed in eo, qui me confortat Chriſtus. Culpabilis autem gloriatio duplici ratione dignoſcitur. Vel ſecundum hoc quod dicit: Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ: Et: Quid gloriatur in malitia, qui potens eſt in iniquitate? Vel ſecundum illud: Quum faciant aliquid boni operis, vt videantur ab hominibus: & per ipſum quod volunt laudari, gloriantur in his, quæ fecerunt. Sed huiuſmodi homines etiam ſacrilegi deſignantur, cum gratiam, quæ à Deo data eſt, propriam faciunt, & gloriam, quæ Domino debetur, in ſemetipſos conuertere conantur. NOT. Quadrat Regula 247. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXVII.

QValem intellectum vel prudentiam à Deo petere debemus, vel quomodo eum poſſumus promereri.

RESPONDIT. Intellectus quidem quis ſit, ab ipſo Deo per Prophetam diſcimus dicentem: Non gloriatur ſapiens in ſua ſapientia; nec gloriatur fortis in fortitudine ſua, nec gloriatur diues in diuitiis ſuis: Sed in hoc glorietur, qui gloriatur intelligendo, & cognoſcendo Dominum. Et iterum per Apoſtolum ſic dicitur: Sed intelligentes quæ ſit voluntas Domini. Poſſumus autem hoc munus promereri, ſi faciamus illud, quod ſcriptum eſt: Vacate, & cognoſcite, quoniam ego ſum Deus. Et ſi credamus omne Verbum Dei verum eſſe. Si enim, inquit, non crediderítis, neque intelligetis. NOT. Congruit Regula 218. Breuius diſput.

INTERROGATIO CLXVIII.

SI Dominus dat ſapientiam, & à facie eius ſcientia & intellectus eſt. Et ſi alij quidam per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ quomodo increpat Dominus diſcipulos ſuos dicens: Quia & vos adhuc inſenſati eſtis, & non intelligitis, & Apoſtolus culpat Galathas inſenſatos? 135.

RESP. *Si quis ſcit bonitatem Dei volentis omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & ſtudium Spiritus ſancti didicit, quia vnicuique diuidit gratiam Dei: iſte cognoſcit tarditatem intellectus, non ex culpa eius deſcendere, qui dona tribuit, ſed eorum deſidia & infidelitate, qui id ſuſcipere non merentur. Et ideò rectò culpatur inſipiens, vel inſenſatus, qui velut Sole orto claudit oculos ſuos, ne videat, ſed in tenebris ambulat.* N O T. Reſpondet Regula 246. Breuior. diſp.

INTERROGATIO CLXIX.

SI ab aliquo quid beneficij conſequamur, quomodo poterimus & Domino dignè & integrè gratias agere, & ei, qui beneficium præſtitit? Quali menſura vti debemus vtroque?

RESPONDIT. *Si Deum auctorem & conſummatorem omnium bonorum eſſe credamus, eum verò, per quem boni aliquid conſecuti ſumus, vt miniſtrum Dei gratiæ & muneris agnoſcamus.* N O T. Correſpondet Regulæ 219. Breuius diſputat.

INTERROGATIO CLXX.

136. *QVid eſt dignum vel Sanctum, quod Græci Oſion dicunt, & quid eſt iuſtus?*

RESPONDIT. *Oſion quidem ſanctum eſſe arbitror, quod decet, & debetur ab inferioribus deferri ſuperioribus, ſecundum hanc ipſam rationem, qua eminentiores videntur. Iuſtum autem hoc, quod operis meritò vnicuique retribuitur, & in illo quidem alio optimorum quoque indicatur obſequium. In hoc vero tam boni quam mali retributio deſignatur.* N O T. Quadrat Regula 249. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXXI.

QVomodo dat quis Sanctum canibus, & mittit margaritas ante porcos, aut quomodo accidit illud, quod additur, ne fortè conculcent ea pedibus & conuerſi rumpant vos?

RESPONDIT. *Manifeſtè nobis tradidit Apoſtolus ex his, quæ aduerſus Iudæos dicit: Quia qui in lege glorìaris, per præuaricationem legis Deum exhonoras. Iniuriam vero hanc, quam per præuaricationem legis verbo Dei inferre dicuntur ij, de quibus ſermo eſt, prohibet hic, & abdicat Dominus. Et quia euenit, vt etiam infideles & non credentes, cum vident nos præuaricari mandata, contemptum habent religionis, & doctrinæ Domini, & ex ipſis arguant nos, & afficiant exprobrantes & confundentes tanquam legis propriæ tranſgreſſores.* N O T. Inter breuiores locum habet num. 250.

INTERROGATIO CLXXII.

137. *QVomodo aliquando Dominus prohibeat portare ſacculum, vel peram in via: aliquando autem dicat, ſed nunc qui habet ſacculum, tollat & peram, & qui non habet gladium, vendat veſtimentum ſuum, & emat gladium.*

RESP. *Hoc explanat ipſe Dominus dicens: Quia adhuc oportet impleri in me, quod dictum eſt: Quia cum iniquis deputatus eſt. Denique poſtquam completa eſt Prophetia de gladio, ait ad Petrum: Conuerte gladium in locum ſuum. Omnes enim, qui accipiunt gladium, gladio peribunt, ita vt non videatur præceptum eſſe, quod dicitur: Nunc qui habet ſacculum, tollat, &c. Sed Prophetia prædicantis Domini: Quia futurum erat, vt Apoſtoli oblita gratia Domini, & legis eius adſumerent gladium. Quod autem videatur quaſi imperatiuo modo dici, non propoſitiuo, hac verbi figura in Scripturis Propheticis ſatis frequenter inuenitur; ſicut & illud: Fiant filij eius orphani, & diabolus ſtet à dextris eius: & multa alia ſimilia.* N O T. Extat inter breuiores num. 251.

INTERROGATIO CLXXIII.

QVid eſt, panem ſubſtantiuum da nobis hodie, quod in Oratione dicere iubemur,

RESP. *Cum operantes manibus memores ſumus Domini dicentis: Nolite ſolliciti eſſe animæ veſtræ, quid manducetis, aut quid bibatis, Apoſtolo præcipiente: Operamini vt habeatis vnde præſtare poſſitis neceſſitatem patienti; id eſt cum non ad proprios vſus, ſed pro mandato Domini operamur, quoniam dignus eſt operarius mercede ſua; tunc ſubſtantiuum panem, id eſt qui vitam quotidianam ſubſtantiuam conferat, à Deo poſcimus: & nobis ipſi præſumimus, vt neceſſitati, in quantum ſufficiat ſatisfiat, & agnoſcamus eum, qui ſufficientiam præſtat.* N O T. Concinit Regulæ 252. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXXIV.

SI omni volenti accedere ad ſorores, oportet indulgeri; an certis quibuſque perſonis & temporibus, vel quomodo videndæ ſint ſorores. 138.

RESPONDIT. *De his ſuperiùs ſufficienter iam diximus, quia nec vir ad virum accedere, aut quicumque ſine cauſa ex arbitrio vel poteſtate debet, ſed cum omni obſeruatione, probante qui præeſt: id eſt, vt vel profit quis ei, quem videt; vel proficiat ex eo: quanto magis erga mulieres id obſeruare conuenit maiori cautela. Si quis ergo meminit Domini dicentis: Quia de omni ſermone otioſo reddituri eſtis rationem in die iudicij, timebit in omni negotio hanc ſententiam. Acquieſcendum eſt enim Sancto Apoſtolo dicenti: Siue manducetis ſiue bibatis, ſiue aliquid faciatis, omnia in gloriam Dei facite. Et iterum: Omnia ad ædificationem fiant. Nihil ergo vel otioſè vel inutiliter agendum eſt; ſed certus quis, & certo tempore & certo in loco, & certis perſonis, vel apparere, vel loqui debet, vt excludatur omnis nefanda ſuſpicio, & ſeruemus ſine offenſione eſſe apud omnes, & ad ædificationem fidei vnicuique apparere. Certè ſolo ad ſolam accedere nulla religionis ratio permittit, Melius eſt enim duo, quam vnus: nam & fidelius eſt, & tutiùs res geritur. Væ enim vni, quia ſi ceciderit, non eſt qui erigat eum.* N O T. Refert ſe S. Doctor ad dicta Interrogat. 33: ex fuſſ. vt clariùs conſtat ex editionib. reſponſio 210. Breu. huic concinit quæ, ſic incipit: *Hæc in Quæſtionibus fuſius diſputatis explicata ſunt*: potiſſimum autem ad ſerm. 2. de Inſtitut. Monach. vbi plura de hac materia, danda à nobis c. 6. Qualiter ſorores à Monachis alloquendæ. V. l. 3. c. 4. n. 23. Pericula vero collocutionis quæ Baſilius præcauet l. 5. c. 1. à n. 35.

INTERROGATIO CLXXV.

139. *SI quis habet aliquod vitium, quod corrigere non poteſt, & frequenter notatus in peius proficit, ſi expedit illud intermitti?*

RESPONDIT. *Et de hoc alibi iam diximus: quia oportet & peccantes corripi patienter, & ſecundum quem ſupra oſtendimus modum, à Domino poſitum. Quod ſi non ſufficit ei ad emendationem, ſicut illis de Corintho, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus, gentilis de reliquo & publicanus haberi debet, qui eiuſmodi eſt: quia ei parcere, quem Dominus condemnauit, nulli tutum eſt. Maximè cum Dominus dicat, quia expedit vnicuique vt vnum oculum, aut vnam manum, vel vnum pedem perdas, & ita intret in regnum, quam dum parcit vni ex his membris, totum corpus mittatur in gehennam ignis, vbi eſt fletus, & ſtridor dentium. Sed & Apoſtolus de his ipſis teſtatur, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* NOT. Refricat doctrinam Interrogationis 16. & 23. & 122. & infra 193. Hæc autem habetur inter Breuiores n. 57.

INTERROGATIO CLXXVI.

SI quis contriſtatur, eo quod ei non permittatur facere illud, quod non poteſt aptè, & rectè facere, ſi debemus ei permittere.

RESPONDIT. *Et de his iam dictum eſt in multis, quia propria voluntate nullum quicquam facere permittendum eſt, ſed iudicio, & probatione, vel multorum, vel eorum, qui præſunt. Qui autem non obtemperat his, ſententiam præſumptoris & contradictoris excipiat.* NOT. Multa de his Interrog. 13. 64. 65. 66. 67. 69. 70. 71. 73. 80. 82. 84. 100. 126. Quibus concinit Reg. 123. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXXVII.

140. *QVomodo debeant fortiores infirmitates infirmorum portare?*

RESPONDIT. *Portare eſt tolerare & curare, ſecundum quod ſcriptum eſt: Ipſe infirmitates noſtras portauit. Non quod in ſemetipſum ſuſcepit infirmitates, ſed quia abſtulit eas ab his, in quibus erant, & curauit eos. Ita ergo & hic pœnitentia interueniente curabuntur infirmiores ex conſtantia, & integritate fortiorum: qui dicuntur portare, id eſt exportare & auferre infirmitates eorum, qui inualidi ſunt.* NOT. Vide D. P. N. Benedictum cap. 72. & notanda Interrogat. ſequenti.

INTERROGATIO CLXXVIII.

QVid eſt inuicem onera noſtra portare, & quam legem Chriſti adimplebimus hoc facientes?

RESPONDIT. *Id eſt, quod in ſuperioribus explanauimus. Grauia enim ſunt peccata, quæ trahunt animam in profundum inferni, quæ nobis inuicem conferimus & portamus, ad conuerſionem prouocantes eos, qui peccant. Portare autem pro conferre & exportare, conſuetudo eſt etiam ritu prouincialium dici, ſicut & ego ſæpè audiſſe memini. Legem autem Chriſti replere, illius, qui dixit:* 141.

Portare pro auferre.

Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. NOT. De his Interrog. 122. *Portare* hic pro *auferre & exportare* noua Verbi *Porto* acceptio eſt, quam prouincialiter vſitatam refert S. Doctor: forſam apud Paleſtinos, cum ibi peregrinum ageret, vt diximus cap. præced. num. 4. quibus S. Hieronymus Bethleemi incola morem gerens in vulgatà verſione acceptione eadem vſus eſt Iſaiæ 53. ibi: *Dolores noſtros ipſe portauit:* & iterum. *Iniquitates eorum ipſe portauit*, quæ loca Baſilius de peccatorum ſarcina, & infirmitatibus exponit Interrogat. præced. Id autem non ſemel accidit D. Hieronymo, qui vernaculo Palæſtinorum vocabulo *Racha* vſus eſt Matth. 7. vt optimè aduertit idem Baſilius Interrog. 145. Poterat quidem primus Iſaiæ locus exponi de infirmitatibus, & defectibus naturalibus, ex quibus eos portauit & aſſumpſit Verbum Diuinum, qui non erant inutiles ad noſtram redemptionem, neque perſonæ Chriſti indecentes, vt docent Theologi cum D. Thom. 3. p. quæſt. 13. art. 4 Secundus autem locus expoſitione Baſilij indigebat, non enim aſſumpſit Verbum defectus illos, qui ad ſatisfaciendum pro nobis conducere non poterant, imo plenitudinē ſciētiæ, & gratiæ impediebant, vt ignorantia, & iniquitas, quas quidem portauit Chriſtus, id eſt abſtulit, & exportauit. Quod luculenter exponit. Noſter Lorca 1. p. diſput. 56. vbi cum ſibi obieciſſet primum Iſaiæ locum adiuncta 70. Interpr. lectione, nempe. *Infirmitates noſtras accepit, & ægritudines noſtras portauit:* Reſpondet. *Sunt qui illa verba interpretentur hoc modo: languores noſtros ipſe tulit, id eſt abſtulit; in quo ſenſu argumentum non habet difficultatem. Quam expoſitionem ſequitur Caietanus in locum Matthæi & Forerius in locum Iſaiæ, & videtur eam requirere textus Matthæi, nam hunc locum Iſaie citat dicens: tunc eſſe impletum hoc vaticinium, quando Chriſtus ſanauit tantam infirmorum multitudinem. Aliqui reprobant hanc expoſitionem: & communis intelligentia eſt, Chriſtum in ſe portaſſe languores & infirmitates noſtras. Ego vero exiſtimo vtramque ſenſum admittendum eſſe, & vtroque modo fuiſſe prophetatum ab Iſaia Chriſtum tuliſſe infirmitates noſtras, quia à nobis abſtulit, & quia in ſeipſo pertulit: nam ſecunda expoſitio communis eſt, & conformis textui Iſaiæ: prima autem abſque dubio videtur à Matthæo tradita, & vtramque patitur & admittit verbum Hebræum, & verbum latinum TVLIT: tuliſſe enim aliquid dicitur, tam qui ab alio abſtulit, quam, qui in ſe ſuſcipit.* V. infra Interrog. 200. huius Reg. & 178. Breuiorum.

Quas infirmitates ſuſceperit Chriſtus?

INTERROGATIO CLXXIX.

DOmino dicente nobis orandum eſſe, vt ne intremus in tentationem ſi ſic oportet nos orare, ne accedant nobis dolores corporales, vel ſi inciderimus in eos, quomodo oportet facere.

RESPONDIT. *Non diſcreuit tentationum qualitatem, ſed generaliter præcepit orandum eſſe ne intremus in tentationem. Si verò inciderimus, vt det nobis exitum euadendi; & vt ſuſtinere poſſimus à Domino peſci oportet; vt poſſimus implere, quod dictum eſt. Quia qui perſeuerauerit* 142.

vſque

vſque in finem; hic ſaluus erit. N O T. Habetur inter Breuius diſp. n.221.

INTERROGATIO CLXXX.

Q*Vid eſt aduerſarius noſter, & quomodo ei conſentire debemus in via?*

RESPONDIT. *Hic ſpecialiter Dominus eum, qui à nobis aliquid auferre conatur, aduerſarium nominauit. Conſentimus autem ei, ſi ſeruemus Domini præceptum dicentis: Si quis autem voluerit in iudicio contendere, & auferre tunicam, dimitte ei pallium: quod & in omnibus ſimiliter obſeruari oportet.* N O T. Reſpondet Reg. 222. Breuior.

INTERROGATIO CLXXXI.

S*I bonum eſt ſtatuere ad certum tempus, verbi cauſa abſtinere à tali, vel tali cibo ſiue potu.*

RESPONDIT. *Domino dicente; non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui me miſit Patris, omnis huiuſcemodi definitio incongrua eſt, quod ſciens Dauid dicebat: Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ, non mea voluntatis.* N O T. Concinit Regulæ 137. Breuior.

INTERROGATIO CLXXXII.

143. S*I quis voluntate peccauerit condemnabitur, an etiam qui per ignorantiam extra veritatem fuerit aliud locutus?*

RESPONDIT. *Iudicium Dei etiam in his, qui per ignorantiam peccant, manifeſtum eſt cum dicit: Quia qui neſcit, & fecerit indigna plagis, vapulabit paucis. Vbique tamen dignè geſta pœnitentia, veniā ſpem præſumat.* N O T. *Neſcire* ſeu *ignorare* ſtat dopliciter: primo ſimpliciter & non ex contemptu addiſcendi. Secundo data opera, auertendo ſcilicet aurem à veritate. Qui primo modo ignorauit, digna quidem plagis fecit, ſed mitiùs punietur, & plagis vapulabit paucis, quia ſimpliciter ignorat voluntatem Domini: ſecùs contemptor, qui declinat aures ſuas, ne audiat legem Prouerb. 28. & à veritate auertens aurem, ad fabulas conuertitur Timoth. 4. Plus hic punietur cæteris paribus Correſpondet Interrog. 58. ex breuior.

INTERROGATIO CLXXXIII.

S*I quis cogitauerit tantum facere aliquid, & non fecerit, ſi & ipſe mendax iudicandus eſt?*

RESPONDIT. *Si ſecundum mandatum eſt quid cogitauit facere non ſolum vt mendax, ſed vt contemptor à Domino condemnatur.* N O T. Correſpondet Regulæ 59. Breuior.

INTERROGATIO CLXXXIV.

144. S*I quis præuentus fuerit, vt deffiniat agere aliquid eorum, quæ non placent Deo, oportet magis in irritum reuocare quod male fuerat deffinitum, an timore eo, ne mendax ſit, implere peccatum.*

RESPONDIT. *Cum dicat Apoſtolus: Non quod ex nobis ipſis idonei ſumus cogitare aliquid ex nobis; Et Dominus nihilhominus: Quia non poſſum ego à me facere quidquam. Et rurſum: Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor; Et in alio loco: Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me Patris. Pœnitentiam debet agere primum, qui ita aliquid temere diffinivit, quodcumque illud fuerit quod diffinitum eſt. Quia nec ipſa quidem bone propria autoritate, & diffinitione facere oportet: multò autem magis ea, quæ non placent Deo, ſtatuere non licèt. Quod autem oporteat in irritum reuocari quæcumque ex præſumptione contra mandatum Domini ſtatuuntur, manifeſtè oſtenditur in Apoſtolo Petro, qui temerè quidem ſtatuerat, & dixerat: Non lauabis mihi pedes in æternum. Audiuit autem à Domino diffinitam ſententiam, quia ſi non lauerò tibi pedes, non habebis partem mecum. Statim verò vt audiuit, mutauit diffinitionem ſuam, & ait, Domine non tantum pedes, ſed & manus, & caput.* N O T. D.P.N. Benedictum cap. 49. in Breuior. n. 60.

INTERROGATIO CLXXXV.

S*I it, cui commiſſa eſt diſpenſatio eorum, quæ Domino efferuntur, neceſſitatem habet implere mandatum illud, quod dicit: Omni petenti, da, & eum, qui vult abs te mutuum ſumere, non auertat.* 145.

RESPONDIT. *Hoc quod dictum eſt. Omni petenti te da; & volentem mutuari abs te, non auertat; quaſi tentationis habet locum, ſicut ex conſequentibus demonſtratur. Propter malos enim præceptum eſt non principaliter, ſed quaſi in neceſſitate fieri debeat. Principale enim præceptum eſt Domini. Vende omnia bona tua, & da pauperibus. Et rurſum: Vendite bona veſtra, & facite eleemoſinam. Quod ergo aliis delegatum eſt, vel deputatum in alios transferri, non abſque diſcrimine poteſt, Domino dicente: Quia non ſum miſſus, niſi ad oues perditas domus Iſrael. Et quia non eſt bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus. Sed, & de te ipſo debes iudicare, quod iuſtum eſt.* Extat. Interrog. 101. ex Breu. Cæteráque ad diſpenſatorem ſeu Collarium attinent, Vide ſuprà Interrog. 111. 112. & 113. & cap. ſeq. n. 6.

INTERROGATIO CLXXXVI.

Q*Vod ſi frater nihil habens proprium petat ab aliquo hoc ipſum, quod veſtitus eſt, quid debet facere? maximè ſi nudus eſt ille, qui petit.*

RESPONDIT. *Siue nudus, ſiue malus, ideſt ſiue neceſſitatem patitur, ſiue fallit, vel ſi quid aliud eſt: ſemel dictum eſt, quia dare, vel accipere, non eſt omnium, ſed ſolius illius, cui commiſſum eſt iſtud officium. Qui vtique cum omni prouidentia, & cautela huiuſcemodi diſpenſationem debet implere, vt poſſit vnuſquiſque in eo, quod vocatus eſt, permanere.* N O T. D.P.N. Benedictus cap. 31. pluribus admonet Cellerarium eirca erogationem rerum quæ diſpenſationi ipſius credita ſunt. Extat in Breuior. Interrog. 91.

INTERROGATIO CLXXXVII.

Q*Vomodo quis poteſt ſine charitate tantam fidem habere, vt montes transferat, aut ſubſtantiam ſuam diuidat, & corpus ſuum tradat, vt ardeat.*

RESPON

Respondit. *Si memores ſumus Domini dicentis: Faciunt enim omnia, vt videantur ab hominibus. Sed & illud, quod reſpondit eis dicentibus: Domine, nonne in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus, cum ait ad eos: Neſcio vos vnde ſitis. Non quia mentiti ſunt: ſed quia Dei gratia abuſi ſunt ad proprias voluntates, quod vtique alienum eſt à Charitate Dei. Si ergo horum meminimus, facilè quæ dicta ſunt aduertimus. Quod autem gratiam Dei vel donum accipiunt etiam indigni, non eſt nouum aut mirum. Deus enim in tempore hoc benignitatis & patientiæ ſuæ etiam ſolem ſuum oriri iubet ſuper bonos & malos. Interdum autem etiam ad profectum eorum, qui adhuc infideles ſunt, vt gloria eius multiplicetur, ſecundum quod Apoſtolus dicit: quia quidam per inuidiam & contentionem, quidam autem propter bonam voluntatem, Chriſtum annunciant. Et addidit his dicens: verumtamen omnimodo ſiue occaſione, ſiue voluntate Chriſtus annuntietur, in hoc ego gaudeo.* NOT. Quadrat. Regula 179. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXXXVIII.

QVis eſt, qui abſcondere dicitur talentum, & propterea condemnatur?

Respondit. *Quicumque gratiam Dei detinet, & ad ſumit in ſuis vſibus, & non ad aliorum vtilitatem; iſte autem cum occultati talenti crimine condemnatur.* NOT. Reſpondet Regula 62. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXXXIX.

147. *QVid eſt immunditia, & impudicitia?*

Respondit. *Immunditia quid eſt, lex oſtendit. Hæc enim nominatur ſuper his, qui inuiti per naturalem neceſſitatem patiebantur ea, quæ omnes pati conſueuerunt. Impudicitia verò mihi videtur eſſe, cum in ſe naturalem libidinis motum impudenter, & inuerecundius concitat, & inuitat.* NOT. Correſpondet Regulæ 67. ex breuius diſp.

INTERROGATIO CLXXXX.

QVid eſt proprium furoris, & proprium indignationis iuſtæ, & quomodo aliquoties quaſi ab indignatione incipientes inuenimur decidere in furorem?

Respondit. *Furoris quidem proprium eſt concitatio animi mala medicantis aduerſus eum, qui ſe concitat, irritat. Indignationis verò iuſtæ proprium eſt peccantem corripere eo affectu, vel propoſito, quo auertimur à peccatis, & quo diſplicet nobis, quod non rectè geſtum eſt. Quod autem interdum à bono incipiens anima decidit in malum, nihil mirum eſt: multa enim inuenies huiuſcemodi. Propter quod meminiſſe oportet Sacra Scriptura dicentis: Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi. Et iterum: Niſi enim quis legitimè certauerit, non coronabitur. Et ideo in omnibus obſeruanda eſt rerum menſura, & tempus & ordo quia ex aliqua eorum cauſa accidit, vt quod videtur bonum, inueniatur malum.* NOT. Conuenit Reg. 68. breuius diſp.

148. INTERROGATIO CLXXXXI.

EX quibus fructibus probari debet is, qui ex affectu inquit fratrem peccantem?

Respondit. *Primo omnium ex eo quod præcipuum eſt, ſi cum miſericordia rem gerit, & eſt in eo illud, quod dicit Apoſtolus: Quia ſi patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Vel illud Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Tum deinde, ſi in omni peccato ſimiliter affligitur, & contriſtatur erga omnes, qui peccant. Vel ſi in ſe delinquat aliquis, vel in alium, ſimiliter contriſtatur, & luget: & ſi arguens obſeruauit illam regulam, quam Dominus poſuit: ideſt vt vel inter ſe, & ipſum ſolum, vel alio vno, vel duobus adhibitis. Super omnia autem ſi obſeruat quod dicit Apoſtolus: Cum omni patientia.* NOT. Quadrat. Reg. 162. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXXXXII.

SI oportet, qui ingrediuntur ad fratres, ſtatim artificia diſcere?

Respondit. *Qui præeſt, probet.* NOT. Reſpondet affirmatiue Interrog. 38. ex fuſ. *Omnino* inquiens *artes quaſdam præciſè ſtatuere oportet, in quibus nos verſari conueniat. Sed quæcumque vita noſtra & quietem & tranquillitatem conſeruent,* deinde *quarum neque materia magno labore quæratur* vlterius: *neque opera magna ſolicitudine diuendantur,* rurſus, *omnes per quas neque virorum, neque mulierum indecoros congreſſus nobis concilient.* Hiſ. ſuppoſitis conditionibus Monachos occupari vult *in telis texendis, quæ quotidiano communique vſu viſa apud omnes ſunt in conſuendorum calceamentorum artificio*, & maximè *agricultura.* Artem autem ædificandi, fabrilem, & æris cudendi repudiet, vt qui etis perturbatiuas. Vide lib. 4 cap. 10. num. 24. varia artium exercitia in Ephrem librorum ſcriptionem in Epiphanio ibid. cap. 1. num. 7. Et Climaco cap. 8. num. 19. Aliaque diuerſa verbo *Opera manuum* Extat in Breuior. num. 105.

INTERROGATIO CLXXXXIII.

SI quis non deſiderio arguendi fratres arguat eum, qui delinquit, ſed ſui vitij explendi gratia, quomodo oportet hunc corrigi, ſi poſt multam commonitionem in eiſdem permanet?

Respondit. *Iſte velut ſuis commodis proſpiciens, & primatus deſiderans notetur, & emendationis ei modus ex Inſtitutionum diſciplinis è timetur. Quod ſi permanſerit in obſtinatione, manifeſta eſt eorum ſententia, qui non pænitent pro delicto.* NOT. Horum ſententiam vide S. Interrogat. 16. 23. 122. 175. huius Regulæ & Regula 73. Breuiorum.

INTERROGATIO CLXXXXIV.

QValibus correptionibus vti oportet inter fratres ad emendationem eorum, qui delinquunt? 149.

Respondit. *Hoc ſit in iudicio poſitum eorum, qui præſunt, vel quanto tempore, vel quali modo corripi debeant; quia & ætas, & eruditio multam habere facit differentiam pœnæ.* NOT. fusè de hac re D. P. N. Benedictus à cap. 23. vſque ad 30. cap. 44. 45. 46. & ferè paſſim, & Baſilius ipſe Reg. 106. Breu. diſp.

INTERROGATIO CXCV.

SI in omni peccato ſiue ſecundum cogitationem ſiue ſecundum verbum, Satanam in cauſa eſſe, conuenit dici.

RESPONDIT. *Generaliter arbitror, quod Satanas ipſe per ſeipſum cauſa peccati exiſtere nulli poteſt: ſed motibus anima abutitur ad voluntates malitia ſua, & de noſtris nos, ſi forte non vigilemus, trahit in hoc, quod ipſi gratum eſt, ideſt in peccatum. Sicut illud, quod in Domino facere conatus eſt, cum eum ſenſiſſet eſurire, & ait ad eum: ſi filius Dei es, dic vt Lapides iſti panes fiant. Motibus autem ex vitio conquiſitis abutitur, ſicuti fecit in Iudam: quem quoniam cupidum vidit, & auaritia morbo agrotantem, abuſus hoc vitio eius, ad proditionis eum ruinã ob triginta argenteorum lucrum pertraxit. Qua autem mala ex nobis ipſis oriuntur, manifeſtè Dominus oſtendit dicens: Quia de corde procedunt cogitationes mala, & reliqua. Hoc autem accedit his, qui per negligentiam inculta, & ſqualentia naturalium in ſe bonorum ſemina relinquunt, ſicut Salomon ait: Quia ſicut agricultura, ita vir inſipiens: & ſicut vinea, ita homo cui deeſt prudentia. Si relinquas eam, fiet deſerta, & aſcendent in eam ſpina, & erit derelicta. Huic ergo anima, qua ex huiuſmodi negligentia ſqualuerit, & in deſertum venerit, conſequens eſt ſuſcipere illam ſententiam, qua dicit: ſpina & tribuli oriuntur inter: & pati illud quod ſcriptum eſt: Expectaui, vt faceret vuas, fecit autem ſpinas, de qua dixerat: Plantaui vineam Soreth. Et tunc merito dicitur ad eum illud, quod per Hieremiam prædicatur à Deo dicente: Ego plantaui vineam fructiferam totam veracem: quomodo conuerſa eſt in amaritudinem vinea aliena.* Extat inter Breuiores o. 75.

Negligentia graue malum.

INTERROGATIO CXCVI.

150. *SI quis relinquens fiſcalia debita introt ad fratres, & parentes eius pro ipſo exigantur, & tribulentur; ſi non affert hoc culpam aliquam, vel his, qui eum ſuſceperunt, vel illi ipſi, qui ita egit?*

RESPONDIT. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus his, qui interrogauerunt de ſe, ſi licet dari cenſum Cæſari, aut non, ait: Oſtendite mihi denarium: cuius habet imaginem & ſuperſcriptionem. Cum autem dixiſſent, quia Cæſaris; reſpondit. Reddite ergo qua Cæſaris ſunt, Cæſari; & qua Dei ſunt, Deo. Ex hoc ergo manifeſtè docemur, quia y obnoxij ſunt tributi Cæſarum, apud quos inuenitur cenſus Cæſaris, & imago. Si quid ergo tale etiam iſte veniens ad fratres ſecum detulit, obnoxius eſt ad ſoluendum debitum. Si verò omnibus derelictis in manibus propinquorum abſceſſit, nullus vel ipſi, vel fratribus ſcrupulus debet exiſtere.* NOT. Deciſio ſancti Doctoris eſt, nullo ſcrupulo angi debere profitentem eiuſve Monaſterium erga debita fiſcalia, ſeu Reipublicæ, ſi omnibus relictis in manibus propinquorum ſæculo per profeſſionem renuntiauerit: quod ſanè intelligendum eſt, ſi bona relicta debitis ſoluendis ſufficientia extiterint: ſecùs namque ſtando adhuc in iure communi, & ante Nouum proprium Pij V. nemo poterat ad Religionem admitti, donec ratiocinia redderet de bonis fiſcalibus, ſiue Reipub poterat tamen, ſi ære priuato premebatur vt colligitur ex Cap. *Legem* diſt. 53. & ex Cap. Vnico *de obligatione ad ratiocinia*, & ex lege *Officiales*, C. de *Epiſcop. & Cler.* & tradit P. Sanchez lib. 4. ſummæ cap. 19. num. 19. cum aliis pluribus, quos ibi refert. Attamen aliter facta profeſſio valida erat, etſi per profeſſionem redderetur impotens ad ſoluendum, vt docet Nauarrus lib. 3. Conſil. titulo de *Regularibus*, motus ex eo, quod nullibi irrita redderetur. Rationem addit P. Sanchez ibid. num. 1. quia perſona debitoris non eſt creditorum ſerua, nec eis debita, quamuis obligata ſit ad ſatisfaciendum. Valide ergo ſe tradebat Religioni, ac traditio tenebat. Nec inde valet inferri profeſſionem ſerui inuito Domino, & vxoris renuente marito eſſe validam; vtraque enim horum perſona aliena eſt, at perſona debitoria non eſt aliena. Vnde Baſilius de his reſoluit, eos abſque Domini ac mariti conſenſu nullatenus eſſe admittendos, vt notauimus ſupra Interrog. 7. num. 37. aliud verò de debitore fiſcali ſtatuit in præſenti. Cæterum etſi hæc ita ſint, iniuſtè tamen Religioni ſe tradebat debitor æris alieni, grauiterque peccabat non ſoluens, ſeque incapacem reddens ſoluendi ac per conſequens ſi Monaſterium in eius bona ſuccederet, vt poterat, & ſtatuit Baſilius ſupra Interrog. 5. adſtrictum onere ſoluendi manebat: adeo vt non ſolum ex bonis nouitij ſoluendo eſſe deberet, ſed ſi fortè huius occaſione aliquid quomodolibet acquireret Monaſterium, hæc ſoluere debitoribus teneretur: ſin autem ita profeſſus manibus laborare tenebatur, atque exercere aliquam artem, ſi qua erat peritus, vt ſolueret æs alienum, ac Prælatus conferre licentiam. Quod aliqui mordicùs adeo defendunt, vt dicant nullo alio medio ſatisfaciendi debitoribus exiſtente teneri Monachum illum dimittere habitum, petito, & ſi non obtento ſuperioris permiſſu, & extra Religionem laborare, vt ſic ſolueret.

Profeſſio debitoris an ſit valida.

Debitor ingrediens religionem grauiter peccat.

Hic incommodis obuiauit Pij V. prouidentia A. C. 1587. Motu proprio, inhabiles 151.
reddens ad profeſſionem quotquot ſupra vires facultatum ſuarum fuerint ingenti ære alieno grauati, vel reddendis ratiociniis ita obnoxij, vt noxa inde grauis Religioni timenda ſit. Rigorem huius decreti moderatus eſt Clemens VIII. Qui A.C. 1602. prædeceſſoris ſui motum proprium reuocauit, quantum ad irritandam horum profeſſionem: pœnas tamen recipientium debitores ad Religionem in ſuo vigore reliquit, ac per conſequens eorum profeſſionem antiquo atque communi iuri reſtituit, cui Baſilius concinit in præſenti, & Regula 94. Breuius diſp.

INTERROGATIO CXCVII.

SI oportet eum, qui præeſt, extra eam, qua ſororibus præeſt, loqui aliquid, quod ad ædificationem fidei pertineat Virginibus?

RESPONDIT. *Et quomodo ſeruabitur præceptum illud Apoſtoli dicentis: omnia veſtra honeſtè & ſecundum ordinem fiant?* NOT.

Reſponſio

Reſponſio eſt negatiua, ſed non abſolutè accipienda: ſed quaſi dicat? Raro, honeſtè, & quæ ad ædificationem ſpectant, & non alia, eſſe loquenda. Neque aliter animarum regimini poſſet prouideri. Hanc eſſe Baſilij mentem, Interrog. 33. ex fuſ. conſtat apertè, qoam tu conſulas. Extat hæc in Breu. n. 108.

INTERROGATIO CXCVIII.

152. *SI conuenit eum, qui præeſt, cum ea, quæ ſororibus præeſt, frequenter loqui; & maximè ſi aliqui de fratribus pro hoc lædantur?*

Respondit. *Apoſtolo dicente, vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conſcientia? Bonum eſt immitari eum dicentem: Quia non ſumus ſub poteſtate hac, vt in eo offendiculum aliquod darem Euangelio Chriſti. Et quantum fieri poteſt, rariùs videndæ ſunt, & breuis eſt ſermocinatio finienda.* [NOT. Vide notata Interrog. 174. huius Regulæ & Regulam 109. Breuiorum.

INTERROGATIO CXCIX.

SI oportet, cum ſoror aliqua confiteatur, quodcumque delictum ſuum Presbytero, etiam Matrem Monaſterij adeſſe.

Resp. *Honeſtius mihi videtur eſſe, & religioſius, vt per ſeniorem Matrem Presbyter ſi quid illud videtur ſtatuat, & modum & tempus pœnitentiæ imponat ad emendationem eius, quæ corrigi deſiderat à peccato.* [NOT. Correſpondet his Regula 110. Breuior. Nullatenus autem de confeſſione ſacramentali, ſed de Regulari loquitur Baſilius, quam Ciſtercienſes noſtri *Culpas* compellant de qua D. P. N. Benedictus cap. 46. coram Abbate vel Congregatione ſiue Conuentu vltro faciendam ſtatuit, quoties quis in labore quouis, in coquina, in cellario, piſtrino, horto, vel in arte, quam exercet, aliquid fregerit, aut perdiderit, vel quocumque in loco deliquerit: quod ſi quis non prodiderit delictum ſuum, *dum per alium* (inquit) *cognitum fuerit, maiori ſubiaceat emendationi.* Hactenus de confeſſione Regulari culparum. De ſacramentali vero (vel potius regulari etiam, ſed ſecretiori) ſubiicit inquiens. *Si animæ vero peccati cauſa fuerit latens; tantum Abbati, aut ſpiritualibus ſenioribus pateſaciat, qui ſciant curare ſua, & aliena vulnera, non detegere, & publicare.* Primæ confeſſioni Antiſtitam adeſſe debere docet Baſilius: ſecundæ nequaquam, de qua ſubdit.

INTERROGATIO CC.

153. *SI oportet geſta turpia vel obſcena confitentem inuerecundius annuntiare omnibus, aut certis quibuſque, vel quibus illis.*

Resp. *Confeſſio peccatorum hanc habet rationem, quam habet vulnus aliquod corporis, vel paſſio, quæ medico demonſtranda eſt. Sicut ergo non omnibus quis vitia, vel vulnera corporis ſui reuelat, nec quibuſlibet, ſed his tantummodo qui ſummæ peritia, & teſtimonium habent, & cura ac medela diſciplinam; ita & confeſſio peccatorum fieri debet apud eos tantummodo, qui curare hæc præualent, & mandare, ſecundum quod ſcriptum eſt: Vos, qui fortes eſtis, infirmitates infirmorum portate, hoc eſt auferte, & exportate per curationem.* [NOT. Adhuc confeſſionem iſtam, atque occultorum vulnerum detectionem non fuiſſe ſacramentalem, ſed Regularem etiam, paternam & conſultiuam pluribus eruditè oſtendit noſter Brauo in Notis Regulæ cap. 7 gradu 5. Humilitatis ad illa verba V. P. N. Benedicti: *Si omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes vel mala à ſe abſconsè commiſſa per humilem confeſſionem Abbati non celauerit ſuo*: quibus atque adductis Interrog. præced. ex cap. 46. aliiſque id genus probari putant Antonius Perez & Franciſcus Sanvitores ab ipſo citati Abbatem neceſſario debere eſſe Sacerdotem, vt poſſit huiuſmodi confeſſiones excipere, ac per conſequens Sacerdotium D. P. N. Benedicti ex eius Regula conuinci. Sed ab hoc vltimo ſuperſedendum omnino in præſenti, atque ad lib. 7. Hiſtoriæ huius remittendum. Quantum ad primum autem Magiſtro Brauo prorſus aſſentiendum mihi videtur, cum propter multa ab ipſo aptè congeſta; quibus probat Verbum *Confeſſio* in locis ſacræ Scripturæ, quibus fundatur D. P. N. Benedictus, non importare confeſſionem Sacramentalem: tum maximè ex eo quod ſanctus legiſlator morem in his gerebat vetuſtiſſimo Patrum Monachatus Inſtituto de Cogitationibus Prælato aperiendis. Eam verò reuelationem nullatenùs apud eos fuiſſe ſacramentalem, probatur primo ex Inſtituto Scithiotarum adducto lib. 3. cap. 5. num. 43. vbi Pæmen Abbas ad quendam fratrem crebrò ipſi occulta confitenti inquit. *Ecce frequenter venis ad me habens cogitationes, & ſic iterum remeas triſtis. Dic ergo mihi fili, quod habes. At ille dixit; in blaſphemia impugnat me diabolus, & erubeſcebam dicere. Et mox vt aperuit cauſam, leuior impugnatio eius apparuit.* Hanc vero occulti ſpiritus blaſphemiæ apertionem non fuiſſe ſacramentalem, ex eo apertiſſimum eſt. Primo quod Pæmen aliique Patres ſimiles confeſſiones excipientes vt plurimum ſacerdotes non erant, vt ex eorũ vitis apparet. Secundo ex eo quod frater ille minora Abbati detegens, blaſphemiæ ſpiritum ex erubeſcentia celauerat, quem ſi in confeſſione ſacramentali tacuiſſet, ante omnia de integritate confeſſionis admonendus erat, in materia adeo graui, & de taciturnitate corripiendus: quod Pæmen non fecit.

Rursùs *quotidie ad eum* (nempe Euthymium) *accedentibus fratribus, & ei cogitationes aperire non verentibus, dabat vnicuique conueniens malo medicamentum.* Vbi illud *non verentibus* ad Monachorum perfectionem reſpicit occulta extra confeſſionem ſuperiori aperire non verentium, in ſacramentali namque confeſſione, quilibet quantumuis perditus, occulta confeſſario aperire non veretur. Vlterius lib. 4. cap. 8. num. 20. de quodam ſapientiſſimo Patre refert Ioannes Climacus, quod cum ipſi quidam frater *grauiſſimam animæ ruinam* hoc eſt, peccatum mortale, reuelaret, Pater ſanctus *ſerena facie ſubridens leuiterque illius maxillam feriens; Abi, inquit, fili, miniſterium tuum,* 154.

Digitized by Google

vt prius, exequere: quæ ſi in confeſſione ſacramentali accidiſſent nec debita correctio, nec iniuncta ſatisfactio, nec abſolutio neceſſaria tacerentur. Vt omittam ſubriſionem illam, & percuſſionem maxillæ, leuitatis (ne dicam irriſionis) notam in ſacramentali actu euadere non potuiſſe, quæ tamen in paternali confeſſione celebrantur. Ac tandem id euidentiùs ex præſenti textu Baſilij conuincitur. Quî enim homo doctiſſimus in dubium verteret an geſta turpia & obſcena omnibus, aut certis quibuſque confitenda ſint; niſi ex eo quod præter ſacramentalem confeſſionem (in qua ſub ſigillo aperienda ſunt ſoli confeſſario) duplicem adhuc nouit, & docuit Confeſſionem regularem: publicam alteram in Capitulo coram fratribus Culparum pronuntiatione faciendam, de qua Interrog. præced. aliam ſecretam & paternalem ſoli Prælato vel ſenioribus ſpiritualibus exponendam, de qua D. Benedictus ibi citatus inquit: *Si anima vero, &c.* 1 ortate p. o *auferre* acceptum, vide 5. Interrog. 178. Extat hæc Interrogatio inter Breu. numero 129. & in fuſ. Interrogat. 26. & 46.

INTERROGATIO CCI.

155. *SI ignorante matre ſeniore Presbyter aliquid fieri præcipiat ſororibus, rectè videtur indignari ſenior Mater.*

Respondit. *Et valde.* NOT. Smaragdus addit. *Quoniam ille male agit.* Nec decens quidem eſſet Presbyteri iuriſdictionem liberam adeo ac independentem eſſe, vt inſcia Antiſtita eis præfecta, quidlibet iuberet. Vide Regulam 111. ex breu. diſp.

INTERROGATIO CCII.

SI poteſt impedire propoſitum ſancti hominis Sathanas: Quia ſcriptum eſt: Ego quidem Paulus ſemel & bis, & impediuit nos Sathanas.

Respondit. *Eorum, quæ in Domino geruntur, quædam quidem ſolo propoſito & iudicio animæ efficiuntur, quædam etiam per corpus adimplentur, id eſt vel labore, vel patientia corporis. Quæcunque ergo animi propoſito conſiſtunt, hæc impedire nullo modo poteſt Sathanas; ea verò quæ etiam miniſterio corporis adimplentur, frequenter permiſſu Dei impediri poſſunt, ad probationem eius, qui impeditur: vt appareat ſi à bono propoſito nequaquam per huiuſcemodi impedimenta mutatur. Sicut hi, qui ſupra petram ſeminati dicuntur, qui ad præſens quidem audientes verbum cum gaudio exceperunt. Facta autem tribulatione vel perſecutione continuò receſſerunt: vel certè ſi permanſerunt in bonis, maioribus præmiis digni ſunt, quaſi qui in certamine vicerint; ſicut & ipſe Apoſtolus cum frequenter propoſuiſſet Romam proficiſci, & prohibitum ſe eſſe fatetur, tamen non ceſſauit à propoſito, vſquequo quod propoſuerat impleret. Sed & per patientiam, ſicut ſanctus Iob, qui tanta de diabolo paſſus eſt cogente eo loqui aliquid impium aduerſus Dominum, & in nullo penitus, neque in ſermone quidem regulam pietatis exceſſit, quominùs ea ſentiret de Deo, quæ par erat: ſicut ſcriptum eſt de eo. Quia in his omnibus nihil peccauit Iob labiis ſuis in conſpectu Domini, nec dedit inſipientiam Deo.* NOT. Extat inter breuius diſp. nu. 275.

INTERROGATIO CCIII.

QVomodo ſit aliquis in præſenti ſæculo ſtultus?

Respondit. *Si timeat ſententiam Do-* 156.
mini dicentis: Væ iis, qui prudentes ſunt apud ſemetipſos, & in conſpectu ſuo ſapientes: & imitetur eum qui dixit: Vt iumentum factus ſum apud te: Et omnem arrogantiam prudentiæ abiiciens, non prius credat ſenſibus ſuis, ineſſe aliquid boni, quam mandato Domini illuminetur: vt intelligat, quid eſt, quod placet Deo, ſiue in opere, ſiue in verbo, ſiue in cogitatione, ſecundum quod & Apoſtolus dixit: Confidentiam autem talem habemus in Chriſto ad Dominum noſtrum non quia à nobis idonei ſumus aliquid cogitare quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. NOT. Habetur inter breuius diſp. n. 274.

Explicit Regula S. Baſilij Epiſcopi,

HActenùs Magnorum Patrum Baſilij, & 157.
Gregorij Monaſtica decreta ſub *Regulæ* titulo digeſta, quæ à vetuſtiſſimo ſæculo ad Hiſpanias aſportata ſunt, in Monaſteriis Benedictinis ab Vrſacio dilatata, vt aduertimus initio cap. huius à num. 3. & in Caradignenſi ſingulari Dei fauore ſeruata. Non tamen proinde negauerim cætera Monachorum Inſtituta, quæ in Præceptionibus, cum latiùs, tum etiam conciſiùs diſputatis, habentur, eorumdem dogmata eſſe germana, præſertim cum omnia eundem redoleant ſpiritum, & ſtylum: atque ex ſubiectis huius Regulæ Interrogationibus omnes nulla dempta cum his, quæ citra dubium Baſilianæ ſunt, doctrina concinant, etſi verſione diſcrepent, ac nonnullæ inter 27. à Ioanne Gillorio ex Cæſarienſi Codice additis in Pariſienſi editione (qua vtor) reperiantur, vt ex adiunctis notatiunculis conſtat. Merito autem *Regulæ* titulus noſtris præfigitur, quarum doctrina vtplurimum Monaſtica eſt, editis vero in Volumine operum Baſilij denegatur, vtpotè in quibus pleræque ſunt ad commune Eccleſiæ auditorium, & locorum ſacræ Scripturæ expoſitionem ſpectantes, quas conſultò noſter Interpres ab hac Regula expunxit. Aliquas tamen (fateor) ex iis admiſcuit, aliaſque ad rem Monaſticam attinentes prætermiſit, quas ſequenti capite iam reſtituemus.

Regulæ titulus cur præfixus?

CAPVT IV.

Reliquæ Magnorum Patrum Baſilij, & Gregorij Nazianz. Inſtitutiones ad communem vitam ſpectantes.

§. I.

Quid de officialibus Monaſterij, numero fratrum, & Inſtrumentis bonorum operum ſtatuerint.

ETſi Monaſticas Conſtitutiones, quæ hactenus ſub Magni Baſilij præclaro nomine circum

circumferebantur, Chryſoſtomo ceu domino reddiderimus lib. 3. capite 1. à numero 6. tot tamen locis, ſermonibus, Orationibus, Epiſtolis, & carminibus Monaſticem illuſtrarunt, vt omnia in vnum congerere egrè poſſimus cum arenam pulueremque maris ferè ſuperent. Verùm inſigniora compilare pars eſt, inſtituti noſtri in omnibus tenendi habita ratione.

Qualis debeat eſſe Abbas.

5. Ac primo omnium, vt morem Benedicto Parenti geramus, cuius Regulæ expoſitionem, altaſque radices ab huius operis ſuo edere paramus, Qualis debeat eſſe Monaſterij Abbas (cuius etiam nomen honorauit Baſilius, vt notauimus capite præcedent. num. 60.) mille locis expreſſit; præcipuè vero ſermon. 1. de Inſtitut. Monach. vbi de illius electione ſic fatur: *Vnus totius illorum diſciplinæ moderator ſit, qui & propter vitæ ac morum probitatem, & reliquis in rebus moderationem, ipſe cæteris antelatus ſit: adhibita etiam ad hoc, vt cæteris præponeretur, ætatis maturitate. Huius autem poteſtas ea ſit, vt parere ipſi ex libera animi inductione ſummiſſioneque fratrum conuentu, eorum nemini eius voluntati liceat aduerſari, in his, quæ ad ſuſceptæ vitæ honeſtatem, & exactiorem quendam cultum facienda ille ſuadeat.* Et poſt pauca: *Quoniam igitur illud è re prorſus eſt Antiſtitis vt fratrum Conuentum in officio ac poteſtate ſua habeat, neceſſariè talis aliquis huiuſcemodi vitæ moderator deligi debet, in cuius vitam quicumque intueantur, omnium virtutum exemplar ante oculos propoſitum habeant: & qui, vt eſt apud Apoſtolum, ſobrius, temperans, modeſtus, & ſua ſponte ad docendum propenſus ſit. Ad eum modum huius vitam mihi placet ſpectari, non vt illud modo inquiratur, vtrum ſenilem ipſa ætate maturitatem habeat, necne: (ſiquidem fieri poteſt vt canis aliquis ac rugis oppletus iuueniles tamen mores obtineat) ſed illud cum primis ſpectandum exiſtimo, num illi ipſa vita conuerſatio moriſque ex moderatione incanuerint, vt quidquid ab eo dicatur, id cunctis fratribus pro lege, ac Regula ſit.* Reſpondet D. P. N. Benedict. capite 64. de Ordinando Abbate.

Ætate maturus.

Moribus præcipuè maturus.

2. Prælaturæ onera.

2. Præſulatus autem onera Æthna grauiora depingit Interrogat. 30. ex fuſ. vbi requiſitus, cuiuſmodi animi aſſectione curam fratrum gerere Antiſtes debeat. Reſpondet: *Antiſtes neutiquam dignitate illa extolli debet, ne ipſe quoque à beatitudine illa excidat; quæ promiſſa eſt humilibus, vel etiam inflatus incidat in iudicium diaboli. Siquidem illud habere ſibi perſuaſum debet, vt quo præſit pluribus, hoc neceſſe ſit pluribus vt miniſtret. Vt igitur qui ſauciis multis miniſtrat, & ſaniem de ſingulis eorum vulneribus abſtergit, & pro natura vniuſcuiuſcumque mali remedia ei adhibet accommodata, munere illo neutiquam ad animorum elationem vti conſueuit, ſed ad demiſſionem potius, & ſollicitudinem, ac maiorem quandam curam: itidem ac multo etiam magis, is cui totius fratrum ſocietatis ſananda prouincia eſt delegata, perinde vt, qui omnium miniſter ſit, & rationem de vnoquoque illorum redditurus, ſic ſecum agitare animo, & contendere anxiè debet: Hoc enim modo & illud aſſequetur, quod propoſitum eſt a Domino, ſic dicente: Si quis vult eſſe inter vos primus, erit omnium nouiſſimus, & omnium miniſter.*

Prælatura ſeruitus humillima.

Idem omnino monuit D. P. N. Benedict. capite 2.

3. Tranſeat oratio ad Abbatis virtutes: quarum ſequentem ſyllabum texit Interrog. 43. ex fuſ. inquiens: *Hoc igitur eſt quod primum & eo vſque magnum in Antiſtite requiritur. Tum clementem eſſe ipſum oportet, eiuſmodique qui per rerum inexperientiam in officio delinquentes leniter ſufferat: non tamen qui obticeſcat ad peccata, ſed immorigeros, ac detrectantes imperium clementer toleret, & ipſis cum quanta maxima poſſit lenitate moderationeque medicinam adhibeat. Idoneum præterea, qui accommodata eorum morbis remedia comminiſcatur, & excogitet: non atrociter obiurgantem, ſed in manſuetudine monentem, clementerque corripientem, ſicut ſcriptum eſt. Eundemque in rebus præſentibus adminiſtrandis peruigilem, & attentum, in futuris proſpiciendis ſagacem, talemque, qui & certare cum valentibus poſſit, & infirmorum imbecillitates portare: cuius cum dicta, tum facta omnia ad illorum, quorum diſciplinæ præſit, perfectionem pertineant.* Si quas vero omiſerat in præſenti, his inſtaurat Interrogat. 98. ex breu. vbi rogatus: *Cuiuſmodi animum habere Antiſtes debet, in his quæ imperat?* Reſpondet: *Quod quidem ad Deum attinet, tanquam miniſter ſit Chriſti, & diſpenſator myſteriorum Dei, metuens ne quid præter voluntatem Dei, quæ ex confeſſo certa in ſacroſanctis Scripturis ſit dicat, ſtatuatue: exiſtatque aut falſus teſtis Dei, aut ſacrilegus, ex eo quod aliquid alienum à doctrina Domini inducat, aut contra eorum, quæ grata ſunt Deo, prætermittat. Quod verò ad Fratres pertinet, tanquam ſi nutrix ſit, quæ foueat filios ſuos, cupidus tradendi vnicuique ad gratiam Dei & communem vtilitatem; non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animam ſuam ex mandato Domini. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Ac tandem nec ſcientiam, qua præditum eſſe oportet, prætermiſit: prodidit potius paucis ſed conceptis verbis Regula 35. ex fuſ. vbi ait: *Arduam rem eſſe, inuentuque difficillimam animum nanciſci, qui pluribus præditus eſſe oculis poſſit. Etenim abſoluta ſeuera diſciplinæ ratio Moderatorem Conuentus, & prouidum & nec parum eloquentem requirit.* Quadrat omnino D. P. N. Benedictus cap. 2. & 64. & alibi paſſim.

3. Prælati virtutes.

4. Abbatialis curæ onere preſſus Baſilius, pondus partiri ſibi viſum eſt, vtpotè vnius tantum hominis humeris intolerandum ac proinde Præpoſitum (ni fallor) in Monaſterio inſtituiſſe reor Regula 45. ex fuſ. cui oneris partem imponeret his verbis: *Verum quoniam incidit ſæpè numero, vt vel ob valetudinis imbecillitatem, vel peregrinandi neceſſitatem, vel aliam quamuis ob cauſam abeſſe à reliquorum fratrum Conuentu neceſſario Antiſtes cogatur, alius etiam eſſe præter ipſum debet, qui cum ipſius, tum cæterorum etiam fratrum diligenti animaduerſione, circumſpectioneque adhibitis, ad hoc delectus ſit, vt abſente illo curam in ſe Conuentus recipiat: vt & qui remanſerint, vnius conſilio gubernentur, neque abſente magiſtro ad formam quandam popularis Reipublicæ [illegible] familia traducatur, atque eo [illegible] Regula & tradita diſciplina ſeueritas imminuatur.* Plura

4. Præpoſiti inſtitutio.

de ordinando Præpoſito ſub politiſſima forma tradit D.P.Bened.c.64.

5\. Nouitiorum præceptoris.

5\. Nec oblitus eſt Præceptoris Nouitiorum: Inſtituit potius luculenter virtutis ducem ſerm. Commonit. ad Complex. in Monach. his verbis. *Siquidem in eo iam quod terrenis rebus nuntium remiſaris, honoratum te apud Chriſtum feciſti, ſumma potius vigilantia acerrimaque in omnes partes animi circumſpectione operam dato, vt aliquem tibi virum inuenias, quem in omnibus deinceps delectæ tibi vitæ ſtudiis certiſſimum ducem ſequare, eiuſmodique, qui rectum iter ad Deum volentibus pergere ſciat commonſtrare: qui ornatus virtutibus ſit; cuius vniuerſa totius ipſius vitæ actiones teſtimonio ſint, charitatem in eo erga Deum ineſſe: qui Diuinarum literarum ſcientiam habeat, virum integrum, nec vlli diſtractioni indulgentem; ab auaritia abhorrentem, minime libenter gerendis ſe negotiis admiſcentem, quietum, amantem Deum, egentium ſtudioſum, minime iracundum, iniuriarum immemorem, natura propenſum ad eos docendum, qui ad ipſum accedunt, quem gloria inanis non inflet, ſuperbia non extollat, adulatio non frangat, ſeuerum, atque conſtantem, cui denique nihil ſit præſtantius honore Dei.* V.D.P.N.Bened.c.58.

6\. Cellarius perpetuus ſit.

6\. Diſpenſatorem Cellarij pluribus inſtituit in Regula cap. præced. tradita Interrog. 110. 112. 113. 186. quibus pro Notatione adiunximus tradita alibi ab ipſo de eadem materia, quæ tu conſul. His autem adde Regulam 156. ex Breu. vbi ſciſcitatus, *Nunquid ille, cui credita eſt Cellarij procuratio, perpetuò illam habere debeat, an etiam intermittere, & aliis viciſſim tradere?* Reſpondet: *Rurſus ſi iſte, & diſciplinæ modum & Regulæ rectitudinem conſeruat, mutationem fieri ſuperuacaneum eſt, vel difficillimum potius. Neceſſario* Affectatorem habeat qui muneri inſueſcet. *autem habere aliquem volunt affectatorem: vt videlicet quotieſcunque neceſſitas ſucceſſorem deſiderauerit, ſi hic preſto non ſit, neceſſario cogamur perturbari, & huiuſcemodi muneri minus idoneum aliquem præficere; atque ita neceſſario ex huius imperitia illud ſequatur, vt & diſciplinæ corrumpatur ſeueritas, & ex ratione inſtitutus ordo diſſoluatur.* Prudentiſſimum ſanè inſtitutum.

7\. Oſtiarij Inſtitutio.

7\. Oſtiarium Monaſterij his inſtituit Reg. 45. ex fuſ. *Sit qui accedentibus ad nos hoſpitibus prudenter ſciat reſpondere: quò videlicet & qui aliquid audire à nobis deſiderant, pro propoſiti argumenti dignitate ædificentur, & commune fratrum collegium neutiquam dedecoretur. Nam hoc, quod paſſim omnes ſine vllo diſcrimine ad dicendum aſſiliant, præterquam quod tumultus cauſa eſt, etiam ſignum eſt perturbatæ diſciplinæ.* Quadrat omnino D.P.N. Benedictus cap.66. vbi de Oſtiario; & 53. vbi de diſciplina alloquendi & ſalutandi hoſpites.

8\. De adhibendis ad conſilium fratribus.

8\. Dedit etiam Abbati Conſiliarios & adminiſtros, quorum iudicio ad tollendam in arduis dubitationem, ſalubriaque ac proficua regimini animarum ſtatuenda vteretur, quos his erudit Reg. 48. ex fuſ. *Cæterum ne quis facile in huiuſmodi vitium ſecus de Antiſtite ſuſpicandi, aut diiudicandi cum detrimento, cum ſuo, [illegible] etiam fratrum incurrat, illud in [illegible] vniuerſum obſeruari in Conuentu debet, vt nullo modo quis curioſè Antiſtitis conſilia perueſtiget, aut in eius facta anxiè inquirat; iis dumtaxat exceptis, qui cum dignitatis gradu tum conſilij prudentia Antiſtiti ipſi proximi ſint, quos quidem ille neceſſario ſibi, quandocumque de re aliqua erit deliberaturus in conſilium maturam conſiderationem adhibebit, nimirum præcepto illi obtemperans: Omnia fac cum conſilio.* His autem nullatenùs licere cum ſuperiori de ſententia contendere, ſed ſuam humiliter proferre, innuit Reg. 28. ex fuſ. vbi ait: *Illud autem Antiſtitis imperium detrectare, & verbis aduerſum iuſſa illius litigare, magno indicio eſt eum, qui id facit, multis vitiis laborare, fidei debilitate, ſpei ambiguitate, arrogantia morum, atque ſuperbia.* Non ſolum autem à ſenioribus, ſed à tota Congregatione in præcipuis exquirendum eſſe conſilium, ſtatuit Reg. 112. ex Breu. vbi interrogatus: *Si quis conferat ſe, ad eam, quæ ex Deo eſt, vitam, nunquid rectum ſit, vt qui huiuſmodi eſt, hunc Antiſtes ſine ſententia fratrum admittat, an verò hoc cum illis quoque prius communicari conueniat?* Reſpondet: *Dominus in eo, qui pœnitentiam agit conuocandos eſſe amicos, ac vicinos docet. Quare neceſſarium eſt multo magis, vt qui accedit, id conſciis cæteris fratribus admittatur.* Congruit his omnibus D.P.N. Bened cap.3. & alibi ſæpè.

9\. Numerus fratrum in vnoquoque Cœnobio.

9\. Miniſtros Reipublicæ Monaſticæ protulimus, à quibus in hac ſchola communia commoda cum ſpiritualia tum etiam temporalia gubernabantur. Numerum autem Monachorum vniuſcuiuſque Cœnobij aſſignaturus perſtat in præferenda vita communi conſequenter ad ea, quæ de fugienda vita ſolitaria, (quæ paucorum renata eſt) docuerat Interrog. 3. ſuæ Reg. cap. præced. de ſe: exiguumque numerum Cœnobitarum aſpernatus inquit ſerm. 1. de Inſtitut. Monach. *Quoniam videntur ſingula quoque diſtinctius debere tractari, operæpretium fuerit fortaſſe, ſi de his breuia quædam admonita tradiderimus. Igitur qui à communi cum cæteris viuendi more receſſerunt, animumque ſuum ad diuinum quoddam vitæ genus colunt & exercent, ij non ſuo ſe permittant arbitrio, neu per ſolitudinem vitam exigant. Siquidem ad euitandas prauas hominum ſuſpiciones, huiuſmodi vitam non remotis arbitris neque in obſcuro agi conuenit. Et quemadmodum lex ſpiritualis pauciores eſſe quam duodecim vetat illos, qui myſticum Paſcha manducent, item quoque eorum qui ſpirituali vitæ ſimul operam dant, denarius numerus amplicandus eſt, potius quam reſtringendus.* Vide notata cap. præced. n.24. & notanda cap.ſeq.n.8.

10\. Qua animi deliberatione arripienda Monaſtices.

10\. Hanc iam Aſcetica Cœnobij Republica à planta pedis vſque ad verticem miniſtris, muniiſque eorundem compacta ad obſeruantias accedamus. Occurrit autem in veſtibulo ea animi deliberatio qua Monaſticum ſtatum arripiendum eſſe docuere vetuſtioris ſeculi Patres Therapeutæ teſte Philone citato l.3.c. 11. num. 10. de qua re ſic loquitur Baſilius ſerm. Commonit. ad Complex. Monaſtici propoſiti. *Qui ſibi propoſuit Chriſto obedire, & ad vitæ genus rerum omnium poſſeſſione nudum, neque vllis diſtractum ſæculi huius curis feſtinat, verè admirabilis eſt, beatuſque dicendus. Verùm enim illi ego author ſum, ne id inconſideranter faciat, neuè vitæ ſibi tolerabilitatem quandam*

quandam animæ fingat, & ſalutem ſine vlla dimicatione pollicentur. Quin is velim potius, vt ſe ante ad incommodorum, cum corporis, tum etiam ſpiritus perpeſſionem commendabili exercitatione diligentiſſimè paret; ne ſi ſe non ante meditatus, in qua non putarat certaminum diſcrimina coniecerit: ac deinde vrgentibus conſtantia ſua tentationibus, per imbecillitatem obſiſtere non potuerit, eodem temerè vnde fuerat digreſſus revertatur: eaque re ludibrio, ac ridiculo omnibus ſit: & præter id quod cum anima ſua pernicie ad priſtinum ſe denuò vitæ genus retulerit, multitudini etiam ſcandalo ſit: nempe qui cauſa ſit, quamobrem plerique inſtitutam ſecundum Chriſtum viam eiuſmodi exiſtiment eſſe, quæ ferri nullo modo poſſit. Concinit D.P.N. Benedict. cap. 58.

11. **Instrumenta bonorum operum.** 11. Sic rite complectenti Monaſticem proponendam cenſuit congeriem illam bonorum Operum, quæ à D.P.N. Benedicto cap. 4. *inſtrumenta virtutum & perfectionis* compellantur; quam in gratiam vtriuſque Præceptoris interſerere libuit ex ſerm. de Aſceſi: hoc eſt de cultu ſeu exercitatione Monaſtica; quò ſe decet pacto excolere, & ornare Monachus, tot tantiſque refertam Monaſticis Inſtitutis, vt abſque vtriuſque iniuria omitti nequeant: ſic autem habet: *Monachum oportet cum primis nihil in vita, quod iuris ſui proprium ſit, poſſidere: corpus quietum, habitum non ſordentem, ſed honeſtum, vocem moderatam, ſermonem compoſitum habere; in cibo potioneque minimè turbulentum eſſe, ſed tacitumque potius: & grauem: coram non ſe maioribus ſilere, prudentiores ſe auſcultare, aduerſus æquales charitatem tenere, minoribus conſilium cum charitate dare; ab hominibus ſe nequam & carni deditis, curioſis, & nimio plus cupidis rerum gerendarum abducere: multa intelligere, pauca loqui, in ſermone non præfidentem aut temerarium eſſe, neque in colloquiis nimium: non eſſe ad riſum proclinem, verecundia ſeſe commendare, oculos habere ad terram deiectos, animum ad cælum erectum: non ſuperiorum imperio repugnare, ſed alacri ac libenti animo obtemperare; manibus laborare; aſſiduè nouiſſimorum meminiſſe, ſpe gaudere, in tribulatione patientiam adhibere, continenter orare, in omnibus gratias agere, aduerſus omnes humilitatem tenere, odiſſe arrogantiam, ſobrium eſſe, pervigilem, & attentum, & cor a prauis cogitationibus caſtum cuſtodire, in cælo ſibi per mandatorum obſeruationem Theſauros recondere, quotidianas ſuas & cogitationes & actiones omnes diligenter examinare, neutiquam ſe vitæ huius negotiis, aut ſuperuacaneis ſermonibus immiſcere, non curioſius in deſidiuum vitam inquirere, ſanctorumque ſolum Patrum viuendi inſtituta imitari: ſi quos rectè, aut cum virtute aliquid facientes viderit, illis gratulari; non item inuidere: eiſdem in aduerſis ſocium mæroris eſſe, & lachrymarum, & qui in eo ſtatu ſint, eorum vicem magnopere miſereri, non etiam condemnare, à peccato reſipiſcentem probris non inſectari, ſeipſum nunquam iuſtificare, peccatoremque ſe in primis & coram Deo, & coram hominibus appellare; ordinem deſerentes admonere, puſillanimes conſolari, miniſtrare infirmis, pedes ſanctorum lauare, in hoſpitalitate, amoreque fraterno diligentem eſſe; cum conſortibus & domeſticis fidei pacem tenere, hæreticum hominem auerſari, ac deuitare; approbatos libros lectitare, apocryphos ne attingere quidem omnino. In negotiis & ſermonibus honeſtis verſari, prorſus ab omni ſe iureiurando abſtinere pecuniam ad vſuram non dare, à crapula ſe, & ebrietate, & caduca vita huius ſolicitudinibus temperare; nihil in conſuetudine cum aliis per dolum agere; nihil omnino de aliquo ſecus loqui; nemini detrahere, neque detrahentem alium libenter audire; non facilem eſſe ad ea credenda, quæ de altero ſecus dicantur: iracundiam ſibi dominari non ſinere, non praua cupiditate vlla vinctum detineri: non temere proximo ſuccenſere, concepta aduerſus aliquem ira tenacior ne ſis; non malum pro malo reddere; maledictis inceſſi, potius quam inceſſere: pulſari, quam pulſare; iniuriam accipere, quam facere; fraudari, quam fraudare. Potiſſimum autem debet ſe Monachus à congreſſione mulierum abſtinere, itemque à vini vſu; quia vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes: in præceptis Domini pro viribus exequendis nequaquam animum deſpondere, tædio anxiè affici, ſed laborum ſuorum præmium à Domino expectare, vt filium quidem toto corde, totaque fortitudine Deum diligere; vt ſeruum verò revereri, ac metuere; obedireque, & cum timore ac tremore animæ ſuæ ſalutem operari: ſpiritu feruere: indutum eſſe omnimodam armaturam Spiritus Sancti; & currere, non in incertum; & pugnare, non tanquam qui aerem verberat; in corporis infirmitate, & animi mendicitate aduerſarium ſuperare: omnia ſibi aſſignata, & ex ordine præſcripta munera exequi, & ſe inutilem appellare; gratias agere ſancto Deo: nihil per contentionem, aut inanis gloriæ ſtudium facere, ſed Dei cauſa, tantummodo vt placeat Deo, prorſus nunquam gloriari, neque ſuimet ipſius laudes prædicare, neque prædicanti alteri aures libenter præbere, in occultoque non aucupandæ laudis cauſa humana omnia facientem ſeruire; ac ſolam, quæ à Deo eſt, laudem quærere: deque horrifico glorioſoque eius aduentu cogitare, de migratione ex hac vita, de repoſitis iis, qui rectè vixerunt, bonis, ſimiliterque de parato igne diabolo & Angelis huius: & præter hæc omnia Apoſtoli verba illa in memoria habere: Non eſſe condignas paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: & illud vna cum Dauid dicere: Cuſtodientibus teſtimonia eius retributio multa, merces nimirum illa copioſa eſt & corona iuſtitia &c.* Mire concinit D. P. Benedictus cap. 4. citato & c. 7.

§. II.

Quid de Diuinis Officiis.

12. **Quid de Officio diuino ſtatuerit.** His inſtructum Monachum ad altiora introducamus, nempe opus Dei præcipuum vitæ Monaſticæ ſcopum. Diuinas horas iuxta communem Eccleſiæ ritum à Matutina (noſtris Laudes) exorditur, Reg. 73. ex fuſ. quo diluculũ à Monachis anteuertebatur, fretus Prophetæ verbis Pſ. 5. *Orabo ad te Domine, mane exaudies vocem meam, mane aſtabo tibi.* Circa cæteras horas exploratiſſimum eſt Primam recentiorem eſſe Baſilio, vtpote à D. Hieron. inuentam, vt oſtenſum eſt l. 4. c. 4 n. 102. & in hoc l. c. 1. n. 26. (**Primam non nouit.**) Reliquas verò ſic ordinat S. Doct. ſer. 1. de Inſtit. Monach. Addit deinde Propheta (Dauid à quo nocturnas didicerat horas illis: *Media nocte ſurgebam &c.* ex Pſ. 118.) *veſpere mane & meridie. Quin & Spiritus ſanctus circiter horam diei.* (**Tertia.**)

Tertiam fuit, ſicut ex Actis accepimus, quo tempore cum propter variam illam linguarum efficacem vim l benſui diſcipulos irriderent, negans Petrus eos ebrios eſſe, qui ea loquerentur; ſiquidem horam illam Tertiam fuiſſe. Porrò Nona Dominica paſſionis memoriam refert, illius, quæ vita noſtra cauſa ſuſcepta eſt. Quia verò Sextã prætermiſerat, rem lenius & lucidius inſtaurat Reg. 73. ex fuſ. vbi poſt Matutinum, *Prima* omnino, vt aſſolet, prætermiſſa, cæterarum myſteria explicat inquiens: Tertia *vero horà &c. Porro Sexta hora &c. De Nona vero &c.* vbi etiam Veſperas inſtituit: vtrobique autem Completorium prætermiſit, quod non nouit, vt ſtatim dicemus.

Sexta & Nona.

13. Diſtributio ſeptem horarum.

Vidit Sanctus Doctor ſex dumtaxat Horas Canonicas inſtituiſſe; nempe Nocturnas preces (vulgò *Matutinum*) Matutinum (vulgò *Laudes*) Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſperas: nondumque his opus Dei ſeptenario precum numero, iuxta Prophetam, euaſiſſe abſolutum: ac proinde ſerm. cit. de Inſtit. Monachorum, inquit: *Verum quoniam item hoc eſt apud eundem Dauid: ſepties in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſt.tia tua: tempora autem illa, quæ diximus, ſeptenarium orationis numerum non conficium, bipartito diuidenda meridiana oratio eſt, ita videlicet, vt pars vna cibum præcedat, altera ſubſequatur, quo perpetua hæc nobis formula ſit Deum ſepties per ſingulas dierum conuerſiones laudibus celebrandi.* Quænam vero illa meridiana oratio ſit, qua bipartita ſeptenarius horarum numerus completur, ex ipſo Baſilio habemus eadem Reſp. 37. vbi haud obſcurè innuit Horam Sextam, quæ meridiana eſt prolixiorem cæteris fuiſſe duplicatoque Pſalmorum numero compactam, ſub his verbis: *Porro Sexta hora Sanctorum exemplo neceſſariam eſſe orationem iudicauimus, apud quos eſt: Veſpero, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo &c. In qua quidem, vt liberemur ab incurſu, & dæmonio meridiano, nonageſimus etiam Pſalmus recitetur*: vbi præter Pſalmos horæ Sextæ cani ſolitos nonageſimus nempè *Qui habitat* quem nunc ad Completorium habemus, recitari ad meridiem ſtatuit.

Sextam bipertitur.

14. Completorium non nouit.

Hinc lapſum corriges Ioannis Gillotij, qui, vt ſeptenarium precum numerum expleret, *Completorium* ad marginem appinxit ductus coniectura illius verſus Pſal. 4. *Quæ dicitis in cordibus veſtris*, quem nos ad Completorium recitamus. Baſilium namque nullatenus Completorij meminiſſe, ſola contextus propoſitione liquido conſtabit: poſt Nonam enim de veſperis loquens, inquit: *Completo vero iam die, pro iis omnibus, quæ data nobis fuerint, feliciterve nobis euenerint, gratiarum actio ſuccedat: eorumque, quæ vel per conſenſum, aut ſecus, contra animi ſententiam prætermiſſa ſint, confeſſio: ac ſicubi latens delictum aliquod admiſſum fuerit verbis, operibusvè, aut etiam corde, pro his omnibus oratione adhibita* (Veſperis nempe) *veniam nobis à Deo comprecabimur. Siquidem ad ſimilia peccata iterum euitanda valde vtilis eſt præteritorum conſideratio. Idcirco Dauid dicit: Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.* Statim autem dicto de Veſperis, de lucernario agere incipit ſubdens immediatè: *Tum autem primis ſe iam noctis intendentibus tenebris, ſequetur petitio, vt quies, quam ſumus capturi, inoffenſa, & ab omni perturbatione ac vitio libera ſit: qua hora etiam neceſſariò nonageſimus recitari Pſalmus debet.* Ex quibus pálam eſt ad veſperas precationem illam Pſalmi 4. fuiſſe recitatam: alias eodem fundamento dici poſſet, Completorium meridie fuiſſe peractum, cum Pſalmum 90. ad Sextam ponat Baſilius. Quæ autem fuerit petitio illa Lucernarij, cuius in præſenti mentionem facit S. Doctor, vide l. 4. cap. 2. à n. 12. vbi ex ipſo vetuſtiſſimus Lucernarij ritus luculenter exponitur, vtpotè quem Eccleſia Cæſareæ Cappadocum Baſilij ſedes obſeruabat, vt tradit Nicephorus lib. 12. Hiſt. Eccleſ. cap. 34.

15.

Relinquitur ergo ſeptenarium Horarum Canonicarum numerum ex nocturnis & diurnis compegiſſe Baſilium; cui *Primam* & *Completorium* non agnoſcenti, *Sextam* bipartiri opus fuit: *quo perpetua* inquit *hæc nobis formula ſit, Deum ſepties per ſingulas dierum conuerſiones* (ſcilicet die noctuque, quibus clauditur cœli conuerſio) *laudibus celebrandi.* Nouit autem D. P. N. Benedictus integrum Horarum Canonicarum numerum cap. 16. vbi ad illud Prophetæ, *ſepties in die laudem dixi tibi*, hæc habet: *Qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebitur; ſi Matutina* (vulgo *Laudes*) *Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, Completoriique tempore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus: quia de his horis diurnis dixit Propheta: ſepties in die &c. Nam de nocturnis vigiliis* (vulgo *Matutinum*) *idem ipſe Propheta ait: Media nocte ſurgebam &c. Ergo his temporibus referamus laudes Creatori noſtro Matutinis* (vulgo Laudes) *Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, Completoriis*; en ſeptem horæ diurnæ: *& nocte* (id eſt ad Nocturnas preces vulgo *Matutinum*) ſurgamus *ad confitendum ei.* Completorium vſque ad D. Benedictum nullibi inuenio: forſan quia ſicut Hieronymus Primæ diei horæ, Benedictus ſic Primæ author fuit, quam Lucernarij loco in ſuis Monaſteriis ſtatuit, Eccleſia verò poſtmodum Lucernario abolito in albo Canonicarum horarum Completorij penſum Benedicti adſcripſit exemplo. De quo latius lib. 7.

Benedictus integrum ſtatuit horarum numerum.

Completorium inſtituit.

16. Tertia Baſilio ſolemnis.

Tertia hora ſolemniſſima erat Baſilio; ita vt nulli quouis prætextu liceret Tertia hora oratorio abeſſe: quod his ſtatuit Reg. 37. ex fuſ. *Tertia vero hora, vt in ea ad orationem ſurgatur, fratreſque omnes in vnum congregentur, licet diuerſis in locis alij in aliis operibus ſint occupati:* æque diſtrictus eſt D. P. N. Benedictus cap. 42. erga lectionem Collationum, inquiens: *Omnibus in vnum occurrentibus per hanc moram lectionis, ſi quis forte in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat.* Et quidem commodior hæc hora in vnum occurrendi erat, in qua omnes manum à labore leuauerant. De Horis nocturnis & diſtributione noctis pro ſomno & quiete vide infra n. 24.

17. Cantus.

Cantus melodiæ ſtudebat Baſilij familia; multumque abſque dubio ea in re proceſſerat, quæ probro ipſi à Sabellio & Marcello obiiciebatur, atque in defenſionem ingredi compulit, vt ipſe refert ep. 73. vbi: *Si quando cauſam indicti iſtius, & irreconciliabilis belli rogantur, Pſalmos cauſantur, & modum melodiæ, quo ſit vetus apud nos immutata canendi conſuetudo.* Melodia autem non cantum quemlibet, ſed dulcem & harmonioſum importare videtur:

neutiquam

neutiquam tamen degeneraſſe credam ab eo, quem vſui habuit ab initio Eccleſia, cuius meminit S. Clemens in Pedag. lib. 2. capite 4. vbi ait : *Eſt enim Pſalmus numeroſa & modeſta laudatio.* Et infra : *Sunt enim admittendæ modeſtæ, & pudica harmonia. A forti & neruoſa noſtra cogitatione verè molles, & eneruatas harmonias amando quam longiſſimè ; quæ improbo flexarum vocis artificio vtentes, ad delicatam, & ignauam vitæ agendæ rationem deducunt : graues autem, & quæ ad temperantiam pertinent modulationes, ebrietati & proteruiæ vale dicunt.* Hoc autem Muſicæ genus à Baſilio & Gregorio fuiſſe inſtitutum, ſatis colligitur ex vita Gregorij, vbi author de diſciplinis illis loquens, quibus Athenis vterque ſtudebat, & ad Muſicam veniens, inquit : *Ex Muſica ſolum venuſtum illud ac concinnum, & quod animum iracundum, & reluctans demulcet, perdiſcebant ; quod vero voluptatem concitat, ſcenæ demandarunt,* atque idem proculdubio ſcripto Monachis mandarunt : ex quibus deprehenditur, quam impia fuerit hæreticorum calumnia in Baſilium iactata. Recole dicta l. 5. c. 1. n. 162. & cap. 2. n. 18.

Qua Muſica vſus.

18. Quibus tandem cæremoniis Dei laudes peregerint, paucis tradit ſermon. 1. de Inſtitut. Monach. vbi : *Quibuſdam* inquit, *interuallis ab illa Pſalmodia, genuqueflexionis acri contentione nonnunquam eſt interquieſcendum.* Verſus *Gloria Patri* recentior eſt Baſilio, vtpote à Damaſo Papa poſt ipſius obitum inſtitutus, vt liquidò patet ex dictis l. 4. cap. 4. num. 93. Fors tamen æquiualens aliud in Dei laudem poſt vnumquemque Pſalmum recitabant quod genuflexionem comitabatur ſimile ei, cuius meminit Hieronymus ep. 23. *Cæteris Alleluya præripiens prior incipit laudare Dominum. Flectuntur genua ſuper nudam humum.* Vel quoties *Deum*, vel *Dominum* pronuntiabant toties genua flectebant : de quo non conſtat. Propenſiùs adhuc de Cæremoniis Regula 307. ex Breu. vbi rogatus : *Nunquid in Pſalmodia, orationiſvè inceptione viciſſitudine vtendum ſit?* Reſpondet. *Hunc in multitudine eorum, qui idonei ſunt, diſciplinæ ordinem ſeruato, ne res contempta indifferenſvè exiſtimetur. Neque tamen contra perpetua æqualitas in vna aut altera perſona ſuſpicionem det ſuperbiæ illius, qui Antiſtes ſit, & contemptionis reliquorum.* Plura de hac re politiſſimè D. P. N. Benedictus à cap. 8. vſque ad 20. & c. 47.

Cæremoniæ.

19. Nec prætetire fas eſt ſepulturæ ritum, quo in ſchola Baſilij corpora humabantur à Gregorio Nyſſeno in Vita S. Macrinæ vtriuſque ſorore ſanctiſſima expreſſo apud Sur. tom. 4. Iulij 19. his verbis : *Interim dum hæc agebamus* (nempe defuncti corporis inuolutionem in pullo pallio) *& Virginum cantu lamentationibus commixto reſonabunt locus, fama, neſcio quomodo vndique diffuſa, omnes finitimi ad fines confluxerunt. Cum igitur nocturna precatio vt in Martyrum celebritate, canendis Pſalmis perfecta eſſet, & crepuſculum adueniſſet, confluentium vicinis è locis omnibus virorum & mulierum multitudo, pſalmorum decantationem fletibus interpellabat. Ego autem quamuis propter calamitatem animo eſſem conſternatus, tamen ex rebus præſentibus, quoad fieri potuit, operam dedi, vt nihil tali funeri deſideraretur. Itaque confluentem populum in genera diſtribuens, mulierumque multitudinem admiſcens Virginum choro, virorum autem turbam adſcribens Monachorum cætui, vnum quendam ex vtriſque ſtudui aptum, concinnumque ; tanquam in Pſalmos canentium congreſſu, ex communi omnium concentu aptè coniunctum ordinem conſtituere.* Vbi notandum Baſilium ſeparationem virorum & mulierum obſeruaſſe à tempore Apoſtolorum excultam & à D. Ambroſio Mediolanum tranſlatam de cuius antiquitate vide dicta l. 2. capite 12. num. 34. & 35.

Sepulturæ ritus.

Separatio virorum à fœminis in templo.

20. Subdit Nyſſenus poſt pauca : *Senſim igitur procedebatur, cum & qui præibant, pedetentim incederent ; & nos item gradatim ſequeremur : etenim cum frequens populus feretrum circunſtaret ex vtraque parte præcedebat non exiguus Diaconorum miniſtrorumque numerus, qui omnes ordine progredientes accenſos cereos manibus geſtabant. Quæ quidem pompa non carebat myſterio, cum à principio ad finem vſque decantatio Pſalmorum eadem voce, triplicique canentium ordine, ſicut ille trium puerorum cantus, abſolueretur.* Vbi Notanda primùm luminarium geſtatio : de qua l. 4. cap. 7. num. 27. præſertim autem diuiſio canentium, & alternatio Pſalmorum tribus choris, ad inſtar cantici trium puerorum, quod ſingulariſſimum eſt in ſchola Baſilij.

Funeris pompa.

Tribus chorie alternandi Pſalmodia.

§. III.

Quid de ieiuniis, menſa, & Vigiliis ſtatuerint SS. PP.

21. 14. QVæ vero moderatio, & præſcriptio in ieiuniis tenenda ſit, exponit Reg. 139. ex Breu. vbi interrogatus : *Ex intentione ieiunij remiſſiores ad elaborandum efficimur : Quid igitur eſt faciendum ; potius ne impediendum opus ob ieiunium, an illud negligendum propter opus?* Reſpondit : *Omnino & ieiunium, & cibus ex ratione pietati accommodata aſſumi debent : vt videlicet quotieſcumque mandato Dei per ieiunium ſatisfaciendum ſit, ieiunemus. Quotieſcumque item mandatum Dei cibum deſideret, quo corpus confirmetur, edamus : non vt hellnones, ſed vt operarij Dei. Seruandum eſt enim, quod dictum eſt ab Apoſtolo : Siue manducatis, ſiue bibitis, vel quod aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Quadrat D. P. N. Benedictus capite 39. 40. & 49.

Ieiunare & edere qualiter virtuoſè cohæreant.

22. 15. Hinc ad frugalitatem menſæ tranſeamus, de qua Gregorium alliciens vt ad Pontum redderet ep. 1. hæc habet. *In cibo panis vſus expleuerit id, quo opus eſt ad alimentum. Aquæ potus ſedauerit ſitim homini integræ valetudinis : quibus accedant ea pulmenta, quæ ex leguminibus ad vſus tantum neceſſarios facta tuenda ſunt integra corporis infirmitati.* Et Theologus ipſe ad Amphilochium è Ponto ſcribens ep. 106. inter Baſilianas : *Panes quidem* (inquit) *abs te non peteremus, quoniam nec aquam ab illis, qui Oſtracinam inhabitant. Olera verè ſi petimus à viro Ozizaleno, cum illorum vobis ſit copia, nobis vere multa raritas, nihil eſt quod mireris, neque præter conſuetudinem videri debet.* Et epiſt. 107. ad eumdem : *Quam parcè* (inquit) *veniunt ad nos Olera veſtra. Quid enim miſiſtis aliud,*

Cibus panis & olera, Potus aqua.

Digitized by Google

niſi Chryſolechanã cum ſit illic vobis omnis abundantia horti, fluuij, nemora, & horti arboribus conſiti. Et ipſa veſtra regio holerifera eſt, vt aliorum aurifera. Et foliis pratenſium herbarum veſcimini, & frumentum vobis eſt fabuloſa illa fœlicitas. Et panis ille qui dicitur panis Angelorum, ita iucundus pariter, & qui tamen guſtari nequeat. a. *Aut igitur tradito nobis ex Oleribus veſtris abundantiùs, ac largiùs; aut aliud quidem nihil comminabimur, frumentum verò cohibebimus, ſciemuſque an reuera ex ſolo rore viuant cicadæ.* Quibus inter dicteria iocoſque ſalſiſſimos, inſulſa olerum pulmenta, aſperumque panem prodit (fortè cibarium de quo pluta lib 4. cap. 4. à num. 56. vel ſiccum, ſeu ſuccum de quo ib. cap. 7. num. 65.) quibus ibi degentes alebantur. Concinunt Sancti Patres ſtatutis à ſe Interrogat. 9. ſuæ Regulæ cap. præced. traditæ. Quid

Chryſolochanum quid. pulmentum ſeu pulmentarium ſit V. lib. 5. capite 1. à nu. 131. *Chryſolocanorum* (noſtris *Armuellas*, alias *Azelgas*) *in peneto lactuca ſimile naſcitur. Et aliud genus Chryſolocham traditur flore aureo foliis oleris*, inquit Plin. lib. 27. cap. 8. De hoc autem ſecundo genere loquitur Nazianzenus vt placet gillntio.

23. Orationes ante & poſt cibum. 16. Pergit Baſilius ad Theologum ſcribens, ac pertioentia ad menſam exponeos epiſtol. 1. *Porro autem Orationes, ante quam cibum ſumimus, pro dignitate diuinæ benignitatis ineundæ ſunt, cum earum, quæ in præſenti nobis diuinitus conferuntur; tum vero earum, quæ in poſterum eiſdem recondita ſunt.* Hæc ante cibum. Rurſus, *Iam à corporum curatione rurſus orationes gratiarum actionem exequantur, iam acceptorum ergo; atque eo amplius eorum flagitationem, quæ Deus nobis pollicitus eſt.* Meminit D. P. N. Benedictus Verſus ante & poſt prandium dicencendi cap. 43. & dicta l. 2. c. 12. n. 54.

Lectio menſæ. 17. Meminit etiam Baſilius lectionis menſæ. Reg. 180. ex Breu. vbi percunctatus: *Cuiuſmodi animi affectione, attentioneve ea debemus audire, quæ ad menſam accumbentibus nobis leguntur.* Reſpondit: *Maiore multò cum delectatione, quam cum quanta aut edimus, aut bibimus: idque vt appareat mentem nequaquam diſtrahi ad corporis voluptates, ſed maiorem in modum ſe in Verbis Domini oblectare; quod ille faciebat qui dixit: Dulciora ſuper mel & fauum.* Vbi lectionis occaſione notandum; communia omnia Conuentus miniſteria hebdomadatim fuiſſe expleta vt conſtat ex ſerm. 1. de Inſtit. Monach. vbi ait. *Porro quæ neceſſario in communi Conuentu tractanda miniſteria ſunt, ea mutatis in orbem vicibus circum aguntur.*

24. Somnus. 18. Poſt parciſſimè autem, vt nuper vidiſti, epulatos Monachos mirificam ſtatuit vigilantiam epiſtol. illa 1. ad Theologum inquiens. *Somni leues ſunto, eiuſque modi, qui excuti facilè poſſint, ex naturæ vtique præſcripto, ad victuſque rationem appoſiti: id vero interim accurandum, ſtudioque aſſequendum eſt, vt commentandis rebus arduis ipſi paſcamur ſomni.* Horæ ſomnij. Horæ autem ſomni ita diſpoſitæ erant. *Promiſſe iam inteadentibus tenebris* inqoit Reg. 37. fuſ.) *ſequetur petitio* (hoc eſt Orationes & Pſalmi lucernarij, de quibus nuper numer. 14.) *vt quies quam ſumus capturi inoffenſa ab omni perturbatione, ac vitio libera ſit.* Finito lucernario quieſcebant ab occaſu Solis vſque ad dimidiam noctem, non quidem ſoluto ſomno, ſed ſemel aut bis interrupto, ſecundum numerum Nocturnorum; nondum enim Baſilij æuo abolitas fuiſſe Nocturnas Vigilias (quæ vnico compendio nunc abſoluimus) notatum manet lib. 4. cap. 7. num. 22. Mediam autem noctem ipſis diluculum fuiſſe, eaque ad abſoluendum vltimum Nocturnum ſurrexiſſe, innuit ipſe epiſt. 1. ad Nazianz. vbi poſt dudum allata Verba ſubiicit: *Atqui quod aliis diluculum, id noxiis dimidiata eſt.* Rurſus vltimo peracto Nocturno dormitum ſe conferebant: multa tamen nocte diluculum matutinaſq; horas (nobis *Laudes*) antevortebant: quod haud obſcurè innuit Regul. illa 37. ex fuſ. ſubdens: *Poſt anteuertendum diluculum eſt, & ad Orationem ſurgendum, cauendumque ne dies nos in lectulo dormientes opprimat; & ille imitandus, qui dixit: Præuenerunt oculi mei diluculum, vt meditarer eloquia tua.* Aliter D. P. N. Benedictus rem diſpoſuit ſtatuens cap. 41. Omnia luce diei debere conſummari: & cap. 8. *Octaua hora noctis ad Vigilias ſurgendum, vt modico amplius à media nocte pauſetur, & iam digeſti ſurgant. Quod vero reſtat poſt Vigilias, à fratribus, qui Pſalterij; vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiatur.* Quod interuallum à noſtris Ciſtercienſibus *lamparilla* Hiſpanè nuncupatur, de quo ſupra lib. 3. c. 6. n. 55.

§. IV.

Quid de Obedientia, atque domeſtica conuerſatione mutuaque Fratrum vrbanitate Hatuerint?

19. IAm vero quam fracto, abiectoque animo & arbitrio ſuo carente Fratribus obedire 25. Qualiter obediẽdum.
liceat, his exponit ſerm. 2. de Inſtitut. Monach. *Porrò vera, perfectaque ſubiectorum aduerſus moderatorem Ordinis obedientia in eo cernitur, ſi quis ex eius conſilio non à rebus modo flagitioſis abſtineat, ſed ſi ne ea quidem, quæ laudabilia ſunt, ſine ſententia illius faciat. Nam abſtinentia, & omnis corporis incommodorum perpeſſio vtiliter hac quidem comparata ad aliquid ſunt. At ſi quis propria obſequens voluntati, ſpretis conſiliis Antiſtitis ſui, id facere voluerit, quidquid ipſi collibitum ſit, hic plus erit, quod faciet mali, quam quod boni. Qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & præmium obedientiæ maius debetur, quam rectè facto cum continentia.* Quid nomen *Ordo* importat in præſenti. Vide l. 5. cap. 1. num. 56. Affinis eſt huic doctrinæ reſolutio Regulæ 125. ex Bren. vbi rogatus. *Cui munus aliquod creditum eſt, & aliquid facit frater, ſupra vè id, quod iuſſus eſt, non petita venia, nunquid hunc retinere munus illud conueniat?* Reſpondet. *Omnino hoc quod quis ſibi ipſe aliquid ſumat, in vniuerſum diſplicet Deo: neque ex decoro, neque ex re eſt eorum, qui ſtudent ſeruare vinculum pacis: tamen ſi in proteruia illa permaneat, vtilitati eius conſulitur, ſi ab eo munus illud auferatur; neque enim ſeruat præceptum eius, qui dixit: Vnuſquiſque in quo vocatus eſt frater, in hoc maneat.*

Ne autem quis vel in minimo, etiam honeſto, propriæ obediret cupiditati, ſed appetitiones omnes Ordinis moderatori parerent ſeſcitatus

Google

Neque bona ex proprio arbitrio facienda.

citatus Reg. 138. ex Breu. *Nunquid in Fratrum familia permitti alicui debeat, vt pluſquam cæteri ieiunet, vigiletve ex proprio illius voluntatis arbitrio.* Reſpondet: *Cum Dominus dixerit: Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me Patris, quidquid quiſque ex propria voluntatis arbitrio facit, id, cum facientis proprium ſit, alienum eſt à cultu pietatis: metuendumque eſt, ne de eo, quod videtur facere, dicatur à Domino: Ad te conuerſio eius, & tu dominaberis ei. Quemquam etiam in collatione cum cæteris, hoc quod quis in rebus etiam bonis velit excellere contentionis vitium eſt quod ex appetitione naſcitur inanis gloriæ. Si vero ſit, qui neceſſario acriore ſibi vel ieiunio, vel vigilia, vel alia quauis re opus eſſe arbitretur, rationem is, quare id ſic exiſtimet, iis aperito, quibus credita eſt communis diſciplina procuratio, & quod illi ſtatuerint, id obſeruato. Siquidem fieri poterit plerumque, vt neceſſitati ipſius alia ratione melius conſulatur.* Quadrat his omnino D. P. N. Benedictus cap. 5. de Obedientia & cap. 49. de ſupererogandis vltra communem ieiunij menſuram.

26. Quæ ſint alloquia admiſcenda.

20. Hæc in ordine ad Prælatum. Qualia vero in congreſſu cultorum virtutis ſint admiſcenda colloquia, ſic deſcribit ſerm. 1. de Inſtit. Monach. *Sermo futilis, & quæ è familiaribus ac mutuis congreſſionibus mentis importuna naſci ſolet diſtractio, prorſus exterminantor: at ſi quid ad animarum ædificationem vtile ſit, de hoc tantummodo ſermo habeatur.*

A quibus.

Quin in iis ipſis quoque, quæ vtilia ſunt, Ordinis, modeſtiaque & temporis ad loquendum idonei habenda ratio eſt: &

Suſurrationes, ſigna & nutus, præſcribuntur.

quæ dicenda ſunt, ea ab iis dici debent, quibus permiſſum eſt loqui. Quod ſi ex inferiorum numero aliquis ſit, is tamdiu expectato, quoad à ſuperiore ad loquendum fuerit inuitatus. Suſurrationes vero, aut in aurem locutiones, & quæ per nutus fieri ſolent ſignificationes, hæc omnia à fratrum Conuentu longiſſimè ſubmouentur. Nam & detractionis ſuſpicionem habet ſuſurratio & quæ nutu fit ſignificatio, ea fratri indicio eſt, malicioſum aliquem dolum in re obſcurè latere. Porrò ex iſtiuſmodi rebus odia ſuſpicioneſque naſcuntur.

Quæ vocis moderatione loquendũ.

Quoties vero de re inter ſe colloquium haberi conuenit, vocis modum ipſis neceſſitas ipſa deffiniet: vt ſcilicet cum eo, qui propinquior ſit, preſſiùs agatur, qui autem remotior, is altiore aliquanto voce appelletur. Illud autem, vt aliquis in dando alicui conſilio, adhortationevè de re aliqua adhibenda, maiore aſperioreque vtatur vocis ſono, hoc vt res contumelioſa è conuentu prorſus amouetur.

27. Controuerſiæ ad Superiorem deferendæ.

21. Hinc de effuſis contentionibus, & controuerſiis, quæ pluries ſine intermiſſione vocis inter aliquos impendere ſolent, interrogatus Reg. 49. Breu. hæc reſoluit. *De controuerſiis autem, quæ inter Fratres interdum oriuntur, illud ſtatuendum eſt: Quotieſcumque aliqui inter ſe de re aliqua collidunt diſsidentes & corrixantes, eos nequnquam inter ſe pugnaciter nimis contendere debere, ſed controuerſiæ deciſionem Superioribus ſe reſeruare. Verum enim ne quis diſciplinæ ordo violetur, ſi omnes paſſim nullo temporis, locivè ad agendum idonei delectu habito quærant; nevè futilibus, & inanibus quæſtiunculis, aut nugacitati detur locus, certum quemdam eſſe oportet, eumque de communi reliquorum omnium ſententia idoneum indicatum; qui quidem, de quibus inter fratres controuerſia ſit, ea aut communiter in medium omnibus diſceptanda proponat, aut ſenſum de iis cum Magiſtro Conuentus communicet. Ita enim, quæ in quæſtionem poſita erunt, melius, certiuſque diſputabuntur. Si enim nulla res eſt, cuius tractatio non ſcientiam, & vſum deſideret, ea certè multo magis in rebus his requiruntur, quæ ſunt huiuſmodi. Et ſi inſtrumentorum eorum, quæ ad artium miniſtrationem neceſſaria ſunt, tractationem, nemo eſſet, qui imperitis committeret, ſine dubio multo magis ſermonis tractatio concedi debet in dicendo potioribus: qui quidem ipſi cum loci, tum temporis, tum modi, quibus poni quæſtiones debeant, commodè habere delectum ſciunt: quique citra contentionem cum prudenter quærendo, tum intelligenter auſcultando, rerum, quæ ſunt in quæſtione verſata, explicationes ad communem poſſint omnium ædificationem ſeruare.* Quibus luculenter concinit his, quæ de ſtudio ſacrarum Scripturarum, & ordine diſputandi in eius Schola notauimus cap. præced. num. 9. Quod adeo politè fiebat, vt præter Magiſtrum Conuentus (nempe Antiſtitem vt conſtabit num. ſeq.) ad quem deciſio controuerſiæ expectabat, alius deligeretur è Fratribus, qui quæſtionem methodo ordine, terminiſque habilibus proponeret diſputandam.

22. Contentionum aſperitate, clamorumque impetu, & acrimonia damnatis, catenùs conitate, & veritate voluit alloquia mutua condiri, vt omni iuramento ab ore fratrum propulſato, nudum Verbum pro iureiurando & affirmatione religioſa, quaſi Deo immortali interpoſitis, haberi ſtatueris ſerm. 1. de Inſtit. Monach. ſub his verbis. *Iuſiurandum de Fratrum Conuentu prorſus expellitur. Si quis autem vel nutu capitis, vel ſimplici voce aſſenſus fuerit, id pro iureiurando habeatur, tam ei qui dicit, quam ei qui audit. Si quis vero ſimplici alicuius affirmationi fidem non habuerit, is indicio eſt de ſua ipſius mente, ſe videlicet dum loquitur, veritatem non ſemper ſeruare: eaque re à Magiſtro ordinis in delinquentium referri numerum debet, & ſalutari impoſita mulcta, ad ſanitatem reſtitui.* 28. Iuramentum prohibet.

Hinc patet nomine *Magiſtri* Antiſtitem ex primis in teſtimonio adducto num. præced. Sæpit omnino hoc Inſtitutum Nazianzeni ſpiritum de quo Gregorius Presbyter in eius vita. *Terminum* (inquit) *ſibi ſtatuit, ne vnquam iuraret, donec in hac vita ageret, quem etiam ad finem vſque ſeruauit.* V. infra num. 39. pœnam iurantis. Nazianzenus nunquam iurauit.

23. His affinis eſt limatiſſima vrbanitas, honoſque ille, quibus aliqua dignitate, vel ætate antecedentes coli, ac reuereri docuit ſerm. illo Commonitorio ad complex. Monach. in hæc verba: *Coram natu maiore quam tu caue ne aſſidere ſiſtinès; quod ſi, vt id faciat, iubeare; nolito tu in pari cum illo ſella ſedere: ſed cum huc illucque diligenter oculis circumſpexeris, operam ſedulo da, vt ſellam tibi humiliorem aliquam inuenias, vt ob iſtam animi tui humilem ſubmiſſionem gloria te afficiat Deus. Inter ſedendum caue ne crus cruri alteri ſuperponas: ſiquidem iſthuc facere, animi parum attenti, atque aliud agentis indicium eſt. Si cum inferiore te ſermonem habes, aut interrogatus ab eo aliquid reſpondes, caue ne ſuſpenſo animo illi negligenter reſpondeas, ea re videlicet quod fratrem contemnis: quando hoc facere, in Deum contumelia eſt. Qui enim deſpicit pauperem, vt eſt in prouerbio, exprobret* 29. Vrbanitas mutua.

Digitized by Google

exprobrat factori eius. Idem apud vrbaniſſimum Benedictum ſacirum eſt c.63.

30. Habitus animi, & corporis. 24. Habitum tandem cum animi, tum oris, vultus oculorum totiuſque corporis: atque vltima lineamenta, quibus quiſque æquabilis, moderatus,& grauis iudicari debet, paucis abſoluit Nazianzenum alloquens ep. 1. his: *Conſentaneum quidem fuerit ſummiſſis atque abiectis animis triſtis oculus, atque deorſum vergens, habitus neglectus, ſqualida coma, veſtis ſordida, adeo que lugentes conſultò meditatoque faciunt, ea ſuapte animi ſponte in nobis, & veluti habitu temerario extitiſſe videri debent. Tunica cinctu appreſſa ſit corpori,& adſtricta;cinctus neque muliebrem in modum ilia exuperet, neque prælaxus fluxam tunicam efficiat. Inceſſus eſto nec ſegnis, ne animum diſſolutum declaret, nec rurſus vehemens,inſolenterque incitatus, ne conſternatos impetus animi ſignificet.* Ex quibus notatum maner cap. 1. à num. 20. Baſilium tonſuratum non inceſſiſſe, neque cuculla opertum, ſed tunica,& pallio. Plura de his D.P.N. Bened. c.7. gr. 12.& cap. 55.

31. Amor cellæ medicina præſeruatiua. 25. Non tam vulneribus, quam cicatricibus remedia hucuſque adhibuiſſe videmur: vnicam autem reperit Baſilius medicinam præſeruatiuam cunctis morbis potentiorem, qua diſtractionum incommodis ac periculis medeterur Quæris quam? amorem cellæ. Audi S. Doctorem ſerm. illo commonit. ad Complex. Monach. vbi ait: *Quantum in te eſt, omnem in publicum prodiționem ſemper deuitato, ac mentis hoc modo diſtractionem fugito. Egreſſus es è cella tua, ibi continentiam reliquiſti. Quod ſi (vt aſſolet) neceſſitas incidat aliqua quamobrem extra cellam tibi exeundum ſit, columbam illam imitare, atque ad arcam, vnde fueras emiſſus, alis vſu velocioribus redi: atque vt illa cum oliuæ ramo in roſtro reuerſa eſt, ita tu quoque inter redeundum cum ore tuo Chriſti miſericordias decanta, atque hoc modo internis tuis animi cogitationibus perſuade, alibi te nuſquam cum ſalute poſſe conſiſtere.*

32. Examen conſcientiæ. 26. Nec minus ſalutare medicamentum conſcientiæ vulneribus medendis ab examine conſcientiæ petere docet, quod frequenter adhiberi admonet ſerm. 1. de Inſtit. Monach. his verbis. *Vnuſquiſque antequam cubitum eat, cum animo ſuo conſcientiam ſuam exquirat: at ſi quis quid vel cogitauerit, vel etiam locutus fuerit eorum, quæ non decent, vel ſi inter orandum minus attentus, aut in Pſalmorum decantatione tædio anxius fuerit, aut communis vitæ deſiderio ſe ſenſerit titillatum, admiſſum a ſe delictum nullo modo occultum teneat: ſed in medium audientibus cunctis enunciato, vt per communem orationem ſanetur morbus illius, qui in eiuſmodi malum inciderit.* Vide notata de confeſſione culparum cap. 3. à num. 153.

33. Amicitiæ peculiares improbitatur. 27. Tandem intra abditos & penetrales Cœnobij focos peculiares iungere amicitias, ſeu potius amiculis obſequi, minus probat ibidem inquiens: *Porro in huiuſmodi hoc communi contubernio nequiquam patitur charitatis lex aliquas cœiri ſecum aut amicitias, aut ſodalitates Siquidem nullo modo fieri poteſt, quin affectiones iſtæ, quæ in hanc magis quam in illam propendent partem, plurimum incommodent communi omnium concordiæ. Quod ſi quis inuentus fuerit, qui maiore quadam animi propenſione Monachum fratrem, vel propinquum, vel alium quemuis quauis de cauſa videatur diligere, hunc caſtigare oportebit, vt iniuriam publicæ charitati.*

§. V.

Quid de Pauperibus, infirmis, hoſpitibus, & pueris ſtatuerint.

28. HActenus obſeruantiæ, quibus de honeſtè Deo, ſibique à Monachis conſultum, atque prouiſum eſſe debet: Qualiter vero erga proximos ſe habuerit Sanctorum Patrum Aſcetica ſchola, ſumme pauperes, infirmorum, hoſpitumque cura manifeſtat. Ac primum curationi ægrororum Xenodochium erexiſſe Baſilium, quibus à Monachis ſtudiosè inſeruiebatur, prodit Reg. 155. Breu. vbi percunctatus ab illis: *Quoniam qui ægrotis in hoſpitali miniſtramus, iis cum ea animi affectione iubemur miniſtrare, veluti ſi fratribus Domini miniſtraremus: ſi talis non fuerit, cui miniſtratur, quomodo nos aduerſus illum gerere debemus?* Ibi autem interdum Monachos curari præter inſtitutum non fuiſſe, innuit Interrog. 186. Breu. vbi rogatus: *Numquid qui inter fratres vitam agat, & in corporis debilitatem inciderit, hic in hoſpitale oporteat amandari?* Reſpondet: *In hoc habenda eſt ratio diligens cuiuſque loci, & finis accommodati ad communem vtilitatem, in gloriam Dei.* 34. Xenodochiũ extruit Baſilius.

29. Vſque eò autem deuenit conſultiua opportunitatum, multiplexque prouidentia Baſilij, vt rogatus Reg. 184. Breu. *Si fratrum familia in aduerſam valetudinem inciderit, atque ob eam cauſam ad inopiam deuenerit, numquid ea ſine ſcrupulo res ad vſum neceſſarias accipere ab aliis poſſit? & ſi poſſit, à quibus poſſit?* Reſpondet. *A quibus conueniat accipere, & quando, & quomodo, is ſtatuet, cui communis procuratio credita eſt, memoria tenens quod dicit Dauid: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Itemque: Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.* Quibus haud obſcurè à curatione Fratrum excludit mulierum obſequia, vel aliorum, ſi qui forte occurrant, quorum congreſſu grauitas Monaſtica dehoneſtari poſſit. 35. Quid ſi tota familia fratrum ægrotet.

30. Quod ſi aduerſa valetudo in ſummas anguſtias fratrum familiam adducat, vt interdum neceſſe ſit Fratribus ab Antiſtite miniſtrari, docet Reg. 31. ex fuſ. neque Antiſtitem dedignare officium, neque fratres recuſare debere miniſterium vbi præmiſſo Chriſti Domini exemplo Petri pedes lauantis, & Petri reuerentet miniſterium recuſantis inquit: *Quamobrem non eſt cur metuere debeat is, qui ſubiectus eſt, ne ab humilitate diſcedat, ſi quando contingat, vt ipſi miniſtret, qui maior ſit ipſo, quando docendi cauſa ſæpè & exempli in animos cæterorum altius infigendi, potius, quam quod neceſſitas id vlla deſideret, huiuſcemodi officia ab eo ſolita ſunt adhiberi. Obediendo igitur, imitandoque, humilitatem ſuam probet vnuſquiſque, non autem altercando per humilitatis ſimulationem ſuperbiæ arrogantiavè munere fungatur. Contradictio enim indicio eſt velle, qui repugnat, eum ſui iuris eſſe, nec alteri parere.* 36. Antiſtitis obſequia ab infirmis nõ recuſanda.

31. Rogat vſus ne fuerit medicis ac medicamentis

Baſilius medicos & medicamēta non repudiat.

37. mentis Baſilius? Baſilius ipſe ad Euſebium Samoſat. Epiſc. reſpondens ep. 8. quæſito ſimul reſponſum reddit his verbis. *Quo tandem animo fuiſſe me putas, cum tuas, ô vir pie, accepi literas? Si enim ſenſum illarum reſpiciebam, cum impetu volui rectà ad vos volare. Si verò ad corporis imbecillitatem, qua ligatus decumbebam, non ſolum ſenſi me non volare, ſed ne in lecto quidem conuolui poſſe. Nam quinquaginta his diebus æger decubui, quibus mihi ſedulò adfuit dilectus & omnium ſtudioſiſſimus frater noſter, & cooperator Elpidius. Multum enim febre conſumptus penuria nutrientis materiæ, arida hac carne ceu lucernarum papyro circumdatus, marcida, longaque ægritudine laboraui. Antiquum vulnus hinc accedens à cibis me abſtraxit, oculis ſomnum ademit, tandem morti, & vitæ confinem me effecit, tantum viuere permittens, quantum ad dolorem ſentiendum opus eſt.* Vidiſti Baſilium de integro ægrotantem, audi curationem. *Itaque & aquis vſus ſum natura calidis, & quaſdam medicorum curationes amplexus ſum.* Quibus nec medicos, nec medicamenta repudiaſſe prodit apertè. Aquarum autem calidarum vſus duo reſpicere potuit; vel balneas, quibus corpora lauantur, quas à quibuſdam Veterum Patrum proſcriptas, ab aliis (quibus conſentit D. P. N. Benedict. cap. 36.) permiſſas infirmis inuenies lib. 3. cap. 4. num. 55, & cap. 6. num. 44. & lib. 4. cap. 4. à num. 67. & lib. 5. cap. 1. num. 166. & capite 2. num. 22. vel ad potum aquæ calidæ, quæ loco vini pro deliciis debilibus, & infirmis propinabatur, & in pretio erat, de quo ſupra lib. 2. cap. 12. num. 61. & lib. 4. cap. 3. num. 5. & capite 4. numero 59. & lib. 5. cap. 2. num. 22. quæ tu conſulas.

Hoſpitum ſuſceptio qualis eſſe debeat

38. 32. Iam quale hoſpitium ſuperuenientibus paratum eſſe debeat, quæque hoſpitalitas cum Monachis, tum ſæcularibus exhiberi ſolitum fuerit, luculenter prodit Reg. 20. ex fuſ. in hæc verba: *Quoniam videmus eos, qui in ciuili vitæ genere verſantur, humilitatem paupertatis fugere, ob eamque cauſam quotieſcumque aliquis ipſis ſuſcipiendus hoſpes ſit, epularum & copiam, & magnificentiam ſtudioſius conſectari: equidem metuo ne ad nos quoque furtim ſe iſtiuſmodi peſtis inſinuet, neuè planè, ij eſſe conuincamur, quos tantopere commendata à Chriſto paupertatis pudeat: Vt igitur ſi vaſa argentea, velauè purpura prætexta, aut mollia ſtragula & pellucida amicula foris accerſita compararemus, ex decoro noſtro non eſſet: ſic indecorum prorſus fuerit, ſi noua, & à communi victus noſtri ratione longè abhorrentia eſcarum genera excogitare velimus.* (*Sumptuoſi apparatus fugiendi.*) *Illud enim circumcurſare nos, vt ea peruestigemus, quæ non ad neceſſarium vitæ vſum requirantur, ſed ad explendam miſeram libidinem, ambitionemque anxiè ſolita ſunt inueniri: præterquam quod fœdum, ac turpe eſt, & ab Inſtituto noſtro alienum exemplo etiam apprimè nocet, qui luxu diffluunt, ac deliciis, & vitam beatam ventris voluptatibus finiunt, nos quoque in earundem rerum, quibus inhiant ipſi, curis ſolicitudinibuſque verſari animaduertant. Quid ergo nobis cum apparatibus ſumptuoſis?* Quibus argutè carpit eam, quæ in Monachos prætextu vrbanitatis, & pietatis vana oſtentatio irrepſit in hoſpitum ſuſceptione, cuius incommoda à Sancto Doctore expreſſa crebrò cum diſpendio honoris apud ſtolidos ſeculares experimur.

Pergit S. Doctor ad mediocritatem reuocans hoſpitij neceſſitudinem. *Acceſſit ad nos hoſpes aliquis? Si frater eſt, & idem nobiſcum vitæ Inſtitutum habet, is domeſticam ſuam menſam agnoſcet: quippe cum, quæ domi reliquerit, ea inuenturus ſit apud nos. At defatigatus ex itinere? Eatenus cum eo prolixius, liberaliuſvè agatur, quatenus ad recreandam eius laſſitudinem ſit ſatis. Acceſſit alias à communi, vulgarique viuendi conſuetudine: hic diſcat ex factis, quæ ratio illi perſuadere non potuit: formulam, & adumbrationem hic mutuatur vitæ frugalioris? Inſideant in eius animo monumenta, quæ ipſi memoriam excitent menſæ Chriſtianorum, neque pudendæ propter Chriſtum paupertatis. Quod ſi his minimè ille permouebitur ac potius ridiculò habebit, prorſus iterum nobis moleſtus non erit.* Hæc ille de mediocritate cum mediocribus ſæcularibus tenenda. Sed quid ſi in diuitem, procerum helluonem, delicatulumve hoſpitem inciderimus? 39.

Mediocritas hoſpitij quæ tenenda.

Cum Monachis. Cum ſæcularibus.

Subdit. *Verum enimvero nos quandocumque diuites aliquos animaduertimus ex iis, qui ſummum bonum in voluptatibus ponunt, vehementer admodum illorum vicem dolemus, deploramuſque quod totam vitæ tempus in futilibus, ac nullius pretij rebus conſummant, nempe qui voluptates ſuas Deum ſibi conſtituerint. Quod ſi futurum eſt, vt nos quoque in iiſdem, in quibus ipſi, criminibus ſimus, & eaque voluptuaria ſunt inquiramus, & ad oſtentationem ea apparemus, equidem metuo, ne quæ deſtruximus, ea ædificare videamur illis etiam eiſdem rebus, per quas cæteros indicamus; nempe quorum vitæ aſſimulatio ſit: qui videlicet modo in hanc, modo in illam formam pro varia temporum ratione tranſeamus. Niſi fortè. veſtitus etiam damnandus nobis ſit, quoſcumque caſus tulerit, vt in ſuperbos, ac faſtidio elatos aliquos inciderimus. Quod ſi hoc facere minus Inſtituto noſtro conueniat, illud certè multò ab honeſto alienius, ſi ob iſtos delicatulos à menſa noſtra ſolito ritu receſſerimus. Quamobrem tu quoque cum & largiore epularum copia, & exquiſita nimis in illis ad voluptatem apparandis ſolertia in fratre accipiendo, menſa tua ſolitum ritum mutas, ſine controuerſia ipſum veluti hominem voluptatibus deditum accuſas, & apparatu illo ei contumeliam infligis: Nimirum qui ventris illi libidinem obiicies. Porro aliis rebus eſt opus, pro diſſimilitudine videlicet naturæ corporis cuiuſque, & propoſita rei gerendæ neceſſitate. Siquidem huic largiore & validiore opus eſt cibo propter defatigationem laboris, illi contra tenuiore, leuioreque, & ad corporis ipſius imbecillitatem accommodato. In communi autem hoc ſtatuendum eſt, vt cibaria, quæ promiſcuè omnibus apponantur, eiuſmodi ſint, quæ cum vili precio, tum paruo etiam negotio comparentur.* 40.

Neque propter diuites & proceres ritus menſæ mutandus.

Ne vero quis putet lauto & ſuperfluo hoſpitio præſcripto, agreſti forſam hoſpites ſuſcepiſſe Magnum præceptorem, perpende lector quæ ibi ſubiungit. *Adhibenda tamen in menſa neceſſario vbique munditia eſt, atque elegantia, ita tamen vt nuſquam extra fines noſtros egrediamur. Atque hoc vnum in acceptione hoſpitum noſtra ſpectemus modò, vt eorum cuiuſque, quos acceperimus, neceſſitati ſatisfiat. Qui enim vtuntur hoc mundo, inquit, ſint tanquam non abutentes. Porro abuſus nihil eſt aliud, quam ſumptus ille, qui vltra neceſſarium vſum ſit. Non ſane* 41.

Munditia & elegantia menſæ commendatur.

nobis

nobis pecunia? nec ſint; non ſunt referta penorat quid tum? Viuimus enim in diem, & in labore poſitus nobis eſt victus. Cur igitur eſcam à Deo eſurientibus datam perversè in iſtorum delicias, ac voluptates inſumimus? Et peccamus vtrinque, qui & illos egeſtatis angustias intendimus, & his ſaturitatis incommoda exaugemus. Vide D.P.N. Bened.cap.53.

42. Hoſpites nõ colloquendi abſque licentia.

33. His addit inſtitutum aliud verè Monaſticum in ſuſceptione hoſpitum tenendum. Reg. 45. ex fuſ. ſcilicet ne cui liceat abſque Præſidis permiſſu hoſpites alloqui: *Si inciderit,* inquiens, *aliquando, vt qui aliunde acceſſerit, aliquem de re aliqua quam ignorat interrogauerit, iſque, qui vice alterius interrogatus ſit, haberet, quod commodè reſponderet, conſeruandæ tamen diſciplinis cauſa, tenere ſilentium debet.*

43. Quoniã propoſito pueri ſæculores admittendi ad diſciplinam.

34. Morem autem nobilibus gerens, quibus ab initio Cœnobiorum familiare fuit puerulos filios ſuos artibus & humanitate informandos Monachis offerre, rogatus Reg. 292. ex Breu. *Nunquid conueniat, vt inter fratres magiſter ſit puerorum ſæcularium?* Reſpondet: *Cum Apoſtolus dixerit: Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini: ſi qui eos adducunt, hac mente adducunt: & qui ſuſcipiunt, tales ſunt, qui planiſſimè confidant poſſe ſe, qui ſibi adducantur, in diſciplina & correptione Domini educere, ſeruetur quod præceptum eſt à Domino, qui dicit: Sinite paruulos venire ad me, talium eſt enim Regnum cœlorum. Remoto autem huiuſcemodi propoſito, ac ſpe; hoc neque Deo gratum, neque ex decoro, aut vtilitate noſtra eſſe exiſtimo.* Morem hunc ab vnguiculis colere cœpit ſacra Benedicti familia, & vſque in præſens obſeruant per pauca Cœnobia, vnum præſertim Valliſoletanum: in reliquis autem ferè omnino obſoletus eſt.

44. Nihil pro oblatis accipis Baſilius.

35. Non ſolum autem educationis, ac liberalis Inſtitutionis prætextu, nobiles pueri admittebantur in Monaſterio, ſed offerebantur nonnulli, Deoque à parentibus conſecrabantur ab infantia ſub Monaſtico habitu, & inſtituto, adeo teneri, vt vſum rationis anteuerterent, vt Maurus, & Placidus: quod adhuc vigebat. D.P.N. Bernardi æuo in Cluniacenſi Monaſterio, vt oſtendit miraculoſa eius Epiſt. 1. in medio imbris ſine imbre exarata ad Robertum nepotem, aliiſque exemplis, quos adducit Zepius tom. 2. A.C.633. & noſter Brauo in Notis Reg.c.59. Id autem in Baſilio habuiſſe initium haud obſcurè innuit Reg. 304. Breo. vbi de oblatis rogatus: *Nunquid pro his, qui traditi fratribus ſint, à propinquis eorum, ſi dare aliquid velint, accipiendus ſit?* Reſpondet: *Huius rei cura arbitriumque eſto penès Antiſtitem. Veruntamen in hoc ſi mea etiam ſententia exquiritur, exiſtimo magis conſultum iri offenſioni multitudinis, & ad ædificationem fieri fore commodius, ſi repudientur huiuſcemodi munera. Siquidem ex illorum ſuſceptione primum illud incommodum naſcitur, quod ſæpenumerò ob eam rem malè audit Fratrum Reſpub. Deinde illud etiam, quod ad ſuſtollendos animos propinquorum illorum, vnde allata illa ſunt, cauſam dant. Quare cum ex ea re tot ſimul cauſæ ad peccatum naſcantur, rectum eſt, ſi quæ ſunt huiuſcemodi, ea non accipiantur; & Antiſtiti facultas detur, vt ſtatuat ipſe à quibus ſumi, & quæ ſumpta ſunt, quomodo diſtribui conueniat.* Rem arbitrio profitentium commiſit, D.P.N. Benedictus in adultis, maturoque iudicio profitentibus cap.58. In pueris autem oblatis, parentum voluntati reliquit, cap. 59. eo tamen pacto vt *promittant ſub iureiurando, quia nunquam per ſe, nunquam per ſuffectam perſonam, nec quolibet modo,* ei (nempe puero tradito ſeu oblato) *aliquando aliquid dent, aut tribuant occaſionem habendi. Vel certè* (inquit) *ſi hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemoſynam Monaſterio pro mercede ſua, faciant ex rebus, quas dare volunt Monaſterio donationem: reſeruato ſibi, ſi ita voluerint, vſufructuario.* Crediderim tamen poſſe vtrumque legiſlatorem in concordiam adduci, ſi vterque voluerit nihil prorſus profiteori ex rebus ſuis reſeruari: ſecùs Monaſterio.

Gratum autem erit accipere ab Smaragdo in cap. illud 59. antiquam petitionis, ſeu profeſſionis formulam, qua olim pueri offerebantur a parentibus ſub præſcripto Benedicti, quæ ſic habet: *Dum legaliter ſancitum antiquitùs teneatur, & cautum, cum oblationibus Domino parentes ſuos tradere filios in Templo Domini, Domino fideliter ſeruituros, proculdubio hoc de noſtris faciendum filiis nobis ſalubriter præbetur exemplum. Æquum etenim eſt Creatori noſtro de nobis reddere fructum. Idcirco hunc filium noſtrum nomine. N. cum oblatione in manus, atque petitione, altaris palla omnia inuoluta, ad nomen Sanctorum, quorum reliquiæ hic continentur, & Abbatis præſentis, trado coram teſtibus, regulariter permanſurum: ita vt ab hac die iam non liceat illi collum de ſub Regula excutere iugo; ſed magis eiuſdem Regulæ fideliter ſe cognoſcat inſtituta ſeruare, & Domino cum cæteris gratanti animo militare. Et vt hæc noſtra traditio inconuulſa permaneat, promittimus cum iureiurando coram Domino, & Angelis eius, quia nunquam per nos, nunquam per ſuffectam perſonam, nec quolibet modo per rerum noſtrarum facultates aliquando egrediendi ei de Monaſterio tribuemus occaſiones. Et vt hæc petitio firma permaneat, manu noſtra eam firmamus, & teſtibus roborandam tradidimus.* 45. Formula profeſſionis oblatorum.

Caue autem putes Lector verbis illis: *ab hac die iam non liceat illi collum de ſub Regula excutere iugo:* Libertatem puero adimi in poſterum retrocedendi: Senſus enim eſt, quantum eſt ex vi huius profeſſionis, & voluntatis parentum, perpetuo manere obligatum: ea vero obligatio vſque ad pubertatis annos durabat; tunc vero puerum reclamare atque egredi poſſe certum eſto; vt probat P. Sanchez quæſtione in terminis agitata lib. 4. ſummæ cap. 18. à n. 8. Noſter Brauo in Not. cap. 59. imo vt benè notat Turrecremata in eundem Regulæ locum ad annos diſcretionis perueniens etiam impubes reclamare poterat, & ad ſæculum redire, vt habetur extra. De Regularibus in cap. *Cum ſimus.* Et expreſſius in Concilio Aquiſgran. Can. 36. His: *Pater, aut mater tempore oblationis offerant puerum in altari, & petitionem* (id eſt profeſſionem) *pro eo coram teſtibus laicis faciant, quam tempore intelligibili ipſe puer confirmet:* nempe, ſi velit. Qualiter hæc profeſſio obligabat.

* * *

§. VI.

§. VI.

Quid de Artefactorum diſtractione inſtituerint, eſt de ordine egrediendi de Monaſterio?

47. Artes ſuperioris arbitrio addiſcendæ.

36. ARtium exercitio ad vitam, victumque neceſſaria in ſchola Baſilij fuiſſe quæſita, conſtat ex dictis in Regula cap. præced. tradita Interrog. 192. num. 148. ac proinde præter Magiſtros ingenuatum, quibus pueri inſtruebantur, Mechanicis etiam quibuſdam Monachos operam dediſſe, certum eſto ex notatis ibidem. Eas vero ſuperiorum arbitrio, non erudiendi iuuenis delectu addiſcendas ſtatuit Reg. 41. ex fuſ. ſub his verbis: *Ceterùm in his, quæ conceſſa ſunt artificiis, nequiquam permittendum eſt vnicuique, vt arbitratu ſuo diſcat, quod velit, ſed illud tantummodo, ad quod aptum eſſe illum Antiſtites iudicauerint. Qui enim ſeipſum abnegauit, ſeſeque voluntatibus ſuis omnino ſpoliauit, is non quod vult facit, ſed quod docetur. Neque vero ratio permittit, cum ſibi ipſi, quod expediat deligere, qui gubernationem ſui aliis tradiderit. Quemadmodum autem vnumquemque ſua ſponte, quod ipſi placitum ſit, eligere indecorum eſſe docuimus, item quoque pars ratione putandum eſt, in vitio eſſe, ſi quis, quæ alij probauerint, ipſe recuſet. Quin potius ſi quis etiam artem aliquam habeat, cuius tractatio communitati fratrum non placeat, æquiſſimo animo abiicere illam debet; illudque declarare, nulla ſe rei vllius vitæ huius cupiditate adductum teneri. Quemadmodum autem ſua ſponte ad artem aliquam aſſilire, ac velut vtilitati repugnat: ſic noles admittere, quod iuſſus ſis, caſtigatione dignum eſt, idque ea re, ne & arrogantiæ vitium in nobis alatur, & morigera, & ad omnia perſuaſibilis obedientia diſciplina paſſum cat, ac diſſoluatur.* Quas autem artes Monachis addiſcere licuerit, tradidimus ex ipſo cap. præced. num. 148. Docet plurima in præſenti & interrog. ſeq. de cura ferramentorum, deque animi affectione, qua laborari debet, ſed de his ſatis in Regula cap. præced. Interrog. 81. 86. 100. 102. 103. 104. 105. 106. 118.

48. Quolibet artefacta diſtrahenda.

37. Verùm quia auaritia officium omne quemlibet ſanctum, ac ſolemne comminuit, nullumque vitium terrius eſt, ne fortè arte factorum occaſione cum Monachorum leuis euagatio, tum etiam iniurioſa alienorum appetitio viſceribus inhæreret, per contactus Reg. 39. ex fuſ. *Quæ ratio teneri debet in vendendis mercibus quomodoque peregrinatio ſuſcipi.* Reſpondet: *Atque illud etiam ſtudendum eſt, ne quæ fecerimus opera, ea in longinquas quaſdam regiones exportemus: neuè venditionis cauſa temerè nos in publicum demus. Siquidem honeſtior eſt ea, quæ fit vno, & eodem loco permanſio, vtiliorque cum ad mutuam ædificationem, tum ad perfectam quotidiani victus conſeruationem. Itaque vt quieti conſulamus, detrahendum eſt aliquid de pretio potius, quam modici lucri cauſa peregrè longius abeundum.* Quadrat omnino D.P.N. Benedictus cap. 57.

Minuendum pretiũ.

49. Qualiter & ad quas nũdinas eundum.

Pergit: *Caterum ſi hoc fieri non poſſe, vſus ipſe docuerit, ne ſuſcepta huiuſmodi de cauſa peregrinatio infructuoſa nobis accidat, deligere nos & ciuitates, & loca oportebit hominum religioſorum, eoque ſtatui nundinarum temporibus plures vna ſimul fratres concurrere, nobiſcumq; quiſque, quas elaborauerimus merces, afferre, communiterque cuncti iter inire, viamque pſallendo, orandoque, noſque viciſſim alter alterum ædificando conficere. Ac poſtremo vbi ad locum iam peruenerimus, quem petebamus, eadem communiter cuncti hoſpitia capere, idque cum mutuæ cuſtodiæ cauſa, tum vt nullum nos orationis tempus neque diurnum, neque nocturnum effugiat: tum etiam vt improborum, ac fraudulentorum hominum congreſſus minore noxa euadamus, ſi in multorum ſocietate ſimus, quam ſi ſoli tantummodo, quando etiam, qui iniurioſiſſimi ſunt, iniuriarum ſuarum teſtes habere multos recuſant.*

His obſeruationem ſequentem addit, ſanè piiſſimam Regul. 40. *Verum, neque nundinationes illæ, quæ ad ſepulchra Sanctorum Martyrum celebrari ſolitæ ſunt, conuenire nobis putandæ ſunt. Neque enim vllam aliam ob cauſam adeſſe decet Chriſtianos ad Martyrum conditoria, aut iſtis contigua loca inuiſere, quam orandi cauſa, & vt Sanctorum conſtantia admoniti, in qua illi, ne pietatem amitterent, ad necem vſque fortiter perſeuerarunt, ipſi quoque ad ſimilis fortitudinis æmulationem incitentur. Nimirum memoria tenendum eſt illud, quam terrifica, & formidabili ira olim exarſerit Dominus, qui cum ſemper & vbique manſuetus, & humilis corde fuiſſet, in eos tamen ſolos flagellum intendit, qui circum templum vendendis, emendiſque mercibus operam dabant, quippe quaſi nundinatio illa orationis domum in latronum ſpeluncam conuerteret.* Is autem abuſus adeo irrepſit, vt in præcipuis fælicitatibus Chriſti Domini ſanctæ Deiparæ & Apoſtolorum nundinæ iam celebrentur; non tantum in Monachis præſcriptione dignus, ſed communi Eccleſiæ decreto ab omni populo Chriſtiano exterminari meritus.

50. Ad ea quæ in ſanctorũ ſolemnitatibus celebrantur non eundum.

38. Sed quibus, quæris, peregrè proficiſcendi facultas permittebatur in ſchola Baſilij? Reſpondet ipſe Reg. 44. ex fuſ. *Peregrinandi quidem poteſtatem ei permittito, qui in peregrinatione ſine animæ ſuæ detrimento, & cum vtilitate eorum, quibuſcum congrediatur, poſſit verſari: quando niſi idoneus aliquis affuerit, longè eſt præſtabilius ſummam omnium rerum neceſſariarum penuriam perpeti; atque egeſtatem, etiamſi propterea ſubeunda mors ſit, quam ſubleuandæ neceſſitatis corporis cauſa perſpicuum, & omnibus confeſſum animæ detrimentum negligere. Quamquam huic ipſi etiam incommodo medetur lex charitatis. Si enim inciderit aliquando, vt in Conuentu aliquo deſit, qui tuto commodeuè poſſit foras amandari, neceſſitati huiuſcemodi ſatisfacient ij, qui loco proximi erunt, cum & communia itinera faciant, & abſentes à domo viciſſim alij ab aliis nunquam ſeparentur.* Hoc autem peruium & facilè erat, cum Monaſteria Baſilij non admodum à ſe inuicem diſſita fuiſſent, pluraque ab vno generali capite regerentur, vt infra dicemus.

51. Quibus egredi domo permiſſum.

39. Hinc iuuenes, & imberbes in publicum è Monaſterio prodire penitus vetat ſerm. 1. de Inſtit. Monach. vnde ætatulæ pericula procerentur; his verbis: *Cum autem neceſſaria aliqua de cauſa neceſſe fuerit in publicum prodire, Antiſtitis arbitrium ſit, eos ad hoc deligere, quos idoneos, qui prodeant, ipſe indicauerit: itemque contra præcipere, vt domi remaneant, quorum ſimi-*

52. Adoleſcentibus prohibitum.

Iſter ex re hoc ipſe cenſuerit. Plerumque enim in adoleſcentum corporibus, tametſi ſummopere continentia colenda macerare ſe ſtudeant, neſcio quomodo naturalis ætati illi coloris quaſi decor quidam efflorescit, in quam, qui inſpexerint, ij libidinum plerumque ſtimulis ſolent permoueri. Quocirca, ſi quis ſic, qui, quod ad corporis florem attinet, adoleſcens ſit, is huiuſcemodi decorem ſuum occultato, eumque tamdiu celatum teneto, quoad ſpecies pulchritudinis ad maturum ſtatum aliquem peruenerit.

Et quibus coloris flos incid.

53. An liceat Monacho viſitare?

40. Diſtrictiùs adhuc Reg. 311. Breu. ſciſcitatus: Nunquid rogati ab aliquibus ad eos viſitandi gratia abire nos conueniat? Reſpondet: Omnino viſitandi Officium vnum eſt ex his, quæ grata ſunt Deo. *Veruntamen qui eo fungitur, is & ad intelligendum eſſe ſagax debet, & ad reſpondendum prudens, & illud facere, quod dictum eſt: Sit ſermo veſter in gratia ſale condiens, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere. Illud autem quempiam viſere, vel conſanguinitatis, vel amicitiæ cauſa, alienum eſt à noſtra profeſſione.* Temperanda tamen hæc Inſtitutio ex dictis cap. præced. n. 69. in nota ad Interrog. 31. quæ conſulas.

54. Reuertentes ex itinere de quibus interrogādi.

41. Gratum ex his lectori fore indico, ab ipſo Baſilio nunc ediſcere, de quibus à peregrinatione reuertentes interrogari debent? Numquid de Regni, aut Reipublicæ nouitatibus, mercium prætiis, bellorum euentibus, prophaniſvè ſæcularium nugis, vel leuitatibus? Abſit. *Cæterum* (inquit S. Doctor Reg. 44. ex fuſ.) *vbi, qui emiſſus fuerit, domum iam ſe ex peregrinatione receperit, eum diligenter percontator, quid abſens interim egerit, in quorum hominum congreſſus inciderit, cum illis, quos ſermones contulerit, in cuiuſmodivè ſecum ipſe cogitationibus ſit verſatus, num aſſiduè die noctúque in Dei timore permanſerit, an è recta ſemita interdum aberrarit, & à communi decreto aliquid innouarit, idque terrore perculſus, externorum calamitatum, an propria ſocordia lapſus? Et quod rectè ab ipſo factum audieris, approbatione confirmato. Quod autem contra vitioſè, leni cura, prudentique admonitione corrigito. Ita enim & attentiores eſſe, aſſueſcent, qui itineribus ſe dabunt, ſi de reddenda ratione ſoliciti ſint: & nos quamdiu abiuncti illi à nobis permaneant, neutiquam videbimur illorum vitæ curam negligere.* Hinc D. P. N. Benedictus reuertenti ex itinere quæcumque foris Monaſterium viderit, aut audierit, aliis referre prohibet, ſub comminatione vindictæ regularis: *quia plurima* (inquit) *destructio eſt* cap. 67.

55. Secularis conſuetudo perſcribitur.

42. Sed ne qui domo egredi prohibentur, in Cœnobio ipſo, vbi minus periculi videretur, ſæcularium conſuetudine in flammam venirent, ac velut in portu periclitarentur, hæc ſtatuit ſerm. 1. de Inſtit. Monach. *Viri non quiuis temere admittuntur, ſed ij tantummodo, quos idoneos, qui ingrediantur, Antiſtes iudicarit. Plerumque enim hæc temerè facta omnibus ingrediendi poteſtas intempeſtiuorum quorumdam ſermonum, ac narrationum minimè conuenientium cauſa eſt, ex quibus animus in futiles, minimeque neceſſarias poſtea cogitationes delabitur. Quocirca communis quædam ſtatui lex debet, vt ſolus Antiſtes ipſe conſulatur, & reſpondeat de rebus iis, ad quas neceſſariò videatur debere reſponderi. Reliqui nugantibus ob locutionibus variis nihil reſpondeant, ne ad perpetuendam nugacium verborum ſeriem illi pertrahantur.* Vide D.P.N. Bened. cap. 53.

Denique omnium maximum propulſat periculum ibidem inquiens: *Mulieres à Monaſteriorum ingreſſu prorſus arcentor.* Quibus breuiter ac dilucidè Monaſticam clauſulam ſtabiliuit.

Clauſura Monaſtica.

§. VII.

Quid de pœnis delinquentium ſtabilierint?

56. Culparum confeſſio Conuentualis.

43. AD multas iam deueniamus, quæ legum præſcripto negligentibus, ſocordibus, vel diſſolutis irrogabantur. Prius autem humilem, publicamque culparum confeſſionem coram adſtantibus Fratribus primis tenebris ante cubitum fieri ſolitam aperiamus, ex ſerm. 1. de Inſtit. Monach. vbi ait: *Si quid quis vel cogitauerit, vel etiam locutus fuerit eorum, quæ non decent, vel ſi inter orandum minus attentus, aut in Pſalmorum decantatione tædio anxius fuerit, aut communis vitæ deſideria ſe ſenſerit titillatum, admiſſum à ſe delictum nullo modo occultum teneto, ſed in medium audientibus cunctis enuntiato, vt per communem orationem ſanetur morbus illius, qui in eiuſmodi malum inciderit.* Concinit ſibi ipſi Interrog. 199. & 200. ſuæ Regulæ quæ conſulas cap. præced. n. 152. & 153. & ibi notata.

57. Pœnæ regulares communes.

44. Pœnas autem quibus regulariter delinquentes multabantur ibidem exprimit his verbis. *Iis autem, qui in culpa aliqua deprahenſi fuerint, ad magnitudinem delicti pœna etiam modus accommodator videlicet vt. I. Vel in communi cum cæteris pſalmorum decantatione intereſſe prohibeantur. II. Vel ad Orationis communionem neutiquam admittantur. III. Itemque à cibi communicatione arceantur.* Quibus ferè ad verbum quadrat D. P. N. Benedictus cap. 23. 24. 25. 26. & alibi paſſim. vbi plura de excommunicatione Regulari culparum hic expreſſe.

Canones multatitij Baſilij germani.

45. Sed vero Inſtituti noſtri tenendi cauſa, inſerendus in præſenti eſt multarum ſyllabus ad calcem Regularum Breu. à Baſilio (vt credo) digeſtus, ni forſam ab aliquo inter notha ipſius Aſcetica numeretur, iuxta notata lib. 5. c. 1. à num. 5. Sed immeritò quidem id fieret: ſapit enim diuinam ipſiuſque phraſim dictiſque in Regula cap. præced. totoque præſenti capite additis concernit: de quo amplius diſputare non vacat. Sic autem habet.

ANIMADVERSIONES.

Aduerſus Canonicos delinquentes conſtitutæ.

Quando ab ipſo editi.

NOT. Edidit S. Doctor Canones hos multatitios ad Correctionem Monachorum, quos Cæſareæ Capadocum Epiſcopum agens regebat, vt prodit vox illa *ad Canonicos*, de qua te vide notata l. 5. c. 1. à n 83. quæ repetere pudet. Quod autem ibi de Chryſoſtomo, & Baſilio ad Epiſcopales ſedes euectis dictum eſt; idem de Gregorio Nazianzenum tenente dictum eſt.

58. Pœna negligentis tradere memoriæ Pſalterium.

1. *Si quis integra corporis valetudine orationes facere, aut pſalmos memoriæ mandare neglexerit excuſans excuſationes in peccatis, hic à reliquorum conſortio ſegregator, aut hebdomadem vnam ieiunato.* [N O T. Morem mandandi memoriæ Pſalterium amplexus eſt D.P.N. Benedictus cap.8. vt notauimus numer. 24. huius cap.

Obſecrantis à correptione.

2. *Si quis de errato aliquo adhibita charitate corripiatur, & correptionem non admittat, ſumma cum ſollicitudine obſecrans, ac propter ea, quæ deliquit, ignoſci ſibi poſtulans, hic quoque hebdomadam vnam à reliquorum ſocietate excluditor.*

Non corripientis vel temerè.

3. *Si quis alicuius alicui peccati conſcius fuerit, neque illum correxerit, aut pacificè & adhibita Chriſtiana charitate corripuerit, ſed cum perturbatione animi veluti fratrem potius triumphans, quam cauſam morbi tollere ſtudens, hic quoque vnà cum eo, qui de peccato caſtigabatur, hebdomadas duas à reliquorum conſortio abeſſe iubetor, quia vt inimicus, non autem vt frater corripuit.* [NOT. V. D. P. N. Benedictum cap. 70. vbi omnis temeræ præſumptionis in cedendo vel corrigendo vetat occaſionem.

Non ſobedientis fratri cum poſſit.

4. *Si quis quæ facere poſſit à fratre iuſſus, contumelioſè ſe, aut contumaciter gerat, nec adhibita omni, quæ eſt in Chriſto, lætitia obtemperet, tanquam qui præſidens in ſuo abundet ſenſu, ſimiliter hebdomadam vnam ſegregator.* [N O T. Concinit D. P. N. Benedictus cap. 71. vbi plura de mutua fratrum adinuicem obedientia.

59. Scurrilitatē ſectantium.

5. *Si quis ſutiliter garriat; aut in ſermone facetias conſectetur, neque adhibito timore, ac tremore doctrinam B. Apoſtolo, & Euangeliorum conſeruet, nihilominus hic etiam hebdomadam vnam ſegregator.* (NOT. V, D.P.N. Benedictum cap.6.

Iurantis.

6. *Si quis præter etiam & non iuſiurandum aliud det, & ipſe hebdomadam vnam ſegregator.* (NOT. Concinit mirè ſibi, ac Nazianzeno iuramentum omnino ab ore fratrum exterminantium vt notauimus in hoc capite num. 28.

Diſſimulantis & poſt corripientis

7. *Si quis fratri alicui peccati alicuius conſcius fuerit, & id diſſimulauerit, poſtea autem exprobrauerit, veluti traducendi cauſa, ſimiliter hic quoque tanquam malo alterius minimè indoleſcens, & qui inſultans delectetur potius. à reliquorum conſortio hebdomadam vnam ſegregator.*

Incorrigibilis.

8. *Si quis fratri alicui peccati alicuius conſcius ſit, & illum negligenter ferre animaduertat, & non adhibita cordis contritione, multiſque lachrymis Deum ſibi propitium facere hortetur, & admoneat ipſum, vt pœniteat, & opera pœnitentia digna præ ſe ferat. Si autem bis ita ſeruatis, nihilominus tamen ille ſalutem ſuam negligat, qui eiuſmodi eſt, is ex Conuentu prorſus exterminator. Modicum enim fermentum totam maſſam corrumpit.* [NOT. En Incorrigibilium & Contumacium ſupremum ſupplicium, nempe expulſionem è Monaſterio, cui omnino quadrat D.P.N. Benedictus cap. 28. vbi de his qui, ſæpius correpti non emendauerint: adeoque diſtrictè in contumaces inuehitur, vt nec Decanis c. 21. nec Præpoſito cap. 65. pepercerit, de quo latiùs ſtatim.

Egredientis è Monaſterio.

9. *Si quis præterquam vbi neceſſarij vſus poſtulent, extra egrediatur, ac temerè diuagetur, qui huiuſmodi eſt, ſegregator, vt quieſcant domi pedes cius.* [N O T. V. D. Benedictus capite 67.

10. *Si quis temerè iracundia elatus fuerit, ac non alterum fratrem rogauerit, quem offenderit, vt peccatum ſibi, quod in ipſum peccauerit, condonet, hic ſimiliter hebdomadam etiam vnam ſegregator.* [NOT. Concinit D. P. N. Benedictus cap. 71. — Non condonantis offenſam.

11. *Si quis contumelia aliqua à fratre affectus fuerit, & à Conuentu rogatus peccatum non condonarit, memoria tenens eum, qui dixit: Si quis aduerſum aliquam habet querelam, ſicut D Dominus donauit vobis, ita & vos: & hic ſimiliter à cæterorum conſortio hebdomadam vnam ſegregator.* [N O T. Tempus ſeparationis ſiue ab Oratorio, ſiue à menſa, in qua excommunicatio Regularis ſita eſt, Abbatis arbitrio pro menſura culparum vbique emittit D.P. N.Benedictus. — Eiuſdem.

60. De aliis Animaduerſionibus iudicium.

Incertius eſt an quadraginta nouem aliæ animaduerſiones in delinquentes vtriuſque ſexus (quas Græci exemplaris recognitor, aut excuſſor in editione Pariſienſi poſt Conſtitutiones Monaſticas, Chryſoſtomo vero earum Domino aſcriptas l.5.c.1.à n. 6. in poſtremum Aſceticorum locum reiecit) Baſilij germanæ ſint, an ſpuriæ? de quo iam antea dubitauit Ioannes Gillotius eiuſdem editionis præfectus in Parænesi ad Lectorem, quòd authoris nullam præferrent nomenclaturam, tituloque carerent. Reor quidem nothas, falſoque Baſilio ſuppoſitas, ac recentioris ſcriptoris opus eſſe: quod ex pluribus nouaris cum decretis, tum vocabulis conuincitur. Primo quia nomine *Archimandrita* per cunctos ferè canones vtitur vſque ad nauſeam: quod etſi Baſilij æuo fuerit in vſu (de quo tamen adhuc dubito) nullibi tamen inter innumera; atque indubitata ipſius Aſcetica ſcriptum inuenitur, in quibus Monaſterij ſuperior, *Antiſtitis Præfecti Moderatoris, Magiſtri Ordinis, Deſidentis* aliiſque id genus nominibus compellatur, nuſquam vero *Archimandrita*. Rurſus paſſim negligentes benedictionis priuatione plectuntur, quæ inter mulctas Baſilij vix inuenietur: nec apparet quænam illa fuerit benedictio, quæ toties incidit in præſenti quot ferè canones ſunt, & nunquam alibi. Ac tandem, vt alia prætermittam, nec phraſim, nec ſaliuam (vt aiunt) retinent Baſilij, vt conſtabit Canones hos præiactis, & ſubiiciendis §.9.à num. 91. aduerſus Canonicas delinquentes conferenti. Quamobrem eos expungimus: quod conſulto etiam Fumanus, & Cornarius in editione Veneta fecere.

61. Incorrigibilium pœna expulſio.

45. Atque his cum leuiores, tum etiam aliquantulum grauiores defectus mulctabantur. Summum autem ſupplicium de incorrigibilibus, atque importuniſſimis delinquentibus ſumebatur expulſione, atque abſciſſione omnimoda eorum è Monaſterio. Propenſius Canonem hunc tradit Baſilius Reg. 28. fuſ. vbi rogatus, *Quo eſſe debent omnes animo affecti aduerſus contumacem ſiue inobedientem:* Reſpondet: *Cæterum qui ita animo affectus ſit, vt ad exequenda Domini mandata cunctabundus accedat, & leteſcens; eius primo ſimul miſericordiam capere omnes debent, velut membri grauiter affecti, ipſeque priuatis admonitionibus Antiſtes operam dare, vt morbum ab eo illum depellat. Permanentem autem in obſtinatione, neque ipſum ſeipſum emendantem acrius coram cunctis fratri-*

bus redarguere, eique medicinam ſumma cum lenitate & verberum exhortatione adhibere. Porro is, ſi poſtquam admonitus ſæpius fuerit, nihilominus tamen inuerecundè in vitio perſeuerare, neque ſubeundis ala riter laboribus ſegnitiem ſuam emendare contendere animaduerſus ſit, hunc perinde, vt ipſum ſuimetipſius corruptorem (vt eſt in prouerbio) non ſine multis quidem lacbrymis lamentationibuſque, vt membrum tamen penitus vitiatum, inutileque, medicorum more, à reliquo corpore præcidere conuenit. Etenim illi, quodcumque tandem in aliquo membrum inſanabili morbo correptum inuenerint, ne vitium latius preſerpat, neve ex contagе ſe diffundente contiguas partes corrumpat, illud ſecando, vrendove tollere funditus ſoliti ſunt. Hanc autem eorum conſuetudinem neceſſario nos quoque in iis debemus imitari, qui præceptis Domini aduerſantur, impedimenteque ſunt; ita enim iuſſit ipſe, cum dixit: Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Hæc ibi. Vbi diſertè pluribus ſanctæ Scripturæ teſtimoniis rem confirmat. Et iterum Reg. 47. ex fuſ. *Quod ſi qui diutius* (inquit) *in contumacia hæſerint aduerſus Antiſtitem clam querulti, nec in apertum voluerint ſui mœroris cauſam prodere: hi perinde, ac diſceptationis inter fratres exortæ autores, aut qui certiſſimam autoritatem colliſerint, & labefactarint eius, quæ maiorum debetur præceptis obedientia, ac velut rebellionis, & inobedientiæ Magiſtri, prorſus à reliqua fratrum familia exiguntor. Eiice enim è Concilio peſtilentem, inquit, & exibit cum eo iurgium.* Canones hos ferè ad verbum in Regulam ſuam tranſtulit D.P.N. Benedictus cap. 28.

62. Puerorum coërtio. Quia verò pueri atque adoleſcentiores ætate *minus intelligere* poſſunt, (vt inquit D. P. N. Benedictus cap. 30.) *quanta pœna ſit excommunicationis*, eos non verbis ſolum, ſed verberibus potius caſtigandos præcipit Baſilius, ſi quid in domeſtico Monaſterij luctu Hilarius, aut inuerecondius dictum aut factum ab ipſis inueniatur. Rogatus namque Reg. 53. ex fuſ. *Quomodo artium Magiſtri peccantes pueros corrigere debeant.* Reſpondit. *Atque illud etiam ſeruandam eſt, vt qui artes docent, ij, ſi qua in re, quæ ad artem eam pertineat, quam tradunt, labi illos animaduerterint, quos in diſciplinam acceperint, ſeorſim eos verbis caſtigent, & errata corrigant. Quæcumque autem ab eis peccata comitantur, eiuſmodi, quæ animi morum peruerſitatem indicant veluti ſi quis contumax ſit, verbis contra contendat, in elaborandis operibus negligenter ſe gerat, garrulus ſit, & otioſiloquus, aut vanus, aut aliud denique aliquid agat eorum, quæ pietatis cultoribus vetita ſunt; hæc in quibus animaduerſa ſint, ij ad communis diſciplinæ moderatorem duci debent, & coram eo accuſari; vt ipſe ſit videlicet, qui ſtatuat, quatenus, quave ratione vnumquodque peccatum curari conueniat. Si enim obiurgatio eſt animæ curatio, prorſus obiurgare non eſt cuiuslibet, ſicut neque curationem admouere, niſi ſi quis ſit, cui munus hoc Antiſtes ipſe adhibita prius diligenti circumſpectione delegarit.* Verbera, quibus coërcendi ſunt, expreſſit D. P. N. Benedictus loco cit. Cæteris concinit cum ibi, tum etiam c. 70.

63. Eorum cuſtodia. In calce prudentem Baſilij præcautionem adiiciam ad euitandam puerorum garrulitatem ac feſtiuitatem, ſtatutam ſerm. commonitorio ad Compl. Monach. vbi graui, continenti, ac ſeuera diſciplina decernit & eorum conſuetudinem timendam, & tamen die noctuque cuſtodiendos: his verbis: *Quandocumq; aſſidendum eſt, aliquo ſemper ab eo* (nempe puero) *interuallo aſſideto; quandocumque capiendi ſomni cauſa cubandum, caue ne veſtimenta inter ſe mutuò ſibi veſtra propinquent, potiuſque medius inter vos aliquis ſemper adhibeatur ſenex.* Quibus ex parte concinit, & ex parte diſſentit D. P. N. Benedictus c. 22. Congruit loquens: *Adoleſcentiores fratres iuxta ſe non habeant lecta, ſed permixti cum ſenioribus* diſſentit dicens: *Veſtiti dormiant & cincti*: quo periculum miſcendorum veſtium ante præcauit. Quadrat etiam cap. 70. dictis de puerorum cuſtodia inquiens. *Infantibus vſque ad 15. annum ætatis cuſtodia ſit.* Vide notata cap. præced. n. 38.

§. VIII.

Aſcetriarum ſub diſciplina SS. PP. Baſilij, & Gregorij Nazianzeni degentium reliqui Monaſtici mores.

Regulam ſuam, cæteroſque Monaſticos canones cap. præced. & præſenti traditos, & illuſtratos, ad eruditionem omnium vtriuſque ſexus Monaſtici propoſiti profeſſorum fuiſſe conſcriptos, non ſemel aduertit Baſilius, præſertim Interrog. 9. & in notatis ibidem cap. 3. n. 39. præmonet autem expreſſiùs in Præfatione ipſa ad ſua Aſcetica vbi ait: *Neque vero. Virorum modò cauſa hæc ſuſcepta à nobis oratio eſt, ſed mulierum etiam. Siquidem ipſæ quoque nihilominus ſtipendia faciunt cum Chriſto per animi fortitudinem iſti accenturiatæ, & allectæ militiæ: neque ob corporis imbecillitatem velut non idoneæ reiiciuntur. Compluresque inuentæ ſunt fœminæ, quæ nihilominus minus ac mares fortiter ſe in huiuſcemodi bello geſſere.* Quod pleniùs legiſlatores ipſi ſuaſere Regulis Monachorum præcepta ſanctimonialium admiſcentes, prout, euentus, occaſio, locus vel interrogatio diſcipulorum ſuggerebat, vel exigebat neceſſitas: vt videre eſt cum in Regula ipſa, tum etiam in fuſius atque conciſſius diſputatis, vnde cætera, quæ deſunt, ex parte haurienda ſunt in præſenti. 64. Aſcetica hæc viris & fœminis ſcripta.

Præter hæc autem prolixum æquè atque amenum edidit Baſilius Aſceticum *de Vera atque integerrima virginitate* ad Letoium Epiſcopum Melitenſem, ipſius phraſim, ſtylumque præſtantiſſimum, dicendi acumen, limam, ac tandem ſpiritum redolentem, cuius ſtructuræ partes è veſtibulo pulchræ ipſius inſcriptioni reſpondent. *Tanta enim diligentia* (vt verbis vtar Ambroſij Camaldulenſis viri eruditiſſimi, à quo primum è Græco latinus redditus eſt) *patronus ille pudicitiæ adeo inſignis virginitatis decus componit, ornat, inſtruit, tanta cura tuetur; armat, munit; denique vigilantia inſidias omnes præcauet, detegit, aperit; vt meo quidem iudicio nemo vnquam eam rem egerit diligentius. Licet enim permulti imo fere omnes Eccleſiæ Magiſtri tum Latini, tum Græci, Virginitatis inſigne ſummis extulerint laudibus, atque ad eam ſeruandam plurimis ingenij ſui, præclariſſimiſque monumentis hortati ſint, nullus tamen ita ex amuſſim cuncta proſequitur.* Ex his ergo fontibus ac pleriſque aliis à Baſilio & 65. Liber de virginitate quale opus.

Gregorio

Digitized by Google

Gregorio, vel ſimul, vel ſeorſim elucubratis operibus, Inſtituta, quibus Virginum choros ducebant, pro Inſtituto proferamus.

66. In quo ſtet vera virginitas.

1. Atque inprimis quid ſit, & in quo ſit poſita vera atque integerrima Virginitas his aperit ſerm. 1. de Inſtit. Monach. *Neque enim in hoc tantummodo Virginitatis donum conſiſtit, ſi quis in eo abſtinens fuerit, vt progignendis filiis operam non det: ſed vt quis id rectè aſſecutus dici poſſit, victus ipſe omnis, vita quoque, omniſque animi morum conformatio Virginitatem ſeruent oportet: nullumque eſſe in eo ſtudium debet, in quo non perpetuo celibis integritatem præ ſe ferat. Siquidem fieri poteſt, vt, quis ſermone etiam ſcortetur, & oculis adulter ſit, & auditu polluatur, & cor inquinandum prabeat: immodiceque edendo, potandoque temperantia finibus egrediatur. Qui enim adhibita in his temperantia ſe intra Virginitatis limites continuerit, verè hic abſolutiſſimum ſe habere Virginitatis donum declarat.* Et memorato dudum lib. de Virginitate. *Magnum quoddam*, inquit, *ac præclarum Virginitas eſt, quæ (vt totum ſimul explicem) hominem incorruptibili Deo ſimillimum facit.* Vbi multa latiſſimè de famulatu corporis reſpectu animæ ad finem Virginitatis obtinendum, deque fine ipſo, & ſcopo Virginitatis, quæ tu conſulas.

67. Virentium vbilibet generalia ſtatuta.

2. Quia verò nobili iſto opere de vera Virginitate, aliiſque locis, non eas modò alloquitur Virgines, quæ in Monaſterio ſub Regulæ præſcripto degebant, ſed generaliter omnes, ſiue Virgines, ſiue viduas vbilibet cum in Cœnobio, tum etiam propriis domibus Virginitatis vel continentiæ votum emittebant (quod vſitatiſſimum ea tempeſtate comperies lib. 4. cap. 4 à num. 73. & cap. 5. à num. 1. & ſtatim à num. 68. aperiemus) primum generalia atque Communia vtriſque ſtatuta, poſtmodum peculiaria Cœnobitarum proferemus. Ac primùm exponens illud Apoſt. 1. Cor. 7. *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit: quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt: cui vult nubat, tantum in Domino*, his acriter eas reprehendit, quæ poſt emiſſum extra Monaſterium continentiæ votum, nuptias ſibi licere putabant:

Nuptias vouentibus continentiã non licere.

Non ſe fallat, qui à Virginitatis curriculo ad carnis vitia deflexit. Coniugium quippe illi in peccatum reputabitur: primum quidem, quia peſſimum coniunctionis eius fundamentum iacit, prauaricationiſque malum. Deinde quia cauſa non eſſet libera, neque enim eſt mortuus vir eius, vt cui vult nubat viuente immortali viro, merito cenſeatur adultera, quæ mortalem hominem ob carnis vitia Domini thalamis intulit. Nam quod ſolemne, legitimumque connubium ſponſus ille occuparit, & virginitatis habitus, & fœdera conuenta cum illo, & præterea proceſſus ipſe teſtatur. Vbi cum Gillotio ad marginem nota ſolemne votum, & profeſſionem continentiæ à viduis iſtis initum. Et poſt aliqua, quibus latè probat nuptias has adulteras eſſe: hoc argumento à maiori vtitur. *Quæſo quo cruciatu digna cenſeretur mulier, quæ nobili coniuncta viro ſeruo ſuo ſeipſam violandam impudicè ſubſterneret, ac ſeruum inſidioſè nequiter Domini thoris inueheret? Quô item ſeruus ille damnandus examine qui domina ſua, dominique cubili ſe concitatus libidine adeo petulanter immiſcuit? ſed enim vafra iſta quid faciunt: quæ tantum impietatis contra ſe ipſas per carnis flagitia admittere non timuerunt?* Ibique multa ad rem latiſſimè quæ tu conſulas.

68. Decretum de lapſis virginibus & viduis.

Vlterius Canone 18. ex 50. quos ad Amphilochium ab ipſo de quibuſdam Eccleſiæ ritibus ac dogmatibus requiſitus conſcripſit, interrogatus (vt notat Balſamonius commentator) quid debeat fieri in Virgines quæ fornicantur? Reſpondet. *De lapſis Virginibus, quæ vitam in honeſtate Domino profeſſa ſunt, deinde quoniam carnis perturbationibus ſubiecta ſunt, ſua pacta conuenta infirmarunt, Patres quidem clementer & leniter in eorum, qui labuntur, infirmitatem ſe gerentes, eſſe admittendas cenſuerunt poſt annum, ad ſimilitudinem digamorum decernentes. Mihi videtur quod quoniam Dei gratia procedens Eccleſia fit fortior & ordo virginum nunc augetur, eſt adhibendus animus rei, quæ per intelligentiam cernitur, & ſententia Scripturæ, quæ poteſt ex conſequentia inueniri. Viduitas enim Virginitate minor eſt. Ergo & viduarum delictum à Virginum delicto ſecundum eſt. Videamus ergo quid a Paulo ad Timoth. ſcriptum eſt: Viduas iuniores deuita. Quando enim in Chriſto deliciatæ fuerint* (nempe profeſſione continentiæ) *volunt nubere, habentes iudicium, quod primam fidem irritam fecerunt. Si vidua igitur grauiſſimo iudicio ſubiecta eſt, vt quæ fidem in Chriſtum irritam fecerit, quid de Virgine putandum eſt, quæ eſt ſponſa Chriſti, & ſacrum vas Domino dedicatum. Magnum quidem eſt peccatum ancillam quoque, quæ clandeſtinis matrimoniis tradit, ſtupris domum implere, & poſſeſſorem per malam vitam iniuria afficere: ſed multo eſt grauius ſponſam fieri adulteram, & vnione cum ſponſo ignominia, & dedecore affecta, ſe incompetentibus voluptatibus tradere.* Quibus luculentiſſimè prodit Virginum ac viduarum vota ſolemnia, & incapacitatem nuptias ineundi.

69. Virginum numerus ex tempore auctus.

Vbi notandum valde Baſilij tempore in Aſia Virginum numerum plurimum augeri cepiſſe, vt illis innuit Ordo *Virginum nunc augetur* quod expreſſius adhuc prodit Nazianzenus in Carm. Commonitorio de Monachis ad Græcum genus vbi hæc cecinit.

Ceſſere ſub montibus mentis robore viris pares,
Ponere fœminæ, & corpus vt ſapientiam.
&c poſt pauca.
Multa quidem verò terram inſpirant omnem,
Quantam ſeruator verbum curat.
Alia quidem ſimul congregata communi deſiderium ferentes
Cœleſtis vita, æqueſq; modos vita. En cœnobitas
Alia vero ſuis parentibus aſſidentes infirmis
Aut fratribus teſtibus temperantiæ: nempe intra proprias domos.

Idem in Occidente eadem tempeſtate florebat Inſtitutũ: maximè ſub Ambroſio Mediol. cuius ſoror Marcellina in paterna domo virginitatis propoſitum profeſſa eſt, vt obſeruat Baronius A.C. 377. n. 12. Ritum autem velationis & conſecrationis eo tempore vigentem vide lib. 4. c. 5 à num. 1.

70. Tempus profeſſionis

Tempus profeſſionis earundem virginum prodit Baſilius eodem Canone his verbis: *Profeſſiones autem ab eo tempore iudicamus, quo ætas rationis complementum habuerit. Non enim pueriles voces omnino in his ratas exiſtimare oportet: ſed eam, quæ ſupra ſedecim, vel ſeptemdecim annos nata fuerit, rationiſque compos, & diu examinata, probataque perſeuerantrix, & vt admittatur*

tatur precibus contendit, tum oportet in ſacrarum Virginum catalogum referri, eiuſque confeſſionem comprobare, & illius aſirmationem inexorabiliter punire. Multas enim parentes, & fratres offerunt, & quidam cerani qui eas cognatione attingunt, ante ætatem non ex ſeipſis ad celibatum incitatas, ſed aliquid, quod ad victum ſuum pertinet, procurantes, quas nea facilè admittere oportet, donec apertè propriam ſuam ſententiam perſcrutati fuerimus. Vbi notandum valdè quanta iudicij maturitate, longa deliberatione, integraque libertate Virginum vota excipienda moneat S. Doctor iuxta notata lib. 4. cap. 5. num. 19. Vlterius: Baſilium etſi Virginum profeſſionem extra Monaſteria probauerit cum communi Eccleſia, hominum tamen vota extra Monachorum cetum minus probaſſe. Subdit enim Can. 19. ad Amphiloch. *Virorum autem profeſſionem non nouimus, preterquam ſi qui ſeipſos Monachorum ordini adiudicarint*; Vbi quod dicit *Monachorum ordini* non ita intelligendum eſt, vt eorum Monaſticam improbet, qui vitam communem non agebant, quippe cum ſingularem ſeu Anachoreticam ſummis laudibus extulerit vt videbimus cap. ſeq. à num. 8. ſed eos tantum Monachos abolere voluiſſe toot, qui neque communem vitam cum Cœnobitis, neque ſingularem cum Anachoretis tunc temporis agebant, ſed habitu immutato in domibus parentum Religionis vota emittebant: quod reformatione dignum iudicauit, & io re erat: cunctoſque Monachos vel Cœnobitis, vel Anachoretis adnumerandos prudentiſſimè ſenſit. Quod vſque in præſens politiſſima ſeruat Eccleſia, caſſam atque irritam reddens eorum profeſſionem qui ſub præſcripto alicuius ex approbatis Religionibus vota non emittunt.

Iudicij maturitas.

Virorũ profeſſionem extra Monaſterium non probat.

71.
Paganarum Virginum vota matrimonium nõ impediunt.

Ceterum forſam quis ex Baſilio contendet, neque Virginum profeſſiones extra Cœnobium validam fuiſſe, fretus Canon. 20. ex 50. ad Amphiloch. vbi ait: *Quæcumque mulieres virginitatem profeſſa ſunt; deinde poſtea matrimonium maluerunt, non exiſtimo eas oportere condemnari.* Verum ſtatim ſemetipſum exponit Doctor ſanctus ſubdens. *Quæcumque enim dicit lex, iis dicit, qui ſunt in lege. Quicumque autem iugum Chriſti nondum ſubierant, ea nec Domini leges norunt. Quare ſunt ab Eccleſia cum omnibus ſuſcipiendæ, & propter hoc habent remiſſionem ex fide in Chriſtum, & omnino quæ in Cathecumenica, ſeu quæ initiatur vita ſunt, in iudicium non vocantur. Clarum eſt autem, quod eas Eccleſia non ſine Baptiſma recipit. Quare generationis priuilegia ſunt ipſis neceſſaria.* Quibus palam oſtendit de his, quæ ſub paganiſmo & ante Baptiſmum Virginitatis votum emittebant, fore locutum. Baptiſmus enim eſt ianua ſacramentorum, cæterorumque rituum, & ſacramentalium Eccleſiæ: ac proinde prius Chriſtianum, quam Monachum eſſe, neceſſarium eſt. Has vero perperam ibi Balſamonius *hæreticas* appellat, quæ *paganæ* potius dicendæ ſunt. Crediderim namque hæreticam quæ poſt Baptiſmum ritè ſuſceptum vouet, & poſt votum fornicatur, ſi ab hæreſi raſipiſcat, de lapſu reprehendendam eſſe, quia ſub lege erat, cum votum emiſit, ac per conſequens abſque noua voti virginitatis emiſſione tanquam voto adſtrictam eſſe ſuſcipiendam.

72.
3. Iam verò ad Inſtituta cunctis profitentibus, ſiue extra ſiue intra Monaſterium, communia, vnde digreſſa eſt, redeat oratio, ea explicatura ex Baſilio & Nazianzeno, quæ ad cuſtodiam veræ & integerrimæ Virginitatis deſiderantur. Atque inprimis quia niſi adſit moderator cupiditatis pudor, ſenſuſque omnes Vigiliis, cuſtodiis ac præſidiis muniantur, impoſſibilis eſt defenſio ſacri huius theſauri, luculenter ſiogulorum feneſtras percutit, per quas morti ad animam aditus patet. Præiacto autem fuſiſſimè caſtitatem, ſeu virginitatem non à corpore ad aoimam manare, ſed è contra, ab integritate animæ ad corpus iocorruptionem fluere. Qualiter mens nobiliſſimus animæ ſenſus cuſtodiri debeat his aperit lib. de Virginit. *Sancta Virgo ſenſuum feneſtris cuſtodem admouere rationem, eorumque ad exteriora progreſſum, nequaquam eis tranſitu libere paſſim permiſſo, moderatum, & quietum efficere omni ſtudio curabit: ne ſcilicet, ſi ad quæ velint, effundantur, ſuperaatantem ſibi interdum animam fluctibus agitent, & ad ſua vitia pertrahant. Studeat item, & ab exterioribus inuectum in eam denuo fluentam anguſtiis (vt ita dixerim) aditibus colat, atque in illam omni purum labe tranſmittere, ne carnalis cœno inundans, quod vitioſo traxit affectu ipſam totam ſordibus ſuis agitando perturbet.*

Virginitas quibus munienda.

Mentis cuſtodia.

4. Hinc ad corporeos ſenſus gradum facit, ac primum ad oculos, à quorum conſuetudine animum abducere difficillimum eſt. *Non igitur* (ſubdit) *oculorum acies ad omnia paſſim inſpicienda viſibilia pandenda eſt, ne omnem quæque figurarum, atque formarum ſpeciem ſine diſcretionis examine hauriens, ad earum poſtea turbetur imagines. Verum apertis ad ea, quæ vitæ, vſui neceſſario inſpicienda ſunt, corporeis oculis, animæ omnino claudet obtutus, eoſque ad veri intuitum luminis, & eius, quæ ex illo inſinuatur, conſiderationem, etiam eatenus clauſos, peruigili aperiet ſtudio.* Et poſt aliqua acerrimam oculorum vim exponens inquit: *Iactis enim luminum radiis, veluti quibaſdam incorporeis manibus, quæcunque voluerit* (mulier) *eminus tangit: & quæ corporeis manibus attingere in poteſtate non habet, ea oculorum iactibus paſſinè complectens, per eas, quas impreſſit animo, formas, corpus ornat ad inuectas imagines voluptatis æſtibus iactat.* Vnde ipſemet ibidem aliquantulum poſt initium: *Mulier*, inquit, *& inſpiciens & inſpecta maſculo eſt voluptatis illecebra ad ipſam eum ducens victum, atque captiuum*: eandemque ſententiam inferiùs inculcat, pluraque alia ibidem de oculorum vi latiſſimè tradit quibus Poëtæ dictum reſpondet:

73.
Oculorum.

Oculorum vis acerrima.

Si neſcis, oculi ſunt in amore duces.

5. Nec minus eſt periculo obnoxius auditus, qui ſemper patet: de quo ibi: *Ne auditum quidem* temere & indiſcuſſis verbis *omnibus* (Virgo) *accommodabit. Ceterum ad ea, quæ mala ſunt, & noxia, ipſum veluti ad peſtem quandam putidi ac pernicioſi amnis obturabit. His vere, quæ ſunt optima, emanantque virtutis puriſſimos latices, tota intentione ſubiiciet.*

74.
Auditus.

6. Tactum toto corpore fuſum præ omnibus, & ſuper omnia cuſtodiendum docet, inquiens: *Tactum vero, vt ſenſuum omnium pernicioſiſſimum, & ſuauiſſimè blandientem, ſenſuſque reliquos in ſuos ad voluptatis illecebras pellicientem, immaculatam, & perturbationibus minimè*

Tactus.

permum

Digitized by Google

peruium ſemper, quam maxima poterit cura, ſeruabis. Hic enim toto cum ſit diffuſus corpore, per omnem illius ſuperficiem; non eam ſolum, quæ apparet extrinſecus, verum & quæ alteris recondita eſt, ad vitioſos contactus aduerſus animam ſeuè dominatur. Porro manibus ad vſus noxios præcipuè nitens, his, veluti quibuſdam circumſeptus armis, ferventius per horum inſtrumentorum conſenſum omnes qui inciderint capit. Ne aſpectum quidem blanda ſeductione ſua immunem abire patitur, ſed eum dum ad horridas ferè, tetruſque figuras turbat, atque confundit: ad leues autem, & quæ venuſtiore facie adiecta coloris gratia ad fallendum firmata ſunt, perfundit atque delinit, potentiam ſuam per illum ſatis inſinuat. Auditum item dum vocibus aſperis & duris offendit, mollibus verò per inſpirantem leuiter aerem profundè demulcet, quod ſui muneris eſt, ad voluptatis opus per hunc etiam perficit. Superfluum eſt de guſtu loqui, qui cum huius omnino contubernalis ſit ad ingratos quoſque liquores frontem contrahit, atque triſtatur: ad eos verò, qui ſunt ſuauiſſimi, lacunas ſuas inexplebiliter aperit. Nam de genitalibus membris quid me dicere neceſſe eſt? vt ſcilicet inditam eis ad ferendos fœtus vim ſuis omnino pharmacis vinciens conſenſu horum lenitudinis, quæ in tactu eſt, ad voluptatem ſuam vinctum, captiuumque hominem ducit. Tranſit ad oculos, ſubiicitque ſecundum teſtimonium à nobis datum num. 73. atque in ſequentibus latiſſimè rem proſequitur.

Tactus vis in omnes ſenſus.

In auditum.

In guſtum.

75. Linguæ cuſtodia.

7. Linguam ſeditionis flabellum pluribus continere docet ibidem; ſed his præſertim: *Illa tantum loqui virginem decet, quæ audientium animos iuuare poſſint, & per ſermonis puri veritatem, atque rectitudinem ad intelligentiam diuinarum rerum vbertim inſtruere, atque exornare. Ex corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria &c. ex quibus fructibus arbor agnoſcitur.* Et poſt plura de hac re. *Diligenter*, inquit, *obſeruandum eſt, cui, quomodo, & quando eam loqui deceat: nam neque paſſim quibuſcumque obuiis conuenit ſermonem Virginis fluere, neque rurſus his, qui ſunt digni veneratione inſolenter, & inuerecundè nudari: neque ſi careat vtilitate, contra propoſitum, ac præter dignitatem Virgini fundi: neque ſi qua hunc vtilitatis ratio ex ore virgineo neceſſario efflagitauerit, eius rei gratia liberiùs quam virginali pudori conueniat, oſtentandi gratia profluere. Verum vbique, & perſona, & vtilitatis, & temporis diligens illi ratio habenda. Cùmque neceſſario loquendum erit, multo pauciora, quam audiet, referat. Namque & natura loquendi, audiendique modum ad proportionis regulam metiens duas aures, linguam vnam nobis effinxit: quaſi & duplum diſciplinæ cauſa audire debeamus: & ad ea, quæ rogamur, ſeſquialtera proportione contractum referre ſermonem.*

Aures duas linguã vnam cur natura prouidit.

Cuncta hæc ad ſenſuum cuſtodiam ſpectantia inſtituta paucis comprehendit Nazianzenus, qui neque in paucis vnquam à Baſilio pluſquam à ſeipſo diſſentit, in documentis Virginis vbi ſic cecinit.

Virgo, virgo ſis & auribus, & oculis,
Et lingua, omnibus facile ineſt peccatum.
Aures quidem pennata ſint ſolis bonis ſermonibus;
Turpibus autem fores, & temerariis tendantur:
Oculi verò in Virginum habitaculis tuis ſuperciliis erubantur.
Temperati, neque laſciuis motibus ſtimulum excitent.
Labra vero rurſus folliculis ſimilia vinculo iaceant,
Et verbum deſideretur.

8. Denique guſtum, ſeu guſtatum, etſi ſolo ore contentum ſenſum, maximè tamen ex omnibus voluptuarium ſequentibus Virgini moderandum docet: *Ante omnia aduerſus guſtum Virgo tota intentione pugnabis, fonteſque voluptatum ventris, & impudicitiæ fomitum inde manantium à principio caſtitatis ſtudio & ardore ſiccabis, ne dum virginitatem ſeruare proponit, guſtui ſe immoderatè proſtituens caſtitatem ſuam alia fruendi voluptate demulcta, ſenſim, dum neſcit, amittat. Virginem enim eſſe, & guſtum, Virginis conuenit.* 76.

76. Guſtus cuſtodia.

Prius autem quam hinc diſcedamus, à moderatione guſtus arrepta occaſione, qualiter, & à quibus abſtinere Virginem oporteat, ne quid nimia cum ingluuie, cum etiam maceratione animus ab extremis patiatur, videamus. *Neque expedit*, (inquit ibidem Baſilius) *dum nimis obſeruat, ne guſtus voluptate rapiatur, mananteſque ex ventre voluptates per ciborum abſtinentiam frenare pergit, contra iam corpus atterere, vt inualidum iam inutileque reddatur. Ne declines enim*, inquit, *ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, ſicut enim guſtui ad omnes paſſim cibos liberè frena laxare, ob ea quæ prædiximus, noxium reuera ac pernicioſum, ita neceſſaria illi alimenta negando, corpus infirmum, atque inualidum reddere, irrationabile prorſus, ac ſtultum eſt. Extrema enim quæque (vt ait ſapiens quidam) ac per id inæqualia, periculoſa ſunt. Nam ſicut per ciborum abundantiam laſciuiens equus noſter aurigam quacunque vult peſſimè præcipitem fert, ita & per nimium propoſitum impeditur virtutis iter.* Vbi latè pluribus ſimilitudinibus ac Metaphoris rem proſequitur.

Abſtinentia moderanda.

10. Ne quis verò putaret, ſolam illam continentiam, qua à quantitate ciborum abſtinemus, conſtituere virtuoſum, ſubdit poſt aliqua: *Neque vero ſola eſcarum quantitas vbique probè metienda, ſed & qualitas in primis, ſapienter diſcernenda eſt. Neq; enim ſolam exteriorem earũ faciem inſpicere, ſed quam habeant intrinſecus reconditam penitus vim, prudenter explorare conuenict. Nonſolum enim legumina, ſeminumque nonnulla, verum & olera pleraque ſunt, quæ Monacho quietum vitæ gubernaculum tenere cupienti, contra ac ſe habet communis opinio, pro noxiis vitanda ſunt: quippe quæ carnis receſſus intimos pungunt, & pruritus, titillationeſque excitantia non minus corpora noſtra perturbant, ac ſecreta vi ſua inquietant, quamquam conſenſu omnium fugienda cenſentur. Quocirca nec ſalibus paſſim atque indifferenter vtemur: ſicuti fieri apud pleroſque comperimus, qui per immoderatam continentiam pulmenta omnia repudiantes hos ſolo cum pane vice condimentorum omnium ſumunt. Non intelligunt, quæ ſunt eiuſmodi, ſales, cum ſint per naturam fecundi, ac per acrimoniæ vim corporis prurigines excitent, plus cæteris ad libidinem, coitumque prouocare. Quod ſi in eis quoque ſumendis, vtè ne propoſito excidas, maximam oportet aurigam adhibere rationem, multo profectò magis ea pomorum genera diſtinguere conuenit, quæ apertè noxia*

77. A quibus abſtinendũ.

Sale temperatè vtendũ.

Condimenta fugienda.

vlla ratione ſunt proxima. Itaque omnibus in locis cibus, qui ſit ad victum neceſſarius, ſolerti ratione inquirendus, condimentorumque elaborata blanditia, vt voluptatis illecebra repudianda. Rem autem deinceps pluribus, pulchriſque exemplis, & Metaphoris eleganter perſequitur.

78. De pulchritudine iactandum nō eſt, ſi adſit.

11. Mouet oculos pulchritudo, ac nemo eſt quantumuis fortis ab eius deceptione ſecurus. Quapropter nullatenus debet Virgo, quæ verè Virgo eſt, de ſpecioſitate iactari, ne ſibi inde atque intuentibus iactura fiat. *Ornanda eſt* (inquit idem qui ſupra Baſilius vbi ſupra) *vere virginitatis tota pulchritudo; vt neque ſi adſit, gloriari naturali ſpecie appetat, neque ſi deſit, illam ſibi cultu exteriore conquirat. Turpe enim profectò eſt, & incongruum Virgini, atque ab ea, quam profitetur, integritate prorſus alienum, aut traditus ſibi ad ſpeciem ab authore ornamentis gloriari, & vt dixi, corporalem pulchritudinem oſtentare, pluresque curnis poſt ſe amatores trahere, ac ſolicitare ad communem lapſum; aut ſi careat naturali ſpecie, quæ intuentibus irritamentum voluptatis eſt, ornatum extrinſecus quæſitum ſibi ſtudioſe admouere. Neque enim prior illa pudicam verſare cogitationem deprehenditur, quæ in autoris opere velut in ſuo gloriatur; atque in id certamen, in quod, ne inducatur, à Domino per orationem petit.*

Neque ſi deſit comi debet Virgo.

Ne nos, inquiens, inducas in tentationem; dum poſt ſe trahit amatorum greges, ſponte ſe ipſam, & apertè compellit. Ne ſecunda quidem caſtum poſſides pectus, dum, quam non accepit in corpore voluptatis illecebram, eam formis, coloribuſque fucatis contra ſeipſam exprimere nititur. Vtraque verò, dum neſcit, traditum à Deo munus præter deſtinationis ſuæ propoſitum violat: ſpecioſa quidem, quia pulchritudinem animæ per corporis ſpeciem inquinat, quæ verò deformitatem corporis præſidium ſeruandæ virginitatis acceperat, quod hanc in ſui perniciem adulteris fucis traducere in ſpeciem ſumma improbitate molitur. Vbi plura latiſſimè de periculis comptæ & calamiſtratæ pulchritudinis, quæ interiorum obliuionem arguit. Studium autem contrariorum veris virginibus ſuadet Nazianzenus in Carmine de illis, vbi in nuptam vera virgo ſic occinit.

Studeat oppoſitis virtutibus.

Tibi pingnentes facies & veſtimenta mollia;
Ornatus mihi ſordens coma, & veſtimenta moleſta,
Veſtimentum fero aureis excuſſum texturis,
Chriſtum mea anima occultum pulcherrimum ornatum.
Lectus tibi mollis, ſtragula autem ſaccus mihi quidem,
Et ceſpes in ſolo, & lachrymis madens humus,
Tibi pretioſum eſt aurum, mihi puluis exoptatus
Vitulo petulantior tu, triſtis demiſſa ſum;
Cachinaris ridens, genam nunquam ſolui
Gloriam cupis, mea autē gloria non eſt in terra.

79. Domo non progrediendum.

12. Poſt hæc, aliaque innumera, quibus vterque in ſuo tractatu de virginitate pulchritudinis lubricitatem, & nuptiarum incommoda veluti in tabula pingit, virginalem modeſtiam earum, quæ extra clauſtra Monaſterij degunt, vno tandem ſapit muro firmiſſimo Baſilius, his. *Cæterùm habita diligenti ætatis ſuæ ratione non temere progredietur, ſed intra annos adoleſcentiæ poſita ad Eccleſiam tantum, ne tum quidem ſola, & incomitata procedat. Quod ſi ex mandato Domini aliò fortaſſis ire cogetur, id quoque ſignificabit comitibus, propoſiti ſui, atque cuſtodibus grauibus fœminis.* Et poſt aliqua. *Eas quidem, quæ per vicos, ac domos liberè volitant, indiſciplinatas eſſe, non virgines, veritatis ſermo denuntiat. Otioſe enim addiſcunt circumeuntes domos. Non ſolum autem otioſa, ſed & nugaces, & curioſæ loquentes ea quæ non decet.*

Qualiter ad neceſſaria exeundum.

13. Ne autem ſub fraternitatis velamine lateat periculoſa aliqua conſuetudo, nauiſque è procellis emergens pereat in portu, hæc virginibus prudentiſſimè admonet ibidem Baſilius: *Verendum quippe eſt, ne ex conſuetudine noſtra atque confidentia ſumpta occaſione peccatum operetur in nobis omnem concupiſcentiam. Sufficit namque peccatum, & per tactum fraternæ manus & per pacis ac dilectionis oſculum ſenſum carnis ad ſua mollienda opera latenter excitare, & concupiſcentiæ oculos, ſicuti Adæ poſt voluptatis guſtum ampliùs ad malum aperire. Non ergo vel vtero eodem genita ſoror iugi fratris tactui, & oſculis ſe aſſuefaciat, ne per aſſiduitatem exorta in intimis paſſio ſuo tempore in actum prorumpat, maximè cum ex venuſtate corporis forma amoris faces in eorum oculis magis magiſque ſuccenderit*, quod comprobat exemplo Thamar ab Amone fratre violatæ, pluraq; ſubiicit de vitanda exoſculatione cuiuſlibet rei formoſæ, etiam inanimatæ. 80.

Et fratrum conſuetudo vitanda.

14. Specialiſſimum autem dogma Baſilij eſt, virginitatem non ſolum mentis, ſed etiam corporis ſola mentis corruptione, aſpectu impuro, aliove ſenſuum lapſu inhoneſto contracta deperdi: de qua re, ſic philoſophatur ibidem. *Quam profectò* (nempe mente corruptam) *ne corpore quidem quiſpiam vtiè dixerit virginem. Nempe enim cum is, quem amat, ipſi inſeparabiliter in mente iungatur, neceſſario iam corpus quoque animæ perturbationibus congruit, ac motibus mentis vitiata conſentiens vna cum Domino ſic proſtituta corrumpitur, & per viſum, & in ſomnis amatoria ſomniante illa, ipſum ſimul eiſdem imaginibus luditur. At vero vbi perturbatio huiuſmodi occupauit, obſeditque animam, ſuperflua iam eſt ciborum abſtinentia, & reliqua carnis afflictio, quando non iam equus equitem impetu ſuo præcipitem fert, ſed eques ipſe potius vi paſſionis intima, equum ſtimulis libidinosè commotionis exagitat. Sicut enim fieri in pleriſque cernimus, vt corpore iam ſenio fracto, ac penè reſoluto, mens tamen præterita luxuria conſuetudine languida vltra ætatis vires corpus ad voluptatis imaginem concitet; ita & in his, quorum mentes vulnerauit igneum cupidinis iaculum, emortuum quoque præ ſpiritualis exercitij ſtudio corpus animus ad ſuas concupiſcentias irritat, non à corporis robore ad animam penetrante paſſione vitioſa, ſed ipſa potius anima corpus nequiter ad officia ſua incitante.* 81.

Quæ animo virginitaté amiſit, nec corpore Virgo eſt.

15. Hactenus ſanctorum Patrum Inſtituta, quæ communia ſont profitentibus virginitatem ſiue ſeorſim, ſiue in vita communi ſub Matris ſeu Antiſtitæ cura. Nunc peculiariter cætera proferamus, quibus inſtruunt in commune viuentes. Atque inprimis, quod caput eſt in Monachatu, Virgines communem vitam agentes in Cœnobio ſolemne votum caſtitatis emiſiſſe apertiſſimè tradit in Epiſtola ad virginem 82.

Virginum in Cœnobio degentium Inſtituta.

Virginem elapſam: qoam ſic alloquitur. *Reuoca in memoriam venerandam congregationem & ſacrum Virginumque chorum, & concilium Domini, & Eccleſiæ Sanctorum, recordare dierum carentium ſumtibus, & noctium illuminatarum, & cantilenarum ſpiritualium, & Pſalmodia ſonora, & Orationum ſanctarum, & cubili caſti, & virgines progreſſus, & menſa temperantis. Vbi eſt venerandus tuus ille habitus? vbi honeſti mores, & veſtis frugalis virginem decens? & honeſtus ex pudore ruber? & decorus ex continentia ac vigiliis afflorescens pallor omni coloris bonitate gratioſior elucescens? Quot munera à ſponſo (Ieſu) accepiſti? quid eſt opus dicere honores propter illum ab his, qui illius ſunt ſuſceptos? conuictus cum virginibus? encomia ob virginitatem? virgineas benedictiones? Quomodo autem non ipſe Dominus ad aliquem ex his, qui nunc in ſpiritu feruenti obambulant, dixerit: Vidiſti quæ fecit mihi virgo Iſrael? Ego deſpondi ipſam mihi in fide, & integritate ipſa autem dilexit alienos, & viuente me Viro immortali adultera appellatur, & non timet alteri viro commiſceri.* Quibus non ſolum diſpenſationem per promiſſionem Deo factam de Virginitate exprimit, ſed cunctas ſolemnitates, ac cæremonias in profeſſione adhiberi ſolitas. Vnde argute Ioannes Gillocius ad marginem quærit; Quid ad hæc dicere poſſint Lutherani, aliique recentes hæretici, vitæ communis vetuſtatem negantes.

Margin: emne vo- m caſtita- tis.

85. Obedientia. 16. Nec minus apertè prodit obedientiæ præſcriptum à ſororibus in Moaaſterij ſeruandum ſerm. 2. de inſtit. Monach. ſub finem vbi ait: *Sorores quoque iuſſa Antiſtitis ſuæ omni cum animi expletione ſuſcipiuntur. Neque vero modò in eo conſiliis illius obtemperanto, cum ea doceantur, quæ ad maiorem quandam arctioris diſciplinæ ſeueritatem ſpectent; verum in eo etiam ipſi auſcultanto, quandocumque vel à ieiunio ceſſare, vel idoneum ad reficiendas amiſſas vires cibum ſumere ipſas iuſſerit, cum illud planiſſimè ſibi habeant perſuaſum, legem eſſe quidquid ab illa dicatur.* Et paulo ſuperius: *Neque de iis, quæ ſibi imperentur, litigioſe cum ea diſputanto.*

84. Paupertas, & aliæ virtutes. 17. Paupertatem denique, aliaſque virtutes Monaſticas virgionm io Cœnobio degentium exprimit ibidem paulo ſuperios, inqolens: *Vnum illud ſcire conuenit, longè accuratiorem, maioremque in fœminarum vita, quam in virorum diſciplinam requiri, veluti voluntariæ paupertatis virtutem, quietem, atque ſilentium, obedientiam, ſtudium in ſorores, cautionem in publicum prodeundi; diligentem, quibus cum colloquium ſit, animaduerſionem; parem inter ipſas mutuò beneuolentiam, & illud, quod nulla ſeorſum apud eas conuentualia ſint.*

85. Separatio locorum. 18. Duplicia Monaſteria inſtituiſſe Baſilium notauimus cap. 3. n. 39. in qoibus licet aduertenter ipſe ſeparatiooem locorum, ac lubricitatis pericula præcaueat, impenſiùs id Nazianzenus Carm. ad eos, qoi in communi vita ſunt, Monachos rem cecinit his:

—— Multi mixta,
Cœnoſa. Iubeo autem hic hiatum maximum:
Stare, vt ſint diſtanter pij.
Viri atque mulieres; ſimilem gloriam ſolum habeant:
Non enim ſoliuiuis ſolum inuidia, ſed inſuper magis.
Pluribus, pluſque malo labor, ſi vero ſolus.

19. Qoia vero præcipuè ex pretio arte factorum victui vitæque neceſſaria à Monachis parabantur, vt fusè traditum eſt à num. 47. huius cap... & cap. præd. n. 47. percontatus Reg. 154. Breu. *Si aliquando tempus inciderit, vt qui pauci ſint fratres, & pluribus ſororibus inſeruiant, ij in neceſſitatem deuenerint, vt mutuo inter ſe alij ab aliis diſiungendi ſint ad pleraque diuerſa opera obeunda, nunquid periculo vacet huiuſmodi factum?* Reſpondet: *Si quæ ſuſcipitur cura, ea teſtimonium habet à mandato Domini, & ſecundum Deum exercetur, ſine dubio vnuſquiſque, qui opus facit, in opere ſuo aſſequitur gratiam Dei. Ipſorum autem coniunctio inter ſe in eo eſt, ſi omnes vnanimes ſint, atque concordes, & compleant id, quod dictum eſt ab Apoſtolo: Nam etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum.* Quo pacto aotem ſororibus ſuppeditanda ſint neceſſaria, conſultum ac prouiſum eſt in Regula. Vide cap. præced. n. 119. 86. Quid ſi propter indigentiam diſiungantur.

20. Silentio autem præteriri nequit mira veſtium vniformitas Fratrum, ac ſororum ſub his inſtitutis degentium: quam ex Gregorio Niceno Baſilij, fratre in vita S. Macrinæ ſanctimonialis fœminæ vtriuſque ſororis ſecundum carnem, & ſpiritum accipere licet, vbi de ipſa iam proxima morti loqueos, inquit: *Poſtea quam ſtudio noſtro finem impoſuimus, & ex domeſticis copiis corpus exornauimus, non decere dixit miniſtra illa* (nempe magna) *corpus ad ſponſæ ſimilitudinem ornatum ante Virginum oculos poni. Sed eſt, inquit, mihi ex veſtra matris veſtimentis nigrum pallium, quod rectè, vt ego quidem ſentio, poterit ſuperiniici, ne externo & aduentitio iſto veſtitus ornato ſacra hæc pulchritudo illuſtretur. Quæ ſententia cum valuiſſet, & pallium adiectum eſſet, ipſo tamen in amictu pullo diuina, vt arbitror, potentia ita ſplendebat, vt radij quidam ex eius pulchritudine elucere viderentur.* Reſpondet pallio huic tunica à Nazianzeno expreſſa in documentis Virginum, vbi nunquam rebus Baſilij non reſpondet, inquiens. 87. Fratrum ac ſororum in veſtibus conformitas.

Laceram autem tunicam, & non delicatæ capita.

Quis color ille niger, & pullus pallij Macrinæ iit, fusè traditum eſt lib. 2. cap. 11. à n. 73.

21. Licèt autem de correctione culparum plura cum in Regula, tum alibi ſparſim tradiderit vtrique ſexui communia, quæ io hoc cap. compilauimus, rogatos tamen Reg. 82. ex Breu. *Quoniam ſcriptum eſt; Anus vt matres: ſi contigerit vt anus idem peccatum incurrerit cum adoleſcentula, nunquid ea eidem animaduerſioni obnoxia eſſe debet?* Reſpondet prudentiſſimè, *Prorſus Apoſtolus quidem: Anus vt matres honorari oportere, non vt quæ culpabile aliquid facerent, docuit. Verum enim ſi contigerit aliquando, vt anus in idem cum adoleſcentula peccatum incurrerit, animaduertenda ſunt primum naturalia (vt ita dicam) ætatis vitia, atque ita conueniens vtrique ætati curationis diffiniendus eſt modus. Veluti naturale eſt ferè ſenectuti pigritia: at non hoc item etiam iuuentuti. Quemadmodum mentis ad futiles cogitationes diſtractio & turbulentia, & ſui immodica fiducia, & quæcumque huius generis iuuentuti, non autem etiam ſenectuti adiuncta ſunt, & à naturali calore, qui in iuuentute eſt, videntur adiuuari. Quocirca idem peccatum, pigritia (verbi gratia) grauius in adoleſcentula plecti debet, cum illi ad minuendum crimen* 88. Anus & adoleſcentula qualiter corripiendæ.

eius

Digitized by Google

atas ea nihil patrocinetur. Similiter quoque idem peccatum, mentis videlicet ad faciles cogitationes distractio, præſidentia, ac turbulenta intemperies animi, ſeueriore animaduerſione in natu iam grandiore indicanda ſunt. Siquidem ea etiam ab ipſa natura adiuuatur ad lenitatem, quietemque. Ad hæc peccanti etiam modus, & eius, qui peccauit, animi affectu conſiderari in vtraque perſona debent: atque hoc modo conueniens ipſis curationis ratio accommodata animaduerſione adhiberi.

90. Quæ non vult pſallere expellitur. 22. Mirum eſt quam ſeuera punitione mulctauerit ſorores negligentes, vel inidoneas ad opus Dei. Rogatur namque Reg. 281. Breu. *Numquid qua pſallere nolit, ea cogenda eſt?* Reſpondet: *Niſi alacriter ad pſallendum accedat, & niſi eam animi affectionem præ ſe ferat, quam habere ſe teſtatus eſt is, qui dixit: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo: & niſi in ceſſatione magnum ineſſe detrimentum arbitretur, aut corrigitor, aut de medio tollitor, ne modicum fermentum totam maſſam corrumpat.*

23. Quoniam vero certos ſtatuerat Canones mulctatitios pro animaduerſione delinquentium Monachorum, in quibus ea præſertim continetur mulcta excommunicationis Regularis toties à veteribus Patribus decantata, pari paſſu ad calcem Regularum breuiorum, poſt mulctas Monachorum, ſequentibus ſtatuit delinquentes ſorores coërceri debere. Quod autem de germanitate primorum dicta ſunt, n. 57. huius cap. de ſubiectis dictum eſto.

Animadversiones

Aduerſus Canonicas delinquentes conſtituta.

91. Iurantis pœna. NOT. vide dicta de nomine *Canonicas* num. 57. huius cap. remiſſiuè.

1. *Qua iusiurandum quoduis dederit, hebdomadas duas ſegregator.*

Not. concinit Canoni 6. in Canonicos numero 59.

Maledicæ. 2. *Qua de natu maioribus alieni maledixerit, quibus administrandi Monaſterij cura mandata ſit, hebdomadam vnam ſegregator.*

Criminoſæ. 3. *Qua aduerſus ſororem aliquid dicat eo conſilio, vt ipſam criminetur, hebdomadam vnam ſegregator.*

Contumelioſè. 4. *Qua contumelia quauis aliquam affecerit, hebdomadam vnam ſegregator.* Not. Reſpondet Canoni 4.

Suſurrantis. 5. *Qua præter natu maiores eas, quibus commiſſa Monaſterij adminiſtratio ſit, aduerſus ſororem abſentem ſuſurrare aliquid animaduerſa fuerit, ſegregator hebdomadam vnam.*

Garrientis. 6. *Qua nulla cogente neceſſitate intempeſtiua illata ſermocinatio ne futiliter garriat, ſegregator hebdomadam vnam.* Not. quadrat Can. 5.

Scurrilis. 7. *Quacunque ſcurrilitatem in ſermone adhibuerit, aut immodeſtum riſum, hebdomadam vnam ſegregator.* Not. correſpondet Canoni 5.

Clamoſæ. 8. *Quacumque in opere miniſterij occupata, & neceſſarium præ manibus munus habens, clamosè procaciterve proximam appellarit, hebdomadam vnam ſegregator.*

9. *Quacumque reprehenſam aliquam delicti alicuius, ab iis, quibus gubernatio, & rerum faciendarum commiſſa moderatio ſit, deffendit hebdomadas duas vnà cùm ea, quam deffendit à reliquarum conſortio ſegregator.* Not. mirè concinit huic inſtituto D. P. N. Benedictus cap. 69. 92. Deffendentis deprehenſam.

10. *Quacum extrario aliquo eorum, qui intro ingrediuntur ſermonem contulerit, ante quam ei ab ea permiſſum ſit, cui moderandæ diſciplinæ ſumma tradita autoritas ſit, hebdomadam vnam ſegregator.* Not. idem prohibet D. P. N. Benedictus cap. 59. Sequentis cum extraneo.

11. *Qua in difficultate rerum ad uſum neceſſariarum, aut in operibus faciendis, fatigatione murmurare animaduerſa ſit, ſegregator hebdomadam vnam.* Murmurarij.

12. *Qua imperio aduerſatur illarum, quibus regendi prouincia tradita eſt, ſegregator hebdomadam vnam.* Inobedientis.

13. *Qua contemptim, hoc eſt reſtitanter, lentèque iuſſum (vt par eſſet) non expleat, hebdomadam vnam ſegregator.* Reſiſtentis.

14. *Qua exquiſitè ornare ſe velit, poſt vnam & alteram correptionem, coram Antiſtite arguitor.* Not. grauior hæc correptio immoderatè ſe ornantis, vt potè quæ non ſolum ab Antiſtita fiebat, ſed coram Antiſtitæ Monaſterij, quo maior eſſet moderator leuitatis pudor. Seornantis.

15. *Qua ſine ſententia illarum, quibus delata diſciplinæ moderatio eſt, ad matrem ſuam, aut ad ſororem abierit, hebdomadam vnam ſegregator.* Not. mille locis expreſſum eſt à Baſilio, integrum eo tempore fuiſſe virginibus in commune degentibus extra cancellis Monaſterij egredi. Quod vſque ad concilium Tridentinum tulit Eccleſia; vbique reformauit perpetua ſtabilita clauſura ſeſſ. 25. cap. 5. correſpondet Canoni 9. 93. Egredientis de Monaſterio.

16. *Qui nutu oculi, aut prauo aliquo geſtu proximam offenderit, ſegregator hebdomadam vnam.* Not. Reſpondet dictis num. 26. huius cap. Conniuentis.

17. *Qua dimiſſis ſynaxibus, ſermonem cum extraria muliere aliqua conſerat, ſegregator hebdomadas duas.* Loquētis cū extraria.

18. *Qua iniuſſu illarum, quibus regendi tradita prouincia eſt, ab vno opere ad aliud tranſeat, ſegregator hebdomadam vnam.* Not. Hinc palam fit non ſolum Monachos artes ſtatim poſt ſuſceptum habitum arbitrio antiſtiti didiciſſe, à quo recedere ad aliudve tranſire Moderatoris iniuſſu non licebat, ſed eodem canone adſtrictas fuiſſe Canonicas, eaſque ſexui, Viribuſque fœmineis accommodatas artes didiciſſe, quas non exprimit Doctor Sanctus: facile autem coniici poſſunt ex dictis in Reg. cap. præced. n. 148. & præſenti n. 47. Laborem mutantis.

19. *Qua irrogatam ſibi mulctam reiiciat, contumaciterve contra reſpondeat, aut murmuret, non intelligens, quid ſibi ex correctione vtilitati naſcatur, ſegregator hebdomadas duas.* Contumacis

Plures aliæ aduerſus Canonicas delinquentes animaduerſiones inter 49. in poſtremum Aſceticorum Baſilij locum reiectas reperiuntur, quas vt notes reiecimus ſupra num. 60. huius capitis, ac proinde miſſas facimus.

§. IX.

§. IX.

Quid de Congregatione plurium Cœnobiorum ſub vno generali capite ſtatuerint SS. PP. Baſilius, & Gregorius.

94. Multitudo Cœnobiorū Aſiæ periti, &c.

SVpremum taodem atque inſigne legiſlatorum noſtrorum Inſtitutum illud eſt, quo plura eiuſdem pagi Cœnobia ſub vno Prouinciali, vel Generali eapite cunctis præfecto fore decreuetuor. Reg. 35. ex fuſ. vbi rogati. *Nunquid in vno & eodem pago plures conſtrui Fratrum Conuentus conueniat?* Multa ſub hoc quæſito de vnione cœnobiotum, eorumque ſupremo regimine ſtatuere. Atque inprimis conſtat in Ponto, aliiſque Aſiæ prouinciis, quæ ſub ipſorum legibus & ditione viuebant, adeo ſpiſſa, ſibique vicina extitiſſe Monaſteria, vt abſente vel alias impedito, vnius Antiſtite, alterius Moderator impediti vices gereſe poſſet, ſui cura, ac reſidentia nullatenus deſerta ibi. *Quod ſi omnino fores ferat aliquando, vt duo tres ve* (Antiſtites) *reperti ſint tales* (nempe gubernandi peritia præditi) *ſane longè eſſe videtur præſtabilius, ſi hi gubernandi inter ſe prouinciam, ac ſolicitudinem communiter partiantur, viciſſimque alter alterius labores ſubleuet, videlicet vt peregrè profecto altero, aut occupatione aliqua diſtento, aut alio quolibet caſu impedito, (quemadmodum vſu venire ſolitum eſt plerumque, vt Antiſtes abſit à reliquis fratribus) profecto ſit alter, qui eius deſiderium ſentiri non ſinat. Hoc ſi non eſt* (plurimumque diſtens adiouicem Cœnobia) *ad conuentum alterum ſe conferat, cui opus ſit moderatore.*

95. Collegio fratrum vniri debere probatur primo.

Hinc plura ſub vno Præſule cum Prouinciali, tum etiam Generali vniri debere frattum collegia, eo pacto, quo recentioribus hiſce ſæcolis diuerſæ Ordinum Congregationes fundatæ ſunt in Ecceleſia, ploribus congruentiæ rationibus in medium adductis eruditiſſimè probat. Primo ſic: *In huiuſmodi vita* (nempe Monaſtica) *accidere ſolet, quod initio contentionem à rebus honeſtis auſpicantet, cum inter ſe certatim alij alios ſtudeant ſuperare, aut hoſpitibus recipiendis, aut numero eorum augendo, qui ſe aggregant exercendo pietatis, aut muneribus huiuſmodi honeſtis quibuſdam fungendis, dum progreſſus maiores faciunt, poſtremo in ſimultates contentioſas delabuntur. Quare cum aduenientibus peregrè fratribus magnam, & ancipitem curam afferat, & difficultatem* (nempe *quibus cum ex labore itineris feſſis capienda requies eſſet, animo neceſſariò ſit diſtrahendus dubitantibus ad vtros potius diuertant*, præ nimia eorum vicinitate de qua nuper, *quando & hos illis anteponere odioſum eſt, & tamen vt ſimul ſatis vtriſque fiat, res ipſa non patitur, eoque magis ſi fortè neceſſariò ipſis iter vrgere feſtinantius conueniat*) *tum iis etiam, qui tenendæ cauſa eiuſdem cum ipſis vitæ initio ad ipſos ſe conferunt, haud mediocrem afferunt animi anxietatem, quandoquidem neceſſario coguntur addubitare vtrorum magis diſciplinæ vitam committant ſuam, cum id omnino animaduertant fore, vt ſi ſe ad hos certa deſtinatione applicuerint alios improbaſſe videantur. Ipſo igitur mox initio eos lædi neceſſe eſt, quod clariùs de ſe ipſis ſentiunt, quippe qui non ſe penitus tanquam prorſus rudes, aliorumque diſciplinæ inſtituendos ac veluti formandos tradunt, ſed iam tum ordinum iudices, & ceu æſtimatores eſſe aſſueſcunt.*

Secundam congruentiæ rationem his aſſignat ibidem, quaſi inſinuatis à ſe in prima incommodis medellam afferens. *Verum enim, quod maius afferri humilitatis exemplum poteſt, quam ſi Conuentuum Antiſtites viciſſim alij aliorum imperio ſubiiciantur? Si enim ſpiritualibus donis ambo æquè ſunt ornati, præclarius fit, ſi ambo pariter in certamen deſcendat, vter alterum humilitate vincat; quod à nobis fieri oportere Dominus exemplo illo nos docuit, qui Apoſtolos miſerit binos. Prorſuſque ex ipſis alter lætabundus vltro ſe alteri ſubiicit, cum meminerit dictum eſſe à Domino, exaltatum iri, quicumque ſeipſum humiliauerit. Sin hic plura habuerit, ille pauciora, præſtabilius eſt, vt qui imbecillior ſit, is à Valentiore aſſumatur. Deinde, niſi ita fiat, qui non manifeſtè contra præceptum Apoſtoli fit, quo iubemur vt non res noſtras ſinguli conſideremus, ſed & quæ aliorum. Neque enim hoc in huiuſmodi diſtractione exiſtimo poſſe legitimè perfici: quippe videlicet cum ordines ſinguli ſeorſum quiſque ſuorum ſibi curam vendicet, aliorum verò minime ad ſe putent pertinere.* Vbi obiter aduertenda varia nominis *Ordo* vſurpatio, cum quandoque pro vniuerſo Monachorum cætu, & generali diſciplina, tum in præſenti pro quolibet ſingulari Cœnobio: ibi. *Ordines ſinguli.* Vide dicta lib. 5. c. 1. n. 56. 96. Secunda congruentiæ ratio. Ordo pro vnoquoque Cœnobio vſurpati.

Tertium congruentiæ huius argumentum ſumit à diſtinctione oppoſitorum fundamentorum loquiens ibidem: *Quam enim cauſam afferent* (ſingulorum Cœnobiorum Antiſtites) *quominus in vnius corporis compagem agglutinari poſſint? An eam fortaſſe, quod neceſſariarum ad vſum rerum inopia laboraturi minus ſint, ſi diſiunctim quilibet vixerint, quam ſi coniunctim? Atqui eæ longè ipſis, ſi vna inter ſe viuant, parabiliores ſunt, quibus & lucerna vna, & focus vnus, & ſi qua ſunt huiuſmodi, ſingula quæque cunctis ſimul ſatisfaciant; quando* (ſi qua alia in re) *ſummè in hoc ipſo debemus adniti, vt facilitati maximè conſulamus, omnique ratione contendamus, vt neceſſarias ad vitam copias quam maximè in anguſtum deducemus. Atque ad hoc illud etiam accedit, quod qui res fratrum vſibus neceſſarias externè quæſitas important, iis diſiunctis Ordinibus* (id eſt Cœnobiis vt nuper notauimus) *pluribus eſt opus, coniunctis verò dimidio paucioribus. Quam autem difficile ſit virum aliquem nanciſci, qui Chriſti nomen non aliquo pacto dedecoret, & cum foris ſit cum iis, qui communis vitæ conſuetudinem tenent, ita congredi ſciat, vt cum ſua ipſius progreſſione congreſſio illa aliqua ex parte non diſcrepet, id me tacente etiam per vos intelligitis.* 97. 3. Ratio. Bonus temporalium adminiſtratorum ratus.

Pergit. *Adhac, qui in huiuſmodi diſtractione permanent, ij qui fieri poterit, vt doctrina cæteros ædificent, qui in Cœnobio verſantur illis, ſi quando vſus fuerit, vel ad concordiam conciliandis, vel ad reliqua conſeruanda præcepta cohortandis, qui, quòd nolint in vna inter ſe ipſi ſocietatem concurrere, prauas in ſe ſuſpiciones commoueant? Quia re videmus. Quæ ad Philippenſes Apoſtolus ſcribit: Sic enim ait: Implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idem ſentientes, & c. nihil per contentionem & c.* 98. 4. Ratio.

Hi.

99. Concludit vniri debere fratrum collegia.

His præiectis Monaſtieæ politiæ plenis fundamentis, concludit vniri debere ſub vno capite fratrum collegia, quod & Gillotius aduertit in margine eiuſdem Reg. 35. ex fuſ. vbi hæc haber Baſilius: *Quocirca cum illud intelligatur in huiuſmodi ſeparata aliorum ab aliis habitatione, certum prorſus, & confeſſum nullum bonum ineſſe, contraque incommoda manifeſta contineri tam multa; ſine dubio ſtatuendum eſt, inutilem eſſe penitus hanc inter ſe aliorum ab aliis deſperationem. Quod ſi fortè aliqui aliquando in ea reperti fuerint, antequam ne eſſent; prouideri potuerit, adhibenda eſt quamprimum correctio, & maximè poſtquam, quæ incommodo inde naſcantur, re ipſa experti didicerint. Nam illud, in ſuſcepta ſemel ſententia præfractè velle permanere, manifeſta eſt pernicacia. Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei.* Poſt multa verò, primorum Eccleſiæ Monachorum, Apoſtolorum ſcilicet, & eorum, qui ſub ipſis communem vitam egerunt exemplo, tem eruditè confirmat in hæc verba.

100. Sub Apoſtolis Monachos vno generali capite rectos fuiſſe.

Neque verò eum de Sanctis illis viris, de quibus eſt mentio frequens in Actis, teſtimonia illa proferuntur, quod videlicet multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & quod omnes credentes erant ſimul in eodem loco, & habebant omnia communia) eſt quamobrem dubitare quiſquam debeat, vllam in tota illa multitudine diſiunctionem fuiſſe, aut ex ipſis quemlibet ſeorſum more ſuo ſolitum degere, quin potius id exiſtimari debet, ſub vna & eadem cura vniuerſos ſolitos gubernari, atque hos in pleno numero quinque millium. In quibus fortaſſe non pauca erant, quæ mutua eorum inter ſe coniunctioni hominum ritu ac iudicio viderentur obſiſtere. Vbi abs te quidem Gillotius ad marginem. *Non in veros Anachoretas* (inquit) *ſed in Sarabaitas hæc detorquet*: Baſilius namque nullatenus confert in præſenti vitam Cœnobiticam cum Anachoretica, & ſingulari; ſed Monaſteria adinuicem diſiuncta cum Congregatione plurium ſub vno capite ab ipſo tota Regula 35. prætenſa. Ac per conſequens ex mente Baſilij ſub Apoſtolis non ſolum Monaſtica vita plurium Monachorum ſub vno locali Antiſtite vigebat, ſed & Monarchica plurium Cœnobiorum ſob vno Generali præfecto, alias exemplum primorum Monachorum impertinenter omnino, & extra chorum à Baſilio fuiſſet adductum: quod etiam apertè conuincit numerus ille maximus quinque millium Monachorum, quos ab vno ſolummodo Præfecto locali gubernari vix aut ne vix potuiſſe, de ſe eſt manifeſtum. Pergit: *Cæterum cum, qui nunc in ſingulis vicis reperiuntur, adeo inferiores illis numero ſint: quæ permittit ratio hos viciſſim alios ab aliis eſſe disiunctos? Vtinam autem fieri poſſet, vt non modò, qui eodem vico, eodemque loco ſunt congregati, huiuſmodi, quem dico ſtatum, tenerent; ſed plures etiam qui diuerſis in locis* (proculdubio in Aſia Paphlagonia, aliiſque finitimis regionibus, ad quas ſe extenderat Baſilij Inſtitutio) *conſtituti ſunt fratrum conuentus ab vna tantum* (generaliſſima) *cura eorum, qui inoffenſè ſapienterque rebus omnium poſſent conſulere, in vnitate ſpiritus, & vinculo pacis regerentur.* Quod poſtmodum obtinuiſſe Baſilium ad Cæſareæ Capadocum ſedem euectum, eiuſque continuaſſe diſcipulos, veriſimillimum eſt. Interim tamen in Ponto, vbi cum Gregorio degebat, & leges has cuncta Pontica ferebat, Monaſteria ſub vno capite congregaſſe, nequit dubitari. Quot numero fuerint cum Monachi, tum Monaſteria, non conſtat: Duo tamen certa ſunt: & longe minorem Monachorum numerum fuiſſe quam ſub Apoſtolis; & quodlibet Monaſterium decem, non minus habuiſſe, vt palam eſt ex eodem Baſilio n. 9. huius cap.

Quibus conditionibus fundata hæc fuerit Congregatio, vnioniſque conſeruata concordia Baſilio ſeorſim exponere non vacabat; vnam tamen vel alteram palàm aſſignat Reg. 44. ex fuſ. ſub his verbis. *Si inciderit aliquando, vt in Conuentu aliquo deſit, qui tutò, commodevè foras poſſit amandari, neceſſitati huiuſcemodi ſatisfacient ij, qui loco proximi erunt, quum & communia itinera faciant, & abſentes à domo viciſſim alij ab aliis nunquam ſeparentur.* Quibus occurrit incommodo à ſe aſſignato, & à nobis adducto n. 97. quod in diſiunctione Cœnobiorum notauerat: 101.

Leges Cœnobij congregatis communes.

Vnius Cellarius alteri miniſtret.

Alteram vnionis huius legem conſtituit Reg. 181. Breu. vbi rogatus. *Si aliqua vicinæ inter ſe fratrum familiæ fuerint, & altera inopia laboret, altera ſit ad communicandum de his, quæ habet reſtrictior, quomodo aduerſus tenaces illos affecti eſſe animo debent, qui egentes ſunt?* Reſpondet? *Qui ita inſtituti ſunt, vt in charitate Chriſti ipſam etiam animam viciſſim alij pro aliis ponendam ſciant, qui fieri poteſt vt in his, quæ ad corpus pertinent, reſtrictiores ſint? Tanquam ſi obliti ſint eius, qui dixit: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. Veruntamen, ſi hoc fiat, æquo animo ferre debent, qui in egeſtate ſunt; cum certum ſciant ſe conſolationem in conſequenti ſæculo inuenturos, &c.*

Cœnobium Cœnobio ſubueniat in neceſſariis.

Addit tertiam quam commodiſſimam Reg. 285. Breu. vbi ſciſcitatus. *Numquid in mutuis inter diuerſas fratrum familias contractibus, rei, de qua contractio fiat, pretium exiliter ad calculum conueniat reuocari?* Reſpondet: *Vtrumne permittat doctrina Chriſtiana, venditionem, emptionemvè inter fratres exerceri, prorſus quid dicam, compertum non habeo. Siquidem communicare inter nos alij aliis admonemur res ad neceſſitatem vitæ pertinentes, ſicut ſcriptum eſt: Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas. Verum ſi omnino aliquando neceſſitas huiuſmodi contingat, maiorem adhibere curam debet qui emit, ne in perſoluendo de pretio aliquid detrahat, quam in accipiendo, qui vendit; ne plus accipiat, quam quanti res ſit. Simulque illud in memoria habeant vtrique: Damnum inferre iuſto, non eſt bonum Prou. 17.* 102.

Liceat ne venditio & emptio inter fratres.

Vnione itaque certis quibuſdam legibus, & conditionibus formatas, conſequens omnino erat, generalia, vel Prouincialia Antiſtitum Comitia celebrari, in quibus de communi Congregationis vtilitate, legibuſque ferendis ageretur. Horum autem expreſſa mentio eſt apud Baſilium Reg. 54. ex fuſ. ſub hac Reſponſione: *Operæpretium eſt autem, ſi ſtatis interdum quibuſdam temporibus, certiſque locis conſeſſus celebretur eorum, qui fratrum Conuentibus præſunt: in quibus videlicet cum de rebus iis, quæ ſibi præter rationem acciderint, tum de difficilibus etiam ad tractandum naturis, aut moribus, &* 103.

Comitia generalia.

Digitized by Google

quomodo in ſingulis moderãdis ſe geſſerint, viciſſim interſe communicent, & conferant, Quò videlicet, ſi aliquid aliquando minus rectè ab aliquo factũ fuerit, id adhibitá locupleto multorũ ſententiá maiore cum autoritate, quod in medium adductum eſt, quale ſit, iudicetur. Contráq; ſi quid rectè geſtũ multorum ſimiliter teſtimonio comprobetur.

104. Ambitionem Capitulantium. Forſan è veſtigio Comitia generalia inſidiãtem ambitionem miſertimam, honorumq; contentionem meditabatur Baſil. ſer. Commonit. ad complex Monach. cum hæc ſcribebat: *Caue ne generis nobilitate ſubnitare, ne ve ob eam cauſam honores conſectare atque hoc modo inani animi elatione tua, ſimul & certaminis, ſocios tuos ſupplantare, & grandem ſuper te peccatorũ molẽ aggerere conatus ſis. Si quidem iſtorum omnium non modo dum habes, ſed in eo etiam dum abs te exquiruntur (crede mihi) vtilem nunquam exitum experiere. Etenim niſi celeriter animaduerteris diabolicas eſſe iſtas inſidias, eaſque ex animo penitus extirpaueris tuo, ſæpè ſine dubio ea te à vera, quæ eſt ex Chriſto diſciplina, deturbabunt. Verum cum illud in animo tibi fixum ſtabilieris, omniũ te, quotquot ſunt, mortalium eſſe contemptiſſimum, peccatiſque onuſtiſſimum, peregrinumque, ac vagum, & quem ſola tantum miſericordia adducti, qui priores te ſe à ſeculi huius curis euocarunt, ſibi in ſocietatem aſciuerint, ſtudioſè operam dato, vt omnium nouiſſimus ſis, ac ſeruus omnium, quando iſta vna ratione veram tibi, ſolidam gloriam pariet: non autem illam vanam, ceſſamque.*

Ad vltimum notauerim, penes hoc multum, & ſi alia deeſſent, Magnorum Patrum Baſilij & Benedicti Inſtituta diſcriminari, quod ille generalem pro regimine Congregationis ex pluribus Cœnobiis, is vero Monaſterij municipio tantum accommodatam condidit Regulam.

CAPVT V.

Sanctorum Patrum Baſilij Magni, & Gregorij Theologi Anachoreſſis.

§. I.

Anachoretici mores communes.

1. Bina in Pontum ſeceſſio. BAſilium & Gregorium bis in Pontum ſeceſſiſſe, atque in primo ſeceſſu ſimul abiiſſe, Gregorius ipſe citatus c. 1. n. 35. & c. 2. n. 8. Satis aperte indicat illis: *Nobiſcum in Pontum ſeceſſit*, quæ violenter ſatiùs interprætatur Baronius tom. 4. A. C. 362. n. 71. aſſerens prius ſeceſſiſſe Baſilium; Gregoriumque detentũ matris Nonæ periculoſa ægritudine; atque ſimul abiiſſe, idẽ eſſe, ac *medio poſt interuallo*. Sed Baſilij teſtimonio inſiſtendum eſt, quò ſimul profectos fuiſſe teſtatur, Gregorium autem citò receſſiſſe è Ponto, vt aſſiſteret matri graui morbo laboranti, teſtis eſt Gregorius ipſe ep. 8. quæ 20. eſt inter Baſilianas ad ipſum Baſilium Gregorij reditum in Pontum è Ponto ſolicitatem ſcripta, quæ ſic

Gregorius [illegible] habet, *Vt iuſſui tuo obtemperetur, partim quidem in nobis, partim vero, & vt puto, plus aliquanto in pietate tua ſitum eſt. In nobis eſt, quod ad animi votum, & alacritatem attinet. Neque enim vnquã conuictum tuum fugimus, ſed ſemper perſecuti ſumus, & nunc amplius deſideramus. In ſanctitate vero tua eſt, vt quæ nos impediunt dirigas, ac diſpenas. Aſſidemus enim Dominæ* (alias *Nonæ*, & melius) *matri multum iam temporis ex infirmitate laboranti, & niſi cuncteremur illam in ambiguo deſerere, præſentia tua fructum, quod probe ſcias, non negligeremus. Precibus tantum matri ad ſanitatem, nobis ad iter obeundum ſuccurre.*

Cæterùm & ſi Gregorio inoptatis ſemper fuerit ad ſuum redite Baſilium; Matre tamen ipſius Nona vel ab egritudine libera, vel ad ſuperos tranſlata, prius ab eius domo in Arianzũ natalitij ſui locum in prouincia Tiberina Capadocum, quam in Pontũ receſſiſſe, ibique Anachoteſim aliquandiu egiſſe, atque inde ad ſe trahere voluiſſe Baſilium cõſtat ex vltro citroque datis Epiſtolis, quas deſiderari adhuc inquit Baronius: ſed immeritò; cum ipſum non prætererit Epiſtola 19. ipſius Baſilij; vbi poſt plura, quibus graphicè quidẽ, & quaſi in tabula pingit Pontici deſerti, quem incolebat, montes per cubitos ad Lunæ modum incuruatos, quibus quaſi muris circumſcribitur, ſiluas quibus circumquaque complexa eſt, fontes, fluuium ſtrimoná Amphipolitanis cognitum amnem, piſcium eius multitudinẽ, fructuum telluris abũdantiam, florum copiam, auicularum concentũ, ac tandem ſegregationem omnimodam ab vrbanis occupationibus, quietemque adeo feriatam, vt nullus, niſi fors venationis gratia, illuc accederet, his epiſtolam concludit: *Præterea quæ receſuimus, feras etiam non vrſos, aut lupos quales apud vos ſunt, abſit, ſed ceruorum & caprearũ agreſtium greges, ac lepores, & ſi qua alia ſunt, eiuſmodi nutrit. Num igitur cogitas quantam periculi demens accerſere voluerim, qui talem locum cum Tyberina, quæ barathrum eſt orbis, commutare cenſuerim? Ad hunc iam properanti ignoſces. Nam prorſus neque Alcmæon, poſtea quam echinades reperit, errorem amplius ferre ſuſtinuit.* Quid feſtiuius? 2. Gregorius ipſius Arianzi recedit. Baſilij ioci.

3. Gregorij facetiæ. Gregorius autem ſalſis his iocis, quibus Baſilius Tiberinæ detrahit, Epiſtolam hanc quod inter Gregoriana 10. eſt inter Baſiliana 22. lepidis facetiis refertam reſcribit: *Non fero mihi Tiberinam opprobrari, & quæ hic ſunt prominentes, & in ſublime porrectas rupes, & tempeſtates. ô admodum expers luti, ſublimis incedens, & tabulata pedibus calcans pennate, excelſe, & Abaridis iaculo componenda pernicitate corporis, vt cum Cappadox ſis Capadociam fugias. An iniuriã inferimus, quod vos quidem palleſcitis, atque ægrè reſpiratis, ipſumque ſolem tranſcenditis: nos vero ſaginamur, ac ſaturamur, & circumſcripti non ſumus. Sed iſta vobis ſunt. Delitiamini vero, & diteſcitis, ac in foro verſamini. Hæc non Laudo. Aut igitur ceſſa lutea nobis exprobrare, (neque enim tu ciuitatem condidiſti, neque nos tempeſtatem) aut & nos tibi obiiciemus pro luteis caupona, & quæcumque reliqua ciuitates incommoda ferunt.*

4. Salſiſſima Gregorij Epiſtola ad Baſilium. Extat quoque Gregorij Epiſt. 11. alias 23. numero Baſilianarum, quam etſi integram. Legas & perlegas lector, magnam ex ea cum Baronio capies voluptatẽ, in qua ordinatim percurrit ſingula, quibus Baſilius ſolitudinẽ ſuam deſcripſerat, ſic lepidiſſime ac modeſtiſſimè iocans: *Tu quidem, quæ noſtra ſunt, dicteriis, & ſalibus impetito, & conuellito. Siue ioco id facias, ſiue ſtudio, nihil iſtud retulerit. Riſu modo, & puerilem in modũ exſatiare, & amicitia noſtra fruere. Om-*

nia tua nobis ſunt iucunda, qualiacumque ſint, & quomodocumque habeant. Etenim & quæ hic (nẽpe Tiberina) *ſunt mihi cauillari videris, non vt cauilleris, ſed vt ad teipſum trahat* (*niſi ego tuorũ nihil intelligo, quemadmodũ ſolent, qui fluenta obturant, vt alio transferant. Talia ſunt perpetuò, quæ tua ſunt. Ego verò Pontum tuum, & Ponticam iſtam caliginis procreationem, ac refugiis, & exulibus dignam, & qui capiti imminent tumulos, pariter & feras fidem noſtram probantes, ſubiectamque ſolitudinem celebrabo. Murium caternam honeſtis nominibus phrontiſterij, Monaſterij, ac ſchola ornabo. Siluas illas agreſtium plantarum, montiumque profundè præcipitium coronam, qua tamen non coronamini, ſed concluditmini, aërem quoque temperatum, ac ſolem deſideratum Laudabo quem tanquã per fumum aſpicitis, ô Pontici Cimerij, ſoleque priuati, & non ſemeſtri tantum nocte, quod quidam dicunt, damnati. Sed ne aliquam quidem partem non vmbram, vt ex Scriptura aliquid proferam, habentes. Laudabo etiam arctã illam, ac ſtrictam viã, neſcio an ad cœlum, vel ad infernum ducentem: tui vero gratia ad regnum ducat. Ipſam in medio planiciem quid vis vocem: an mentiendo vocabo eam Eden, ac fontẽ in quatuor principia diuiſum, vnde & ipſe orbis irrigatur? An vocabo eam aridam, ac ſiticuloſam ſolitudinẽ, quam Moyſes quiſquam ex petra per baculum excuſſo fonte mitiorem habitabilemque fecerit? Nam vbi petras quidem declinauis, vbi mox hiatus; vbi hiatus, ibi ſpineta: ſupra ſpinas verò præcipitium; ſupra præcipitiũ via præceps, & vtrinque prærupta, viatorum mentem cogens, & ad ſolicitam cautionẽ exercens: fluuius vero infernè reſonat. Is tibi pro Amphipolitano ſtrimone eſt, ac placidus, & non magis piſcibus, quam lapidibus fœcundus, neque in ſtagnum aliquod refuſus, ſed in profundum verticẽ præcipitatus. ô ſublime loquens, nouorumque nominum fictor. Eſt enim magnus iſte fluuius, & terribilis, & supernè pſalmodias reſonans Hic nullius æſtimantur cataracta, infernique ſtrepitus, tãtum videlicet ſonitus, noctes atque dies auribus veſtris ſuggerit. Aſper quidẽ eſt, ſed tranſitum negans: turbidus quoque, ſed quem potare nequeas, cui hoc tantum humanitatis eſt, quod menſiunculam veſtram hiatibus ac procellis irritatus non ad ima ſecum deturbat. Iſta igitur nos beatorũ inſulis conferimus. Hæc veſtra ſunt, qui adeo fœlices eſtis. Tu vero admirari noli cubitos illos lunares, qui gradus montis aſcendendi in arctum magis conſtringunt, atque intercludunt, quam communiũt, neque collum illud, quod ſupra verticẽ oritur, quod Tantali vobis vitã efficit, neque delicatam ac mollem auram, tellurisque exhalationes, quæ vos animo deficientes recreant: ſed neque canentes volucres, quæ quidem canunt, ſed famem: & circum volitant, ſed ſolitudinem. Accedit vos nemo inquit, niſi qui venationis gratia accedunt. Adde & vt mortuos vos inuiſant. Iſta modum forſan excedunt epiſtola, verum ad comœdiam haud ſufficiunt. Tu ſi moleſtè ludum iſtum tuleris, rectè feceris: ſin minus plura addemus.* Quid iucundius excogitari poſſet? Nihil ſanè præter ſequentem epiſtolam, in qua adhuc pædia ipſa rem pari lepore perſequitur, quam infra n. 14. occaſione præferendorum morum reddemus.

5. Locus eremi Baſilij & Gregorij. Conceſſit igitur Gregorius in Pontum inuitante, vel trahente potiùs, per neceſſario Baſilio, quem magis quam aërem ſpirabat. Qualis autem fuerit ibi eorum habitationis locus, Baronij curæ debemus tom. 4. A. C. 362. n. 70. qui cum diu, vt ipſe ait, rem peruestigaſſet, reperit tandẽ fuiſſe ad ripam Iridis fluminis haud ignobilis, vt prodit ipſe Baſilius epiſt. 79. ad Euſtathium his verbis. *Sæpè numero nos, vbi ad fluuiũ Iridem degebamus, inuiſiſti, cum mecum eſſet Deo dilectiſſimus frater Gregorius, & ad eundem mecum vitæ ſcopum contenderet:* reperit etiam locũ, vbi Gregorius ſedebat, (non Baſilius vt ipſe tantillum lapſus ſcripſit ibidem) quem prodit ad Eudoxium Rethorem ſcribens epiſt. 120. apud Baſilium, cuius initium: *Recordor adhuc præſentia tua, qua vnà conueneramus paulo ante in Mataza mea* (*mea enim, ſi qua voco, tua intelligo, ſimul & Philoſophia, qua tu philoſophabaris, &c.* Quales autem regiones fuerint, quas Iris amnis interfluit, his explicat Strabo lib. 12. vbi cum Ponticæ regionis fluuium ibi ortum & ad mare Euxinum Labentem deſcripſiſſet, inquit: *Hac de cauſa planicies hæc ſemper roſcida eſt, & herbis viret, ſufficitque alendis boum, & equorum armentis, ſementem plurimam excipit elimij atque milij, adeo nunquam frugibus deſtituitur, nam aquarum copia quauis ſiccitate eſt valentior. Itaque fames nunquam ad iſtos homines pertingit, cum montana etiam tantam abundantiam præbeant ſpontè ſua naſcentium, & ſiluestrium fructuum, vitis, pyri, mali, & eorum, quæ ſunt de genere nucum: ita vt toto anni tempore largiter decerpere fructus poſſint, qui in ſiluas eunt cum alij etiamnum de arboribus pendeant, alij in foliorum, quæ defluxerunt, ſtrue copioſa, & denſa iacentia inueniantur: omnis etiam generis venationis in frequentiſſimo ſunt vſu ob fertilitatem ſoli.* Ex quibus rectè concludit Baronius, potiora fuiſſe iura Baſilij, quidquid Gregorius iocis ſuis ea conuellere ſtuduerit.

Ibi igitur degentes etſi inferendis legibus Aſceticis, quas toto cap. 3. & 4. tradidimus, iuriſque Monaſtici reſponſis reddendis certis temporibus conuenientes occuparentur, ſeorſim tamen, ac loco ſeparatos maiorem vitæ partem egiſſe, ſolerter aduertit Baronius ex ipſo Greg. ep. 106. apud Baſilium, qua ſic Amphilochium alloquitur. *Dign*ere itaque holera nobis, & plurima & optima mittere, vel certè quantum poteris. Quandoquidem pauperibus, & modica magni æſtimantur. Habebimur enim apud nos Magnum Baſilium, cuius vt ſaturi philoſophiam expertus es; ita eſurientis ac moleſti experiri nobis.* Quod valdè notandum eſt, vt vel vnde appareat, quam longe fuerint Baſilius & Gregorius à damnanda vita ſingulari, cui pluribus detrahere videntur Reg. 3. ex fuſ. Quis autem ipſorum ſit ſenſus, notatione ſubiecta oſtendimus cap. 2. n. 24. huius lib. 6. Loco ſeparati degunt.

Quia vero Ponti Anachoretæ alij Nazianzeni face illuſtrati ſunt, quorum acta verſibus cecinit: alij autem, quia plurimi numero, vix, aut ne vix quidẽ nominibus exprimi potuerũt: prius mores cunctis communes, poſt ſingulorũ acta miranda ex Theologo ipſo reddemus. Ac primùm ab hoc vltimo, in quo verſebamur, exordiũ ſumant Anachoretica generalia breui quadam, ſed ſenſibus prægnante, atque apprime ſalutari admonitione, qua Baſilius iuniores vitæ huius propoſitum amplectentes inſtruit his verbis. *Quiſquis ſolitariam vitam ſemel es complexus, ô homo fidelis, & idem pietatis cultor, fac condiſcas, ac docearis Euangelicæ conuerſationis formulam; corpus imprimis vt ſancta ſerui-*
7. Anachoretarum mores communes.

tuti

Google

Virtutum ſyllabus,

tuti mancipes, animum nihil erudito de ſe ſublime ſapere, cogitationes inſtruite pura vt ſint, ira impetum exinanito. Vim ſibi iniecit aliquis? In Domini vnius gratiam huic præterquam vult adito. Re quapiam ſpoliatus es? Spoliatorem in ius ne vocate, neu lite decernito. Odio haberis? Oſorem amato. Perſecutione percelleris? ſuſtineto. Execratione te deuouit aliquis, aut maledicentia? Hunc tu ad irrogata contumelia agnitionem adhortator, aut certè pro huiuſmodi intercedito. Peccatis in poſterum deſignandis mortuus eſto. Cruci Chriſti configitor. Omnem animi tui ſolicitudinem in ipſum tranſcribito Dominum, vt inueniri tandem promerearis, vbi Angelorum myriades, &c.

8. Vitæ ſingularis laudes.

Adhuc carptim *libet* (vt cum Baſilio ipſo loquar Opere erudito quod data opera ſcripſit de laude vitæ ſolitariæ) *de ſingularis vitæ meritis pauca perſtringere, & quid de tanta vitæ culmine ſentiam, laudando potius, quam diſputando* (neque enim res iſta ſub diſputatione erat Baſilio) *breuiter intimare. Solitaria namque vita cœleſtis doctrinæ ſchola eſt, ac diuinarum artium diſciplina. Illic Deus eſt totum, quod diſcitur, via qua tenditur, totum per quod ad ſummæ veritatis notitiam peruenitur. Eremus nempe eſt paradyſus deliciarum, vbi tanquam redolentium ſpecies pigmentorum, vel rutilantes flores aromatum, ſic fragrantia ſpirant odoramenta virtutum. Ibi ſiquidem roſa charitatis igneo rubore flammeſcunt. Ibi lilia caſtitatis niueo candore candeſcunt: cum quibus etiam humilitatis viola dum imis contenta ſunt, nullis flatibus impelluntur. Ibi myrrha perfectæ mortificationis non ſolum carnis, ſed, quod glorioſius eſt, propriæ voluntatis exundat, & thus aſſiduæ orationis indeſinenter emanat, & igne diuini amoris ſuauiter ardet. Et cur quæque ſingula commemorem, quandoquidem omnia illic diuerſarum virtutum germine diuerſis venuſta coloribus rutilantur, & perpetuæ viriditatis gratiâ incomparabiliter vernant?*

Charitas Caſtitas.

Humilitas.

9. Ruſus exclamans: *O Eremus ſanctarum mentium delectatio, & intimi quibus inexhauſta dulcedo. Tu caminus ille Chaldaicus, vbi ſancti pueri feruentis incendij vires orationibus reprimunt. Tu fornax, vbi ſuperni Regis vaſa formantur, & ad perpetuum nitorem malleo pœnitentia percuſſa, aclima ſaluti fera correctionis eraſa perueniunt. O cella negotiationum cœleſtium apotheca, in qua videlicet illa mercium ſumma reconditur, quibus terra viuentium poſſeſſio comparatur vbi breuis afflictio carnis emit celeſte conuiuium & exiguæ lacrimæ riſum capiunt ſempiternum. Tu das, vt triumiis videantur ora pallentia, & mens diuina gratia ſit pinguedine ſaginata. Tu campus diuini prælij, ſpiritualis arx certaminis, Angelorum ſpectaculum palæſtra fortiter dimicantium luctatorum, vbi ſpiritus cum carne congreditur, & fortis ab infirmo ſuperatur. O vita eremitica balneum animarum Tu de ſuperbis facis humiles, de guloſis ſobrios, Tu odioſa lingua frænum, tu luxurioſis renibus nitida caſtitatis adhibes ſingulum. Tu facis, vt leues quoque ad grauitatem redeant, vt ioco ſi ſcurrilitatibus parcant. Tu ieiuniorum ac vigiliarum nutrix; tu patientia, & pacis perfectiſſima cuſtos. Rectè diligunt te, & qui te fugiunt, veritatis luce priuati, quo greſſus ponere debeant, nō agnoſcunt. Adhærēt lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, ſi non propoſuerim te in principio lætitia mea O Eremus, vbi cella Monachorum velut tentoria ordinata caſtrorum, quaſi turres Sion, & quaſi propugnacula Hieruſalem eriguntur, quod tunc fit, quando vno eodemque ſpiritu diuerſa geruntur officia: dum videlicet hic pſallitur, illic oratur, in alia ſcribitur: in alia vero variis manuum operibus inſudatur.* Vbi duo notaberis quot quantiſque laudibus vitam efferat eremiticam. Secundum Eremitarum mores, quos in ſe ipſo expertus eſt Baſilius, vt ſtatim dicentur, nempe orationem, pœnitentiam mortificationem, lacrymas, humilitates, ieiunium, modeſtiam, amorem cellæ: variaque manuum opera, quibus oſtium animæ infenſum hoſtem ſolitarij Pontici propellebāt.

Oratio.

Pœnitentia mortificatio

Lacrimæ.

Humilitas ieiunium Modeſtia.

Diuerſa virtutum opera.

Veniat autem nunc in medium Gregorius Nazianzenus Eremi cultor inſignis: atque ex eius ſcriptis Eremitarum, ſeu Anachoretarum Ponti mores proferamus ſingulatim expoſitos, quos in genere dudum commendabat Baſilius. Rem tradit diſertè & luculenter in Carm. adhortatorio de Monachis ad Græcum genus ab ipſo cum Baſilio Ponti degente ad quendam vtriuſque amicum exaratum ab ipſo rogatus, vt ipſe apertè prodit his verſibus. 10. Ponti cum Baſilio degens ad amicum ſcribit.

Quæris quidem meorum verborum robur non amplius exiſtentium,
Ex quo mundo huic parum firmus ſum,
Crucem tollens, onus dulce, qua me ſeruauit.

Et poſt multa

Si quid vere forſan, & mea ſociorum mitiſſime omnium,
Antiquioris memoriam habes amicitiæ,
Non enim inter pios meum vnquam nomen ponā
Neque me ſpernere: non enim decet, ô amice:
Sed in meis ſociis gratiam, & gloriam præbere.
Eſt autem & mei apud plures ratio.
Si quidem non pluribus, te vere dignum præ omnibus ſanè
Colere amicitiam, ô beate, noſtram.
Sic vero & omnibus amicis grata egeris,
Quibus ſimul honor placuit Sanctorum.
Baſilic autem maximè, quem egregiè Chriſtus honorauit
Qui medius vtrorumque ſtat in vnum agens.

Ac primum qualiter nouum Anachoreſis huius inſtitutum arripientes reciperentur ad habitum Monaſticum his aperit. 11. Nouitiorum receptio.

Cum quis ſanctorum virorum illis adhæſerit
Noſtratis legis nihil ſciens,
Primum ipſum benignè quidem ſui honorant domibus
Adamantes omnibus formis amicis,
Et animas diuinis ſermonibus, quos ſpiritus impreſſit,
Extollunt, illuſtre epulum largientes,
Verum deinde legis quis immitis in mediis
Meminit, & tale exquiſiuit verbum.

Quibus mirè concinit D. P N. Benedictus c. 58. vbi nouiter aduenientem humanè tractari, atque in cella hoſpitum recipi aliquanto tempore præcipit poſt vero ipſi pluries ardua Monaſtici ſtatus non ſemel proponi.

Sed ad mores, quos ſic decantat: ibidem. 12.

——— Sunt Dei
Cultores quibus præbeat omnem libertatem
Qui tranquilla mente, animabuſque puris
Multitudinem agunt ſupra ſacerdotem ſuper celeſtium,
Omnibuſque Chriſti feris, quicumque terram ſunt deſuper.
In iugati, mundi parum attingentes,

Hymnis nocturnis,& diurnis regem

Dei laudes. Paupertas.

Canentes,humilibus alieni à poſſeſſionibus,
Quibus mundo imperans Amidam genus hinc & inde
Ludit terreſtrium, alias ad alium agens.
Solas diuitias habentes ſupremas,ſpem leuem
Non pereuntium,neque tranſmutatorum
Latere non indigentes ſuum corpus amante,
Neque iuuenili menu filiis annixi,

Caſtitas.

Neque fratribus fidentes,neque ſociis
Sanguini & cineri cras peritura.
Neq; magnum ſpirantes in vrbibus,& ciuibus

Humilitas.

Infirmorum ventorum robore audaci.
Neque quidem deſiderantes euolantē celerrimè
Gloriam humanam,delectationem nocturnã
Sed Deo mittentes totam mentem,exque Deo
Solide à ſaxo rudentes alligantes,
Sacerdotes occulta vita Chriſti Regis.

Quadrat Gregorios perpetuæ Patrum doctrinæ Monachos cunctos *Sacerdotes* compellantium,vbi non de Presbyteratus Ordine, ſed de holocauſto à ſe ipſis de ſeipſis oblato, quod munus eſt Sacerdotij, per metaphoram, vt aſſolet,loquitur. De quo vide plura l.2.c. à n.13.

Vt apparente luceant magnopere
Spectantes Trinitatis purũ lumen in vnũ euntis
Et rurſus aperta oculis ſanctiſſimis
Cæleſtis exercituſque magna gloria,non amplius obſcuris

Rerum omnium contemptus. Cellulæ.

Viſis,neque paucis veſtigiis veritatis
Sed hæc quidem poſtea. Quæ vero hic ſunt fumus vilis
Aut puluis,qui vitam honorarunt cæleſtem.
Quorũ hi quidē ſpeluncis ſolitariiſq; ,cubilibus
Delectantur rudibus, & odore domos,
Et vrbium fugiunt conſortium,cæleſtis autem
Amans ſapientiæ cognatam quietem.

13. Aſcetriadũ Anachoreticis mores.

His commones Anachoretarum mores deſcribit: ſequentibus autem ſingularium miranda facinore §.2.tradenda. Tranſit autem ad Aſcetriades idem vitæ genus ſectantes, quarum his exercitationes depingit.

Virgines autē mulieres,quæcũque laudant Regē
Sponſum,ſanctiſſimis mixtum cordibus,

Vigiliæ.

Quæ Chriſtũ expectant in ſomnibus luminibus,
Non flaueſcentes faces accendentes
Honorans, poſtquam didiciſti meum præmium,
ſi quem honor aſti
Atry noſtri oculum ſplendidiſſimum
Communis enim omnibus exiit gratia, cum quis bonorum,
Bonaque patiatur lege mixta amicitia.

Virilia animus. Saccus. Humicubatio. Lachrymæ.

Quippe & his ſanè magna mēs maſculo anima
Proiicientibus doloſam Euam à corde.
Quippe & his ſanè circa corpus ſaccus tutus
Et puluis in ſolo, medicamenta pudicitiæ;
Votaque luctuſque amici,& noctes inſomnes,
Et fontes lachrymarum interius rigatarũ
Genua autem roborarunt, & infirmitati, oblita ſunt,

Genuflexio.

Fortia Chriſti prendentes veſtimenta.
Hæ molles carneſque & veſtimenta mollia
Pulchritudoque verna cito flaueſcens

Caſtitas.

Viriũq; naturaq;,& quodcũq; exterius manibus
Viri triuerunt ſpeciebus laſciuorum,

Sanctã Deiparam imitantur Virginitatis primiceriam.

Ceſſere ſub montibus mentis robore viris pares
Ponere fœminas,& corpus vt ſapientiam.
Non magnum:Et Chriſtum enim à cælo ſydereo
Carne eum humana ad terram euntem
Et peperere hominibus ſanctã per matrē euntē
Virginem,vt legem humanam perficeret
Immaculatus geniturus,& de ſepulchro proſiliētē
Die tertio,frementioribus deſideriis.

Vbi eleganter Doctor ſanctus Virginum principem,& Virginitatis primiceriam Deiparam ſanctam decantat, cuius immaculatæ geniture cunctæ propoſiti eiuſdem imitatrices conformari procul eſt omni dubio, quæ intemerata,& abſque pudoris læſſione mundo edidit Saluatorē virginalem clauſtrum ineffabiliter penetrantem,non ſecus ac è ſepulchro immoto lapide prodeuntem. Vidē dicta lib.2.c.7. per totum, vbi plura de voto Virginitatis ſanctæ Deiparæ,quam quidē vt ſubdit Gregorius.

Prima admiranda ſunt,amiciſq; nuntiarũt ſociis

Hinc Virginum numeras adductus.

Guſtantes Chriſti guſtum, medicinã prioris.

Vbi ſtatim enarrare incipit, multas per Aſiæ prouincias virginitatia propoſitum fuiſſe complexas,vt ex ipſo notauimus c.præced.n.69.

14. Baſilij & Gregorij auſteritates.

Porro quia ab epigraphe §.huius,vtriuſque legiſlatoria promiſimus Anachoreſim, priuſquam ad eos,quos ipſe laudat in præſenti,deſcendamus; prodeant iterum in medium Gregorij ſales, atque in eis otium captet oratio ipſius auſteritates enarratura; quæ duplo iucundior erit quod ipſius iocis lapidiſſimis feſtiuiſque Metaphoris tota aſpergitur epiſt. 24. apud Baſilij vbi dicteria, quibus impetit Ponticam Baſilij ſolitudinem,ſic perſequitur: *Iam quando videris moderatè ferre ludum noſtrum, addemus & ſequentia. Sit autem ex Homero proœmium. Eia age,tranſgredere hinc, inter nos concine cantus,habitationem tecto carentem, & foribus.* (Nota ſubdio vtrumque vixiſſe) *focum frigidum,& ſine fumo,parietes igne ſiccatos, ne lutō*

Subdiori uunt. Loci horror.

ſtillulis conſpergamur,intus Tantalici quidem, & condemnati(nota loci horrorem)*in mediis vndis ſitientes,& ad menſam illam miſeram, vnde nemo cibatur*(vide ieiunitatem auſteram)*licet omnium ciborum*(nempe ſpiritualium)*inſtructa ſit, anhelantes:ad quam ex Capadocia non tanquam ad loto phagorum penuriam*(populi ſunt in Africa apud Syrtes cuiuſdam ſolius arboris fructu victitantes,cuius cibus adeo dulcis eſſe fertur, vt aduenis incutiat patriæ obliuionem) *ſed velut ad Alcinoi menſam*(Pheacum Regis, diligentiſſimi hortorum cultoris) *recens naufragi, & calamitoſi vocati ſumus. Recordor enim panum illorum, ac inſculorum (nam ita nominabantur) quin & ipſi dentes in memoriam redeunt,quomodo morſibus illapſi ſtatim emergebant, ſurſumque velati ex cœno quodam retrahebantur.*(Nota panem aſperimum,nimis madidum,& inſulſum.) *Hæc ipſe ſublimiùs declamabis, cui ex cognatis affectibus datur magnificè loqui: ex quibus niſi nos verè magna,ac pauperum altrix(matrem tuã dico,*nempe Emeliam *) tanquam portus quidem tempeſtate iactatis opportunè comparens liberaſſet,iam olim mortui eſſemus,Pontica fidei non tam laudi,quam miſerationi futuri.* Vbi notandum valde, Macrinæ Baſilij matris facultatibus ibi alitos fuiſſe. *Quomodo tranſeo hortos illos, non hortos,& ad olera minus idoneos, deinde & Augea fimum domo expurgatũ.quo illos replebamus, quando luto vehendo deputatum plauſtrum ego inſtar botryũculi,tu contra lamyrus*(Herculis filius) *audacter iſtis ceruicibus,& manibus, quæ laborum adhuc veſtigia retinēt,(ò terra & ſol,vir,ac virtus declamabo enim parumper) non vt Helleſpontum*

Ieiunitas.

Patris iaſulſus.

Emeliæ facultatibus aluntur.

Opus manuum.

(fretum anguſtum inter Ægeum mare, & Proponti-

ponti-

pontidem quod ſeptem dumtaxat ſtadiorum ſpatio Aſiam ab Europa diuidat) *iungeremus ſed vt præcipitium complanaremus.* Nou quidem ex globæ ſoliq;ue defectu, vt notauimus n. 5. Sed quia cogitatò locum horridum petroſum, terraque carentem delegerant, vt ſic laborioſo manuum opere exercerentur. *Iſtis ſi nihil grauaris cum dicuntur, quantum quæſo cum fiunt? Nos etiam plura omittemus alios reueriti, quorum, & quidem multorum voluptate capti ſumus.*

15. Pergit adhuc Magnus orator exercitamenta depingere, quibus cum Baſilio degebat, non iam ludicris, ſed ſeriia agens ep. 25. apud Baſilium ad Baſilium ipſum inquiens: *Quæ hactenus de Pontica conuerſatione ſcripſimus, ludicra fuere, non ſeria* (non tamen ideo falſa, etſi veritatem ſalibus exornauerit.) *Quæ vero nunc ſcribo, vehementer ſeria ſunt. Quis mihi dabit, vt priſtinorum dierum afflictionem, in quibus tecum iucundiſſimè vixi, vel menſem vnum ferre liceat? Quis dabit mihi pſalmodias illas, & vigilias, & ad peccandum ſeceſſus, vitamque dictam quaſi ſpiritualem, & incorporalem? Quis virtutis certamen, & acumen, quod præſcriptis modis, ac canonibus ſtabiliebamus?* (vide notata capite 1. num. 35.) *Quis diuinorum oraculorum exercitium, inque illis cum ſpiritus moderamine inuentum lucem? Aut, vt minora, & leniora dicam, quis dabit quotidianas illas, ac manuarias operas?*

Spiritus alacriter. Seceſſus adorans conuentus ad leges ferendas. Sudium ſacræ ſcripturæ. Diuerſa ac laborioſa manuum opera.

Præter memoratas autem num. præced. has exprimit. *Quis lignorum ſindendorum, ac componandorum laborem?* vnde palam eſt cellulas, & Cœnobia propriis manibus extruxiſſe cui inſtituto concinit Baſilius Reg. 38. ex fuſ. vbi fabrili ac lignaria arte repudiata, tanquam quietis Monaſticæ perturbatricibus, ſubdit: *Si quando autem eiuſmodi nihil ineſſe animaduerſum ſit, quod præcipuum vitæ noſtræ propoſitum impedire videatur, aut hinc nihil noxæ contrahere, multis ſine dubio hæ aliis anteponi debent; & maximè agricultura*, de qua nuper. Pergit. *Quis latonias?* id eſt lapicidinias, vnde erigendis muris, ac parietibus lapides ſecabant. *Quis conſitiones, & irrigationes plantarum? Iſta optari quidem facilè poſſunt, apprehendi verò non ita facilè.*

16. Cæterum quia ex his haud obſcurè, expreſsè autem ex dictis num. 6. palam eſt, Baſilium & Gregorium in Ponto vitam ſeparatam, cum ab inuicem, tum à Monachis egiſſe; qui, quæris, fieri poterat, Monachos in commune degentes ſub præſcripto legum, quas ipſi interdum conuenientes ferebant regere poſſe. Certè difficilis ſemper mihi res viſa eſt, & contorta ad iudicandum. Sed dicam quod ſentio: quò enim difficilios negotium eſt, eò præclarius. Meminerit lector Magnos PP. Baſilium, & Gregorium non ſolum ediidiſſe Regulam & Inſtituta ad Monachos ſpectantia, qui ſub Prælato locali degebant, ſed canones quoque inſtituiſſe generales ad regimen Congregationis plurium Cœnobiorum ſub vno generali, vel prouinciali capite vnitorum, vt apertè cōſtat ex dictis cap. præced. toto § 9 à num. 94. imo vtrique ſerui communes, vt conſtat ex Regula, & ex cap. præced. toto §. 8. à num. 64. Crediderim autem magnos Patres legumque latores Baſilium & Gregorium, ſiue in generalibus comitiis, ſiue ex plenitudine propriæ poteſtatis Prælatos locales vnicuique Monaſterio prouidiſſe, ea dumtaxat ſibi reſeruata prouidentia generali ferendi leges, ſingulaque loca viſitandi, quæ vſque in præſens Generales Ordinum Recentiorum potiri conſueuerunt, abſque onere, curâve regendi localem aliquam Monachorum Conuentum. Nec putes aliquid inauditum in hac re à me allatum, quod in Veteri Patrum Monachatu non acciderit. Nihil enim noui iam diu à nobis aſſerebatur in Euthymio l. 4. c. 5. qui cum Generalem Præfectū ageret, vt ibi probatur n. 16. & 17. ac munere viſitationis fungeretur, vt conſtat ibidem n. 30. per rarò in Cœnobiis & lauria, diù autem in Eremo degebat, vt ibi notauimus à num. 39. pluribuſque annis ſolitarium, atque Eremitam egit, vt è n. 41. & ſeqq. vbi mores ipſius Eremiticos dedimus. Idem prorſus in Saba comperies c. 6. à n. 12. vbi oſtenditur Præfectum generalem egiſſe: atque interdum propria autoritate Præfectos Cœnobiorum & laurarum elegiſſe n. 15. quandoque verò ius eligendi Præfectum ceſſiſſe in ſuffragia Monachorum n. 18. Verùm quia nullius localis Præfecturæ cura ipſi erat, millies in Eremum ſecedere, atque ibi vt in plurimum morari licebat, vt à num. 51. atque ex moribus ipſius eremiticis traditis à n. 62. Idem prorſus Baſilio & Gregorio eiuſdem æui Præceptoribus accidiſſe nō dubitauerim, apud quos Eremum incolentes (non admodum tamen longè à Cœnobiis) proculdubio cura generalis Monachorum erat, abſque onere Præfecturæ localis; quo expeditiùs tot iura Monaſtici reſponſa, cum in Collectis priuatis, tum etiam in Comitiis generalibus redderent.

Qui potuerint abinuicem & à Monachis ſegregati Cœnobitos regere?

17. Sed ne quid vlterius de Anachoreſi Gregorij deſiderari queat, eam, quam ad vltimum vitæ ſedibus Conſtantinopolitanæ, & Nazianzenæ nuntio dato excoluit aperiamus. Prius a item occaſionem ſeceſſus cum Baronio A.C. 389. n. 18. ex epiſt. 81. nouæ editionis ad Theodotum Epiſcopum Tyanenſem (quæ tamen neque in Baſileenſi anno 1550. qua ego vtor, extat, neque inter Epiſtolas Baſilij editionis Pariſ. ann. 1566.) vbi hæc habet: *Audio te contumelias eas, quæ Monachi ac pauperes nobis intulerunt, grauiter moleſtèque ferre. Nec verò mirum eſt te, qui nullum adhuc vulnus accepiſti, nec calamitatum noſtrarum periculum feciſti, ad huiuſmodi res animo diſcruciari. Nos autem, vt qui & plura mala perſenſerimus, & contumeliis impetiti ſumus, fidem atque autoritatem merito nanciſci queamus, ea pietati tuæ præcipientes, quæ cum canicies docet, tum ratio ipſa demonſtrat. Grauia quidem, atque adeo grauiſſima ſunt ea, quæ contigerunt. Quis inficias ire queat? nimirum & contumeliam altaribus illatam eſſe, & conturbata myſteria; & nos inter ſacra, quibus opera dabatur, & eos qui ſaxis nos appetebant, interiectos, aduerſus lapidum ictus, medicinam à precibus petiiſſe, virginum pudorem in obliuionem veniſſe, monachorū modeſtiam, pauperum calamitatem, quos armorū auctoritas miſericordia quoque priuauerat. Nihilominus tamen lenitate, atque clemētia vti, fortaſſe ſatius eſt, multiſq; per ea, quæ perpetimur, lenitatis ac patientiæ documentū præbere. Pleriq; enim ſunt, quos non tā oratio mouet, quā actio, quæ taciti cuiuſdam monitoris inſtar eſt. Magnum eſſe cenſemus de iis, à quibus læſi ſumus, pœnam ſumpſiſſe: Magnum, inquam, nam & hoc ad aliorū vitia corrigenda vtile eſt. At multo hoc maius, &*

Vltimus Gregorij ſeceſſus in Eremum.

Inter ſacra lugebatur.

Pro lapidātibus intercedit.

.. eſt acceptam iniuriam tolerare: illud enim improbitatem coercet, hoc autem ad probitatem adducit: quod quidem longè præſtantius, ac perfectius eſt, quam à vitio abſtinere. Ingentem nobis humanitatis quæſtum propoſitum eſſe exiſtimemus, ſi ea, quæ in nos admiſſa ſunt, condonemus, vt ipſi quoque veniam conſequamur.

18. Ad Lectorem admonitio. Hæc ille: quæ ſi Gregorij germana ſunt, ſupremi ipſius in Eremum ſeceſſus cauſam promunt, nempe cæcum Monachorum & pauperum, imo & Virginum, furorem, eouſque aduerſus magnum Magiſtrum procedentem, vt neque in altari ſacrificanti pepercerint, ſed ſaxis ibi eum appetierint: quod adeò modeſtè & humanè tulit, vt Theodotum ſcelus tantum vindicare parantem zelum deponere, ac manſuetudine agere rogauerit, pro lapidantibus intercedens. Quo loci Lectoris ego humanitatem appello, ne ex aliquorum impudentia citò colapſam Baſilij & Gregorij diſciplinam coniectetur. Humanum aliquid Monachos (haud dubium, quos ipſe inſtituerat, fugienſque tandem in eremum reliquerat) aduerſus Præceptorem fuiſſe perpeſſos, nec nouum quidem, nec mirum eſt, nec in poſterum inuiſum. Viſum potius in Saba lib. 4. cap. 7. num. 55. quem aduerſus fratrum conſpirationem fuga ſibi conſuluiſſe notauimus: quod & Benedictus parens perpeſſus eſt in ſublatum decedens, cum moribus quorumdam conuenire non poſſet. Neceſſe enim eſt, vt veniant ſcandala, cum neque inter Angelus Lucifer, neque inter primos homines Cainus, neque inter Apoſtolos proditor Iudas defuerit. *Væ autem illi, per quem ſcandalum venit. Illi* inquam *væ*, non cætui Sanctorum, non areæ tritici, etſi in agro Dominico naſcantur zizania. Quod Baronium præſertim Monachorum præclara paſſim omittentem, atque in publicis annalibus libentiùs eorum næuos, quam ſplendores proponentem, admonitum eſſe vellem. Vide obſecro, lector, notata de hac re in hoc lib. cap. 3. num. 32. & 33. Quanta autem Monachorum perilluſtria ex Nazianzeno proferre potuerit, palam eſt ex dictis in hoc cap. à n. 11. & amplius ex ſubiiciendis toto §. ſeq.

Scandala nunquam non neceſſaria

19. Monachi hypocritæ in Gregorium calumnia. In vltimo itaque ſeceſſu poſt Baſilij ſui obitum vitam omnino incomitatam egiſſe, atque à Monachis ſegregatum vixiſſe, ipſe prodit carmine ſuo in Monachum quemdam hypocritam ſibique infenſum iactato, ipſi obiicientem ruri agere, non ſyluis; ibique placidam ſenectutem, pluſquam congruam Monacho agere vitam: in quam ſic occinit; obiter tamen promens miram ſui Monachorumque ſuorum auſteritatem, à qua ille deſeruerat.

Paulò antè quiſpiam me deliciari contendebat
ſtultus,
Refellitur. *Et delicatus, diues, ſuperbus,*
Aliaque multa dicens, & ad diteſcendum
hortum habentem,
Et ocium, & modicum fontem,
Lachrymas vero rurſus taces, dixi miſer, atque
frenas
Ventris, & genuum vulnera, & vigiliam,
Quibus Monachi mortificant corpora, qui
verè ſunt.
Imperitos enim proiicienus ad coruos.
Quæ autem faſtidia exiſtimas animam pati
pugnantem
Cum corpore, & mundo oppoſitam?
Monachi quid dicant, audite, ô mundi ſtudioſi,
Temporali qui eſtis, & magno ſupercilio.
Vos poſſidetis, diteſcitis, nuptiæ, filij, omnia iu-
cunda
Veſtra ſunt, ſiue quid terra, ſiue mare nutrit.

Hinc lapſus Baronij corrigendus eſt, cuncta hæc in Monachos hypocrita iactata putantis; His namque nec nuptiæ, nec rerum dominia licebant, ſed ſæcularibus in Monachos infenſis, quos carpit. Tranſit autem S. Doctor ab vnius hypocritæ Monachi reprehenſione, ad obſtruenda ſæcularium ora, nunquam non in Monachos impudentibus calumniis referta.

Nos autem ſi fontē, aut hortulū, aut paruā aurā,
Aut vmbram ex arboribus, poſſeſſiones
leuiſſimas
Contineamus, deinde delicias hoc dicitis. An
& reſpirare
Non oportet Chriſtianos? Hac re iniuria
afficimini ſola.
Vna lex, vnus Deus, vocatio vna, omnes pariter
Saluos fieri Chriſtus carne exutos
Vult: ſed nos compellitis ad perfectum,
Veluti debitū hominibus nullū pollicites.
Si autem Deo (hoc ipſe ſcit) non tu indicare
Dignus eum, qui malus eſt, deteriora vul-
nera habens,
Quam mœſtus ô adoleſcentula, & pallidus, &
excalceatus,
Squalenſque comam, loquenſque vix:
Et cingulo diſſecatur tunicula, & nigra
Veſtri compoſitè trahitur ad talos.
Hæc ſiquidē ob fidem tota vita eſt reprehenſio.
Si autem picturam alius laudet,
Ne poſthac nos arari cura ſit cuiquam, neque
ligonis,
Nec vectigalia tribuat, nec parōtos moriat.
Sit tibi barbaque profunda, & ſaccea veſtis
Et collum comminuens: placita noua pone.

Reddit autem ad lepides S. Doctor, quibus ab hypocrita illo, quem in præſenti carpit, fuerat impetitus: ac de peccati ipſius emendatione ſolicitus ſic eum è ſolitudine, qua ſibi conſuluerat, alloquitur.

Si autem ſolaciſſos, & omnes ſimul dilapides,
Nuncius, neque pili robur habere paruum.
Si quis nunc impuram habet vitam, vel haben-
di cupidam
Aut manus cædi obnoxias, aut legionem
magnam,
Neque membrorum tabeſcentia, neque lachry-
mis, neque laboribus.
Se ipſum abſtergat, fabula omnia hæc.
Sed vita voluat, & verba omnia deligens
Secta author ſit, hoc ſolutio vitij.
Cadere carnem pinguem, in ſpeciebus omnibus
optimum
Votis, ieiuniis, curis, vigiliis.
Purum enim puriorem decet eſſe
Malum autem conſumere vitij aliquā partē.
Si quis autem eſt confictus, mihi & hunc placere
Cadi, vt pœnas falſitatis det.
Pingues carnes, & ventrem propenſum
Tenui capere in greſſus non poteſt.

Profert tandem Baronius ibidem numero 22. Gregorij Nazianzeni teſtamentum à quodam M. Antonio Maſſa I.C. domeſticè ſibi coniuncto acceptum, vehementer lætatus, quod in ſecunda Annalium editione, aliquid mirandum, 20. Quid vnus de Nazianzeni teſtamento.

dum,

dum, magnumque produxerit in prima prætermiſſum, quod tamen ipſe ibi fatetur ab aliis, ſi qui nouerunt, tanquam commentitium fuiſſe contemptum. Et quidem, qui ante videre, iure contempſere: & Baronius apochryphorum rigidiſſimus cenſor, non ſine ſuimet iniuria teſtamento fidem habet. Ea tamen fuit Baronio nouitatis, pluſquam rei magnitudinis complacentia, vt in ſeriis adeo rei Monaſticæ rebus ſeueritatem, qua conſtitutus erat à natura, depoſuerit, oblituſque omnino fuerit Monaſticæ profeſſionis Nazianzeni, quem cum teſtamento conciliare, ac teſtamentum tempori conferre, Hiſtoriographo verum amanti par erat. Quid autem de hac re ſentiendum lib. 4. cap. 5. num. 16. manet pro dignitate notatum, quod conſulere gratum erit.

§. II.

Sanctorum PP. Baſilij & Gregorij ſchola Anachoretica, quorumdamque peculiaria, & admiranda vitæ Inſtituta.

21. Quorumdā certamina. MOres, quibus vt in plurimum Anachoretica Sanctorum Patrum Baſilij & Gregorij ſchola florebat, atque vtriuſque Præceptoris peculiaria tradidimus toto § 5 & ſeqq. Gratè autem, & piè facturum me iudice, ſi complurium eiuſdem propoſiti ſectatorum, quorum Nazianzenus ipſe cum Baſilio degens in Ponto Carm. hortatorio ad Græcum Genus de Monachis nomina prompſit, militiæ certamina ſpectanda lectori proponam, è barchi versuum ipſius extracta, quibus de hac re ornatiſſimè dixit. Neque enim abſque vetuſti Monachatus iniuria ea prætermitterem, quæ & Syrorum decantatam Anachoreſim, & Arabum ſtupendam pænitentiam (de quibus lib. 4. cap. 8.) præceſſere. Ac primum de quorumdam eximiis virtutibus, quorum nomina cum propter multitudinem, tum etiam propter vitæ ſimilitudinem ſilentio tegit, hæc cecinit:

Alij vero ferreis compedibus laborant
Ferreæ catenæ. *Liquefacientes viſum cū puluere liqueſcente.*
Speluncæ. *Alij vero rurſus feris ſimilia domicilios paruis*
Cohibiti, mortalem neque rimam offenderūt.
Ieiunium 20. dierum. *Viginti autē noctéſque & dies manſere incibati*
Sæpenumero Chriſti dimidium tolerantia.
Gloriabor: Ouilis quadam mei ouis erat illorū.

22. Diuerſa Gregorij & Baſilij Anachoretarum ouilia. Vbi nota diuerſa ouilia Anachoretarum ſub regimine Baſilij & Gregorij conuerſaſſe, quæ inferius *Mandras* compellat; neque aliquid diuerſum important à lauris, de quibus plura lib. 4. toto c. 5. & 6. Quibus autem laura à Cœnobio differat vide ib. c. 5. à n. 4.

Vnde motus vrbe ex parua
Cuiuſdam ſilentium. *Et linguam aliquis vinxit loquacem, & labra ſilentio.*
Ex mente autem, magna laudem ſacrificauit mente.

Pergit autem de quodam, Simeoni ſtylitæ ſimillimo Anachoreta hæc enarrare.

Et certè quis annos totos ſacro in loco
Stans, puras explicauit manus
Vigilia perpetua. *Neque hic in palpebris ſomnum iecit; miraculum in credendum*
Sed diriguit Chriſto ſpirans ex lapis.
Huic coruus vicinus paruus impertiebant cibi
Reliquias, vnus autem vtique erat vtriſque panis.

Ruſſus de altero ſtylitarum æmulatore inquit:

Et quidā vir diuino in monte inde ſublatus eſt. Alterius ſtatio ſub dio.
Chriſtus cum homines liquit paſſionē ſimēs,
Vbi orationeque menteque membris immotus
Stans niue ferebatur & ventis
Neque cedebat precibus circumſtanter aliunde aliis
Viris piis circumuolutatis
Sed tenebatur fortiter Chriſto magno Rege
Inde erigens ſuam mentem ex hominibus
Quouſque morienti domum vnam circūpoſuit
Neque curanti curatricis manus
Ita, horror venit mihi quidem, ſermonem fidis factum eſſe
Hanc legem Monachis nomen, & vitam,
Quos plurimi quidem ſciunt, ſperuunt autem pauci,
Plus calidiores prudentia pietate.

Poſt aliqua vero quibus communes aliorum mores § præcedenti traditos recenſet, inſigniorum quorumdam nomina profert inquiēs ad amicum. 23. Cl dorij acta.

——Tu autem mihi hic amice ſentias
Cledorio primū ex mentis, ... qui dē pauperibus
Viuit, & Chriſto omnia dedicauit ferens.
Se qui lem primum, deinde vero quæcumque poſſederat,
Nihil ſua vita linquens terreſtris
Margarita inter lapides, inter ſydera lucifer alius. E comia ipſius.
Ver inter tempora, inter plantas autē roſa.
Et terreſtris olim Regis in dictis gloria elatus
Maiorem en noſtro ſceptro gloriā habet, Eulalij.
Chriſto enim Regi aſſiſt... deinde
Multa coæqualis præſtantiori Eulalio,

Eulalius is ab ipſo Gregorio ad Nazianzenam ſedem à ſe dimiſſam euectus eſt; de quo ipſe ep. 96. apud Baſilium ad Gregorium Nyſſenum ſcribens inquit, *Quoniam propter cadauroſam hanc meam valetudinem in rebus defuit: ſimulque mollem Eccleſiæ veritus ſum, ſi negligeretur, hanc ipſe ab illis* (Epiſcopis electoribus) *gratiam petij, quæ & Canonibus non derogat, & nos refocillat, vt Eccleſiæ* (Nazianzenæ) *darent paſtorem qui & tuis precibus datus eſt, veſtra pietate dignum, quem & tibi commendo, videlicet reuerendiſſimum Eulalium Deo charum Epiſcopum, in cuius etiam manibus vitam expirare detur.* Eulalius fit Epiſcopus Nazianzenus. Quod factum narrat Baronius A. C. 382. n. 6. Pergit Nazianzenus.

Hunc quippe (Eulalium) *fratris magnum robur Helladij* 24. Helladij.
Dimidium nuper relinquens, abijt viulans
In choream quam deſiderabat: hic vero, hic ſolus relictus eſt
Nihil potens videre melius Helladio.

Is eſt Helladius Nazianzeni frater, qui poſt Magni Baſilij mortem in Cæſaræenſi Capadocum ſede conſtitutus eſt: de quo Baron. A. C. 377. num. 10. eiuſque fides laudata à Theodoſio Imper. apud eundem A. C. 381. n. 74. ſubdit de ipſo Gregorius. Helladius fit Epiſcopus Cæſar.

Matrem autem gubernans ſuā ab oſo à morbo
Vexatam paucis in guttis vita.
Qualem, multas eſt rumor arguere, ſufficiens dicere
Talium filiorum matrem, paucam verbum.

Adſtruit etiam Gregorius ipſe qui loquitur

Nonæ vtriuſque matrispericuloſæque ægtitudini,de quo ſupra n.1. Pergit.

Carterium autem alteri dedit Deus,ſed & hūc
Catterij. *Facies tuum ami e beneuolum ſociis,*
Carterium cuius gloria inter cæleſtes maxima
Semper ſublato ſpiritui ab carne.

Is forſam ille eſt Cartherius Abbas, cuius meminit Baronius A.C. 382, num. 66. S. Ioannis Chryſoſtomi in eremo Magiſter de quo in Epitome vitæ ipſius apud Sur. Ian. 27. hæc habentur. *Illinc* (id eſt ab Eccleſia in Eremis) *receſſit, vt qui in magnum incidiſſet Monaſtica vita exercitatorem , & apud eum manſiſſet annos quatuor,&c.* Sed vnde Cartherium hunc habuerit Baronius,non prodit. Verùm libenter ipſi fidem facimus. Subdit.

2 Nicomedis acta. *Parce & magno Nicomede,ſi quem audis,*
Qui vitam mortalem dedit cæleſti,
Et ſacrificiū magni Patris æmulatus eſt vetus
Abraham,luſtrata ſuorum filiorū diuitate,
Feſtinantem ad ſacrificium, victimas , & nuptias bonas
Fecit , experiebatur nuptias , & cælibatus corona.
Neq; reliquit terra ramos pulueris,vt totus iret
Terram in excelſam ab hac ſolutus vita,
Fructum optimè ſe gerentem cum viris atque fœminis
Viris filium carum,fœminis filiam,
Noſtris choris ſuam ſpicam adnumerans.
Spero vt torcularium dignum cæleſtium
Benè germinantes ramos ab odorata planta.
Si; vero & ſuorum filiorum præſtantiores è filiis
Sed hoc quidem fortis Dei in manibus iaceat,
Qui magnum magnis ſpebus finem fert.
Nunc quidem ſuis filiis pater alā veluti pullis
Aquila titiuola propè volans
Dirigit noui pactam,cum aëris in ilibus
Verſantur nondum fidenti penna,
Multa quidem pietatis erudimenta his præbēs,
Nondum autem ſua virtutis melius aliquid habens.
Qui diuinis ſermonibus, & moribus hos de[...]cauit
E mollibus vnguibus bonum admixus,
Et paupertatem ſacram hæreditatem præbet maximam,
Nihil vt relinquat inſtrumentū proſperitatis
Hac quidē igitur tibi talis domus,gloria mea
Gloria mea mandra,ſanguine ex nec.

Mandra hic non Cœnobium in commune viuentium,ſed idem ac *laura* importat , ſeu collectionem plurium in eodem pago ſibi inuicem quomodolibet adhærentium iuxta notata num. 22.

26. Theonij. *Neq; vero inter extremos Theonius,ſed in terra*
Stans ſedes attingit cæleſtes
Blandus,iucundiloquus, ſemper viridens facie
Monſtrans benigni ſpiritus ſplendorem

Et poſt multa quibus Theonij ſpiritum propheticum celebrat,inquit:

Talis enim hominibus via,& talem meum
Sanguinem adducit Chriſto nobilis genitor

Pergit.

Euandri. *Multos autem rurſus Euandri theſauros intus occulit*
Anima,& canicie albiores mentes,
Quis vero Aſterij ſapiens obliuiſcatur
Aſterij. *Atque fratrum ſacra Trinitatis,*
Quibus communis ſapientia,communis vita,in vnum conuenerunt
Spe ſola carni pariti?
Tacebo Philadelphum meum cor,nobilem ſanguinem. Philadelph. Macrobij.
Macrobij autem poſt hos educamēti noſtri,
Educamēti noſtri,amicū autem meum,quē alis
Beneuolens Chriſtus circumtenet magnis,
Quem omnium domina non inflauit ſuperbia.
Reghinum celſiuadentem,Leōtiū,Heliodorū Reghini. Leontij. Heliodori.

Verſus aliquis in præſenti deeſſe videtur.

Qui Chriſti ſapientia ſummum habens honorem

Denique horum pluriumque aliorum acta his perſequitur idem qui ſupra Gregorius. 27. Horū aliorumq; acta.

Alii que ruſticioribus cum viris ſidera lucētia
Multis hominum,neque apparentia.
In Chriſti membris honorata quis diceret
Singulos immortalis,formas carniferas?
Omnes autem hi Dei magni potentis ſerui
Alius in alia integer pietate.
Veſti[...] leuiſſimis calcantes aurum,
Dextra manus pecora decora,
Et tem[p]li magni lapides , quos Chriſtus vinxit
Inter ſe amabilis ſpiritus compage,
Qui v[...]a fauillis paruis viuunt leuem
Hanc vitam,ventri pauca largientes
Mali[...],affectuum autem grauem tumultum, atque nigram
Siſtunt Belia vndam inſurgentem.
Examinata oratione,ſilentio autem modum,& vincula viſu Excalciati ſoli tunicati.
Auribus & firmis oculis iniecti
Et calciati,aridi,lugubra,ſoli tunicati,
Mortui terreſtres, viuētes ſuperius mōtibus
Maius in oculis Dei lumen ſemper habentes
Animarumque piarum ibi chorum.

Hæc ibi Gregorius Nazianzenus , pluraque alia in laudem Ponticæ Anachoreſis profert, quæ conſulas lector. Nunc autem tute vide vtrum hæc publicis annalibus , curiſque Baronij digniora ſint,quam lapidario Gregorij ſaxis ab Hippocritis facta:vt hæc proferatur , ea vero neglectui,& obliuione tradantur.

CAPVT VI.

Inſtituti Sanctorum Patrum Baſilij,& Gregorij Nazianzeni duratio,atque ſucceſſio.

HActenus in Pontica ſolitudine clariſſimos Patres Baſilium Magnum & Gregorium Nazianzenum Monaſtica Inſtituta, quæ fusè tradidimus elucubrantes comitata eſt Otatio. Otium ibi nunquam otioſum quinque circiter annorum complexi ſunt; quô ad noſtrum negotium ſpectantia ſatis ſuperque cumulere. Verum infelix Orientalis Eccleſiæ ſtatus ab Arianæ hæreſi perturbatæ. Sanctorum etiam Patrum otium perturbare cæpit A.C.366. Cuncti iam Orthodoxi Epiſcopi arma aduerſus Fidei hoſtes capiebant , ſimulque clamore profuſo Baſilium & Gregorium ad certamen ſic euocabāt,vt nihil acrius, nec incitatius fieri poſſet. Primus id aggreſſus eſt Gregorius Senior Nazianzi Epiſcopus Gregorij noſtri pater , atque in ſede prædeceſſor, 1. Euocantur à Ponto aduerſus Arianum.

ſor, quem alij pernecesſarij ſequuti ſunt. Literis, precibus ac tandem conuitiis Gregorium compellantes; poſtremus autem Boſphorius

Gregorius à Boſphorio.

Colonienſis Epiſcopus, cui Gregorius epiſt. 107. apud Baſilium, cui ſe tandem ceſſiſſe, manuſque dediſſe fatetur. Theologo autem à

Baſilius à Gregorio.

Ponto auulſo, facilè fuit abſtrahere Baſilium, quem ſpirabat: idque non multo poſt per Epiſtolam præſtitit Gregorius ipſe (32. apud Baſilium) quaſi ipſi oppreſſionem Eccleſiæ proponit, ac de Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi ante in Baſilium inſenſo, iam amico, & ad ſimultates componendas propenſo ſecurum reddidit. Quanta in Arrianos aliósque Eccleſia aduerſarios præclariſſima hæc luminaria fulmina iecerint, quot ſubierint pro pace labores, qualia eorum extiterint certamina, merita, palmæ, atque victoriæ noſtrum non eſt enarrare, qui Monaſtica dumtaxat, ipſiſque ſpectantia ſuſcepimus. Ad lector Baronium, qui latè Anno Chriſti 366. & ſequentibus cuncta pro inſtituto doctè & luculenter exponit.

2.
Baſilius fit Epiſcopus Cæſar.

Obiit Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus A.C. 369. atque in eius locum Baſilius emeritus electus eſt, adeo tamen inuitus, vt fugam prius iniret, poſt vero ægritudinem ſimularet, quibus eximia ipſius enituit humilitas; ſed tandem ad ſedem Euſebij euectus eſt, vbi Epiſcopali curæ Monachorum regimen Monaſticamque auſteritatem adiunxit, vt notauimus cap.

Obitus eius tempus.

4. huius libri num. 57. Rexit Eccleſiam & Monaſterium octo annis, nonumque inchoauit, vt ex Nyſſeno ipſius fratre probat Baronius A.C. 378. num. 1. eoque anno ad ſuperos tranſlatus eſt. Funus tanti Patris pluribus cum lachrymis, tum laudibus, & Epitaphiis proſecutus eſt arctiſſimus eius amicus Gregorius, quorum vnum vel alterum Subiicere liceat ex tribus ad calcem Regulæ adiectis in Smaragdo à quodā Monacho Brixiano Cōgregationis S. Iu-

Epitaphiū.

ſtinæ latinè & metricè redditis, quod ſic habet.

Viuebas minimum mundo: namq; omnia Chriſto
Obtuleras, animam, corpore, verba, manus.
Gloria magna Dei Baſili: tu petra ſacrati
Ordinis, & fidei nunc magè multifida.

2.
Gregorius fit Epiſcopus Conſtantinopol.

Poſt Baſilij obitum Gregorius Nazianzenus ab Orientalibus Epiſcopis in Conuentu ab ipſis coacto, coactus ipſe, Damaſo tamen Papa ſuadente, cunctoque populo efflagitante in Conſtantinopolitana ſede conſtitutus eſt. Sed pro quodam componendo diſſidio ſedi ipſi, quaſi ad tempus ſibi commiſſæ, nuntio dato, rediit Nazianzum, vbi Gregorio Seniore ipſius parente vita functo, filius eius Paterque Monachatus Gregorius in ſede Epiſcopali ſucceſſorem egit, qui in eodem parentis ſui Senio grauari egerat adiutorem. Vtrobique autem Monachum & Monachorum ducem egiſſe coniecimus vbi ſupra de Baſilio. Sed vero Nazianzena etiam ſede valere iuſſa, alioque in ea Epiſcopo collocato, in Eremum diſceſſit vitam acturus ſolitariam, ſub Inſtitutis cap. præced. à num. 19. traditis, quo vitæ extrema primordiis ſimilia euaderent, de quibus cap. 2. num. 6. Clauſit extremum diem A.C. 389. iuxta Baronij ſupputationem, adhuc tamen in viuis degens ſequens ſibi cecinit Epitaphium ſub titulo. *Funebris & compendium vitæ ſuæ.*

Epitaphiū.

Chriſte Rex, quid me carnis in retibus iis deuinxiſti
Quidnam me huic vitæ poſuiſti ſub aduerſaria?
Patre quidem natus ſum Deiformi, non parua autem
Matre, in lucem autem veni precata.
Precata eſt, & me dedicauit Deo infantem, in corruptionis autem
Calidum amorem infudit aſpectus mihi nocturnus.
Chriſtus quidem mihi talia, poſtremo autem vndis efferbui,
Rapacibus manibus auxilium tuli, corpore ſolutus ſum.
Paſtoribus non amicis concurri, inueni infida.
Viduatus ſum filiis, calamitatibus cedens.
Hæc Gregorij vita, poſtera vero cura erunt
Chriſto vita Doctoris ſcribita hæc lapidibus.

4
De Aſceticis eorum iudicium.

Maximis autem hiſce Patribus ad ſuperos tranſlatis, quænam in Monaſticis fuerit eorum ſucceſſio, difficillimum mare, & ſcopuloſum eſt. Meum tamen iudicium de hac re ſincere promam. Legis perlegi, ac percurri non leuiter Aſcetica ab vtroque elucubrata, & Baſilij ſolius glorioſo nomine hactenus vulgata: eorumque Inſtituta non ſolum Regulam, vel Regulas, neque fnures dumtaxat Regularum, vt Smaragdo & Baronio placuerat, ſed pelagum immenſum, generalemque Monaſticarum virtutum officinam eſſe comperi. Non quidem quaſi eorum Regula cunctarum Regularum Ipſa recentiorum Inſtituta contineat cum oppoſita Baſilij inſtitutis paſſim recentiores Patres docuerint; ſed quatenus vnuſquiſque traditis propriæ ac peculiaris Regulæ præceptis diſcipulos ſuos vlterioris perfectionis auidos ad Aſcetica Baſilij tanquam ad mare Magnum remittunt; vt apertè fecit D. P. N. Benedictus cap. vltimo de quo latius cap. 1. huius lib. à num. 23. Tot namque fulgoribus deſuper illorum mentes illuſtratæ ſunt, vt quidquid ad generalia dogmata vitæ communis ſpectat, penitus comprehenderint. Hoc tamen nullatenus obſtat diuerſitati quaſi ſpecificæ Regularum Benedicti, Franciſci, Clericaliumque ac Militarium Ordinum Conſtitutionum ſub generaliſſimis Baſilij Inſtitutis: non ſecus ac neque conuenientia plurium ſub vniuerſaliſſimo genere (vt nunc dialecticè loquor) diuerſitati cum atomæ, tum ſubalternæ plurium ſpecie, imo genere, differentium obeſt. Pluriès namque in Notis Regulæ obſeruauimus, Baſilium & Benedictum eidem Monaſtico principio conſentientes, diuidi toto cælo quantum ad ſpecificam & indiuidualem inſtitutionem. Glorioſa profecto ſucceſſio, digna quidem Baſilio & Gregorio, digna maioribus ſuis.

5.
Baſilij diſcipuli.

In hac ſententia requiem capere cæpit animus in conquirendis & indagandis Baſilij ſucceſſoribus deſatigatus. Euolutis namque vetuſtiſſimis Scriptoribus, (quibus dumtaxat in hac re fides habenda) vix præter enumeratos cap. præced. §. 2. aliquem Baſilij ſucceſſoris vel diſcipuli nomine notatum inueni, præter vnū Zenonem Anachoretam in Syria de quo Theodoretus in Philoth cap. 12. *Magni* (inquit) *vt dicebat, Baſilij hauſit fluenta* & Theodoſium Cænobiarcham Palæſtinæ, de quo Cyrillus Monachus apud Sur. Ian. 11. *Magni* (inquit) *Baſilij cuius etiam vitam imitans, & eius orationis magno captus amore, ſtudebat animam quidem*

dem illius moribus, linguam autem eius ornare eloquentia. Verum ſi vtrioſque Inſtituta confe-ras, lector, non mediocrem inter vtrioſq; mo-res Monaſticos diuerſitatem notabis, quam ſingulatim percurrere non vacat. His annume-randa eſt tota cognatio Baſilij, parentes ſcili-cet Baſiliua, & Emelia, Gregorius Nyſſenus, aliique fratres, ſoror Macina, aliique cum ſan-guine tum affinitate coniuncti, quorum vix aliquis ſe abſcondere potuit à calore Baſilij ſolis Orientis. Rurſus Elpidium eoius ipſe meminit ep. 8. & alij pauci, quos ſparſim in Epiſtolis fratrum nomine compellat. Id autem conſultò ab Hiſtoriographis omiſſum eſt, quod vix vllus poſt Baſilium in Monaſticis verſatus eſt, qui diſcipulus Baſilij non fuerit. Vnus au-tem pro nulla ſufficiat D.P.N. Benedictus cap. vltimo ſuæ Regulæ.

Cur ab Hiſtoriographis ſilentio tecti.

6\. Succeſſio Baſilii à Nyſſeno promiſſa.

Ceterum nondum his ſatiata Didaci Nyſſe-ni deuotio in argumento ſui Phenicis Græci quam Hiſpano ſermone conſcripſit, arrogatis Baſilij familiæ cunctis fere præclariſſimia Orientis & Occidentis Eccleſiæ Doctoribus, & Præceptoribus Monaſticis, hæc fudit: *Quia vero non vacat innumeros Confeſſores, & Virgines Catalogo nunc recenſere, accurate diligentia zelo-que R.P.M.Fr. Alphonſi Clauelij lectorem re-mitto, qui propediem cudere parat, res memorabi-les, geſta rara, exquiſitoſque huius inclyta Reli-gionis euentus, ſeriemque hiſtoricam ſucceſſorum à primo fauſta ipſius fundationis lapide vſque in præſentem diem: Horumque luce tenebra euane-ſcent, quibus hactenus in rebus hiſtoricis Hiſpa-nia noſtra occupata, ac poſſeſſa detinetur.* Prô Deum lector, vtinam nobis laborem hunc diù ante præripuiſſet Clauellius, & vtinam fauſtè. Prodiit ipſius liber *de Antiquitate Regula, & Ordinis Baſiliana*: ibique promiſſo huic ſatis-fecíſſe putat, tot ferè locis, quot paginis com-pingitur, voluntariè aſſerens vniuerſos Orien-tis, & Occidentis Patres Cœnobitas poſt Ba-ſilium ipſius Regulam fore complexos, cun-ctoſque Anachoretas, vitam communem ſub eodem Inſtituto arripuiſſe: atque hoc pacto per vniuerſum Orbem dilatatum ad noſtra vſ-que tempora abſque interruptione vbilibet perduraſſe. Ex quibus quod attinet ad Hiero-nymum, Auguſtinum, Chryſoſtomum diſcipu-los Baſilij non fuiſſe conſtat ex lib. 4. capite 4 num. 8. & hoc libro cap. 1. à num. 22. Quod verò de Anachoretis, inquit poſt Baſilium eius Cœ-nobitis fuiſſe aggregatos, alienum à veritate eſt, cum conſtat aperte Euthymium, Sabam & alios poſt Baſilium coluiſſe Anachoreſim vt patet ex lib. 4 cap 6. à num. 39. & cap. 7. à num. 53. idemque conuincit tota Syrorum Anacho-reſis Hiſtoria à Theodoreto oculari teſte in Philotheo poſt Baſilij tempora ſcripta, & Ara-biæ propè tempora Benedicti, de qua libro 4. cap. 8. imo ipſius Baſilij & Gregorij in Ponto nuper tradita & laudata Anachoreſis cap. præ-ced. à num. 1. Vt omittam neque hoc dato au-thorem ſtare promiſſis. Eſto namque nemi-nem poſt Baſilium alterius habitum, vel Regu-lam ſuſcepiſſe, vbi nam continuatio illa à pri-mo fauſtæ huius fundationis lapide? Vbi Su-periorum, Generalium, Archimandritarum, vel Magiſtrorum alicubi gentium ſibi in eadem diſciplina ſuccedentium vſque ad noſtra tem-pora ſyllabus? Poſſet Clauelius in qualibet Aſiæ, Africæ, vel Europæ prouincia, quas cap. 8. ſigillatim percurrit, eorum indicem texere ea-dem facilitate & leuitate, qua ibidem propa-gatum Ordinem adſtruit. Quis eum prohibe-ret? Pluſculum id eſſet fabulæ & Commenti. Ego Baſilij ſcholam per aliquos, & alicubi abſque interruptione ad ſæcula noſtra tranſ-uectam, non abnego (etſi res in dubitationem adduci poſſet) ſed per quos, & quà peruenerit, adhuc deſideratur. Nam ſi fluentum à Baſilio per Theodatum & Benedictum traducatur, præterquam quod abſque fundamento id aſ-ſeritur, vt probauimus cap. 1. à num. 40. adhuc à Baſilio ad Theodatum latet omnino aquædu-ctus. Crediderim tamen in Religioſiſſima Pa-trum Baſilianorum familia Baſilij dormientis ſpiritum à Deo fuiſſe poſt longa tempora ſu-ſcitatum, ad inſtar Hieronymiani in Monachis ſuis, atque idem de Baſilianæ ſcholæ ſucceſſio-ne dici poſſe, quod de Hieronymiana diximus lib. 4 c. 3. à n. 16.

Per Theodatũ nequit continuari.

7\. Primi Monachi nigri Hiſpania an Baſiliani?

Verùm Nyſſenus adhuc promittit ibidem ex Fl. L. Dextro oſtenſurum Clauelium ab A. C. 419. Monachos nigros in Hiſpania fuiſſe, qui nonniſi Baſiliani (loquit) eſſe potuerunt. Sed quis antecedens neget? Actum egit Cla-uelius cap. 8. §. 10 à num. 6. ex Commentariis Biuarij ad eundem annum: qui rem iterum in-cudi reddidit lib. 2. Hiſtoriæ huius cap. 11. à num. 79. eo tamen excepto, quod Monachos *nigros*, id eſt arte fucato colore veſtitos, nulla-tenus admittit Biuarius in ſecundis curis, ſed ſubnigro, nigello, fuſco, vel pullato: natiuo nempe lanarum de quo plura ibid. à num. 63. Carpit Clauelius citato loco Biuarium, quod id genus Monachos Martini Turonenſis di-ſcipulos eſſe docuerit, quaſi fugerit Baſilij ſcholæ eos adſcribere atque in Biuarium in-uectus duplici via contendit Baſilianos fuiſſe I. quia cum Martinus Turonenſis Baſilianus fuerit, neceſſe eſt eiuſdem diſcipulos ex eadem ſchola fuiſſe. Quis autem non videat eadem perpetua licentia quodlibet prolibito audendi antecedens proferri? II. ex nigro colore, quo nullus eà tempeſtate Monachus, niſi Baſilia-nus, indui potuit. Verùm ſi hæc coniectura aliquid probat manifeſtè conuincit Baſilianos Monachos ante exortum Baſilium in Hiſpania fuiſſe, cum D. Iacobus Apoſtolus Monachatum primus in Hiſpaniam inuexerit Anno videli-cet Chriſti 36. vt ex Luitprando probauimus lib. 2. cap. 13. num. 9. & Simeon cognomento, *Niger* ſub Monaſtico nigellóque habitu pri-mus Anachoreſim ad Hiſpanias adduxerit A. C. 46. vt ibi notauimus num. 10. Ante Baſilium ergo nigri Monachi ac per conſequens Baſi-liani in Hiſpania fuere. Omnes autem Mona-chos non ſolum in Hiſpania, ſed toto terra-rum Orbe ea tempeſtate natiuis coloribus la-narum indutos inceſſiſſe, palam pluribuſque exploratum habemus lib. 2. cap. 11. à num. 57. fuſcum vero, & album Hiſpanis obtigiſſe ibi. à num 61. Vnde enixè pro nigro colore decer-tans Clauelius conuincit apertè oppoſitum in-tentum: nempe Baſilianos Monachos in Hi-ſpania ante Benedictum non fuiſſe, cum Baſi-lius colorem fucatum, tinctúmve Monachis diſtrictè prohibeat vt notauimus lib. 2. cap. 11. num. 66. & in hoc lib. cap. 3. à num. 45. nullibi-que lanarum color natiuus niger exiſtat, vt

habetur

habetur l. 2.c.11. à n. 75. vnde Pſeudomonachi ab antiquis reputabantur nigro colore vtentes, vt oſtenditur n.78. quod in Baſilium valde iniurioſum eſſet.

8. Hoſtium graſſationes in Aſiam.

Rectiùs forſan ſcholæ huius ſucceſſorum linea duci poſſet ab Aſia ad Athum Macedoniæ montem, quò profugiſſe Baſilij ſobolem Aſiæ cladibus afflictatam veri ſimile eſt. Tres autem legimus hoſtium fidei in curſiones in Aſiæ prouincias: primam ſub Arcadio & Honorio Imp.

Prima à Rufino petrata.

ab impio Rufino Imperatoriæ domus aulico, Romanique Imperij proditore, atque Hunnorum graſſationis in Aſiam inuentore, & motore patrata: quam fusè narrat Baronius A.C.395. fuſiſque per ora lacrimis deplorat Claudianus lib.2. in Ruffinum eumdem, vbi inter alia hæc occinit:

——— Alij per Caſpia clauſtra
Armeniaſq; ac niues inopino tramite ducti
Inuadunt orientis opes. Iam paſcua fumant
Cappadocum , volucrumque parens Argæus equorum;
Iam rubet altus Alis; nec ſe deffendit iniquo
Monte Cylix: Syriæ tractus vaſtantur ameni,
Aſſuetumque choris, & læta plebe canorum
Proterit imbellem ſonipes hoſtilis Orontem.
Hinc planctus Aſia &c.

Quanta autem ſub clade iſta fuerit in his prouinciis Monaſticarum rerum euerſio, promit D.Hieronymus Epiſt.3.ad Heliodor in hęc verba: *Ecce tibi* (inquit) *anno præterito ex vltimis Caucaſi rupibus immiſſi in nos iam Arabiæ, ſed ſeptentrionis lupi, tantas breui prouincias percurrerunt. Quot Monaſteria capta? quantæ fluuiorum aquæ humano cruore mutatæ ſunt? Obſeſſa Antiochia & vrbes reliquæ, quas Halys, Cydnus, Orontes, Euphrateſque perfluunt: tracti greges captiuorum: Arabia, Phœnice, Paleſtina, Ægyptus timore captiuus.* Eodem autem furore Baſilij Monaſteria ruinam perpeſſa, Occiſſas Virgines, Monachoſque vel gladio interemptos, vel Aſia fugatos, facilis coniectura eſt.

9. Secunda ab Iconomachis facta.

Secunda ſæuiorque incurſio in Monaſticem Aſiæ facta refertur ſub Conſtantino Copronimo ad A.C.766. quo loci eam ex Theophane narrat Baronius in Actis Stephani Papæ IV. aliis III. ab impio quodam Aſiæ Præfecto ſanctorum Imaginum hoſte infenſiſſimo, acerbiſſimo in Monachos odio perpetratam. Narratio autem cuiuſdam Theoſterićti Monachi in carcere compluribus aliis detruſi ſic habet:

Theoſterićti narratio.

Theoſterictus quidam hoc nomen merito conſecutus vir ſenex ac Sacerdotij dignitate ornatus, qui ex pio illo Monaſterio erat, quod Peleceta nuncupatur, atque & naſum abſciſſum, & genas feruenti pice ac bitumine illitas, miſerumque in modum ambuſtas habebat (hos enim cruciatus pietatis cauſa pertulerat) prodiens ipſe quoque in medium ſuperioribus ſermonibus hæc adiecit: Impoſſibile eſt, impoſſibile inquam eſt, vt vel hic ipſe Antiſtes noſter, Stephanus ſcilicet, ſiccis oculis iſta commemoret. Quanam enim ratione quiſquam illius, qui

Lachanodrachonis Aſiæ præfecti crudelitas.

tum Aſiam cum Imperio obtinebat, furorem amplecti poſſet: cui lachanodracon quidem cognomento erat: verum ipſius fel atque iracundia draconis quoque vires amaritudine ſuperabat. Ad quem B. Stephanus: Narrat quæſo Pater, nihil omittens eorum, quæ tum contigerunt, verum omnia oratione proſequens. Etenim per huiuſmodi exempla cum animi promptitudine, tum robore impleti ad eumdem Zelum præparamur: ſiquidem voluntas Dei hoc tulerit, vt pro diuina ipſius imagine, nos quoque certamen ſubeamus. Tum igitur Theoſterictus inchoatum ſermonem in hunc modum proſequitur.

Cum incruentum ſacrificium in Monaſterio noſtro celebraretur (erat autem veſpera ſancta ac magna quintæ feriæ, in qua Christus Iudæis tradendus erat) hic draconis nomen habens, Tyranni iuſſu, cum magna militum manu in Monaſterium impetum fecit: ac myſticum quidem Sacrum euertit, myſticis videlicet hymnis protinus ſilentio compreſſis. Lectiſſimos autem Monachos duo de quadraginta vinculis ferreis adſtrinxit; reliquos vero partim verberibus crudelem in modum lacerauit, partim eorum barbam pice illitam excuſſit, naribus prius amputatis: quorum numerum ipſe quoque augeo, quemadmodum faciei meæ nota certiſſima teſtantur quibus impius ille nondum explerit, vniuerſum Monaſterium poſtea inflammauit, ipſas quoque Eccleſias vna cum reliquis ædificiis concremauit. Mox autem prædictos duodequadraginta Patres ad extremos Epheſi fines relegauit, vbi cum eos in veteris balnei fornice concluſiſſet, ac deinde aditum obſtruxiſſet, in hunc modum eos è vita migrare coegit. Hæc ibi de Iconomacorum in Monachos Aſiæ irruptione qua plures vtriuſque ſexus martyres glorioſi Baſilianæ ſcholæ ſplendoribus aggregati ſunt. 10.

Monachi Martyres.

11. Sarracenorum incurſio in Aſiam.

Reliquias tandem Aſiatici Monachatus, ſi quibus tamen pepercerat Iconomacorum ſæuitia, Sarracenus furor abſumpſit Oriente vniuerſo potitus. Rem narrat Curopelares apud Baronium tom.11.A.C.1067.n.20. his verbis: *ſic ſub muliere* (nempe Eudoxia Conſtantini coniuge relicta) *Imperio conſtituto, Turcæ pererrarunt vſque ad Ceſſaream Cappadociæ omnia diripientes atque euertentes, igneque ſucceſo cremantes, impetuque facto in magnum & celeberrimum S.Baſilij templum, omnia incendunt, & ſacra diripiunt: & irrumpentes in ipſius ſancti ſepulchrum, ſanctis eius reliquiis nihil detrimenti inferre potuerunt. erat enim diligenter præmunitum, & circumſtructa quædam ædificia, ita corroborata, vt ad demoliendum diuturno tempore indigerent. Oſtia vero, quæ foraminibus oppoſita fuerant, auro & margaritis elaborata, precioſiſque lapidibus, adimunt: omnibuſque ſubletis ornamentis inde proficiſcuntur, multis interfectis Cæſarienſibus, temploque polluto.* Hinc fuſſo, vt credo, Monachorum & Virginũ extremo ſanguine Baſilianæ ſcholæ immortalis gloria amplificata eſt. Iſtinc vero Monachos (ſi qui ſuperfuerunt) metu perterritos in Macedoniam extorres profugiſſe, lineaque recto tramite producta ab Aſia ad montem Athum Baſilij Parentis tranſuexiſſe Monaſticem atque pluraque ibi extruxiſſe Cenobia, nondum hodie à tributo barbaris Sarracenis perſoluendo ſoluta, certum eſto. Peruium ac facile iudico à fuga Monachorum in Macedoniam (quocumque tempore contigerit de quo mihi non conſtat) vſque ad noſtram ætatem ſucceſſorem Baſilij texere ſyllabum; verum à Baſilio vſque ad extinctionem Aſiatici Monachatus id exequi impoſſibile cenſeo: Niſi fonte quotquot ſibi libitum fuerit Eccleſiæ Patres in albo Baſilianorum adſcribat, vt Niſenus fecit loco cit. hoc autem eadem, qua dicitur, facilitate contemnitur.

Inuadunt ſepulchrum S. Baſilij.

Orientis decus Baſilium, neque in minimo ſibi inferiorem Gregorium Nazianzenum, Solem 12.

Baſilius &

Gregorius Sol vere Orientis.

Solem gemino compactum Lumine, numero duos, amicitia vnum pluribus iam proſecuta eſt oratio, ſolem inquam, *vel quia ſolus ex omnibus ſyderibus eſt tantus* (vt cum Tullio loquar lib. 2. de Natur. Deor.) *vel quia cum exortus eſt, obſcuratis cæteris ſyderibus ſolus apparet.* Quæ namque Orientalia ſydera Baſilij & Gregorij Aſcetica non ſuperarunt? Sed heu fidei hoſtium atra caligine Orientalem Eccleſiam obſcurante, cediſque vniuerſa complente, ſicut naſcente Eccleſia, exorta ſimul eſt Monaſtices, ipſeque progrediente progreſſa, ita & occidente occidiſſe neceſſariú eſt. *At quis Dei conſilium non magnopere admiretur* (inquit eleganter Baronius tom. 7. A.C. 529. num. 11.) *dum conſideras eodem ferme tempore, quo in Oriente Monachiſmus eſſet magna ex parte collapſus, compluribus ex iis à Fide catholica ad diuerſos hæreſum errores deficientibus, aliis quoque ab illo vetere inſtituto rigido in delicias prolabentibus. eodem inquam tempore in Occidente* (. Sole ſcilicet occidentis ex orto Benedicto) *inſtaurari, atque longe lateque deffundi obſeruantiam Monaſticæ diſciplinæ; eamque adeo fœcundo germine propagari, cum veluti ex tenui ſurculo prægrandium exorta ſint frugiferarum arborum ſyluæ, quæ vniuerſam repleuerint Occidentalem Eccleſiam, extiteritque locuples ſeminarium, ex quo plurimi progreſſi ſunt ſanctiſſimi diuerſarum Eccleſiarum Epiſcopi: nec de fuerint ex iis, qui in throno Apoſtolico conſidentes vniuerſam Catholicam Eccleſiam, cum vehementiores vrgerent fluctus, conſtantiſſimè gubernarint: progreſſique ex eodem Monachorum ordine ſint, qui Apoſtolico munere complures barbaras nationes Chriſti iugum ferre in patientes, tandem ad Chriſtianam fidem ſponte capeſſendam conuerterint: prodierintque alij, qui ob ſuſcepta grandia pro religione certamina ſint victores conſecuti coronam martyrij. Prætcrimus modo illos, qui ſacrarum rerum ſcientia nobiles inter Scriptores Eccleſiaſticos floruere; nec numeramus, quæ numerari vix poſſunt, ſacrarum examina Virginum: ſicut nec facile ſit recenſere, quot ex hoc vno verè dicendo ſui humilitate fonticula immenſa flumina ſint deriuata, quot inquam ex Benedicto diuerſorum Ordinum ſint progreſſa agmina Monachorum qui licet diuerſo nomine in Eccleſia Dei circumamicta varietate cenſeantur. Inſtituti tamen eſſe S. Benedicti, & ab ipſo progredi gloriantur. Hæc tanta tibi* (lector) *hic vno intuitu, tanquam immenſum cælum in paruo globo deſcriptum, inſpicienda obiter modo proponimus, quo ſentias facturos nos operepretium, ſi tanti viri primordia atque progreſſus.* Secundo huius operis volumine explicata tabula proferamus.

Monachatus Oriente collapſus in occidentem exorto Benedicto inſtauratur.

13. His itaque faſtigium Orientis Monachatui impoſuiſſe libet, velaque orationis tantiſper contrahere, quibus (Diuini ſpiritus flante aura) iterum paſſis ſolem in occaſum vergentem, Benedictum loquor, occidentis ſolem, aliaque occidua Lumina ſequi parat. Dicta vero in præſenti ſufficiant ad laudem Dei Omnipotentis, eiuſque piiſſimæ Matris Virginis Mariæ, cuius ego (etſi indignus) nobiliſſimæ ſeruitutis dulci catena deuincior. Amen.

Operis faſtigium.

Laus Deo, Virginique Matri.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
IN SECVNDVM TOMVM de Veteri Monachatu.

PRIOR NVMERVS MATERIAM, Poſterior paginam indicabit.

A

ABACTRI patientia n. 44. pag. 131.

Abba, inde Abbas n. 60. 250.

Abban Iſmaelitę mirandi mores n. 45. 200.

Abbas dictus Baſilius Magnus n. 60. 250.

Abbas qualis eſſe debeat. V. Prælatus.

Abbas diſcipulis S. Ephrem. n. 7. 189.

Abdicatio rerum omnium V. *Paupertas.*

Abeneer Indorum Rex S. Ioſephati Pater l. 5. c. 3. & n. 2. 204. Monachos inſequitur ib. n. 6. 205. fit Monachus n. 7. 206 & n 15. 208.

Abrahamus Patriarchæ in oratione patientia n. 25. 147. eius Obedientiæ ibid. n. 120. 174.

Abraham Marciani diſcipulis n. 41. 199.

Abraham S. Ephræm diſcipulus n. 7. 189.

Abraham Eremita Syrus Sponſæ Thalamum fugit n. 51. 201. ipſius cella ibid. Paupertas ibid. n. 52. Veſtes & ſuppellex ibid Obedientiam Dioceſano Epiſcopo præſtat ibid. eius humilitas ib. cellam Prædicationis fidei gratia relinquit ib. redit peracto negotio ib.

Abſcondere Talentum quid num. 146. pag. 275.

Abſtinentia V. *Ieiunium.*

Abſtractio à ſæcularibus commendatur in Monachis n. 18. 124. & 31. 128.

Acacius tertij ſæculi Monachus egregius in vita Monaſtica n 37. 198.

Acceptio perſonarum damnata n. 106. 261.

Accedia filiæ n. 40. 130.

Adoleſcentia & vini pericula n. 59. 35.

Adminiſtratio ſiue Sacrificij ſiue Sacramenti Epiſcopo ſubiecta n. 84. 44.

Adulteri plures ex coniugatis, quam incontinentes ex Monachis n. 155. 183.

Aduerſarius noſter quis n. 152. 277. qualiter ei conſentire debemus ibid.

Ædificium Euthymiani Monaſterij peramplum n. 37. 86. Sabæ ædificia an. 589. Iuſtiniani ædificiorum Sabas autor ibid. n. 9. n. 79. Theodoſij Cenobiarchæ ædificia ibid. n. 8. 78. Chryſoſtomi ædificia vilia n. 167. 187.

Ægritudinum animæ curatio. n. 18. 85. & n. 25. 126.

Ægrotorum cura. V. Infirmi.

Ægypty Monachi centurijs & decurijs diuiſi. n. 72. 40.

Ægypti Monachatus in Arabiam tranſmiſſus. à n. 1. 120.

Ætas quando & non perſona admonetur. n. 50. 68. ætas intelligibilis quæ. n. 37. 244. ætatis feruor vt reprimendus ibid. n. 40. 245. Prælatus ſit ætate maturus ibid. c. n. 1. 301.

Aëris temperies ad Monaſticas exercitationes neceſſaria. n. 50. 153.

Aëtius Vrbis præfectus qualis vir. nu. 22. pag. 12.

Æthna Mons flagrans. n. 40. 64.

Agapetus Marciani Syri diſcipulus qualis vir. n. 40. 198. Syriæ anachoreſim transfert Apameam. ibid.

Agapetus Sabæ diſcipulus qualis vir. n. 44. pag. 101.

Agareni pluries Paletinæ Monachos incurſant à n. 108. 117. V. *Sarraceni.*

Ageruchia D. Hieronymi diſcipula. n. 15. 56.

Agricolarum celeumata in Oriente Pſalmorum concentus. n. 95. 47.

Agricultura à D. Hieronym pro labore manuum Monachis impoſita n. 65. 37.

Agryppa ſuccedit in Præfectum Marcian Syro. n. 44. 199. Huic Dauides ibi.

Alamundarus Silicet Arabiam & Paleſtinam incurſat n. 83. 76. & c. 7. n. 108. 117.

Albertus regulam ſuam à Baſiliana non extraxit à n. 42. 224. Aliqua ex D. Benedicto deſumpſit. n. 43. ibid.

Album & candidum quo differant num. 50. pag 32.

Algaſia D. Hieronymi diſcipula n. 16. 56.

Alleluya cur non transferatur in aliam linguam. n. 96.

n. 96. 47. à quibus inſtitutum ibid. n. 97. 40. quibus temporibus cani ſolitum ibid. n. 98. Synaxis ſignum ibid. n. 100. & c. 5. n. 70. 72.

Alnearia apum opus manuum Monachorum n. 65. 37.

Amanus mons vbi n. 10. 19.

Ambitio morbus diabolicus n. 69. 159. Vitia ambitionem comitantia ib. 160.

D. Ambroſius Muſicam in diuinis laudibus inſtituit à n. 93. p. 47. Orientales Eccleſias imitatus ib. eius æuo virginum numerus in Oriente & occidente auctus num. 69. pag. 293.

Amen cur non transferatur inaliam linguam n. 96.

Amerina laſſitudinem recreat num. 69. pag 47.

Amianus Marciani Syri patrui ſui diſcipulus qualis vir n. 43. p. 199. eius præfecturam ſuſcipit ibid.

Amicitia peculiares Monachorum improbantur n. 33. p. 286.

Amoris diuini vis n. 45. p. 252. amor proprius quomodo agnoſcendus num. 128. pag. 269.

Amphimalum quid n. 43. p. 31.

Amplexari mortuorũ corpora quibus in vſu fuerit n. 27. p. 96.

Anachoreſis D. Hieronymi à n. 7. p. 18. Anachoreticæ & Cænobiticæ vitæ comparatio ibid. à n. 70. p. 39. Prefertur Cænobitica ibid. Anachoretæ ſub Euthymio vnum corpus cum Cænobitis & Solitarijs n. 4. p. 77. Anachoretarum mores ſub Euthymio ibid. à n. 39. p. 86. Hierieuntinorum pietas n. 43. p. 88. Anachoreſim præfert Sabas n. 19. p. 93. Climaci Anachoreſis à n. 18. p. 124. præfert Anachoreſim vitæ Monaſticæ ib. n. 21. p. 125. mutat ſententiam & cur n. 21. & 22. ibid. Anachoretas in Cænobio congregat Iulianus Sabas n. 36. p. 197. Anachoreſis incommoda ſpiritualia n. 21. p. 239. pericula ibid. n. 23. p. 240. poſt Monaſticem ſecurior Anachoreſis ibid. n. 24. Baſilij & Gregorij Nazianzeni Anachoreſis ibid. n. 24. à n. 1. p. 301. eorum inſtituta Anachoretica ibid. à n. 7. p. 303. quorumdam Anachoretarum Ponti miranda certamina ib. à num. 21. pag. 307.

Anaſtaſius Euthymij ſucceſſor num. 13. pag. 92.

Anaſtaſij Imperat eximia in Monachos reuerentia n. 38. p. 99.

Anaſtaſius Sinaita qualis vir n. 2. p. 120. eius acta, & horrendum martyrium ibid. n. 3. p. 121.

Anatolius Euthymij diſcipulus num. 12. pag. 80.

Ancilla quomodo tractandæ num. 29. pag. 61.

Animæ vires à n. 32. p. 148. Animarum medicus Prælatus ib. n. 136. p. 178.

Aniſum laſſitudinem recreat num. 69. pag. 38.

Antepaſsio quid n. 42. p. 55.

Anthymi Sabæ diſcipuli funus num. 27. pag. 99.

Antiocha à Coſrhoa diruta n. 63. p 203. à Iuſtiniano imper. reædificata ib.

S. Antonio debitus Paleſtinæ Monachatus num. 2. p. 1. Antoniani Monachi ſub Clemente VIII. Romam veniunt num. 67. pag. 72.

Anus & puellæ qualiter corripiendæ n. 89. p. 298.

Aphrodiſij Sabæ diſcipuli miranda fortitudo n. 49. p. 102. Monaſtici mores ibid. n. 50. tranſitus n. 51. ibid.

Apthartodocitarum hæreſis n. 3. p. 121.

Apthonius Poblij Syri diſcipulus n. 47. p. 200. Epiſcopus factus nec cibum nec cilicium mutat num. 48. ibid. opus manuum ipſius ibid.

Apitius celebris coquus num. 57. pag. 35.

Apophoretum quid n. 5. p. 53.

Apoſtata V. *Deſertor.*

Apoſtoli internæ & externæ conuerſationis Monaſticæ Typi n. 53. p. 154. rudes adhuc abſq; labore regnandum putauere ibid. n. 122. p. 174. Qualiter obedierint ibid & ſeq. ſub Apoſtolis Monachi Generali capite gubernati n. 100. p. 300.

Approbatio Regularum munus olim Epiſcoporum n. 31. p. 220.

Aqua Monachorum potus n. 59. p. 35. Aquæ calidæ vſus apud Veteres nu. 22. p. 192. aquæ potus in Ieiunijs Syluani interdictus num. 5. p. 15. & Euthymij num. 43. p. 88.

Arabia Petrea à quo tempore Monachis referta num. 2. pag. 120 Arabiæ Monachatus V. *Ioannes Climacus.*

Archelaus Antiochiæ præſes à Chryſoſtomo ad Monachatum conuerſus num. 159. pag. 184. multos ipſe trahit ib.

Arianzum Gregorij Nazianzeni eremus n. 26 308.

Armeni in laura Sabæ proprio idiomate laudes Dei explent num. 21. pag. 94. cur Græcè Triſagion cecinerint num. 24. & 25. pag. 95. *Sacellum* eis à Theodoſio ad Dei laudes deſignatum n. 88. p. 112.

Arrogantia curatio num. 59. pag. 250. Arrogans quis ib.

Artificium Monaſterij obedientia apud Baſilium num. 86. pag. 256. eorum opera à quo diſpenſanda ibid. num. 100. pag. 260. quæ artes à Monachis exercendæ ibid. num. 14. pag. 275. ſuperiorum arbitrio addiſcendæ num. 47. pag. 289. qualiter artificum opera diſtrahenda ibid. num. 48. qualiter & ad quas nundinas Monachis eundum ibid. & ſeqq.

Aſceſis quid n. 8. p. 141.

Aſceta V. *Monachatus Monachus*

Aſia vtriuſq; ſitus num. 1. pag. 212. Baſilius & Gregorius Nazianzenus Aſiæ Monachatus illuſtratores, non inuentores à n. 1. pag. 227. Ruffini & Hunnorum in Aſiam graſſatio num. 8. pag. 311. Iconomachorum num. 9 ibid. Monachi Martyres num. 10. ibid. Sarracenorum graſſatio num. 11. pag. 312. Aſiæ Monachatus V. *Baſilius Magnus Gregorius Nazianzenus.*

Aſpebertus Monaſterium ædificat Euthymio nu. 27. 96.

Aſſella

Aſella D. Hieronymi diſcipula n. 14. p. 56.

Aſſiduitas orationis imperrat petita n. 28. p. 147.

Aſterius Anachoreta Ponticus n. 26. p. 208.

Aſterius Iacobi Perſæ in Syria diſcipulus qualis vit. n. 37. p. 198. Mutua Iuliani & Aſterij humilis contentio n. 38. ibid. diſcedit cum ipſo è cænobio in eternum ib.

Attagen n. 50. p. 68.

Auari Prælati prudens correptio n. 51. p. 4.

Auaritia quid n. 30. p. 128. vſque ad quem modum diffiniatur n. 122. p. 268.

Auditus cuſtodia Virgini neceſſaria n. 74. p. 294.

D. Auguſtini domus Epiſcopalis Monaſterium n. 17. p. 11. Non fuit primus inuentor Vitæ Religioſæ n. 22. p. 217. Vendicat ſe à contraria Periliani calumnia ib. 218. Regulam ſuam à Baſiliana non hauſit ib. n. 23.

Auitus Marciani diſcipulus n. 41. p. 199.

Aures duas, linguam vnam, cur natura prouidit n. 75. p. 295.

Auſteritas & manſuetudo in Prælato contemperandæ n. 32. p. 82.

B

B*Alnea* quatotum Monachis liceant à n. 67. p. 58. à Chryſoſtomo proſcripta n. 166. p. 187. & Ephræm n. 22. p. 193.

Barachias indiæ Regis frater regnum recuſat n. 15. p. 208.

Barba Euthymij prolixa n. 27. p. 84. Sabæ n. 44. p. 101. Baſilij Magni n. 21. p. 217.

S. Barlaami hiſtoria à S. Ioanne Damaſceno conſcripta vindicatur à n. 9. p 206. obiectio diluitur ib. n. 10. Opus eſſe Damaſceni probatur n. 11. ib. Barlaamus & Ioſaphatus Monachatum indicum reſtaurant à n. 2. p. 204. Ioſaphati filij Abeneet Regis acta ib. & & ſeqq. Barlaamus Ioſaphatum conuenit ib. n. 5. p. 205. Fidem Catholicam ſub Margaritæ pulchra metaphora ipſi oſtendit ib. quæritur ad necem ib. n. 6. Monachi Occiduntur ib. Barlaami & Ioſaphati conuerſio n. 8. p. 206. obitus, funera ib. Mores eorum Monaſtici V. *India.*

Baſilius Magnus quibus à Baſilio Chryſoſtomi amico diſcernatur à n. 3. p. 140. Aſcetica aliqua aliorum opera Baſilio adſcripta ib. à n. 5. Conſtitutiones Monaſticæ Chryſoſtomi opus, non Baſilij ib. à n. 6. p. 141. non fuit diſcipulus Marciani n. 41. p. 199. & n. 41. p. 224. Cur Hieronymus Baſilium non conceſſerit n. 8. p. 19 Baſilius & Gregorius Nazianzenus Aſiæ lumina n. 1. p. 212. mutua eorum amicitia ib. n. 2. Monachatus partes n. 3 p. 213. Imaginis cuiuſdam D. Baſilij ab autore anonymo editæ errores ib. n. 4. Pluribus cenſuris obnoxia n. 10. 214. ipſius celatura n. 11. p. 215. ſubſcriptio ib. n. 12. à ſacra congregatione Cardinalium proſcripta n. 51. p. 226. Decretum ipſum ib. Excellentiæ S Baſilij certæ & incertæ n. 13. p. 215. Nazianzeni & aliorum de ipſo elogia ib. limantur ab autore imaginis adducta n. 14. p. 216 diminutè laudat Baſilium n. 15. ibid. Fidem iacentem à Baſilio reſuſcitatam, quo ſenſu verum n. 16. ib. Victoria à Valente reportata ib. Plures à Baſilio hæretici exagitati n. 17. ib. aliqui Patres Baſilio minimè inferiores n. 18 ib. Reliqui ab ipſo inſtituta non hauſerunt ib. Baſilianorum cum Benedictinis controuerſia circa veſtes proſcripta n. 19. p. 217. Baſilius nunquam cuculla vſus n. 20. ib. ipſius habitus ib. & locis in margine citatis. Tonſura non eſt vſus n. 21. ib. Barbam promiſſam geſtauit ib. Non fuit primus inuentor Vitæ Monaſticæ n. 22. ib. contrariæ hæreticorum calumniæ ipſe ſatisfacit ibid. Quo ſenſu verum ſit Baſilij Regulam fontem eſſe cæterarum ib. n 23. p. 218. S. Franciſcus Regulam ſuam à Baſiliana non hauſit ib neque Auguſtinus ib. vnde Baſilius ſuam Regulam deſumpſerit ib. Militares & Clericales ordines aliunde hauſere inſtituta n. 24. p. 219. Primam horam poſt Baſilium Hieronymus inſtituit n. 26. ib. Non fuit primus Cænobiorum autor n. 27. ib. quando cæperit Monachos docere n. 28. ib. ipſius Regula verum & quando approbata n. 29. p. 220. à nullo ſummo Pontificè approbata n. 30. ib. neque ab aliquo concilio n. 31. ib. ab Ordinario approbata ib. Quibus Benedictina Baſilianæ tranſlationem diuerſitas n. 33. ib. Baſilius & Gregorius Nazianzenus Regulæ ſub Baſilij nomine editæ autores n. 35. ib. Quis cuius magiſter ib. Nihil ex Baſilij Regula in Benedictina inſertum n. 37. p. 222. vtriuſq; inſtituta contraria n. 38. ib. Baſilij Regula virtutum Monaſticarum officina n. 39. p. 223. cur S. Benedictus Monachos ad eam remittit ib. tempore S. P. N. Benedicti nondum Baſiliana Regula vt Regula in occidente vulgata n. 41. ib. Baſilius Carmelita non fuit n. 42. p. 224. neq; diſcipulus S. Marciani ib. neq; alterius hominis ib. à Macrina ſorore ſua conuerſus ib. ipſius & Alberti Regulæ diuerſæ n. 43. ib. Solius Ponti & Capadociæ Monachi ab ipſo edocti n. 44. ib. non ſyri ib. neq; Paleſtini n. 45. p. 225. neque Ægyptij. ib. Vbinam Baſilij diſciplina Viguerat n. 46. ib. Vnde Ordo Baſiliani Monachi Hiſpani ib. Baſilij interceſſio ad emergendum è peccato mortali n. 47. ib. Amphilochij de hac re commentum n. 48. ibid. Cauendum n. 49. ibid.

Baſilius Magnus in Ponto & Aſia Cenobiticæ Vitæ illuſtrator non autor, à n. 1. p. 227. Athenas venit ib. toto orbe celeberrimus n. 2. ibid. diſcedit Athenis n. 3. ibid. Monaſticem arripit n. 4. p. 228. Ceſarea decedit propter Euſebij ſimultates ib. peregrinatur Aegyptum ib. Cur ſine amiciſſimo Gregorio ib Presbyter ordinatur n. 5. ibid. Monaſticem in Cæſarea colit. ib. Euſebij Epiſcopi cum ipſo ſimultates n. 7. p. 129. ne ipſas foueret in Pontum ſecedit n. 8. ib. conſultore & monitore Gregorio ib. Ante Baſilium in Aſia & Ponto Monachorum gymnaſia à n. 9. ibid. Marcelli & Sabellij contraria in ipſum commenta à n. 11. p. 230. Aſceticorum eius autor falſo putatur Euſtathius ib.

Baſilij Magni & Gregorij Nazianzeni Cænobiticæ inſtitutiones ex Catadignenſi Codice Gothico à n. 1. p. 231. Recapitulatio Regulæ à n. 2. p. 132. Vide ibi lector indicem ſtatutorum Regulæ. Præfatio Regulæ n. 3. p. 234. quis præfationis autor & Regulæ primus interpres à n. 4. ibid. ſcriptorum Baſilij interpretes ib.

Baſilij Magni Regula à n. 6. p. 235. Geminus ipſius titulus & Prologus ib. cum Monachis de rebus Monaſticis diſſerit Baſilius ib. n. 6. & 9. Vitam Cænobiticam Anachoreticæ præfert à n. 21. p. 239. Anachoreſim minimè damnat n. 24. p. 240. Vitam ſeparatam pro communi temporalium diſpenſatione probat n. 25. p. 241. Regulæ ipſius inſtituta generalia ſuor, Benedictinæ particularia ib. n. 23. 94. p. 106. Quibus renuntiandum n. 26. p. 141. profitendis bona qualiter diſpenſanda n. 28. p. 242. ius ſucceſſionis Monaſterij n. 39. ib. Quo temperamento Monachi laicos in iudicio citare debeant n. 34. p. 243. Nouitiorum probatio. 35. ib. pueri & Virgines quo pacto ad profeſſionem admittendi à n. 36. p. 244. Monaſteria duplicia inſtituit ib. n. 39. p. 245. Regulam pro viris & fæminis ſcripſit ib. Menſura & qualitas ciborum n. 42. ib. Potus aqua ib. n. 43. p. 246. quibus in hac re Baſilius & Benedictus diſcrepent n. 44. ib. Seſſionis ordo n. 45. ib. Veſtium humilitas n. 46. p. 247. vnitas & ſimilitudo n. 47. ib. Notabiliores Monachi ſi vel parum labuntur ib. habitus ordinatio n. 48. ib. Calceamenta n. 49. ib. Zona ib. duas tunicas proſcribit Baſilius ib. n. 50. p. 248. Obligatio recitandi horas Canonicas extra chorum ib. n. 103. p. 261. quæ mentis vagatio inauitabilis n. 104. p. 262. Manuum laboris fines n. 108. p. 263. ſpecialiſſimus à Baſilio præſcriptus ib. Fraterna correptio n. 111. p. 264. Proprietarij tremendum iudicium ib. in non repræhendentes peccata inuehitur Baſilius ib. quæ artes à Monachis addiſcendæ ib. n. 148. p. 275. Profeſſio grauati ære alieno an Valide à n. 150. p. 276. culparum confeſſio in Regula Baſilij an Sacramentalis ib. à n. 152. p. 277. Regulæ titulus cur prædictis in Caradignenſi Codice præfixus ib. n. 157. p. 278. Reliquæ Regulæ Baſilianæ inſtitutiones. vide lect. e indice digeſtas n. 2. p. 233.

Baſilij Magni & Gregorij Nazianzeni reliquæ inſtitutiones ad communem vitam ſpectantes n. 1. p. 278. Quid de officialibus Monaſterij, numero fratrum, & inſtrumentis bonorum operum ſtatuerint ib. Qualis debeat eſſe Abbas ib. Prælaturæ onera ib. n. 2. ſeruitus humillima ib. Prælati virtutes n. 3. p. 279. Præpoſiti inſtitutio n. 4. ib. Præceptoris Nouitiorum ib. n. 5. p. 280. Cellerarius perpetuus ſit ib. aſſectatorem habeat ib. Oſtiarij inſtitutis n. 7. ib. de adhibendis ad conſilium Fratribus n. 8. ibid. quot numero Fratribus vnuſquiſq; conuentus compingi debeat n. 9. ib. qua animi deliberatione recipienda Monaſtices n. 10. ib. quæ ſint inſtrumenta bonorum operum n. 11. p. 281. Quid de diuinis officijs ſtatuerint ib. à n. 12. Primam non norunt ib. diſtributio ſeptem horarum ab eis facta n. 13. p. 282. ſexta bipartita pro ſeptennario numero complendo ib. completorium non norunt n. 14. ib. tertia Baſilio ſolemniſſima n. 16. ib. Cantus n. 17. ib. quæ muſica vſus Baſilius ib. Ceremoniæ chori n. 18. p. 283. Sepulturæ ritus n. 19. ib. ſeparatio virorum à fæminis in templo ib. funerum Pompa n. 20. ib. tribus choris alternata pſalmodia ib. Quid de Ieiunijs, menſa, & Vigilijs ſtatuerint ib. à n. 21. ib. Ieiunare & edere qui virtuoſè cohærere queant ib. cibus panis & olera, potus aqua n. 22. ib. Orationes ante & poſt cibum n. 23. p. 284. lectio menſæ ib. officia communitatis hæbdomodatim expleta ib. ſomnus n. 24. ib. horæ ſomni ib. Quid de obediētia, domeſtica conuerſatione mutuaq; fratrum vrbanitate ſtatuerint. ib. à n. 25. ib. Qualiter obediendæ ib. neq; bona ex proprio arbitrio facienda ib. quæ ſint alloquia admiſcenda n. 26. p. 285. à quibus ib. ſuſurrationes, ſigna & nutus proſcribuntur ib. qua vocis moderatione loquendum ib. controuerſiæ ad Superiorem defferendæ n. 27. ibid. Magiſter conuentus quis ib. Iuramentum omne prohibitum n. 28. ib. Vrbanitas morum n. 29. ib. Habitus animi & & corporis n. 30. 286. Amor cellæ n. 31. ib. Examen conſcientiæ n. 32. ib. improbantur amicitiæ peculiares n. 33. ib. Quid de pauperibus, infirmis, hoſpitibus, & pueris ſtatuerint à n. 34. ib. Xenodochium extruit Baſilius ib an fratres in eo curare licuerit ib. Quid ſi tota familia ægrotet, à quo inſeruienda n. 35. ibid. Antiſtitis obſequia ſubditus frater non recuſet n. 36. ib. Baſilius medicos & medicamina non repudiat n. 37. p. 287. Aqua calida vtitur ib. hoſpites qualiter ſuſcipiendi à n. 38. ib. ſumptuoſi apparatus fugendi ib. quæ mediocritas in hoſpitio tenenda n. 39. ibid. quæ erga Monachos ib. quæ erga ſæculares ib. propter nullos hoſpites ritus menſæ mutandus n. 40. ib. menſæ mundicia & elegantia commendatur n. 41. ibid. Hoſpites abſq; licentia non alloquendi n. 42. p. 288. quonam propoſito ſæculares pueri ad diſciplinam admittendi n. 43. ib. nihil pro oblatis accipit Baſilius n. 44. ib. ſecus Benedictus ib. formula profeſſionis oblatorum n. 45. ib. quam vim habeat ib. Quid de arte factorum diſtractione & ordine egrediendi è Monaſterio ſtatuerint ib. à n. 47. p. 289. Artes ſuperioris arbitrio addiſcendas ib. qualiter arte facta diſtrahenda ib. n. 48 qualiter & ad quod nundinas Monachis ire liceret ib. n. 49. quæ in ſolemnitatibus Sanctorum celebrantur, taxatæ ib. n. 50. quibus domo egredi oporteat n. 51. adoleſcentibus prohibitum ib. n. 52. & quibus coloria flos ineſt. ib. an liceat Monacho viſitare n. 53. p. 290. reuertentes ex itinere de quibus interrogandi ib. n. 54. ſæcularium conſuetudo improbatur ib. n. 55.

Baſilij Magni & Gregorij Nazianz. canones multatitij n. 56. p. 290. culparum confeſſio conuentualis ib. penæ regulares communes, ibid. n. 57. Canones Multatitij Baſilij Germani ibid. quando ab ipſo editi ibid. Ceſſare Capadocum Epiſcopum agens Monachos regit ibid. Cur Monachi *Canonici* ab ipſo appellati ib. Pœna negligentis tradere memoriæ pſalterium n. 58 p. 291. Obſectantis à correctione ib. non corripientis, vel temerè ib. non obedientis fratri cum poſſit ib. ſcurrilitatem ſectantium ib. n. 60. prius diſſimulantis & poſt corrigentis ib. iurantis ib. incorrigibilis ib. excommunicatio regularis ibid. & 61. egredientis de Monaſterio ib. n. 59. non condonantis offenſam ib.

de

de alijs animaduerſionibus iudicium ib. n. 60. Nothas eſſe probatur ib. quibus nominibus ſuperior Monaſterij à Baſilio inſignitus ib. incorrigibilium pœna expolſio ibid. n. 61. Puerorũ coërtio n. 62. 292. cuſtodia n. 63. ib.

Baſilij Magni & Gregorij Nazianz. inſtitutiones Aſcettiarum ſub eorum diſciplina degentium n. 64. 292. cuncta eorum Aſcetica pro vtroq; ſeauc aarata ib. & cap. 3. n. 36. 244. l bet Baſilij de Virginitate quale opus n. 65. 292. in quo ſtet vera Virginitas ib. n. 66. 293. Virginitatem ſiue in Monaſterio, ſiue extra vouentium generalia ſtatuta ibid. n. 67. voventibus Virginitatem noptias non licere ib. Decretum de lapſis Virginibus & viduis ibid. n. 68. Virginum numerus ea tempeſtate auctus ibid. n. 69. tempus profeſſionis earum ib. n. 70. iudicij maturitas ib. virorum profeſſionem extra Monaſterium non probat Baſilius ib. Virginum vota ſub paganiſmo emiſſa matrimonium reſipiſceotium non impediunt n. 71. 294. ſecus hæreticarum ibid. Virginitas quibus muoienda ibid. n. 72. mentis cuſtodia ib. oculorum ibid. n. 73. auditus ibid. n. 74. tactus ib. linguæ n. 75. 295. guſtus 76. ib. Abſtineotia vt moderanda ib. à quibus Virgini abſtinendum ib. n. 77. ſale temperatè vtendum ib. condimenta fugienda ib. de pulchritudine, ſi adſit, non iactandum, ſi deſit, comi non debet virgo n. 78. 296. ſtudium virtutum bis virijs oppoſitarum quale adhiberi debet ib. Domo non progrediendum n. 79. qualiter ad neceſſaria exeundum ib. patrum & conſanguineorum conſuetudo vitanda ibid. n. 80. quæ animo Virginitatem amiſit, nec corpore virgo eſt. n. 81. 296. Virginum in Cenobiis degentium inſtituta ib. n. 82. Caſtitatis ſolemne votum ib. Obedientia n. 83. 297. Paupertas & aliæ virtutes ib. n. 84. ſeparatio localis Monachorum & Sanctimonialium ibid. n. 85. quid ſi ex indigentia facultatum diſiungantur ibid. n. 86 fratrum & ſororum in veſtibus conformitas ibid. n. 87. Anus & adoleſcentulæ an eodem modo corripiendæ ibid. n. 88. Penæ delinquentium Baſilij Germanæ n. 90. 298. nolentis pſallere ibid. Iurantis ibid. n. 91. Maledicæ ibid. Criminoſæ ibid. contumelioſæ ibid. ſuſurrantis ibid. garrientis ibid. ſcurrilis ibid. clamoſæ ibid. defendentis reprenſam ibid. n. 92. loqueotis cum extrario ibid inobedientis ibid. reſiſtentis ibid. ſe ornantis ibid. egredientis de Monaſterio ibid. n. 93. conniuentis ibid. loqueotis cum extraria ibid. laborem mutantis ibid. contumacis. ibid.

Baſilij Magni & Gregorij Nazianz. ſtatuta ad congregationem plurium Cenobiorum ſub vno capite expectaotia à n. 94. 299. Multitudo Cœnobiorum Aſiæ & Ponti &c. Ibid. Collegia Patrum vniri debere pluribus probat Baſilius ibid. à n. 95. ſub Apoſtolis Monachos vno generali capite rectos. ibid. n. 100. 300. leg-s Cenobijs vnitis communes. ibid. n. 101. Vnius cellarios alijs miniſtret. ibid. Cenobium cenobio in neceſſarijs ſobueniat ibid. liceat ne emptio & venditio inter patres ibid. n. 102. Comitia Antiſtitum generalia ibid. 103. ambitio Capitularium carpitur n. 104. 301.

Baſilij Magni & Gregorij Nazianzeni Anachoreſis. l. 6. c. 6. an. 1. 301. brs in Pontum ſecedunt. ibid. Baſilij cum Gregorio ioci ſalſi. ib. n. 3. faceriſſima Gregorij ad Baſilium Epiſtola de Pontica cremo ib. n. 6. Anachoretarum mores communes à n. 7. virtutũ ſyllabus ib. vitæ ſingularis laudes ib. à n. 8. quam longe fuerit Baſilius à damnada vita ſolitaria ib. n. 9. Nouitiorũ ad Anachoreſim receptio ib. n. 11. Dei laudes ib. n. 12. Paupertas ib. Caſtitas ibid. Humilitas ibid. rerum omnium contemptus ibid. Aſcettiarum Anachoretarum mores ibid. n. 13. 304. Vigiliæ ibid. virilis animus ibid. humicubatio ibid. lacrimæ ibid. genuflexio ibid. caſtitas ibid. Sancta Deipara earum primiceria ibid. Virginum numerus hinc adauctus ibid. Baſilij & Gregorij in anachoreſi auſteritates Salſiſſimis iocis expoſitæ ibid. n. 14. ſubdio viuunt ibid. loci horror ibid. Ieiunitas ibid. panis inſulſus ib. Emeliæ Baſilij matris facultatibus aliti ibid. Opus manuum ibid. & ſeq. Spiritus alacritas n. 15. 305. ſeceſſus ad orationem ibid. acceſſus ad leges ferendas ibid. Qui potuerint ab inuicem & à Monachis ſeparari Cenobitas regere ibid. n. 16. eorum ſchola Anachoretica, quorumdam que Peculiaria & admirãda vitæ inſtituta ib. à n. 21. 307. diuerſa Baſilij & Gregorij anachoretarum ouilia ibid. n. 22.

Baſilius Magnus è Ponto vocatur adverſus Arrium. n. 1. 308. abſtrahitur à Gregorio ib. fit Epiſcopus Ceſarienſis n. 2. 309. Obitus Baſilij tempus ibid. Epitaphium ibid. De ipſius Aſceticis iudicium ibid. n. 4. Baſilij diſcipuli ibid. n. 5. cur ab Hiſtoriographis ſilentio tecti ib. ſucceſſio Baſilij vſq; in præſens à Didaco Niſſeno promiſſa ib. n. 6. 310. per Theoderum & Benedictum duci nequit ibid. Primi Monachi nigri in Hiſpania an Baſiliani ibid. n. 7. Baſilij ſepulchrum Sarraceni fruſtra inuadunt n. 11. 311. Baſilius & Gregorius Nazianzenus ſol vnus orientis ibid. n. 12.

Baſilius Seleucienſis Epiſcopus Syriæ eremita Marciani diſcipulos n. 41. 199. eius mores ib. eximia hoſpitalitas ibid.

Baſilius Chryſoſtomi ſocius quis fuerit n. 3. 140. adum ſcriptus liber *de Monaſtica exercitatione ibid. n. 12.* 143.

Baſilius Iuuenis Sabæ diſcipulus n. 11. 91. poſt mortem viſus in choro, & auditur canere n. 78. 109. celebrat encenia ſepulchri, ibid. n. 86. 111.

Betuccas V. *Carmelita.*

Bellum rationis ex vtraq; parte iuſtum inter Chryſoſtomum & Epiphanium n. 25. 15. Bellum voluntatiè amplecti ſtultum n. 35. 149. *Benedictionis* petitio peruetuſta n. 47. 101.

S. P. N. *Benedictus* cur in formula profeſſionis caſtitatis & paupertatis non meminerit n. 25. 219. S. Benedicti Regula Sarabaytæ aboliti. n. 80. 43. Parens Monachorum quam merito dictus ibid. Hoſpitio etiam hæreticos recipit n. 87. 45. eius Monachi Hiſpani perpetam *fray.* prænominatione vſi n. 47. 67. Regulam ſuam à Baſiliana non hauſit à n. 18. 216. quando & à quibus regula eius approbata n. 19. 220. prima omnium approbata ibid. à cunctis Monachis Latinis obſerua-

ri præcepta ibid. quibus Baſilianæ præſtet, ibi. n. 32. 225. Nulla in ea textuum diuerſitas ibid. n. 34. nihil in ea ex Baſiliana inſetum n. 37. 222. vtriuſq; Inſtituta contraria ibid. n. 38. cur Monachos ſuos ad Baſilianam temiſit. ibid. 39. 223. eius regula abſolutiſſima ibid. Benedictus Vrbaniſſimus ibid. n. 40. non eſt profeſſos regulam S. Baſilij ibid. aliqua ex Benedictina deſumpſit Albertus n. 43. 224. regulæ Benedictinæ ſtatuta particularia, Baſilianæ generalia n. 43. 246. Benedictus Completorij autor n. 15. 282. Monachatum in Oriente pene collapſum in Occidente inſtaurat. 12. n. 312.

Beneficij à Deo accepti qualitar proximo facienti gratia referenda n. 535. 271.

S. P. N. *Bernardi* ſcripta centones n. 24. 83.

Beta ſimiles virtutis deſertores. n. 45. 152

Beta olus viliſſimum & inſipidom ibid.

Bethleem ſalotatur à Paula n. 63. 71. quanto tempore ibid. manſerit ibid. n. 65. quatuor ibid. ædificata Monaſteria ibid. Sanctimonialium ib. degentium mores ibid. à n. 70. 72. earum inſtituta à Paula doctrica edita ibid. ſignum collectæ ib. Horæ Canonicæ ib. 17. n. 73. ſtudium Sacræ ſcripturæ ib. Collecta Maior. ib. Opus manuum ib. ſæculares mulieres à Monaſterio arcentur ibid. n. 72. habitos ib. ſeparatis à Viris ib. Paupertas ib. penæ delinqoentium ib. n. 73. & 74. ægrotantium cura ib. abſtinentia à vino ib. ſæculi memoria abolenda ib. earum gubernatio ad Euſtochium poſt Paulam deuoluta n. 79. 75. Paula iunior Euſtochio ſuccedit n. 82. 76. inſtituti huius caſus ib. n. 83. reſtauratio ibid. n. 84. V. *Paula*.

Beſſis à Theodoſio Cenobiarcha pro Dei laudibus proprio idiomate agendis ſacellum deſignatum. n. 88. 112.

Bibliotheca paupertati non officit n. 18. 22.

Binarij obitus deploratur in Epiſt. dedic. & in prologo ad lectorem, & poſt n. 35. 62. in præfatiuncula continuationis.

Biuarius imaginem S. Baſilij erroribus refertam libello ſupplici impugnat à n. 4. 212.

Bleſilla S. Hieronymi diſcipula n. 55. 56.

Bombycinarum veſtium inoentio n. 23. 59. taxantur in vitis ib.

Bona temporalia Deus nobis non orantibus tribuit n. 27. 547. ſpiritoalia perſeueranter orantibus ib.

Bonoſus Hieroni in Anachoreſi ſocius. n. 15. 21.

S. Brigitta Propbetia de reſtauratione inſtituti Hieronymiani. n. 108. 51.

Brunus color commendatur in Monachis à n. 49. 32.

C.

C*Alceamenta* viliora Monachis exquirenda n. 140. 179. V. *Caliga*.

Cladarum vſus V. *Agna*.

Caliſti Epiphanij diſcipuli miraculoſa conuerſio n. 22. 12.

Calua Venus turpior quam vulnerata n. 10. 54.

Cancellarius S. R. E. ſemper fuit Cardinalis à n. 34. 27.

Candidum. V. *Album*.

Caniſtra opus manuum Monachorum n. 65. 37.

Canon quid n. 83. 563.

Canonici vox quid importet n. 83. 563. Canonicus & Regularis an ſynonima ib. o. 84. 164. quo differant ibid. n. 85. Canonici nomen nouatum in ſcriptis Chryſoſtomi & Baſilij ib. n. 86. à quo tempore vſitatum ib. Clerici olim dicti. ib. Canonici regularea vetuſtiſſimus ordo ib. n. 87. 165.

Canonizatio Sanctorum olim ab Epiſcopis facta n. 31. 220.

Cantores Prophani Fugiendi. n. 42. 65.

Cantus V. *Muſica*, *Laudes Dei*.

Capilli. V. *Coma*.

Capitula generalia à Marciano, Sabba, & Theodoſio celebrata à n. 13. 90. à Saba coacta ib. n. 16. 92. Capitula generalia ſub Baſilio Magno n. 103. 300.

Capus Abradere. V. *Tonſura*.

Caradignenſis Codex Gothicus Membranaceus 800. annorum antiquitatis Laudatur n. 1. 231. Regula S. Baſilij inde extracta ib. 232. ab ignaris turpatus. n. 16. 238.

Carcer Monaſterium à n. 50. 533. loci deſcriptio ib. eius habitatores qui. ib. incredibilia penè eſſe quæ ibi gerebantur ib. n. 51. Ioannes Climacus eorum oculatus teſtis ib. perpetua clauſura n. 55. 134. Victus, oratio, opus manuom, ib. omni conſolatione carebant ibi pœnitentes ib. n. 56. Corporum habitus & afflictio n. 57. peculiares eorom afflictiones ib. n. 58. Pœnitentes plurimi numero. ib. precas eorum communes n. 59. 135. colloquia ibid. n. 60. ſoli loquia ib. n. 61. mala quæ ſibi à Deo & Prælato imprecabantur n. 62. 136. quid moribundo cuipiam circunſtantes dicebant ib. n. 63. quid moribundus reſpondebat ibid. n. 64. examplar boc aſpiciens libris alijs non indiget ib. cur bæc infirmis proponantur n. 65. 136.

Cardinalatus D. Hieronymi propugnatur à n. 30. 26. Cardinalium antiquum inſigne Mitra ib. n. 31. à quo tempore rubro galero & purpura vſi ib. Cancellarius S. R. E. ſemper fuit Cardinalis à n. 34. 27. Cardinalis munus ib. n. 36. 28.

Carmelitæ diſcalceati Lauraticæ Vitæ imitatores Egregij. n. 22. 82.

Carnium eſus ægrotis Monachis à D. Hieronymo conceſſus n. 63. 36. à Baſilio cunctis permiſſus n. 43. 246. à D. P. N. Benedicto denegatus ib. ſtudium carnis afflictio n. 65. 292.

Carterius Nazianzeni diſcipulus qualis vir. n. 24. 308.

Carthuſianorum parens cur Regulam non ſcripſerit. n. 1. 16. Paratum ſemper habere ſepulchrum vnſe hauſerint Carthuſiani n. 86. 111. eorum Regula de cibis etiam pro tuenda vita non mutandis ſtrictiſſima n. 67. 204.

Caſa de Orates primum à Theodoſio Cenobiarcha extructa n. 91. 133.

Caſſianus an Primam Horam agnouerit à n. 102. 49. de quodam ipſius libro iudicium ib. an inſtitutum Hieronymianum ad Gallias tranſtulerit. ib. n. 107. 51.

Caſtella Regij Senatus poteſtas pro tuendo Concilio Tridentino n. 7. 214. Pragmatica ipſius Sanctio de editione librorum ad imagines extendi deberet. ib. n. 8.

Caſtellium ſub Saba obſeruantiſſimum cœnobium n. 7. 90.

Caſtitatis Votum D. Hieronymos agnouit, & emiſit à n. 25.2 4. Paula c. 5. n. 28. 60. Climacus n. 19. 125. quid caſtitas ex ipſo ib. n. 29. 128. Caſtitatis acerrima pugna n. 14.143. Deo hominem aſſimilat caſtitas ibid. n. 14. Monachorum caſtitas ex Chryſoſtomo o. 153. 282. Ephrem n. 14. 191. indotum n. 24. 210. V. *Continentia Virginitas.*

Caſtorina D. Hieronymi diſcipula n. 15. 56.

Catenis ferreis hypocritæ quidem vſi taxantur. à n. 12. 4. Euſebij catena ferrea ponderis penè incredibilis n. 42. 199. Abban Hiſmaelita Anachoreta Syrus ferro onuſtus ib. n. 44. Anachoretarum Ponti Ferreæ cateoæ. n. 22. 307.

Cauponari Monachis non licet à n. 55. 155.

Cauſam dicere coram ſæculari iudice qua moderatione Monachos deceat n. 34. 243.

Celantia D. Hieronymi diſcipula n. 15. 56.

Celeuma Agricolarum in Oriente æuo Hieronymi Pſalmorum concentus n. 95. 47.

Cella Hilarioois n. 6. 3. & c. 4. n. 71. 39. in cella mori tutum n. 45. 101. cellæ amor præſeruat à Vitijs. n. 31. 286.

Cellarius ſeu *Cellerarius* qualis eſſe debeat n. 105. 262. oportet eſſe perpetuium ib. c. 4. n. 6. 280. & habere aſſectatorem, qui officio inſueſcat ib. Bonus inuentu difficilis ib. o. 97. 299.

Cellia deſertum celebris olim Chriſtianorum peregrioatio nom. 12. 123.

Cenſura etiam iniuſta timenda n. 101. 115.

Cento quid n. 24. 82. Bernordi ſcripta Centones ib. 83.

Centurijs diuiſi Monachi Aegyptij o. 72. 40. & Hieronymiani ibid.

Cericus. V. *Kericus.*

Chalcis vrbs vbi ſita n. 9. 19. Chalcis Hieronymi eremus ibid.

Charitas Monachis commendata n. 33. 85.

Charitas à conſpiratione diſcernitur n. 137. 178. qualis ad inuicem labenda o. 74. 252. erga proximum quomodo implenda ib. n. 75. 253. qua menſura n. 127. 269. quomodo obtinenda ib. quæ ipſius indicia ib. n. 128. Charitatem non dehoneſtari, quid ib. 233. 271. Charitatis ordo vt implendus n. 11. 237.

Chriſti humanitas pietatis Archetypon n. 16. 144. totius internæ exercitationis Prototypon. ib. n. 48. 153. Chriſtus cur impeccabilis ib. n. 49. Chriſti virtotes ib. n. 50. reſponſum ipſius ambi dextrum n. 51. 154. Chriſtus totius externæ exercitationis exemplar ib. n. 52. Victum laborando quæſiuit ib. pedites ambulauit ib. non omnibus ſe credidit n. 57. 156. Chriſti Petriq; humilitas mutua. n. 38. 198. Chriſti & Baptiſtæ. ib. Chriſtus quas ex noſtris infirmitates portauit. n. 141. 273.

Chriſtiani olim dicti Romani n. 109. 1 17. eorum perſecutio ſub Alamundaro ib. à n. 108.

Chorus V. *Laudes Dei.*

Chryſolocanum quid n. 22. 284.

Chryſippus Euthymij diſcipulus n. 11. 79.

Cybarius panis V. *Panis.*

Ciborum libido vt vincenda, n. 79. 254. V. *Menſa*

Cilicia ſitus n. 10. 19.

Cilicio veſtiti præcipui Monachorum præceptores. V. *Hieronymus.* & aliorum nomina. Cilicium occultandum o. 18. 11. & c. 4. n. 45. 30. Sabæ cilicium n. 38. 99. Theodoſij ib. n. 99. 115. ipſius cilicium pro thorace induit Kericus dux Romanorum ib. Chryſoſtomi cilicium n. 159. 188. Ephrem n. 27. 195. Barlaami & Ioſaphati n. 21. 209. Anachoretarum Ponti à n. 21. 507.

Cingulum. V. *Zona*

Cinctum. V. *Zona*

Ciſtercienſes Hiſpani perperam *Fratris* prænominatione erga maiores vſi à n. 45. 66. Dies obitus eis lætiſſimus vnde ortum habuit, à n. 86. 111. à n. 168. 187. eorum paupertas laudata n. 30. 242. Profeſſioois eorum formula. V. *Profeſſio.*

Clamor inter miniſtrandum proſcribitur. o. 116. 266.

Clauſura Monaſtica in ſchola Sabæ n. 48. 102. Baſilij n. 55. 290.

Cledorij Nazianzeni diſcipuli acta n. 23. 307.

Clerici nomine olim canonici nuncupati n. 86. 164.

Climas quid ? o. 6. 121. *Climacus.* V. *Ioannes Climacus.*

Cænobium Epiphaoij Spanhydrion n. 15. 10. Cænobia Bethleemitica à Paula extructa. n. 65. 71. Euthymij Cænobium amplum & venoſtum n. 37. 86. Caſtellij cænobium ſub Saba obſeruantiſſimum n. 7. 90. & 41. 100. A laura ad Cænobium tranſmittitur inmodeſtus ib. n. 41. Monaſterium Eunuchorum ib. n. 43. Theodoſij preces deuotiſſimæ pro ſitu Monaſterij deligendo n. 78. 109. Monaſterij *Carcer* incredibiles auſteritates à n. 50. 135. Monaſteria Sinaitica ib. à n. 68. 137. Monaſterium S. Ioannis del Poyo. V. *Pinetum* Mooaſterij S. Ephrem n. 25. 194. Cænobia iure ſucceſſionis vetuſtiſſimo gaudent n. 29. 242. Cænobia duplicia apud Baſilium n. 39. 245. & c. 4. à o. 1. 278. numerus cænobitarum vniuſcuiuſq; Monaſterij ib. n. 9. 280. Officiales ib. à o. 1. 278. plurium Cænobiorum congregatio ſub vno capite à Baſilio ſtatuta ib. à n. 95. 299. Cænobium cænobio in neceſſarijs ſubueniat ib. V. *Monaſterium.*

Cænobitica vita Anachoreticæ præfertur à n. 21. 125. vtriuſq; comparatio n. 70. 39. præfertur cænobitica præſertim in fœminis ib. Spiritualia, cænobiticæ commoda ib. n. 71. excellentia cænobiticæ o. 89. 165 93. 166.

Cætus Prophetarum. V. *Filij Prophetarum.*

Cogitationes Prælato aperiendæ n. 19 81. & c. 7. n. 20. 94. c. 8: n. 20. 125. & 38. 130. cogitationum reuelatio Monaſtica an Sacramentalis à n. 51. 248. cogitationis vis. n. 45. 152. cogitationis prauæ duplex origo ib. n. 81. 163. qualiter à dæmone ingeratur ib.

Collatio. V. *Collecta.*

Collecta Paulioarum Virginum n. 70. 72. maior. n. 71. 73. Euthimij collecta n. 22. 82. Sabæ n. 26. 95. Theodoſij ib. n. 93. 110.

Climaci n. 41. 130. Baſilij n. 8. 256. V. *Signum.*

Coma ſqualida Hierooymi & aliorum n. 22. 25. V. *Tonſura.*

Comes liber diuinarum laudum à quo ordinatus n. 24. 24. & 91. 46.

Comita. V. *Capitulum.*

Completorium Baſilius non nouit n. 12. & 14. 281. 282. à Benedicto inſtitutum n. 15. ib.

Communis. V. *Euchariſtia.*

Concilijs per ſe ipſum ſummus Pontifex non

præeſt. n. 12. 55. ſufficit ſi per legatum præſit. ib.

Concordia Monachis ſeruanda n. 142. 180.

Condemnatio Monaſterium. V. *Carcer.*

Condimentum, V. *Salſamentum.*

Confeſſio regularis defectuum occultorum an Sacramentalis. à n. 151. 276.

Congregationis nomine quid in Regula S. Benedicti ſignificetur n. 33. 128. carpitur Alphonſus Rodriguez ib. Congregationem plurium Cænobiorum ſub vno capite ſtatuit Baſilius n. 95. 299. eius leges ib. à n. 101. 300.

Coniugij appetitus cunctis violentior n. 13, 143. V. *Matrimonium, Nuptiæ.*

Coniugatorum plures adulteri, quam Monachorum incontinentes n. 155. 182. coniugatus abſq; coniugis conſenſu ad monachatum non admittendus n. 37. 244.

Conon Sabæ ſucceſſor n. 68. 107 qualis vir? ib.

Conſanguinei. V. *Propinqui.*]

Conſilium qualiter ſuperior à Monachis expetere debeat? n. 8 280.

Conſuetudo difficilè vincitur n. 19 239.

Conſpiratio à charitate diſcernitur n. 137. 178. taxatur ib.

Contemplatio vitæ huius in quo ſita ſit? à n. 30. 148. contemplatione non laboramus ib. n. 33. ib ab affectu orta ib. 149. contemplatio Diuinorum. V. *Studium Sacræ Scripturæ.*

Continentia Regulis Patrum commendata n. 40. 245. continentia virtus generalis quid. ib. n. 41.

Contriſtans Fratrem quomodo debeat emendare n. 88. 256. quid ſi contriſtatus noluerit contriſtanti reconciliari ib. quid ſi contriſtatur qui excitatur ib. n. 89.

Controuerſia Monachorum ad Antiſtitem deferendæ n. 27. Monaſteriorum ad Generalem ib. n. 95. 257.

Contumax habendus vt gentilis n. 139. 273. V. *Incorrigibilis.*

Contuſio pectoris olim peccatoribus in vſu n. 21. 23.

Conuerſionis ſuæ quotidiè Monacho iteranda inſtrumenta n. 7. 15.

Conuentualitas. V. *Singularitas*

Conuentus. V. *Collecta*

Conuitia Sæcularium in Monachos. V. *Sæculares.*

Coqui celebres Paxamus & Apitius. n. 37. 35.

Cordis ianua non omnibus aperienda n. 57. 156.

Corona. V. *Tonſura*

Corpus moderatione rationis eget n. 34. 149. eius appetitus vtiles nobis ib. eius vitia menti attribuuntur ib. corpus virtutum animi curia. ib. n 40. 151.

Correctio Fraterna n. 53. 249. qualiter ſubditi corrigendi ib. n. 60. 250. & 139. 273. qualiter ſuſcipienda correctio. ib. n. 62. 250. qui triſtatur aduerſus corripientem qualis eſt. ib. n. 63. 251. correctio ex affectu quomodo cognoſcenda n. 148. 275. corripiendus qui corripit vitij explendi gratia ib. quibus correctionibus inter fratres vtendum ib. n. 149. V. *Culparum iudicium.*

Coſmas Euthymij diſcipulus n. 12. 79.

Coſrhoa Perſarum Regis in Syros graſſatio. 63. 203.

Cotyla quæ potus menſura n. 5. 3.

Cranium Sanctum quid n. 40, 99.

Crinium Abraſio V. *Tonſura.*

Cryſpion Hilarionis diſcipulus n. 16. 5.

Cruſtula quid n. 18. 57.

Crucis ſigno Iulianus Sabas draconem occidit. n. 38. 198. Crux à Triſagio cur excluſa n. 24. 95. Cruce ſignatio Hieronymo frequens n. 105. 50. Crucem tollere quid. n 20. 239.

Cuculla Fabrefacta taxatur. n. 45. 30. & 47. 231. Baſilius cuculla nunquam vſus n. 20. n. 17.

Culparum iudicium apud Hieronymum n. 89. 45. leuium deploratio n. 41. 86 culpam dicendi mos antiquus n. 46. 101. culparum reuelatio quænam confeſſio n. 51. 248. Sacramentalis. ib. Culparum confeſſio conuentualis n. 56. 290.

Cura animarum inſeparabilis olim à munere ſacrificandi. n. 28 24. & n. 58. 28.

Curialitas ſcurrilis reprehenditur. n. 76. 161.

Cyrillus Monachus orientalium Patrum fidiſſimus Hiſtoriographus à n. 1. 76. Sabæ diſcipulus n. 11. 91. Theodoſij Cænobiarchæ acta ab ipſo ſcripta. ib. n. 70. 107.

Cyrion Euthymij diſcipulus n. 12. 80.

D.

D*Æmonum* technæ in Monachos n. 89. 111. Dæmones hominum punitores. ib. n. 92. 113. propter eorum ſuggeſtiones ab oratione non recedendum n. 82, 163. diabolus infirmus in Monachos. n. 94. 166. Monachum recordari facit propinquorum n. 100. 168. diabolus an omnis peccati cauſa. n. 149. 275. qualiter motibus noſtris abutitur ad tentandum ib. an poſſit Sancti hominis impedire propoſitum ib. n. 155. 278.

Dæmoniaci olim Monachi plures n. 89. 112. propter leues cauſas olim Monachi à dæmone obſeſſi. ib. non deſpiciendi ibid. n. 90. Euchariſtia olim Dæmoniacis denegata n. 94. 114.

Damaſcenus. V. *Ioannes Damaſcenus.*

S. Damaſus Papa Pſalterium à D. Hieronymo emendatum in Eccleſia cani conſtituit n. 91. 46. exametris verſibus Dei laudes canebat ib. inſtituit Verſum *Gloria Patri* ib. n. 92. quid de *Alleluia* inſtituerit ib. n. 97. 40. quo anno mortuus. ib. c. 5. n. 58. 69.

Dandum ne omnipotenti. n. 144. 274. quid ſi frater petat ab alio quod veſtitus eſt, dare vel accipere omnium non eſt. ib.

Dauides Agryppa in ſchola Marciani ſucceſſor. n. 44. 199, mira eius manſuetudo ib.

Debitoris profeſſio an valida ante Motum proprium Pij V. n. 150. 276. debitor profitens grauiter peccat. ib. pœnas recipientium debitorem in ſuo rigore reliquit Clemens. VIII. ib. n. 51.

Decani inſpectores Monaſterij n. 36. 129.

Decuriarum diuiſio apud Aegyptios & Hieronymianos n. 72. 40.

Defendentis peccata alterius pœna. n. 63. 251

Demetrias Virgo Romana velatur n. 5. 52. Hieronymi diſcipula. ib. & n. 14. 55.

Derogatio. V. *Detractio.*

Deſertor Monachatus nullam cauſam prætexere poteſt. n. 109. 170. Vitijs omnibus cumulatos n. 111. vnius defectio cæteros amplius ad virtutem reuocare deberet. n. 113. 171. Lutheri & aliorum Apoſtaſia, ib. à n. 114. 172.

plura

Digitized by Google

pluta à deſertoribus Monachatus oborta ſcandala ib.& ſeqq. qualiter cum eis agendum.n.54.p.197.propter eos Religio non relinquenda. ibid.

Deſiderÿ mali vitium quomodo vincendum. n. 80. 254.

Deſides qualiter à Prælato prouocandi.n.70.73.

Detractio grauis culpa n. 31. 196 quid n.77.253. detrahentis pœna. ib. in Prælatum ib.

Deus Virginem ſuſcitare nequit n. 30. 61. in Deo poſt quælibet peccata ſperandum n.66. 137. Deus indignè fert exigua à ſe peti. n.19 145. qua reuerentia alloquendus n 23. 146. facit vt res fieri poſſint n. 25. 147. cur à nobis exorari velit ib. n. 27. temporalia nobia non orantibus tribuit, ib.ſpiritualia perſeuranter orantibus ib. Cur ea quæ daturus eſt differt. ib. Deus & Prælatus Monachorum Patres ib. n. 99. 168. Dei cauſa factum nihil minimum. ib. n. 116. 175. Vitia Deum à nobis fugant n. 149. 182 Deus medicus animarum ib. n.150.Deus qualiter diligendus n.11. 237.amabilis ſuper omnia ib.n 12.qui Deum non amat feris hebetior ib. n. 13. eximia eius pulchritudo ib n. 12. innumera eius beneficia ib n 13. Notabiliora recenſentur ib. n. 14. Dei bonitas n. 15 238. amorem dumtaxat pro beneficijs exigit ib. eius memoria neceſſaria ad implenda præcepta. n. 18. 239. quo affectu ſeruiendus ib n. 52. 248. quomodo quis ad eius gloriam faciet omnia n. 82 254. quomodo quis manducat & bibit ad Dei gloriam ib. Dei voluntatem quomodo facere poſſumus ib n. 126. 269 Dei laudes V. *laudes Dei*. V. *Dilectio*, *Amor*.

Dextera quomodo faciet quod non cognoſcat ſiniſtra. n. 83. 255

Dicacitas taxatur in Monachis n. 73 161. quouſque licere poſſit. ib. n. 75. periculoſa. ib.

Didacus Niſſenus cuiuſdam imaginis S. Baſilij erroribus conniuet. n. 52. 224. fors illius autor. ib.

Digamia V. *Nuptiæ*

Dilectio Dei & proximi naturalis animæ. à n. 12 237. & n. 17. proximi dilectio arguit dilectionem Dei, ib. 238. V. *Deus*. *Amor*

Diplois quæ veſtis n. 7. 8.

Diſcipulorum profectus ſtudium à natura inſitum n. 116. 172. diſcipulus nequam ignominia magiſtri n. 117. illius rationem redditurus magiſter ib.

Diſtractioni qualiter orans reſiſtere debet. n. 24. 146. fugienda diſtractio ib. n. 55. 155. V. *Vagatio*.

Diuinum officium V *laudes Dei*.

Diuitiæ deſtructi Hilarionis Monaſterij anſa. n. 104. diuitias non habentium conſolatio. 108. 263.

Docere mulieribus non permiſſum n. 51. 68.

Doctrina Spuria Zithum. n. 20. 146.

Dolor peccatorum cur aliquando non quærentibus datur, aliquando quærentibus denegatur n. 112. 265.

Domitianus Euthymij diſcipulus n. 10. 79 Lauræ cuiuſdam præfectus n. 16. 80. eius humilitas ib.

Domnus Euthymij diſcipulus n. 12. 79.

Domus inſanientium (Hiſpanis *caſa de Orates*) à Theodoſio Cœnobiarcha primum extructa n. 91. 113.

Doni prænominatio pro *Fratris* à Benedictinis iuxta Regulam ſubroganda n. 46. 66. *Domni* & *Noni* appellationes an rectè confuſæ. ib. à n. 45. Domni appellatio ſecundum Regulam maioribus debita n. 46 67. ea reuerentia & honor ſignificatur ib. Domni appellatione Ioannes Raythenſis erga Climacum vſus n. 25. 127.

Dormitare importunè vnde accidat n. 82. 254.

Dos mille nummorum pro Sanctimonialibus ab Epiphanio inuecta n 2. 6.

Duplicia Monaſteria apud Baſilium n. 39. 245.

E

EGredi è domo quibus à Baſilio permiſſum, n. 51 289. quibus minime? ib. n. 52. reuertentes de quibus interrogandi? n. 54. 290. rarus egreditur qui ſtatum non decoret. ib. n. 97. 299.

Elatus quis n. 132. 271.

Eleemoſina commendatur n. 53. 68. Eleemoſinarum S. Paulæ largitas n. 39. 64.

Electio Præfecti per ſuffragia in ſchola Euthymij n. 35. 86. Generalis ſub Sabæ n. 14. 92. Præfecti electio ſub ipſo ad Monachorum ſuffragia deuoluta ib. n. 18. 93. à prædeceſſoribus facta apud Syros n. 47. 200.

Elegantia ſermonis nimia Vitanda n. 22. 58. quid Hieronymo elegantijs dedito acciderit. ib. ſermo qualiter elegantia condit à Monacho debeat n. 72. 160.

Elias Euthymij diſcipulus n. 15. 80. eius ſucceſſor. n. 36. 86. apparet ei Euthymius n. 113. 118.

Eliſei Prophetæ tonſura. n. 9. 8.

Elpidius Euthymij ſucceſſor. 13. 92.

Embrymium quid n. 24. 83.

Emptio & venditio inter fratres eiuſdem congregationis qui liceat. n. 101 300.

Encænia Sepulchri quid. n. 86. 141.

Ependites Monaſtica veſtis quid [illegible] 4 2.

S. Ephrem Patria. n. 5. 189. encomia ib. duæ ipſius viſiones ib. facundia ib. inuiſit Baſilium Magnum. ib. eius diſcipuli in Anachoreſi. ib. n. 7. à Baſilio preſbyter ordinatur n. 8. 190. Edeſſam redit ib. Anachoretam ibi agit ib. Epiſcopatum callida arte fugit ib. n. 9. Vitam communem Prælatus agit ib. à n. 10. ſuis alijſque leges fert. n. 191. Aſcetica illius qualia ib. Votorum perpetuitatem adſtruit ib. n. 14. Caſtitatis ib. paupertatis n. 15. 192. Obedientiæ ib. Dei opus ib. n. 17. harmonicè hymnos componit ib. n. 18. Funerum ritus & oratio pro defunctis ib. n. 19. qualiter legendum ad menſam, & alibi n. 20. 193. ſilentium ad menſam ib. n. 21. oratio ib. Ieiunium ib. n. 22 cibus & potus. ib. vinum aqua calida miſtum ſenibus permittit. ib. Balnea prohibet ib. Opus manuum ib. n. 23. multiplex n. 24. 194. carpit Eaſcriptorum oſcitantiam ib. officiales Monaſterij. ib. n. 25. ſtudium Sacræ Scripturæ ib. n. 26. Mortificatio ib Humicubatio ib. n. 27. Vigiliæ ib. ſtratus Ephrem tegeticula. ibid. nudis pedibus incedit n. 28. 195. veſtes eius, ib. cilicium. ib. humilitas ib. n. 28. Modeſtia ib. n. 29. puerorum alloquia damnat ib. & locorum mutationem n. 30. 196 Hoſpitalitas ib. n. 31. infirmorum conſolatio ib. de-

tractores

tractores pungit ibid. conſanguineorum conſuetudinem moderatur ibid. n. 32. Miſericordia Ephrem in pauperes ib. Præpoſiti qualitates ibid. n. 33. Deſertores qualiter tractandi n. 34. p. 197. examen conſcientiæ ibid. n. 35. Obitus Ephrem ib. Epitaphium. ibid.

S. *Epiphanius* Hilarionis diſcipulus n. 15. p. 5. in Paleſtina & Aegypto Monachum agit n. 1. p. 6. Luciani Cathecumenus & Monachus ibid. n. 2. eius amita & Soror Sanctimoniales ib. Sororē vt monialis fiat mille nummis dotat ib. arte ſcribendi libros victum ſibi parat ibid. n. 3. ſcriptor pulcher ipſe ib. Mores ipſius Monaſtici ibid. n. 4. Mira ipſius abſtinentia ib. Ieiunium duorum, trium, & quatuor dierum ib. quid apud Perſarum Regem ei acciderit ibid. Abbas factus olera ſubditis miniſtrat ibid. n. 5. Carnes in Epiſcopatu non comedit ibid. n. 4. & 5. carpitur quædam hiſtoriola ibid. & n. 6. Hilarionem Epiſcopus non vidit ib. Epiphanij veſtes ib. n. 7. pedites ambulauit n. 8. p. 8. eius tonſura ib. n. 9. Opus manuum tranſcriptio librorum ibid. n. 10. diuinum Officium ibid. n. 11. Lucernales Pſalmos ſtatuit ib. & ſeqq. Epiphanij Monaſterium Spanhydrion n. 15. p. 10. diſcipuli ibid. Sacras Scripturas interpretatur ib. n. 16. Epiſcopus inter prandendum prædicat ibid. Diaconi lectionem interrumpentis punitio ibid. Euangelia Sacra ſemper habebat in manu ibid. non ordinat vxoratos n. 17. p. 11. eius domus Epiſcopalis cenobium ibid. cilicium clam induit ibid. n. 18. Actorum eius fides adſtruitur ibid. n. 19. Actorum Chronologia n. 20. p. 12. modico vino vſus ob ſenectam ibid. n. 21. Caliſti eius diſcipuli miraculoſa conuerſio ibid. n. 22. Hyſtoria de mutua prædictione Epiphanij & Chryſoſtomi deffenditur ibid. n. 23. Bellum rationis inter eos ex vtraq; parte iuſtum n. 25. p. 13.

Epiſcopatus & Monachatus munia ſimul exercet Auguſtinus n. 7. p. 8. & Iacobus Niſibita n. 2. p. 188. & Chryſoſtomus n. 87. p. 167. Baſilius & Gregorius Nazianzenus n. 57. p. 290. in Epiſcopatu durius ſecum quam in Monachatu agendum n. 6. p. 15.

Epiſcopus cur abſq; Papæ permiſſu fieri non poſſit Monachus n. 82. p. 42. qua ergo Epiſcopus Preſbyteri & Monachi olim tenebantur obedientia ibid. n. 81. Anachoretæ obedientiam Monaſticam Epiſcopi præſtabant n. 28. p. 24.

Epiſtolas & Euangelia per annum diſtribuit D. Hieronymus n. 92. p. 46.

Equitatura priſci Monachi non vtebantur n. 8. p. 3. Hilarion pedites ib. Epiphanius n. 8. p. 8. Ephrem. n. 27. p. 195.

Eracieſtes quæ veſtis n. 4. p. 2.

Eremus Hieronymi aſperrima n. 15. p. 21. Climaci n. 18. p. 124. Baſilij Magni & Gregorij Nazianzeni n. 5. p. 302. ſolitudo loci prodeſt n. 19. p. 239.

Eremitæ ſub Euthymio vnum corpus cum Cænobitis & Anachoretis agebant n. 4. p. 78. ſub Prælati obedientia viuebant ibid. eorum mores ſub Euthymio ib. à n. 39. p. 87. ſub Saba n. 62-105. Eremiticæ Vitæ laudes n. 8. p. 311. Eremitarum Ponti mores ib. & ſeqq.

Euagrius D. Hieronymi diſcipulus n. 42. p. 39.

Euander Anachoreta Ponticus n. 26. p. 308.

Euangelia per annum diſtribuit D. Hyeronimus n. 91. p. 45. Euangelia Sacra Epiphanius ſemper geſtabat in manu 16. p. 10.

Euchariſtiæ vſus apud Cænobitas Euthymij n. 22. p. 82. apud ipſius anachoretas ib. n. 43. p. 88. in laura Sabæ n. 26. p. 95. apud Theodoſium ib. n. 93. p. 113. Euchariſtiæ ſola participatione quadraginta Dies ieiunat Geraſimus n. 22. p. 82. & Sabas n. 63. p. 105. Euſchariſtia dæmoniacis data n. 94. 114. Euchariſtia quali fide & amore ſumenda n. 119. p. 269.

Euclens S. Ioannis Chryſoſtomi Monachus n. 159. p. 184.

Eudocia Imperatrix reddita Orthodoxa plura ædificat Monaſteria n. 14. p. 80.

S. *Eulalia* intra vrbem Monaſticem profeſſa. n. 76. p. 41.

Eulalius S. Gregorij Nazianzeni diſcipulus qualis vir n. 23. p. 107. fit Epiſcopus ibid.

Eulogia Theodoſij Cænobiarchæ Mater & diſcipula n. 82. p. 110.

Eulogias à parentibus ſi accipere Monacho non licet n. 68. p. 251. quid ſi acciperec ōtendat. ib. n. 118. p. 266.

Eunuchi ad Monachatum non admittuntur à Saba n. 43. p. 100. Monaſterium Eunuchorum extruit ib. Eunuchorum libido n. 38. p. 150. Eunuchus nec vir nec fæmina ib.

Eumathius Sabæ diſcipulus n. 12. p. 122.

Euſebij Cæſarienſis ſimultates cum Baſilio Magno n. 7. p. 229.

Euſebius Syrus Tertij ſæculi Monachus Cænobita n. 42. p. 199. incredibili pondere ferri onuſtus ib. Præfecturam recuſat ib. n. 43. eius Schola per orbem effuſſa n. 46. p. 200. Saccella diuerſa ad opus Dei diuerſis nationibus erigit ib. eius ſucceſſores ib.

Euſebius Hieronymianus Monachus Abbas dictus n. 85. p. 44.

Euſtathius Egregius vir Sabæ ſucceſſor. n. 68. p. 107.

Euſtathius Sebaſtenus an Monachus n. 16. p. 231. non fuit autor Aſceticorum Baſilij Magni ib. n. 17.

Euſtochium nobilium Virginum Romanarum prima velatur n. 4. p. 52. quid Prætextatæ eius amitiæ id impedienti acciderit ibid. Euſtochium Hieronymi diſcipula ibid. Paulæ matri in gubernio Monaſterij ſuccedit n. 79. p. 79. eius ingenium ibid. n. 80. Vitæ Sanctitas ibid. eius mors à D. Hieronymo prædicta ibid. Euſtochij ætas & Monaſticæ diſciplinæ tempus ibid. n. 83. ſucceſſio ibid. n. 82.

S. *Euthymius* Arſenij & Scithiotarum æmulator n. 1. p. 76. eorum inſtituta in Paleſtinam affert. ibid. cur Hieronymus Euthymij non meminerit. ib. n. 2. Euthymij miracula ibid. n. 3. labores ibid. vnde *Abbas* dictus ib. Solitudinis auidiſſimus n. 7. p. 78. iuuenis Meliſenenſia cænobia regit ib. ſecedit in ſolitudinem ibid n. 8. qualiter inuentus ibid primi eius diſcipuli ib. cæteri ibid. n. 9. eius cænobia & lauræ ibid. plures Euthimij ſeceſſus in ſolitudinem ib. iubetur à Deo habitare Cænobium ib. n. 11. Generalem præfectum agit n. 16. p. 80. mores ipſius Monaſtici n. 18. p. 81

Prudentia

Prudentia Præſlati ib. n. 18. cogitationes Prælato aperiendæ n. 19. diſſertatio de moribus ib. opus manuum ib. n. 20. ſilentium Cænobij n. 21. p. 82. lauræ ib. abſtinentia ibid n. 22. Euchariſtiæ vſus ſemel in hebdomoda ib. licentia tranſeundi à Cænobio ad lauram ib. Iciunia integræ hebdomodæ ibid. Geraſimi 40. dierum ib. Ieiunium publicum & nimium taxatur ibid. n. 23. ſtratum ibid. n. 24. ſomnus ib. paupertas n. 25. p. 83. veſtes ib. veſtium color ibid. Monachorum arma ibid. n. 26. Pueros ad Monochatum non admittit Euthymius ibid à Deo poſtea edoctus nullam ætatem repallendam ibid. puerorum æducatio ibid. Tonſura n. 27. p. 84. Preſbyteratus ib. Barba prolixa ibid. locus profeſſionis nullatenus mutandus ibid. o. 28. Hoſpitum ſuſceptio ibid. n. 29. Viſitatio generalis n. 30. inobedientis punitio ibid. n. 31. fugam meditantis pœna n. 32. 85. manſuetudo & auſteritas in Euthymio contemperatatæ ibid. ſuprema eius oratio ad Monachos ſuos ibid. n. 33. charitatem & humilitatem ſuadet ibid. Regulam ſcripto tradit ibid. n. 34. Præfecti electionem ad fratrum ſuffragia deuoluit n. 35. p. 86. lauram in Cænobium mutat. ibid. n. 36. Monaſterij eius amplitudo & ſitus ibid. n. 37. fratres ad conſilium adhibiti ibid. ſucceſſores Euthymij n. 38. p. 87.

S. *Euthymius* feruidus amator ſolitudinis n. 39. p. 87. plures alij ipſios receſſus in ſolitudinem ibid. & ſeqq. quot annis Cænobitan & ſolitarium egerit ibid. n. 41 Anachoretarum motes ſub Euthymio ib. n. 42. labor manuum ib. Victus ib. indiſpenſabilitas abſtinentiæ n. 43. p. 88. ad lucernam legere prohibitum ib. communis ib. Euthymij obitus ib. n. 44. Euthymius Sabæ Archetypon. n. 1. p. 88. Sabam ſuſcipit Euthymius n. 2. p. 89. acta Sabæ prædicit ibid. n. 3. diem feſtum Euthymij colit Sabas n. 63. p. 105. Romani Monachi in Schola Euthymij ibid. n. 111. p. 118. quouſq; ſe extenderit Euthymij inſtitutio n. 108. p. 116. cur in Alamundari incurſione eius Monaſterium diruntum non fuerit ib. arte & natura munitum ibid. n. 113. Euthymij Monachatus in Arabiam translatus n. 118. p. 117

Euthymius Origeniſta n. 2. p. 77.

Eutrapelia virtus Monachis neceſſaria n. 66. p. 159. quæ facetiæ ad ipſam ſpectent. ib.

Examen conſcientiæ docet S. Ioannes Climacus n. 38. p. 130. n. & 46. p. 123. & Ephræm. n. 35 p. 196. & Baſilius n. 32. p. 289.

Exametri Verſos quibus S. Damaſus Dei laudes canebat n. 92. p. 146.

Excalceati quidam Pontici Anachoretæ n. 27 p. 308. S. Hieronymus n. 25. p. 23.

Excommunicatio etiam iniuſta timenda n. 101 p 115.

Excõmunicationis Monaſticæ vſus apud Paulam 73. p. 74. Climacum n. 47. p. 132. Baſilium à n. 57. p. 290.

Exercitatio Monaſtica qualis eſſe debeat. n. 13. p. 143. Caſtitatis ibid. Vitæ contemplatiuæ à n. 16. p. 144. Orationis ib. n. 18. p. 145. Circa animi affectiones à n. 29. p. 149. corpurea exercitatio viribus admetienda ibid. à n. 40. p. 150. Chriſtus D. internæ exercitationis prototypon. ibid. à n. 48. p. 153. Externæ n. 52. p. 154. Apoſtoli & Prophetæ exercitationis Monaſticæ typi ib. n. 53. aliarum virtutum exercitatio ibid. o. 54. Exercitatio Cænobitica Chriſto. Angelis & Beatis ſimiles homines reddit ibid. à n. 89. p. 165. eius excellentiæ inenarrabiles ib. à n. 91. p. 166. quo animi affectu arripienda ib. n. 95. V. *Chryſoſtomus.*

Exilium multa culparum grauium o. 47. p. 131

Expilatio quid n. 148. p. 181.

Expulſio V. *Incorrigibilis.*

Exſcriptio. V. *Tranſcriptio.*

F.

F*Abiola* D. Hieronymi diſcipula n. 16. p. 56.

Facetiæ à Monachis non conſectandæ n. 73. p. 161. quæ ad Eutrapeliam ſpectent ibid. n. 74. Baſilij Magni & Gregorij Nazianzeni facetiæ n. 4. p. 301. & n. 14. p. 304.

Fæminis Deo non conſecratis prohibita tonſura n. 12. p. 55. Fæminæ virorum in Monaſticis adiutrices n. 26. Anachoretica vita in Fæminis non probatur, laudatur Cænobitica n. 70. p. 39. Fæmina vt ignis cauenda n. 35. p. 149. Fæminæ collocutio nemini non periculoſa ibid. Viro libidinoſior Fæmina ibid. & n. 36. p. 150. Fæminæ quamodeteratione alloquendæ ibid. n. 37. forma Fæminæ ignis n. 38 ſunt quibus eunuchi placent ibid. n. 39. vidua puella admonetur n. 50. p. 68. Mulieres ſæculares à Monaſterio virginum arcendæ ibid. n. 72. p. 73.

Fœnum habere in corno quid n. 35. p. 62.

Fruſtum luminum & Theophaniæ n. 41. p. 87.

Fama bona ea de qua nihil in contrarium licet falſitati n. 38. p. 63.

Fames optimum condimentum n. 62. p. 157.

S. *Fauſta* virgo ad turpitudinẽ capite raſa n. 55.

Ferramentorum Monaſterij quæ cura gerenda n. 102. p. 261. quid ſi per negligentiam vel contemptum pereant ibid. poſſint ne alicui commodari ib. quid ſi præſes petierit, & ſubditus neget ib.

Ferro onuſti qui inceſſerint L. V. *Catenis.*

Fidei alacritas ſpei iungenda n. 79. p. 162. Fidei cauſa Monachi è clauſtro egredi licet n. 13. p. 207. Fides quomodo ſine charitate montes transferat, diuitias diuidat &c. o. 146. p. 274.

In Filijs pater habetur n. 50. p. 68. Filij qualiter educandi ib. Filius profitens patre in graui neceſſitate relicto grauiter peccat. n. 103. 169. profeſſio eius non valet ibid. n. 104. quid ſi neceſſitas dubia ſit ib. tenetur egredi patre graui neceſſitate oppreſſo n. 106. p. 170. filiorum profectui patres à natura ſtudent. ib. n. 117. p. 173. parentes videre qui Monacho liceat n. 99. p. 251.

Firmius Sabæ diſcipulos n. 10. p. 91.

Fiſcella. opus manuum Monachorum n. 73. & n. 65. p. 37.

Flauia Domitilla Pontiam inſulam exilio ſuo nobilitat n. 59. p. 70.

S. *Flora* intra vrbem Monaſticem agit n. 76. 41.

Forma mulieris ignis n. 38. p. 150.

Formula profeſſionis Ciſtercienſium n. 96. p. 167. Profeſſio ſub illa emiſſa expræſſa eſt paupertatis & obedientiæ ibid. n. 92. formu-

Iu

la profeſſionis oblatorum ſub Regula S. Benedicti n. 46. p. 288.

Fortis moleſtè non fetar cum imbecilli mitius agi. n. 143. p. 280.

S. *Franciſcus* Regulam ſuam à Baſiliana non hauſit n. 23. p. 118.

Frater erga ſororem eadem obligatione tenetur ac filius erga parentem n. 105. p. 169.

Fratres ſoli iuniores appellandi à Benedictinis iuxta Regulam n. 47. p. 67.

Fraterna correctionis ordo Euangelicus n. 48. p. 132. n. 137. p. 179.

Fray prænominatione inepte vtuntur Hiſpani Benedictini erga ſuperiores. num. 47. pag. 67.

Frumenti mira multiplicatio in Monaſterio Theodoſij n. 105. p. 116.

Funera apud Chryſoſtomum n. 168. p. 187. Ephrem n. 19. p. 192. Baſilium n. 20. p. 283. V. *Mortis memoria*.

Furia D. Hieronymi diſcipula num. 15. pag. 56.

Furioſi in Schola Sabæ ad opus Dei Sacellum deſignatum n. 83. p. 112. domus ad eorum curationem (Hiſpanis *caſa de Orates*) n. 91. p. 113.

Furoris quid proprium n. 147. p. 275.

Fuſcus color commendatur in veſtibus Monaſticis n. 49. p. 32. & n. 45. p. 132.

G

GAbrielius Euthymij diſcipulus num. 51. p. 79.

Galerus rubæus à quo tempore Cardinalibus in vſu n. 33. p. 27.

Gangrenſe Concilium ab Eccleſia approbatum n. 12. p. 55.

Gaudium in Domino quid ſit num. 80. pag. 254.

Gauſape quæ veſtis n. 4. 2.

Ganzarſes Hilarionis Monaſterium diruunt n. 10. p. 4. cauſa deſtructionis diuitiæ ib.

Gelaſius Sabæ diſcipulus Archytectus num. 8. pag. 90. in præfectura ſucceſſor num 68. p. 107.

Generales Prælati ab Apoſtolorum tempore n. 100. p. 300. Euthymius in Paleſtina verè generalis n. 16. p. 80. & n. 30. p. 84. Marcianus n. 13. p. 92. Capitularium ſuffragijs electus ibid. Ioannes Raythenſis generalis in Arabia n. 13 p. 123. Præfectura generalis in Schola Baſilij Magni à num. 94. pag. 299.

Georgius Origeniſta Sabæ ſucceſſor n. 68. p. 107.

Geraſimus qualis vir n. 5. p. 78. & n. 15. p. 80. & c. 7. n. 4. p. 89. præfectus Cœnobij, lauræ, & ſolitudinis ibid. Ieiunium ipſius quadraginta dierum ibid. n. 2. indiſpenſabilem ſtatuit abſtinentiam ibid. n. 42. p. 100.

Gerontocomium ſenibus à Theodoſio extructum n. 102. p. 116.

Gladios emere cur Apoſtolis præceptum n. 137. p. 272.

Gloria Patri verſus à Damaſo Papa inſtitutus n. 93. p. 46. Hieronymi rogatu n. 96. p. 47. Hiſpaniæ prius dicebatur *Gloria & honor Deo Patri* &c. ib.

Gloriatio in Domino quæ n. 134. p. 278.

Goſſipion vbi naſcatur n. 12. p. 59.

Gothicus Codex V. *Caradignenſis*.

Gradu præficiendi in Monaſterio qui plus proficiunt n. 107. p. 163. quid ſi aliquis inde contriſtetur ib. V. *Ordo Seſſionis*

Gracè cur cani ſolitum Triſagion n. 25. p. 95. Græci fabuloſi n. 20. p. 145. garruli num. ib. 21.

Grangiarum vita ſolitaria qui Monachis liceat num. 25. pag. 241. Olim conuerſis dumtaxat permiſſa ib.

Gratia cõmunicata multiplicatur n. 22. 240. cur aliquando non quærentibus datur, & quærentibus denegatur n. 111. p. 265. quomodo quis ſpiritus Sancti gratia dignus efficiatur ib n. 113.

Gratiarum actionis poſt cœnam antiqua forma n. 165. p. 186. gratiarum actionis in generali formula n. 19. p. 145. ipſi petitio ſuccedat ib.

S *Gregorius Nazianzenus* Aſiæ Monachatus illuſtratur vna cum Magno Baſilio n. 1. pag. 212. mutua vtriuſque amicitia ibid. n 2. Inſtitutionum Baſilij ſimul cum ipſo autor n. 35. p. 221. quis cuius magiſter ibid. Athenas venit n. 1. p. 227 toto orbe celebris ibid. n. 2. mærens remanet Athenis receſſu Baſilij ibid. n. 3. diſcedit & ipſe Athenis ibid. fit Monachus. n. 5. p. 228. Conſtantinopoli Monaſticem colit ibid. n. 6. monet Baſilium recedere in Pontum n. 8. p. 229. ipſius & Baſilij Regula à n. 1. p. 231. reliquæ & vtriuſq; Inſtitutiones ad communem vitam ſpectantes n. 1. p 278. Nazianzenus nunquam iurauit n. 28. p. 285. Epiſcopum agens Monachos regit n. 57. p. 290. Gregorij & Baſilij inſtitutiones Anachoreticæ n. 1. 301. in Pontum vterque ſecedit ibid. recedit Gregorius è Ponto vt matri aſſideat ibid. exoptat redire in Pontum ibid. prius Arianzum recedit ibid. n. 1. à Baſilio inde in Pontum ſalſis iocis vocaturi ibid. Gregorij ad Baſilium lepidiſſimæ facetiæ ibid. n. 3. eremi vtriuſque locus n. 5. p. 302 ſeparatim degunt ibid. n. 6. inde ad amicum ſcribit de moribus Anachoretarum Ponti n. 10. p. 303. auſtera ipſius & Baſilij conuerſatio in eremo n. 14. p. 304. qui potuerint à Cænobiis Segregati Cænobitas regere n. 16. p. 305. vltimus Gregorij ſeceſſus in ſolitudinem ibid. n. 17. inter Sacra lapidatus ibid. pro lapidantibus orat ibid. calumniam ab hypocrita patitur ibid. ipſius conuerſatio in vltimo ſeceſſu ibid. eiuſdem de quibuſdam Anachoretis hiſtoria n. 21. p. 307. diuerſa Baſilij & Gregorij Anachoretarum ouilia ibid. n. 22. quid de Gregorij teſtamento ſentiendum n. 20. p. 306. quo vſque ipſorum ſe extenderit inſtitutio à n. 1. pag. 308. Euocantur è Ponto ibid. Boſphorio vocanti cedit Gregorius ibid Gregorius Baſilium è Ponto extrahit ibid. fit Epiſcopus Conſtantinopolitanus & Nazianzenus n. 3. p. 309. renunciat ſedibus ibid. Obitus Gregorij ibid. Epitaphium à ſe exaratum ibid. de Aſceticis eius & Baſilij iudicium ibid. num. 4. Baſilius & Gregorius ſol vnus Orientis ibid. num. 5. inſtituta Gregorij Monaſtica & Anachoretica V. *Baſilius*.

Griſeus color commeodatur in Monachis n. 49. p. 32.

Guſtus Virgini moderandus n. 76. p. 295. à quibus cibis virgini abſtinendum ibid. num. 77.

Gyrouagorum peregrinationes taxaotur n. 67. 159. eorum peruerſiſſimi mores ibid. & n. 24. p. 240.

H

H*Abitus* Monachorum Angelicus n. 11. p. 190. habitum mutant apud Cbryſoſtomum nouiter ad Monachatum ad venientes n. 159. p. 184. Habitus ornatus quid n. 123. p. 268. Habitus animi qualis Monacho eſſe debeat n. 30. p. 186. V. *Veſtes.*

Hadrianus S. Hilationis diſcipulus miſerè perit n. 10. p. 4.

Hæbdomada integræ Ieioniom qui perfecerint n. 19. p. 22. officia hebdomadatim expleta apud Baſilium n. 23. p. 284.

Hæretici boſpitio non recipiuntur à D. Hieronymo n. 87. p. 45. ſecus à Beoedicto ibid. hæretici ſeparandi n. 45. p. 101. bæreſis Lutheranæ cancer n. 114. p. 172 hæretici huius temporis erbnicis deteriores in Monachos n. 5. p. 228. hæreticarum votum virginitatis validus ſub reſipiſcentia ad fidem n. 71. p. 294. ſecus Paganarum ib.

Harmonius hæreticus errores ſoos lyricis modulis reſperſit n. 18 p. 192.

Hæbrææ linguæ ſtudium Hieronymi animum fregit n. 16. p. 21. & o. 65. p. 37.

Heliodorus intra vrbem Monachus n. 74. pag. 40.

Heliodorus Aoachoreta Ponticus num. 26. pag. 108.

Helladius Gregorij Nazianzeni frater & diſcipulus qualis vir n. 24. p. 307. fit Epiſcopus Cæſarienſis ib.

Helladius Theodoſij Cenobiarchæ ſucceſſor n. 50. p. 201. Monaſticem Epiſcopus exercet ibid.

Hemina quæ menſura n. 5. p 3.

Hermonenſes Virgines D. Hieronymi diſcipulæ num. 14. p. 56.

Heſichius Euthymij diſcipulus l. 4. n. 12.

Hiſichius Hilarionis diſcipulus o. 11. p. 79. & n. 13. p. 80. fit Archiepiſcopus Toletanus ib. nom. 14.

Hibera Hieronymi obtrectatur an Hiſpanus n. 43. p. 30.

Hiberia Orientalis & Occidentalis ſimilitudo n. 43. p. 30.

Hieremias Sabæ diſciipulos n. 11. p. 91

Hiericuntinorum Anacboretarum pietas ſub Euthymio n. 42. p. 87.

S. *Hieronymus* Eccleſiæ & Monachatus doctor n. 1. p. 16. eius Epiſtolæ inſtituta Mooaſtica ib. de Regula ex eius Sententijs compacta iudiciom ibid. V. *Lupus de Olmedo.* Regula Mooacharum ſub eius nomine edita recentionis ſcriptoris opus n. 4. p. 17. Hieronymi Anachoreſis n. 7. p. 18. peregrinationes ib. quo ordine factæ ibid. vouerit ne Anachoreſim ibid. cur Baſilium non inuiſerêt n. 8. pag. 19. eius Epiſtola ad Theodoſium & alios Anachoretas ibid. Theodoſium ne Magiſtrum habuerit ibid. n. 9. eremus Hieronymi Chalcis ibid. cur Theodoſij Magiſterium non adierit n. 11. p. 20. Hieronymi diſcipuli ibid. Theodoſiani hoſtes Hieronymi ibid. n. 12. abſque bomiois Magiſterio Monachorum Magiſter n. 14. p. 21. Eremi illius horror ib. o. 15. Saccus ibid. n. 16. victus ibid. Opus manuum ibid. Ieiunia ibid. ſtudium linguæ Hæbrææ. ibid. Doctoris officio fungitur n. 17. p. 22. cura animarum ibid. prædicatione Verbi Dei ibid. Hieronymi paupertas ibid n. 18. Bibliotheca paupertati eius non officiebat ibid. Ieiunia integræ hebdomadæ ibid. n. 19. ſomnus n. 20 p. 23. pectoris contuſio ibid. n. 21. ſordida coma ibid. n. 22. nudis pedibus ambulauit ibid. n. 23. Oratio n. 24. p. 24 Dei opus ibid. Hieronymus lectiooarij libri autor, dicti *Comes* ibid. Tria ſolemoia vota religionis agnouit & emiſit ibid. n. 25. Ordinatio eios in Presbyterum voti obedientiæ argumentum ibid. n 28. explicatur locus difficilis Hieronymi n 29. p. 25. cur à Miniſterio altaris abſtinuerit ibi. Hieronymi Cardinalatus propugoatur n. 30. p. 26. Baronij Opioio negans ibid. impugnatur primo ex Muſiua Hieronymi & vſu mitræ ibid. n. 31. ſecundo ex officio Cancellarij n. 34. p. 27. tertio ex munere Cardinalis oum. 36. p. 28. quarto ratione ibid. n. 37. Cur titulis Paulini, & Ioannis Hieroſolymitani. noluerit aſcribi Hieronymus, ſecus Damaſi ibid. n. 37. cur Romæ non Bethleemi, ſacrificabat ibid. n. 39. cuios Eccleſiæ Romanæ titulo inſignitus n. 40. p. 29.

S. *Hieronymi* Cænobiticæ inſtitutiones n. 41. p. 29. quanta vbique paſſus ibid. patitur diſcipulorum fugam ibid. n. 42. lerneos boſtes n. 43. p. 30. Hibera eius hoſtis an Hiſpanus ibid. Bethleemi Monaſterium conſtruit ibid. n. 44. Romæ diſcipulos docet ibid. Ioannes Hieroſolymitanus Hieronymum inſequitur ibid. veſtes Hieronymi ibid. n. 45. cilicium, pallium, tunica, ibid. duplicis tunicæ Euangelicam prohibitionem exponit n. 46. p. 31. veſtium qualitatem temperat ibid. n. 47. Pileolo in ſenecta vſus ibid. n. 48. qui colores ipſi placuerint n. 49. p. 32. cur eius diſcipuli diuerſis veſtibus vſi n. 51. p. 33. quæ eorum multitudo ex omni natione ibid. Hieronymi ſtragulum ibid. o. 52. Ieiunia moderatur ibid. n. 53. Hora Prandij n. 54. p. 34. quibus diebos Ieiunandum ibid. n. 55. Victus & & Potus ibid. n. 56. quibuſui moderatè vtendum n. 61. p. 63. Ægrotis vſum carnis permittit, ibid. o. 63. ſedulitatem erga ipſos commendat ibid. medicos & medicamina adhibet ibid. n. 64. labor manoum ſeptifu[illegible]is ibid. n. 65. ſtudium Sacræ Scripturæ ibid. n. 66. commentaria in Pſalmos opus ipſius eſſe probatur ibid. vnctio & lotio corporum ab ipſo prohibita o. 67, p. 38. ægris permiſſa ibid. n. 69.

S. *Hieronymi* reliquæ inſtitutiones Cænobiticæ n. 70. p. 39. Vitam Cænobiticam Anachoreticæ præfert ibid. Cænobiticæ Vitæ commoda ſpiritualia ibid. n. 71. cellæ ibid. Monaſterij per centorias & decurias gubernatio n. 72. p. 40. Monachorum ſui temporis genera ibid. n. 73. qua obedientia ipſe

eiuſqoe Mooachi Epiſcopo tenerentur n. 81. p. 41. quærelis Ioannis Ietoſolymitani ſatiſfacit ib. diuerſa Preſbyterorum & Monachotum obedientia n. 81. p. 43. Abbatis nomen præ humilitate recuſat o. 85. p. 44. ſibi inuicem fratres ſeruire docet ibid. n. 86. Hoſpites ſuſeipere num. 87. pag. 45. non hæreticos ibid. menſa Hieronymi abſque lectione comitante erat ibid. nu. 88. lectio menſæ ahipſo primum introducta ihid. grauiom & leuiom culparum correptio & penæ ibid. nu. 89. ſilentinm ibid. nu. 90.

S. Hieronymi inſtitutiooes ad diuinum officium ſpectantes no. 91 p. 45. Comitir ſeu lectionarij autor ibid. Euangelia & Epiſtolas per annom diſtribuit ibid. Pſalterinm emmendauit ibid. explicatur quoddam *S.* Damaſi decretum nu. 92. p. 46. Verſur exametri Hieronymi, quibus Damaſus Dei laudes canebar ibid. Verſus *Gloria Patri* eius rogatu à Damaſo inſtitutur ibid. nu. 93. & n. 96. p. 47. cantum officij diuini ab Orientalibur accepit ibid. teatralem taxat ih. Hieronymus autor verſus *Sicut erat* &c. ib. quid de Alleluya inſtituerit n. 97. p. 40. eins horæ canonicæ n. 101. p. 49. an Primæ autor n. 102. quid olim Primæ nomine intellectum ibid. n. 103. quories nocte ſurgendom n. 105. p. 50. chori ceremooiæ ib. ernce ſignatio ib.

D. Hieronymus quo anno mortuus n. 101. pag. 49. inſtituti Hieronymiani caſus n. 106. pag. 51. an ad occidentē tranſierit ib. n. 107. in Hieronymianis biſpaniæ patribus ſuſcitatum ib. n. 108. oraeola eius reſtaurationem præcedentia ibid. Hieronymi æuo Monachi nomen Romanis exoſum n. 2. p. 52. eius tempore incepit eſſe gloriæ ib. diſcipularum eiur conſecratio & velatio ih. n 4. detonſio n. 9. p 54. earum ſyllabus n. 14. p. 55. Hieronymus omnis ætatis magiſter n. 17. p. 57. infantularum inſtituta tradit ib. n. 18. Virginum intra vrbem Mooaſticē colentium n. 25. pag. 59 quæ libidinum incitamēta paſſus n. 31. p. 61. quid Cieeronē & Plantum legenti occiderit ih. n. 32. nuptiarum incōmoda eleganter pingit n. 34. 60. Scribit de Virginitate ib. nuptias neutiquam damnat ib. qua animi vehementia à natura comparatus ib. n. 35. Paulæ Romanæ ſubſtantijs probro principum mundi alitus Bethleemi n. 39. p. 64. qno anno in Bethleem profectur ib. nihil ei ohijci poſſe & ſi Paulam eomitaretur. n. 61. p. 70. inſtitnta Bethleemiticarum Sanctimonialium à Paula non à Hieronymo edita n. 66. pag. 71. Paulam inoocat Hieronymus num. 77. p. 74. Epitaphio honorar ib.

Hilarion cum S. Antooio doobus tantum menſibur manſerit n. 2. p. 1. præſtantior inter diſcipolos S. Antonij ibid. non fuit Hilarion primur Monachor Paleſtinæ n. 3. p. 2. ſubſtantiam ſuam diſtriboit ib. Hilarionis veſtes ibid. n. 4. victus ih. n. 5. Potus ib. cella n. 6. p. 3. opur mannum ib. n. 7. oratio ib. diſcipolur docet ſeribere libros ib. pediter ambulat ib. n. 8. ædificat Monaſterium ib. n. 9. verbum Dei fratribus prædicat n 10. p. 4 eins Monaſterinm à Gazenſibur dirutum ib. euerſionir eius cauſa diuitiæ ih. viſitat Monaſteria ib. n. 11. aduerſus auarum prælatum cauſam ſuſcipit ib. n. 12. proprietatis oſſor n. 13. p. 5. generalis præfecturæ ſucceſſorem non habuit ib. n. 14. eius diſcipuli ib. n. 16. ab Euthymio in Paleſtinma tranſlatum Hilarionis inſtitutuni num. 1. pag. 76.

Hypocriſis deſcriptio n. 49. p. 32. taxatio n. 48. p. 31. bypocrytæ cuiuſdam in S. Gregorium Nazianzenum calumniæ n. 19. p. 306. reſſelluntur ib.

Hiſpani primi tranſlatores Regulæ *S.* Baſilij n. 5. p. 235. S. Hietonymo addictiſſimi Hiſpani n. 43. p. Hibera Hieronymō infenſus an Hiſpanus ibid.

Hiſtoria exigit maturitatem n. 40. p. 223.

Homo ad labotum natus n. 41. p. 151. Homo quam facilè mutatut n. 22. p. 146. Hominum meliores & peiorer è Monachis prodiere n. 115. p. 172. Homo interior à Vitija purgandus ih. n. 149. p. 182 qui homioibus placete vult quomodo appareat n. 83. p. 255. qnomodo hoc vitium fugendnm ib. n. 84. Hominibus placens quis ib. 114. p. 268.

Honorem quærere an oporteat num. 85. pag. 255.

Honoratus Monaſterij Fundenſis in Italia fundatur qualis vir. n. 85. ibid.

Hora Lucernalis quæ n. 12. p. 9. Horæ Canonicæ V. *laudes Dei.*

Hormiſda Papa ad Monachos Syriæ reſcribit n. 66. p. 204. omnes Orientis Orthodoxor à Senero afflictaros conſolatnr. ib.

Hoſpitalitas Hieronymi n. 87. p. 45. Euthymij n. 29. p. 97. Sabæ n. 32. ib. in eremo n. 66. p. 106. Chryſoſtomi n. 164. p. 186. Ephtem n. 31. 196. Baſilij Seleucienſis n. 41. p. 199. Baſilij Magni n. 38. p. 187. ſumptuoſi apparatur fugiendi ib. quæ in hoſpitio mediocritas à Monachis ſeruanda no. 39. menſæ elegantia adhibenda ib. o. 4 p. 1. Hoſpites abſque licentia non alloquendi nu. 42. p. 288. nec viſitandi n. 48. p. 289.

Hoſpitalaria Vita à Theodoſio Cænobiarcba primum reſerata n. 103. p. 116.

Humicubatio Sabæ n. 62. p. 105. Chryſoſtomi o. 166. p. 187. Ephrem n. 27. p. 195.

Humilitas Paulæ eximia n 41. p. 65. Humilitas ſuadatur n. 33. p. 85. n. 100. p. 115. n. 19 p. 125. Humilitas vbique à Monacho exhibenda o. 56. p. 155. Humilitas virtutum theſaurur ib. n. 80. p. 163. Monachorum Chryſoſtomi humilitas n. 157. p. 183. Ephrem n. 28. p. 195. Iuliani Sabæ eiuſque diſcipuli Aſterij mutua, miraque bumilitas n. 38. p. 198. commēdatur humilitas n. 50. pag. 248. quid ſit humilitas ib. num. 84. pag. 255.

Hunorum in Monachos Aſiæ graſſatio n. 8. p. 311.

Hymnorum barmonica compoſitio ab Ephrem tradita n. 18. p. 197. Hymnus Triſagion V. *Triſagion.*

I

S. IAcobus & Ioannes Apoſtoli perfectiſſimè omnibus renontiarunt n. 26. p. 241.

S. Iacobi Niſibita patria n. 2. p. 188. modeſtia, pietas manſuetudo ib. pontifex mores non motat ib. n. 3. duriur ſecum agit ib. miraculum de canicie puellarum ibid. vnus tantum Iacobur Niſibita ib. num. 4. 189.

Iacobus Perſa Iuliani Sabæ Syri diſcipulus qualis vir. o. 36. p. 197.

Iacobus Sabæ Paleſtinæ diſcipulus num. 10. pag. 91.

…ſtans quis dicendus n. 133. p. 271.

Iberia V. *Hiberia.*

Iconomachi in Monachos Aſiæ graſsātur n.9.p.311.

Ieiunium Syluani n. 5. p. 15. etiam aquæ potus in eius ieiunio interdictus ibid. Hieronymi ieiunia integræ hæbdomadæ n.19. p. 22. moderanda n. 53. p. 33. in quadrageſima qualiter ieiunandū ib.& n.22.p.59. quibus diebus Hieronymianis ieiunare iubetur n.55.p.34.infātularum ieiunia quæ eſſe debeāt n.22.p.59.puberum n.29.p.60.viduarum n.40.p.64.& n.51.p. 68.Cænobitarum ſub Euthymio ieiunia n. 22. p.82.ipſius Euthymij ib.publicū & nimiū ieiuniū improbatur in iuuenibus ib.n.23. Sabæ ieiunium n.31.p.97. propter hoſpites frangendū n.33.& 34.p.98.Sabæ in eremo ieiuniū n.63.p. 105. Montani hæretici ieiunia qualia n. 64. p. 206.S.Ioan.Climaci ieiunia n.18.p.124.ieiuniū ſupra vires non permittendū n.95.p.259.ieiunij menſura ex noſtra voluntate pendere non debet ib.ſuperioris iudicio cōmitenda ib.n.96. ieiunare,& edere qualiter virtuoſè cohæreant n.21.p.283.qualiter moderāda ieiunia ib.n.77. p.290.ieiunium 20.dierū n.21.p.307.V. *Biduanum,Triduanum quatriduanum, quinq; dierum, Hebdomada, Quadrageſima.*

Ignorantes turpant codices vetuſtos n. 16.p.238.

Imagines cuiuſdam S.Baſilij errores n.4.212.impugnati n.6.p. 213.imaginum editio qualiter Romæ permiſſa n.7.p. 214. ad earum editionē librorum pragmatica hiſpana extendi deberet ib imago S. Simeonis Sthoet cur proſcripta ib. n.8.imagines diuerſis modis cenſura dignæ ib. n.9. imaginū nouitas ab Eccleſia prohibita ib. n.10.prædictæ imaginis S.Baſilij impugnationes n.19.p.217.duo errores contra fidem in ipſa fundari n.44.p.224 decretum S. Congregationis de probibitione ipſius imaginis n.51. p. 226. quiſnam illius autor ib. n. 52.

Imbecilliores mitius tractandi n. 142. p. 180. id alij moleſtè ferre non debent ib.

Imberbes in laura Sabæ non admittuntur n. 43.p. 100. V. *Pueri.*

Immunditia n. 147. p. 273.

Impudicitia quid ib.

Inanis gloria meritò virtutes denudiat n. 70.160.

Incontinentia V. *Luxuria.*

Incorrigibilis pœna expulſio è Monaſterio in ſchola Chryſoſtomi n. 137.p.178.Climaci n. 48.p. 512.reuertētes admittendi n.49.p.133.quæ ipſis data pœnitentia ib. incorrigibiles expellit Chriſoſtomus n.137.p.179.quæ in expulſione ſeruanda ib.n.138. Regulæ Benedictinæ canon de expulſione incorrigibiliū Vrbani VIII. decreto non derogatur ib.expulſio apud Baſilium n. 61. p. 291.

India ſitus n.1.p.204. à quibus ib. promulgatum Euangelium ib.à quibus ib.reſtaurata Monaſtices ib.n.1.indorū mores Monaſtici n.12.p.207. Vita cōmunis ſub Prælati obedientia ib. Monaſticus habitus pro ſalute animarum deponēdus ib.n.13.miniſterio expleto reſumendus ib. ſtudium Sacræ ſcripturæ n.14.p.208. Nobiles Monachatū priores arripiunt ib.n.15. veſtes ib. n.17.veſtiū conformitas ib.Victus ib. n. 18.rerum omniū abdicatio ib.pauperies ſummæ diuitiæ ib.priuata peculia recuſanda n.19.p.209. Tonſura ibid. Cænobitis extinctis conſurgunt eremitæ ib.n.20.Eorū mores ib.n.21.Cilicium ib.ſolitudo qualis ib.diuinæ laudes n.22.p.210. cibus ib gratiarū actio ib.caſtitas ib.n.14.obedientia ib.n.25. Vigiliæ ib.n.26 opus manuum ib.ſacerdotium ib. ritus ſepeliendi ib. Multitudo indorum Monachorum ib.n.12.p.207.indici Monachatus ſucceſſio n.26.p.210.V.*Barlaamus,Joſaphatus.*

Indignationis iuſtæ quid proprium n 147. p. 275. quomodo ab illa in furorem incidimus ib.

Infans difficilè eruditur n.15.p.56.quibus alliciendus vt addiſcat n.18.p.57.quibus infantulæ vſque ad ſeptennium occupandæ ib. qualiter eas à cunabulis Monaſtico habitu induere liceat n. 19.p.58 quæ ipſis alloquia vitanda ib.n.20.quibus a ſeptennio ad pubertatem occupādæ quæ Monachatui conſecrantur ib.n. 21. publicitatē fugiant ib.à vino abſtineant ib.n.22.ieiunia ab ipſis ſectanda ib. cibus ib. Horæ canonicæ ib. ſtudium ſacræ ſcripturæ ib.oratio ib.n.23.manuum labor ib.veſtes ib.qualem debeant habere Magiſtram n.24.p.59. qualiter erga ancillas ſe gerere ib. à matre non diſcedant ib. infans quomodo quis fieri queat n. 131. p. 270. quomodo regnum Dei ſuſcipere ib. n. 132.

Infantularū Virginitati dedicatarū mores V.*Infās.*

Infirmorum cura apud Hieronymum & Paulam à n. 63.p.36. eſus carnium eis a Hieronymo permiſſus ib. medici & medicamina ib. apud Sabā n.45.p.101.Theudoſium n.102.p.116. Chryſoſtomum n.168.p.187. ægrotorum lætitia ibid. qualiter conſolandi n.31. p.196. ad conſanguineos non confugiant ib.n 31. infirmis Monachis cibo ſibi prohibito veſci licet pro medicamento ib.n.67.p.204.infirmorum cura apud Baſilium n. 34.p.286 Xenodochium ib. ſi tota cōgregatio ægrotet à quo inſeruienda ib n.35. infirmi obſequium Antiſtitis non recuſent ib. n 36. vſus ne fuerit Baſilius medicis ac medicamentis n. 37. p. 287.

Infirmis cur ardua pœnitentium facta proponantur n. 65. p. 136.infirmitates fratrum quomodo portandæ n. 39. p. 245.

Inflatus quis n. 135. p. 271.

Informatio de moribus in receptione nouitiorum apud Baſilium n. 35. p. 243.

Inimici quomodo diligendi n. 119. p. 270. non eſſe impoſſibile eos diligere ib.

Initia Monaſticæ conuerſationis quotidie iteranda n. 7. p. 15. quibus inſtrumentis ib.

Inobedientis pæna n. 32. p. 84.

Inquinamentū carnis & ſpiritus quid n.125.p.269.

Inſanientium & furioſorum domus (Hiſpanis *caſa de orates*) à Theodoſio Cænobiarcha primum extructas n. 91. p. 113.

Inſēſati&nō intelligētes cur reprehēſi n.135.271.

Inſitionis duo genera n.65.57.Monachorū opus ib.

Inſpectores Monaſterij Decani, apud Climacum nu. 26. p. 127.

Inſtituta Monaſtica S. Hilarionis in Paleſtina nu. 2.1. S. Epiphanij nu. 4.7.S. Hieronymi Regulæ à Lupo de Olmedo cōpactæ cenſura nu.1.p. 16. Regulam Monacharum Hieronymi opus non eſſe ib. nu.4.p.17.Hieronymi inſtitutiones Anachoreticæ ib.à n.5.Monaſticæ n.45.p.50. Infantularum Virginitati deſtinatarum inſtituta nu.17. p. 57. Virginum intra vrbem domoſque proprias Monaſticem colentium ib.nu.25.p.59. Paulæ aliarumque viduarum ib.nu.32.p.61 Virginum Bethleemiticarum inſtituta ſub diſciplina Paulæ nu.66.p.71.Euthymij & Geraſim inſtituta in commune degentium nu. 18. p. 81

eorundem eremiticæ inſtitutiones ib. n. 39. p. 87. Sabæ inſtituta Monaſtica & Anachoretica n.20.p.93.eremitica ib.n.53.p.103. Theodoſij Cænobiarchæ inſtitota eremetica ibid.n. 83.p. 110. Monaſtica n.84.p.111. Ioannis Climaci inſtituta Anachoretica n.18.p. 124. Cænobitica in. 22. p. 125.Monaſterij carcer admitandæ ac penè incredibiles auſteritates ib.n.50.p.133.S. Ioannis Chryſoſtomi liber de Monaſtica exercitatione ad ſolitarios n.12. p. 143. reliquæ illius inſtitutiones Monaſticæ ib.n.152.p.182.S. Iacobi Niſibitæ mores n. 2.p. 188.S.Ephrem inſtituta ib.n.5.p.189. indorum Monachorum inſtituta n. 12.p.207. Baſilij Magni & Gregorij Nazianzeni Regula Monachorum n. 1. p. 231. reliquæ ipſorum inſtitutiones Monaſticæ n.1.p.278.Anachoreticæ n. 1. p. 308.

Intellectus quomodo à Deo petēdus n.134.p.271.

Inſtrumenta iterandi quotidie initia Mooaſticæ profeſſionis n. 7. p. 18. inſtrumenta bonorum operum ex Baſilio n.11.p.281.

Inuidia radices n. 59. p. 250.

Ioannis Abbatis Scithiotæ mira obedentia num. 134 p. 177.

S. *Ioannes* Apoſtolus perfectiſſimè omnibus renuntiauit o. 26. p. 241.

S. *Ioannes* Baptiſta dux Monachorum abſque magiſtro n.14.p. 21. totius Monaſticæ perfectionis typos n. 54.p. 154. ipſius cum ſaluatore contentio de humilitate n. 36. p. 197.

Ioannes Caſſianus V. *Caſſianus*.

S. *Ioannes Chryſoſtomus* prædicit mortem S. Epiphanij n. 23.p.11.deffenditur veritas hiſtoriæ ib. bellum rationis inter eos ex vtraque parte iuſtum ib. n, 25. p. 13. Chryſoſtomus ſcripſit Regulam Monachorum n. 1.p.139. tyronem tunc agebat ib. n.2.Vitæ eius perſectio ib. fugit in ſolitudinem ib. reddit Monaſterium ib. relinquit Mooaſterium ib.Baſilius Chryſoſtomi ſocius quis ib.n. 3. p.140.quibus à Magno Baſilio differat ib. eorum inſtituta Monaſtica diuerſa ib. n. 5. Aſceticus Chryſoſtomi de *Monaſtica exercitatione* non perijt n. 5. extat inter Magni Baſilij opera ſub titulo *Conſtitutionum Monaſticarum* ib.cur inter Baſilij opera locum acceperit ib.tractatur ipſius præſtantia ib.n.6.p.141.Chryſoſtomi opus eſſe,non Baſilij ib.n.7.libri eiuſdem germanus titulos & diuiſio n.12.p.143.Prima pars ad Cænobitas & ſolitarios ib.de exercitatione caſtitatis ib.n.13.quod vita contemplatiua debet anteponi ib. n. 16.p. 144. quid in oratione petere,qualiter orare, & gratias agere oppor tet ibid. n.18.p.145.ab oratione non recedendom donec petita impetremus n. 21. p. 146. patienter orandum n. 25.p. 147. cur Deus à nobis orari velit ib. n. 27. de moderandis animi cogitationibus n. 29.p.148. quod corpos malum non eſt n. 4. p.149. com fœminis temerè non alloquendum ib.n.35.corporea exercitatio vitibus admetienda n. 40. p. 150. cogitationom animi moderanda vehementia n. 45 p.152.in cibis non voluptas, ſed ratio ſequenda ib. n. 47. Chriſtus D. internæ exercitationis Prororypon n.48.p.153.eius vita externæ exercitationis exemplar n. 52. p. 154. Apoſtolorum & Prophetarum vita exercitationes Monaſticæ typus ib. n. 53. opera profeſſioni idonee ſectanda non temerè cum quibuſuis ſæcularibus loquendum ib. à n. 57. p. 159. ſæculares honeſta Monachorum opera taxant ib.n.60.tarò è Monaſterio exeondum n. 63. p.158. locorum mutatio Monachis deuitanda n. 67.p.159.præſidentia fugienda ib.n. 69. bona abſque vana gloria ſectanda n. 70. p. 160. opportunè loquendum ib. n. 72. ſcurrilitas taxatur n. 73.p.161.quæ facetiæ Monachis liceant ib.& ſeqq.manſuetudo,patientia, benignitas Monàcho amplectendæ à n. 77. p. 162. prudentia ib. n. 78. fides & ſpes ibid. 79. humilitas n. 80. p. 163. propter diaboli ſuggeſtiones ab oratione non recedendum ib.à o.81.

S. *Ioannis Chryſoſtomi* de Monaſtica exercitatione ſeconda pars ad Cananicos,hoc eſt Cænobitas n.83.p.163.quid vox Canonicus apud Chryſoſtomum ib. an idem quod Regularis n. 84. p. 164. V. *Canonicus* Chryſoſtomus Epiſcopum agens canonicos , id eſt Monachos regit ib. n. 87.p.165.ſecundę partis prologus & ſcopus ib. n. 88. exercitatio Cænobitica Chriſto Domino, Angelis & Beatis nos aſſimilat ib.n.89.eius excellentiæ inenarrabiles n.93.p.166.quo animi affectu arripienda ib. n. 95. qualiter obediendum ib.propinquorum cōſuetudo fugienda ib.n.99.p. 168.nulla de eis ſolicitudo capiēda ib.n. 101. temperatur doctrina Chryſoſtomi n.103.p.169.explicatur n.107.p.170.neutiquā à fratrū cætu ſe abſcindere Monacho licet ib. n.108.Monachatus perpetuitas ib.vnius Monachi Apoſtaſia perditionis plurium occaſio à n. 111.p. 171.Antiſtes omnes bene moratos deſiderat à n.116.p.172. qualiter ipſi obediendū à n. 118.p.173.quā abſoluta obediētia n.120. p.174. apoſtolorū exēplo ib.n.122.viliora manuū opera nō dedignāda à n.126.p.175.Honores fugiēdi ib.n.127. Monachus labores paciſcitur cum deo n.128.p.176.quibus pulmentis & ſalſamentis vtendū ib. n.129.optimū fames cōmenditū 130. perfecto nihil obeſt proditio in publicū à n.133.p.147.nihil Monacho priuata autoritate faciendū n.135.p. 178. Prælati eſt Monacho in omnibus adminiſtrare ib.n.136.conſpirationes, & ſodalitates peculiares proſcribuntur ib. n. 137.expellendi incorrigibiles ib.veſtiū elegantia taxatur n.140.p.179.Antiſtes imperet accōmodata viribus ib.n. 141. cum imbecilli mitius agi fortis moleſtè non ferat n.143.p.180.Prælatus alienum Monachum non ſuſcipiat ib.reducat ad ſuum Monaſteriū ib n. 144. redire nolēs vitādus ib. Proprietatis vitiū dānatur à n.147. p. 181. internus homo purgādus n. 149.p.182.

S. *Ioannis Chryſoſtomi* reliquæ inſtitutiones ad communem vitam ſpectantes n.150.p.182. non ſola coniectura probari Monachorum legiſlatorem extitiſſe ib. n. 152. rerom omnium abdicatio ib.n.153.caſtitas ib.n. 154. Profeſſionis vinculū noptijs fortius n. 155.p.183. paupertas ib.n.156.vitæ vnitas ib.Ordo & humilitas ib. n. 157. Vita communis ibid. Obedientia ibid. Prælati exemplom n. 158. p. 184. nuntiet horam operis Dei ib. veſtes ibid. num. 159. ciliciom ibid. Nobilium Monachatus ibid. mutatio habitus ibid. Tonſura ibid. Dei laudes nocturnæ n. 160. p. 185. Ceremoniæ & chorus ibid. deprecationes peculiares ibid. orationes poſt ſingulos Pſalmos ibid. cantus 162. taxat theatralem ibid. Horæ diurnæ ibid. ſtudia literarum n. 163. p. 186. labor manuum ibid. ſilentium ibid. hoſpitalitas ibid. nu. 164. miſericordia in pauperes ibid. cibus & potus ibid. gratiarum actio ib. n. 165.

Digitized by Google

n. 165. ſomnus n. 166. pag. 187. lectus ibid. balnearum prohibitio ib. Chryſoſtomi notabilis dormiendi modus ibid. ædificia 167. ægrotorum cura ibid. n. 168. infirmantiom lætitia ibid. morientium funera ib. exultatio in obitu fratris ibid. Sanctimoniales eiſdem Regulis inſtruit Chryſoſtomus ibid. eius obitus ib.

S. *Ioannes Climacus* Sinà montem inhabitat in 9. p. 15. qualis vir à n. 1. p. 120. Monachatus eius primordia ibid. n. 5. vnde Climacus dictus ibid. n. 6. Scala illios qui libet. ibid. n. 7. Scholaſticus inrè dictus ibid. Scalæ ipſius verſiones n. 8. p. 122. plures eiuſdem ſæculi Ioannes Schulaſtici ibid. quibus ab alijs diſcernatur ibid. n. 9. quiſnam patrum ſub eius elogijs lateat ibid. à num. 10. de ſcripris eius pia autoris quærela n. 12. p. 123. Nitriam persgrat Climacus ib. Nitriotarum inſtitura in Arabiam tranſmiſit ibid. Abbas montis Sinai ibid. n. 13. ſubditus tamen Ioannis Raythenſis ibid. peregrinatur Arabiam n. 15. p. 124. tranſit è Cænobio ad eremum ibid. n. 16. eius Anachoreſis ibid. n. 18. cibus ibid. eremus aſperrima Climaci *Tholas* dicta ibid. abſtinantia ibid. abſtractio ab hominibus num. 19. p. 125 caſtitas, paupertas, obedientia ibid. mortis memoria ibid. opus manuum ſcriptio librorum ibid. lacrymæ ibid. n. 20. ſomnus ibid. perpetus oratio ibid. vulnera animæ ſuperiori aperienda ibid. ſilentiom ibid. ſilentio obtrectatores vincit ibid. n. 21. Anachoreſim Cænobiticæ vitæ præfert ibid. mutat ſententiam ibid. eius diſcipuli ibid.

S. *Ioannis Climaci* Monaſticæ inſtitutiones à n. 22. p. 125. redit Cænobium motata ſententia ibid. præfert vitam Cænobiticam Anachoreticæ ibid. & n. 23. p. 126. fuit Abbas montis ſinai ibid. n. 24. montem aſcendit & ſcalam ſcribit ibid. Qualis debeat eſſe Abbas ib. n. 25. *Dominum* appellat Abbatem ibid. Monachus quid n. 26. p. 127. renootiatio rerum omnium ibid. obedientia ibid. num. 27. obedientia impoſſibilium ibid. caſtitas n. 29. p. 128. paupertas n. 30. abſtractio à ſæcularibus ibid. n. 31. humilitas ibid. n. 32. diuinæ laudes ibid. num. 33. qualiter agendæ n. 34. ſignum quo vocabantur ibid. oratio mentalis ibid. n. 35. perpetua oratio ibid. lectio ibd. alia exercitia Monaſtica ibid. inſpectores Monaſterij ibid. Mortificatio iuuenum ibid. n. 37. cogitationum reuelatio n. 38. p. 130. cibus & potus ib. n. 39. opus manuum ibid. n. 40. diſceptatio de moribus n. 42. pag. 135. taxat ſtrepitum diſputationum ibid. digniores ad Præſbyteratum promouendi ibid. pueri ad Monachatum non admittendi ibid. n. 43. eorum inſtituta diuerſa ibid. probatio Nouitiorum ibid. num. 44. detonſio n. 45. p. 132. veſtium color ibid. mutatio locorum improbatur ibid. proſtratio pro contentionibus ſedandis ibid. n. 46. examen conſcientiæ ibid. excommunicatio regularis ibid. n. 47. ſeparatio à gradu ib. exilium mulcta grauiorum culparum ibid. ordo fraternæ correptionis ibid. n. 48. expulſio incorrigibilium ibid. reuertentes admittendi ibid. n. 44. eorum penæ ibid. Monaſterij *Carcer* incredibiles auſteritates ib. n. 50. p. 131. Climacus earũ teſtis oculatus ibid. V. *Carcer.* cur hæc infirmis animus ponat n. 65. p. 136. fæliciores reputat lugentes poſt lapſom ibid. n. 66. in Deo ſperare monet n. 67. p. 137. quo tempore Climacus floruerit ib. n. 68. diu eius inſtituta duraſſe ib n. 69. eius Monaſterium à Barbaris dirutum n. 70. p. 138 à S. Bonouio inſtauratum ib.

S. *Ioannes Damaſcenus* Iudici Monachatus illuſtrator num. 2. pag. 204. eius hiſtoria de Barlaamo & Ioſapharo vera n. 9. pag. 106. opus eius eſſe probatur ibid. n. 11.

S. *Ioannes de Dios* Theod. ſectator n. 107. p. 117.

Ioannis Hieroſolymitani titulo cur Hieronymus addici noluerit n. 37. p. 27. S. Hieronymum inſectatur nu. 44. p. 30. quærela eius aduerſus Hieronymum n. 81. 42.

Ioannis Raythenſis Euthymij diſcipulus n. 11. p. 79. & n. 118. p. 119. qualis vir n. 1. pag. 120. Præfectus generalis Arabici Monachatus n. 13. p. 123. Ioannis Climaci Prælatus ibid. & num. 14. p. 124. vrbaniſſimus ibid *Dominum* Climacum compellat ibid. & n. 25.

Ioannes Silentiarius Sabæ diſcipulus n. 11. pag. 91. mira eius modeſtia n. 40. p. 100. Epiſcopatum calat vt fiat Monachus ibid. eius natiuitas, patria, parentes, num. 58. pag. 104. Cænobitam agit ibid. & Anachoretam ibid. n. 59. opus manuum eius laborioſiſſimum ib. fit eremita ib. n. 60. cuſtoditur à Leone n 61. p. 105. lauram redit ib eremitici eius mores ib. n. 62. Penſum hebdomadæ (Hiſpanis *tarea*) ibid. Ieiunium quinq; dierum ibid. n. 63. duplex illius quadrageſima ibid cibus n. 65. p. 106. tegumentum ib. n. 66. hoſpitalitas ib. ſilentium vnde ſilentiarius n. 67. p. 107. obitus ibid. n. 69.

Ioannes Sinaita an hiſtoriam de Barlaamo & Ioſaphato ſcripſerit n. 11. p. 206.

Iocularitas quæ liceat n. 79. p. 161. Ioci Salſi Baſilij & Gregorij Nazianzeni n. 4. p. 301. & 14. p. 304. Theodoſij n. 105. p. 116.

Ioſaphatus Indiæ Regis filius n. 2. p. 204. qualis puer ib. n. 3. domo reclusſiot à patre ib. clauſura triſtatur n. 3. licentiam exeundi obtinet n. 4. p. 205. à Barlaamo conuentus ib. n. 5. fidem Catholicã ſub margaritæ metaphora à Barlaamo ſuſcipit ib. regem patrem ſuum conuertit ad fidem ib. n. 7. regno renuntiat & fit Monachus ib. eremum petit ib. Barlaamum inuenit n. 8. p. 208. vtriuſque in eremo conuerſatio V. *India Baarlamus*

Iſaac Monaſterij *Carcer.* præfectus n. 55. p. 134. nõ iraſcit quomodo poſſit homo n. 79. p. 254. & n. 91. p. 257. Baſilios ne iratus ſcriberet triennio nihil ſcripſit ibid. ſi quis iratus aliquid accipere non vult, quid ib. n. 99. p. 260.

Iſidorus Monachus ſeptem annos ad pedes omniom prouoluitur n. 37. p. 129.

Iudicare non omnino prohibemur n. 90. p. 257.

Iudicia Dei quomodo timebimus n. 121. pag. 267. Iudicium culparum V. *Culparum.*

Iulianus Syrus Theodoſij contubernalis n. 50. p. 201.

Iulianus Sabas Syrus diſcipulos ab Anachoreſi ad cænobium reuocat n. 36. p. 197. eius diſcipuli n. 37. p. 198. humilitas ib. n. 38. ſeceſſus in ſolitudinem ibid. n. 39. veſtes ibid. celebritas ib. draconem occidit ſigno crucis ib. ib. 38.

Iulianus opiſex Sabæ diſcipulus n. 10. p. 91.
Iunior ſeniorem qualiter docere debet n. 100. pag. 260.
Iuramento Ciſtercienſium profeſſio non firmatur n. 100. p. 168. Iuramentum omne Monachis à Baſilio proſcriptum n. 28. p. 285. Gregorius Nazianzenus nunquam iurauit ibid.
Ius ſucceſſionis. V. *ſucceſſio*
Iuſtiniani imper. ædificiorum Sabas autor n. 9. p. 90. redditus annuos Sabæ offert Iuſtinianus n. 36. p. 98. præſidio munit lauram Sabæ n. 117. p. 119.
Iuſtum & Sanctum quid n. 136. p. 172.
Iuuenalis ex Patriarcha Ieroſolymitano Monachus Euthimij diſcipulus n. 13. p. 80. qualis vir. ib.
Iuuenes mortificandi n. 37. p. 129.

K

K*Ericus* dux Romanorum cilicium Theodoſij Cænobiarchæ pro thorace induit n. 99. 115.

L

L*Abor manuum*. V. *Opus Manuum.*
Labores huius vitæ ſigna prædeſtinationis n. 92. p. 115. laborandi præceptum cunctis Chriſtianis communa n. 41. p. 151. Monachus labores paciſcitur cum Deo num. 128. p. 176.
Lac Monachis à D. Hieronymo conceſſum n. 62. p. 36.
Lachrima Monachis ſuadentur n. 29. p. 60. & n. 41. p. 65. Climaci lacrymæ num. 20. pag. 125.
Laa S. Hieronymi diſcipula n. 55. p. 56.
Læta S. Hieronymi diſcipula ibid.
Lætitia virtutum comes n. 31. pag. 148.
Laſſitudo quibus recreetur n. 69. p. 38.
Laudes Dei in Monaſterio Epiphanij n. 11. p. 9. lucernarium ibid. lectionarij autor D. Hieronymus n. 24. p. 24. Hieronymi officium diuinum n. 91. p. 46. Damaſus Papa exametris verſibus Dei laudes decantat. ib. n. 92. verſum *Gloria Patri* inſtituit ibid. num. 93. Orientales Eccleſiæ muſica in Dei laudibus vtuntur ib. inde ad occidentales translata ibid. Theatralis improbatur n. 96. p. 47. verſum *Sicut erat* inſtituit D. Hieronymus ibid. ipſius Horæ Canonicæ num. 101. pag. 49. Primæ autor Hieronymus ibid. num. 102. quid olim Primæ nomine intellectum ibid. n. 103. vigiliæ nocturnæ num. 105. p. 50. chori ceremoniæ ibid. Horæ Canonicæ S. Paulæ num. 71. pag. 73. Opus Dei in laura Sabæ n. 21. p. 94. Armeni propria lingua opus Dei explent ibid. nocturnæ vigiliæ à Saba inſtauratæ ib. n. 22. Chorus Theodoſij n. 84. p. 111. Climaci n. 39. p. 230. Chryſoſtomi à n. 159. p. 184. Orationes poſt ſingulos Pſalmos ibid. n. 161. p. 185. cantus ibid. n. 161. Theatralis taxatur ibid. Horæ nocturnæ totius noctis ibid. n. 160. p. 185. diurnæ ibid. n. 162. S. Ephrem chorus n. 17. p. 192. Indorum eremitarum Opus Dei n. 22. p. 210. quali affectu debet eſſe quis pro eo quod dignus eſt habitus in opere Dei inueniri n. 93. p. 259. quid ſiquis non occurrat n. 103. p. 261. pſallere ſapienter quid n. 105. p. 262. quid de diuinis officijs inſtituerit Magnus Baſilius à n. 12. p. 281. Primam & Completoriũ non nouit ibid. & n. 14. p. 282. diſtributio ſeptem horarum S. Baſilij ibid. n. 13. ſextam bipartitur ibid. lucernarium ſtatuit ibid. n. 14. Tertia ipſi ſolemnis ibid. n. 16. Cantus ibid. n. 17. qua muſica vſus Baſilius ibid. eius ceremoniæ n. 18. p. 283. tribus choris alternata Pſalmodia ibid. num. 20.
Laudes vanæ vitandæ n. 22. p. 58.
Laura quid n. 4. p. 77. lauretica vita quæ ibid. & ſeqq. lauræ plures ſub Euthymio constructæ n. 8. p. 78. lauram ſub ipſo incolentium mores n. 18. p. 81. laura Euthymij facta Cænobium n. 36. p. 86. laura maxima Sabæ n. 4. p. 89. aliæ ipſius lauræ ibid. n. 6. p. 90. & n. 5. ibid. à laura in Monaſterium immodeſtus tranſmittitur n. 4. p. 89. lauretarum Monachorum mores V. *Euthimius*, *Sabas* lauretica vita à diſcipulus Gregorij Nazianzeni exculta n. 25. p. 308.
Laurentij Monachi eximia obedientia n. 28. p. 127.
Lazarus Euthymij ſucceſſor n. 13. p. 92.
Lectionis frequentia commendatur n. 51. pag. 68. lectio menſæ apud Auguſtinum n. 88. p. 45. lectio Theodoſij Die noctuque 95. pag. 414. qualiter legendum n. 20. p. 193.
Lectionarij alias *Comes* quis autor n. 24 p. 24. & n. 91. p. 36.
Lectus Hilarionis n. 7. p. 3. Paulæ n. 41. p. 65. Euthimij n. 24. p. 82. Sabæ n. 62. p. 105. Chryſoſtomi n. 166. p. 186. Ephrem n. 27. p. 194.
Legumina Monachorum obſonium n. 61. p. 70. V. *Menſa.*
Leo Sabæ cedit ſpelunca n. 55. p. 103. cuſtodit S. Ioannem ſilentiarium n. 61. p. 105.
Leo Magnus autor Epiſtolarum contra Eutichetem n. 35. p. 27.
Librorum ſcriptio opus manuum Monachorum n. 7. p. 3. n. 1. p. 14. n. 65. p. 37. n. 19. p. 125. V. *Tranſcriptio* inde victum ſibi parabant n. 3. p. 6. & n. 65. p. 37. libri Comes, ſeu lectionarij quis autor n. 24. p. 24. & 91. pag. 45. liber de Monaſtica exercitatione inter opera Baſilij extans Chryſoſtomi opus num. 5. p. 140. eius præſtantia n. 6. p. 14. vniuſcuiuſque libri autor vnde cognoſcitur num. 11. p. 142. libri huius titulus Germanus & diuiſio n. 12. p. 143. V. *Chryſoſtomo* Baſilij liber de vera virginitate quale opus n. 65. p. 293.
Lingua qualis quiſque ſit manifeſtat n. 75. p. 50. 295. eius cuſtodia virgini neceſſaria ibid. cur linguam vnam, aures duas indulſerit natura ibid.
Locus profeſſionis non mutandus n. 18. p. 84. loca Sancta inuiſit D. Hieronymus n. 7. pag. 18. Paula n. 58. p. 72. Euthymius n. 40. pag. 87. Sabas n. 2. p. 89. Theodoſius ibid. n. 73. p. 108. *Mutatio locorum.*
Longinus Euthymij ſucceſſor n. 8. p. 78.
Lucas Euthymij diſcipulus n. 8. ibid.
Lucerna legere prohibitum ab Euthymio n. 42. pag. 87.

Lucernalis hora quæ n. 12. p. 9.

Lucernarium quid n.12.p.9.quid in eo fieret ibid. n. 13. eius forma n. 4. p. 50.Baſilius Lucernarium ſtatuit n. 14.p.282. loco ipſius completorium à D. Benedicto inſtitutum ibid. nom. 55.

Lucianus, Paleſtinus an Hilarionis magiſter n. 3. p. 2. Epiphanium conuertit ad fidem n. 2. p. 6. Monaſticem eum docuit ibid. tradidit Epipbanium Hilarioni inſtruendum ib. num. 3.

S. *Lucilla* intra vrbem Monaſticem colit n. 76. pag. 41.

Lucinius Bæticus intra propriam domum Monachum agit n. 76. p. 41. vxori vt ſorori ſociatus ibid.

Lugentes poſt lapſum fæliciores n. 66. quomodo debemus lugere in Domino n. 85.

Luminarium vſus in funeribus n. 27. p. 257.

Lupus de Olmedo D. Hieronymi, Regulam Monachorum compingit à n. 1. p. 17. à ſummo Pontifice commendatur ibid. n. 2. ab Hiſpanis Hieronymianis cur non admiſſa Regula ibid. de ipſo iudicium & cenſura ibid. num. 3.

Lutheri apoſtaſia num. 514. p. 572. quanti eius cauſa deperditi ibid.

Luxuria nemini parcit num. 38. pag. 150. V. *Libidinoſi*.

M

M*Acrina* funus n. 87. p. 297. Macrina pulla veſte induta ibid.

Magiſtri Monachatus aliqui perfecti abſque magiſtro num. 54. p. 21. diſcipulorum profectui à natura ſtudent magiſtri num. 116. p. 172. V. *Diſcipulus*.

Malchon Hilarionis diſcipulus num. 56. pag. 5.

Maledicus quis eſt n. 76. p. 253.

Malorum Societas virtutis impedimentum nu. 19. p. 239.

Mandata diuina ordinem habent primi & ſecundi n. 10. p. 236.

Mandra Gregorij Nazianzeni num. 25. pag. 308.

Manetis error à Chryſoſtomo impugnatus n. 34. p. 149.

Manſuetudo & auſteritas in Prælato contemperandæ n. 32. p. 85. manſuetudo non opponitur iuſtæ indignationi n. 99. pag. 168. comites illius virtutes ibid. Manſuetus quis n. 79. p. 254.

Manubia quid n. 20. p. 81.

Maran diſcipulus S. Ephrem n. 7. p. 189.

Marcella prima Romæ nobilium Monaſticem arripit n. 3. p. 52. & 6. ibid. Paulæ & Euſtochij amica & magiſtra ib. S. Hieronymi diſcipula ibid. & n. 15. p. 56. eius obedientia n. 4. p. 55. ingenium & humilitas n. 51. p. 68. docere renuit ibid.

Marcelli & Sabellij commenta in Magnum Baſilium n. 12. p. 230.

Marcianus Paleſtini Monachatus generalis n. 23. p. 92. ſuffragijs electus ibid. Theodoſium Cenobiarcham hoſpitio ſuſcipit num. 104. p. 116. miraculum multiplicari ex multiplicato grano in eius barba exiſtente ibid. n. 105.

Marciani Syri ſchola n. 40. p. 198. diſcipuli ibid. Monaſteria ab ipſo conſtructa ibid. leges ibid. Baſilij Seleucienſis magiſter, non Magni Baſilij n. 41. p. 599.

Marci Sithiotæ mira obedientia n. 1. pag. 6. & n. 534. p. 177.

Margaritas mittere ante porcos quid n. 136. p. 272.

Marinus Euthymij diſcipulus n. 8. p. 79.

Maria Virgo Deipara Virginum omnium exemplar n. 33. p. 62.

Maris Euthymij diſcipulus n. 9. p. 79. præfectus Monaſterij ib. n. 56. p. 80.

Martha & Mariæ miniſteria num. 16. pag. 144.

Martyrius Euthimij diſcipulus num. 15. pag. 80.

Mathaus Apoſtolus perfectiſſimè omnibus renuntiat n. 26. p. 241.

Matrimonium curarum abyſſus n. 154. p. 182. plures in matrimonio adulteri, quam in Monachatu incontinentes n. 155. p. 183. V. *Coniugium Nuptia*.

Medecis ac medicamentis ægrotos ſolatur Hieronymus n. 64. p. 37. & Paula n. 74. p. 74. ſecus Chryſoſtomus n. 168. p. 187. Baſilius Magnus medicamentis vſus n. 37. p. 287.

Melancholia ex immoderatis Ieiunijs orta Hypocratis ſomentis curanda n. 53. p. 33.

Melianus pro *Melania* ſcriptorum error. n. 42. p. 29.

Meletius Antiochenus Antiſtes n. 12. pag. 20. S. Simeonem ſtylitem quod ferrea catena detineretur ibid. n. 13.

Meliores & peiores è Monachis prodiere num. 555. p. 183.

Melitenenſis vrbis Cænobia regit Euthymius n. 7. p. 78.

Melotes Monachorum habitus n. 4. p. 2. itinerarius habitus n. 2. p. 52.

Mens quid n. 29. p. 148. ab animo indiſtincta ib. mentis euagatio Dei deſideria deturbat n. 18. p. 238. mentis cuſtodia virgini neceſſaria num. 72. pag. 394. V. *Ratio, Vagatio*, diſtinctio.

Menſa Sybaritica quæ n. 78. p. 42. Menſa Hilarionis n. 5. p. 2. Epiphanij n. 4. p. 2. Hieronymi n. 16. 21. & n. 56. p. 34. abſque lectione comitante n. 88. p. 45. Paulinarum Virginum ſeparatio in menſa n. 70. p. 72. Cenobitarum ſub Euthymio menſa n. 22. p. 82. Anachoretarum ibid. n. 42. p. 87. Sabæ in laura n. 51. p. 102. in eremo ibid. n. 65. p. 106. Theodoſij Cænobiarchæ ibid. n. 98. p. 115. Ioannis Climaci in eremo n. 18. p. 124. quibus menſa communicandum à num. 61. p. 157. Chryſoſtomi fulmenta & ſalſamenta ibid. n. 129. p. 176. & n. 164. p. 189. Ephrem menſa n. 22. p. 193. Indorum Monachorum n. 18. p. 208. Baſilij Magni n. 42. p. 245. cur omnia guſtanda ſtatuerit Baſilius ibid. num. 43. pag. 246. quid ſi propter eſcam aliquis murmuret ib. n. 97. p. 260. plus laborantibus aliquid præter conſuetudinem addendum ibid. n. 98. pæna tardè occurrentium ad menſam ibid. n. 99. menſura ciborum quæ tenenda n. 105. p. 262. qui de cibis cogitat qualiter habendus ſit n. 117. p. 266. Baſilij menſa n. 22. p. 281. Orationes ante & poſt prandium

 ibid.

ibid. n. 23. lectio ibid. menſam propter hoſpites non mutat Baſilius ibid. num. 38. pag. 187.

Meſopotamia plures fuere Monachorum paleſtræ n. 1. p. 188. Cænobitarum ibid. Aſceteriatum ibid. n. 51. p. 201. earum duratio ib. num. 53.

Minimum nihil Dei cauſa factum num. 29. pag. 148.

Miſſa in Vigilijs quid apud priſcos n. 103. pag. 49.

Miſſa Sacrificium in lauris Sabæ num. 26. pag. 95.

Miſericordia in pauperes maxima Monachis Chryſoſtomi n. 164. p. 186. Theodoſij cenobiarchæ n. 103. p. 116. Ephrem n. 32. p. 196.

Mitra priſcorum Cardinalium inſigne n. 32. p. 26. Mitræ ſignificationes ibid.

Modeſtia Sabæ recuſantis ſacerdotium n. 39. p. 99. Ioannis Silentiarij celantis Epiſcopatum n. 4. pag. 89. Iacobi Niſibitæ n. 2. p. 188. Ephrem fugientis Epiſcopatum n. 25. pag. 195.

Monachatus ſcopus imaginem Dei in homine reparare n. 38. p. 150. Angelicæ vitæ ſimulis n. 11. p. 150. qua deliberatione amplectendus n. 26. p. 127. & n. 95. p. 66. Monachatus in Paleſtinam ab Hilarione inuectus n. 1. pag. 11 Scithiotarum Monachatus à ſiluano in Paleſtinam delatus n. 1. p. 14. Syrorum à Hieronymo n. 15. p. 21. Arſenij & Scithiotarum ab Euthymio n. 1. p. 76. Monachatus initia quotidie iteranda n. 14. p. 21. Presbyter Monachatum abſque licêtia Epiſcopi ſuſcipere poteſt n. 82. p. 43. Monachatus nobilibus Romanis Paulæ tempore exoſſus n. 2. p. 52. Orbitas pluribus Monachatus fuit occaſio ibid. n. 49. p. 67. nulla ætas à Monachatu repellenda n. 26. p. 83. Theodoſij Cænobiarchæ preces pro exploranda Dei voluntare in electione Monacharus n. 78. p. 109. Monachatus à quibus in Arabiam tranſmiſſus n. 1. p. 120. Monachatus indiſſolubilitas n. 108. p. 170. propter improbos non deſerendus ibid. n. 109. & n. 34. p. 177. nulla eſt deſertionis cauſa n. 110. p. 171. à ſæcularibus alijs irriſus V. *Saeculares, Monachus* virorum Monachatum extra cænobium non probat Magnus Baſilius n. 70. p. 294. neque fæminarum Anachoreſim ibid. Monachatum & Epiſcopatum qui ſimul egerint V. *Epiſcopus* V. *inſtituta* V. *Monachus*.

Monachus quid n. 25. p. 126. Monachi nomen vetuſtiſſimum n. 87. p. 164. irriſio Monachorum à ſecularibus perantiqua V. *Seculares* Monachorum tria genera Hieronymi æuo n. 73. p. 40. ſub Euthymio diuerſa Monachorum genera n. 4. p. 77. Monachi olim plures à dæmone obſeſſi propter leuiſſimas cauſas n. 89. p. 112. Monachorum acrior quam ſæcularium pugna n. 58. p. 156. Monachi peripſema ſæcularibus ib. & ſeq. Monachus cognatis & amicis mortuus n. 99. p. 168. Monachi pericula inter propinquos & cognatos ibid. Monachorum pater Deus & Prelatus ib. peiores & meliores hominum è Monachis prodiere n. 115. p. 172. Monachus labores paciſcitur cum Deo n. 128. p. 176. Monachus Prælati inſtrumentum n. 135. p. 178. Monachus vnius Prælati ab alio non ſuſcipiatur n. 143. p. 180. reducatur ad ſuum Monaſterium ibid. n. 144. redire nolens vitandus ibid. coniugatorum plures adulteri quam Monachorum incontinentes n. 155. p. 183. quo temperamento Monachus coram ſæculari iudice cauſam dicere debet n. 34. p. 243. Monachorum mores V. *inſtituta Monachatus*.

Monaſterium V. *Cænobium*.

Monialium celebriores ductrices patrum Monachatus fuere ſorores n. 2. p. 6. V. *Virgines Sanctimoniales*.

Monſerratenſes Monachi lauretícæ vitæ imitatores n. 22. p. 82.

Montani hæretici Ieiunia qualia num. 64. pag. 106.

Mores Monachorum V. *Inſtituta, Monachatus, Monachus*.

Mortis memoria in ſchola Theodoſij qualis n. 86. p. 111. dies mortis lætiſſimus ibid. n. 87. Mori in cella tutum n. 4. p. 89. V. *Funera, Suffragia*.

Mortificatio iuuenibus neceſſaria n. 37. p. 129. varia mortificationum genera ibid. Mortificatio Monachis ſuadetur n. 26. p. 194. num. 40. p. 245.

Moyſes abſque hominis magiſterio magiſter n. 14. p. 25. Monaſticæ perfectionis typus n. 54. p. 154.

Moyſes Æthypos Scithiota diro dæmoni viuens pro leui culpa tradditus n. 90. p. 112. à Macario liberatur ib.

Mucij Monachi Ægyptij mira obêdientia n. 134. p. 177.

Mulier V. *Fæmina*.

Mulſum quid n. 18. p. 57.

Mundus corde quis n. 125 p. 269.

Murmuratio V. *Detractio*.

Muſica theatralis in Dei laudibus improbatur num. 162 p. 185. Hymnorum Muſica ab Ephrem introducta n. 18. p. 192. qua Muſica vſi Baſilius alijque veteres num. 17. pag. 282.

Muſiua D. Hieronymi à tempore Sixti. III. nu. 31. p. 26.

Mutatio locorum commune Monachorum remedium n. 43. p. 66. præfertur perſeuerantia in domo propria ibid. profeſſionis locus nullo prætextu mutandus n. 28. p. 84. Mutatio locorum accidiæ filia n. 40. p. 130. cauetur ib. n. 45. p. 132. n. 63. p. 158. quandoque Monachis pro diſcutiendo tædio prodeundum ibid. n. 64. Gyrouagorum mores peruerſiſſimi n. 67. p. 159. mutatio leuitatis indicium n. 146. pag. 181. cauenda num. 30. 196.

Muſarabum officio aliquid ſimile in laura Sabæ n. 21. p. 94.

N

N*Acher* Aſtrologus indus fit Monachus n. 15. p. 208.

Nathyra Monachus factus Epiſcopus continentior n. 6. p. 14. cur. ib.

Natiuus color commêdatus in veſtibus Monachorum n. 49. p. 31.

Negligentia graue malum num. 149. pag. 275.

Nicomedes Gregorij Nazianz. diſcipulus qualis vir. n. 24. p. 307.

Niger color apud Climacum quis num. 45. p. 131.

Nitria priſcorum fidelium frequens peregrinatio o. 3. p. 14.

Nitriotarum inſtituta in Arabiam tranſmiſſa n. 12. p. 123.

Nobiles quando primum Romæ Monachatum arripuerint n. 2. p. 52. nobiles ad Monachatum euolare vetuſtiſſimum n. 22. pag. 12. & num. 70. p. 73. & n. 81. pag. 110. & num. 159. pag. 184 & n. 15. pag. 208.

Nocturnis horis quoties priſci ſurgebant n. 105. p. 50. & n. 22. p. 94. nocturnæ vigilæ vnde ortum habuerint ib. à Saba in paleſtina inſtauratæ ib. n. 23. quo tempore abolitæ ib.

Noni cognomen peregrinum n. 45. p. 66. vox Ægyptia ib. an cum *Donno* confundenda ibid. num. 46.

Noſcere te ipſum cur adeo difficile num. 125. 175.

Noſocomia à Saba extrocta n. 33. p. 98. à Theodoſio Cænobiarcha n. 102. p. 116.

Nouena pro defunctis vetuſtiſſimæ num. 85. pag. 111.

Nouitiorum probatio olim diuturnior n. 44. p. 131. probatio a Baſilio ſtatuta cum informatione præuia de motibus & vita n. 35. p. 243. magiſter nouitiorum n. 5. p. 279. Nouitiorum receptio apud Anachoretas Ponti num. 11. p. 303.

Nucalenſis Cænobij Bibliotheca olim inſignis ab ignatis paſſa ruinam n. 16. p. 238.

Nundinæ quæ in Sanctorum ſolemnitatibus fiunt à Baſilio Magno taxatæ n. 50. p. 189. Monachos ab illis cohibet ibid. ad quas nundinas Monachis eundum pro diſtractione arte factorum ib. qualiter eundum ib. n. 49.

Nuptiarum ſecundarum incommoda n. 34 pag. 62. à ſecondis nuptijs dehortatio ib. & n. 54. p. 68. quibus à meretricin differant n. 56. pag. 69. nunptiarum cuiuſdam viri & fœminæ numerus penè incredibilia ibid. ſoli ſcortationi præferuntur ſecundæ nuptiæ ibid. n. 57. nuptias ineundi incapaces Monachi n. 154. pag. 169. Profeſſionis vinculum nuptijs fortiua ibid.

Nutus inter colloquendum improbantur num. 26. p. 285.

O

O Elementum ſemi exaratum relinquit Marcus Monachus perfectiſſimus obediens n. 134. p. 177.

Obedientia Anachoretarum quem ſuperiorem reſpiciat n. 28. pag. 24. V. *Epiſcopus* qualiter obediendum n. 95. p. 166. & n. 118. p. 173. obedientiæ votum Hieronymus agnouit & emiſit n. 15. p. 24. qualis olim erga Epiſcopos Monachorum obedientia ib n. 81. p. 41. Marcellæ obedientia n. 44. p 66. diſcipulorum Theodoſij n. 100. p. 115. Climaci in eremo n. 19. p. 125. quid ſit obedientia ib. n. 27. p. 127. Laurentij mira obedientia ib. n. 28. impoſſibilium obedientia ib. alacritas obedientiæ n. 120. p. 174. Apoſtolorum obedientia ib. num. 122. promptæ obedientiæ mira exempla ibid. n. 133. pag. 177. diſcipulorum Chryſoſtomi obedientia ib. n. 157. p. 183. Ephrem n. 16. p. 192. indorum n. 24. p. 210. quibus & qualiter obediendum n. 51. p. 248. qualiter inuicem ib. n. 85. p. 255. quouſque ib. artifices qualiter obedire debent ib. n. 86. p. 256. ſi licere excuſare aliquod opus, & aliud quærere ibid. n. 87. quid ſi prius quis contradicat, & poſtea obediat ib. quid ſi murmuret ibid. n. 88. quomodo etiam ad pericula obediens promptus eſſe debet ib. n. 93. pag. 258. quali affectu obediendum ib. nec in bonis propriam appetitionem ſequendam n. 25. p. 284.

Obitus Monachorum dies lætiſſimus in Schola Theodoſij n. 86. p. 111. V. *Mors.*

Oblatorum ſuſceptio apud Magnum Baſilium n. 44. p. 288. in oblatis nihil accipiebat Baſilius ib. ſecus Benedictus ibid. forma profeſſionis oblatorum ib. n. 45.

Obſequium fratris quali humilitate accipiendum n. 74. p. 152.

Obſeſſi. V. *Dæmoniaci.*

Obſonium. V. *Menſa.*

Obtrectatio Monachorum V. *Sæculares.*

Occidentis Eccleſiæ muſicæ vſum ab orientalibus accipiunt n. 93. p. 46.

Oculorum vis acerrima n. 73. p. 394. eorum cuſtodia virgini neceſſaria ib.

Officium diuinum V. *laudes Dei.*

Oleum Monachis concedit S. Hieronymus n. 62. p. 36. ægrotis olei vnctionem ibid. n. 69. pag. 38. oleum corporis laſſitudinem recreat ib.

Olus V. *legumina.*

Olympi montes quot n. 40. p. 64.

Oneſimum ſeruum ſe conuertentem remittit Paulus ad dominum ſuum n. 37. p. 244.

Oppidum vitæ Monaſticæ non obeſt num. 68. pag. 204.

Opus Dei V. *laudes Dei.*

Opus manuum diei (Hiſpanis *tarea* ab Aphrodiſio ſibi ipſi impoſita n. 50. p. 102. labor viribus & alimentis admetiendus n. 40. pag. 159. & n. 141. p. 151. Hilarionis opus manuum n. 7. p. 3. Epiphanij opus pulchrè ſcribere n. 10. p. 8. & Marci Monachi n. 1. p. 14. V. *libri* V. *Tranſcriptio.* qualiter manuum operibus aſſiſtendum ib. num. 3. manuum labore Monachi viuendum ib. n. 4. prudens conceptio aliter ſentientis ib. opus manuum D. Hieronymi n. 16. p. 21. Paulinarum Virginum n. 71. pag. 73. Euthymianæ Scholæ num. 10. p. 81. Sabæ in laura num. 29. p. 97. in eremo ib. num. 72. p. 108. Theodoſij ibid. n. 98. pag. 115. Climaci n. 19. p. 124. & 40. p. 130. Opus manuum antiquorum in meliores mutatum ib. n. 44. pag. 131. vitea occulrantium periculum ib. Opera manuum multiplicia apud Chryſoſtomum n. 163. p. 186. in Schola Ephrem varia opera manuum n. 23. pag. 194. extraordinaria ib. n. 25. Indorum Monachorum opera manuum num. 25. p. 210. ſi licet alicui vitare opus graue num. 92. p. 258. quomodo ſeniores debeant inſtruere iuniores in opere manuum ibid. num. 94. p. 259. debent alij intrare ad loca operantium ibid. n. 100. p. 260. artificum opera à quo diſpenſanda ib. pauperibus diſtribuenda ib. num. 108. p. 263. operari cibum, non qui perit &c. quid ſit ib. num. 115. p. 265. vltra vires laboranti an imperandum idem officium ib.

Orates V. *Inſani Caſa de Orates.*

Oratio Monaſtica Hilarionis num. 7. p. 3. Hieroni-

mi

mi n. 24. p. 24. Paulæ n. 41. p.65. Sabæ num. 62. p. 105. Climaci n. 20. p. 125. oratio quid ib. n. 24. p. 126. quæ in oratione petenda n. 28. p. 145. duplex orandi modus ib formulæ orandi ibid. orationia importunitas impetrat perita ib. n. 51. p. 146. diffidentia cauenda ib. n. 22. peccata impediunt affectum orationis ibid. n. 23. distractioni qualiter reſiſtendum ibid. n. 24. quali patientia orandum num. 25. p. 147. qua fide ib. n. 26. cur Deus à nobis orati vult ib. nom. 27. celeriter impetrara cito amittuntur ib. n. 28. Monachn ſemper orandum n. 56. p. 155. propter diaboli ſuggeſtionem ab oratione non recedendum num. 82. p. 163. oratin S. Ephrem n. 21. p. 193. qua reuerentia orandum n. 113. pag. 261. quomodo vagatio mentis in oratione vitanda n. 104. p. 262. quæ vagario ineuitabilis ib. an orandum ne accedant nobis dolores corporales ibid. n. 142. p. 273.

Orbitas pluribus Monachatus occaſio n. 49. p. 67.

Ordo fraternæ correptionis n. 48. 132. V. *Correptio.*

Ordo quid apud Veteres 155. Monachorum Chryſoſtomi mirus ordo ib. n. 157 p. 183. ordo pro ſingulari Cænobio n. 96. p. 299. & 97. ib. V. *Gradus.*

Orientis Eccleſiæ muſica vſæ n. 93. 46. Orientalibus concilijs ſummus Pontifex nunquam interfuit n. 12. p. 55. orientis Monachatum penè collapſum in occidente inſtaurat D. Benedictus n. 12.

Organum laſſitudinem recreat num. 69. pag. 38.

Oryx interitus tæpidorum typus num. 45. p. 152.

Oſculari mortuos quibus in vſu nom. 27. pag. 96.

Oſion quid n. 136. p. 271.

Oſius Cordubenſis Gangranſi concilio præeſt n. 12. p. 55.

Oſtiarium Monaſterij iuſtituit Baſilius num. 7. p. 280.

Otioſa verba proſtratione cohibenda n. 46. pag. 132. Otioſus ſermo vſquequo iudicabitur n. 76. p. 253.

Oua Monachorum Hieronymi Obſonium num. 62. p. 36.

P

P*Acatula* S. Hieronymi diſcipula num. 14. p. 55.

Pacificus qui a Domino beatificatur quis n. 131. 270.

Pœna variæ delinquentium n. 57. p. 291. & num. 91. p. 298.

Paleſtina Monachatum illuſtrat Hilarion n. 1. p. 1. non fuit primus Monachus Paleſtinæ ibid. Paleſtinæ ſitus ibid. Epiphanij Monachatus in Paleſtina ib. & ſeqq. ſcithiotatum inſtitutum à ſyluano in Paleſtinam inuectum num. 1. p. 14. Syrorum à Hieronymo n. 1. p. 16. Paleſtinæ præfectura diuiſa n. 12 pag. 91. Marcianus Paleſtinæ Generalis ib. n. 14. p. 92. Paleſtini Monachi quanta à Sarracenis perpeſſi ib. n. 108. p. 117. Paleſtinæ Monachatus in Arabiam tranſmiſſus n. 1. p. 120.

Pallij forma n. 4. p. 2. Pallium Hilarionis ib. forma eius ibid. Hieronymi Pallium n. 45. p. 30. Euthymij n. 25. p. 83. Chryſoſtomi n. 159. p. 184. Ephrem n. 21. p. 193. Ioāni Sabæ ib. num. 39. pag. 198. Baſilij nom. 20. pag. 217.

Pamachius Conſulum pronepos furua tunica pullatus n. 50. p. 32.

Panis cibarius quis n. 56. p. 34. ſimila, ſimilago, pallineus panis, & ſecundarius ibid. qui firmius cibet ib. panis ſuccus ſeu ſiccus n. 65. ibid. panis ſubſtantiuus quē in oratione petimus, quis n. 137. p. 272. panè tantum & ſale qui ieiunauerint n. 164. p. 186.

Panthenus Indis S. Matthæi Euangelium prædicat n. 1. 204.

Paphnutij Abbatis mira obedientia num. 134. pag. 177.

Parſimonia V. *Ieiunium Menſa.*

Parum nihil Dei cauſa factum num. 126. pag. 175.

Paſarion Euthymij ſucceſſor n. 13. p. 92.

Paſſiones aliquot animæ patienti ipſi ignotæ nu. 78. p. 255.

Patientia & benignitas manſuetudinis comites n. 77. p. 162.

Paula infans S. Hieronymi diſcipula num. 15. pag. 56.

S *Paula* Vidua Epiphanium inuiſit num. 17. p. 11. & 21. p. 12. abſtinentiam à vino vitæ præfert ib. n. 21. diſcipularum eius veſtes n. 51. p. 33. abſtinentia ib. n. 62. pag. 36. Hieronymi diſcipula n. 1. p. 51. & 15. pag. 56. eius laudes, genus, filij ib. n. 36. p. 63. Paulæ vita viduarum monaſticem profitentium Regula n. 37. ibid. corpore nupta, animo Sanctimonialis ib. qualiter maritum defleuerit ib. Paulæ caſtitas ib. n. 38. paupertas ib. liberalitas ib. Paula verſutam facit ib. Paulæ Eleemoſinæ ib. num. 39. p. 64. eius facultatibus alitus Hieronymus ib. Paulæ ieiunia ib. n. 40. victus ib. lectus n. 41. p. 65. balneas non adijt ib. oratio ib. lacrymæ ibid. leuium deploratio ib. auſteritas ibid. humilitas ib. ſeparatio à viris ib n. 42. patientia n. 43. p. 66. quo anno Bethleem profecta n. 58. p. 69. nauigatio n. 49. p. 70. prima eius peregrinatio ib. Hieronymus eam non eſt comitatus ib. n. 60. quo tempore profecta ibid. bis Bethleem inuiſit n. 63. p. 71. Bethleem ſalutat ib. quanto tempore Bethleemi manſerit ibid. Ægyptum peregrinatur ibid. nu. 64. Bethleem reuertitur ibid. n. 65. quatuor ibi ædificat Monaſteria ib. inſtitutorum quibus regebantur autor Paula ib. n. 66. Hieronymo obedientiam non præſtitit ib. n. 68. p. 72. ingenij eius præſtantia ib. n. 69. inſtituta Sanctimonialium ab ipſa edita ibid. n. 70. V. *Virgo* quanta ipſi ægrotantium cura n. 74. p. 74. abſtinentia à vino in ægritudine ib. occubitus ib. n. 76. inuocatur à D. Hieronymo ibid. num. 77. epitaphio ab ipſo honoratur ib. quo anno obierit n. 78. p. 75. Euſtochij filiæ, & aliarum in eius ſchola ſucceſſio ib. n. 79. Inſtituti eius duratio ibid. V. *Viduitas, Bethleem, Euſtochium.*

Paula Vrbica D. Hieronymi diſcipula n. 16. p. 56.

Paulina D. Hieronymi diſcipula num. 15. pag. ibid.

Paulinianus D. Hieronymi frater Presbyteratum fugit n. 83. pag. 44. à S. Epiphanio ordinatus ibid.

ibid. cut iam Presbytet non adminiſtrauetit ib. n.83. ibid.
Paulinus intta vrbem celebtis Monacbus num. 75. p. 40.
Paulona impius diſcipulus S. Ephtem num. 7. pag. 189.
Paulus Sabæ diſcipulua n. 11. p. 91.
Paupertas Monaſtice Syluani n. 2. 14. Hieronymi n. 18. p. 22. Bibliotheca Hierooymi eius paurpertati non officiebat ibid. voti paupettatis meminit Hieronymus n. 26. p. 24. diſcipularum eius paupertas n. 28. p. 60. Paulæ ib. n. 38. p. 63. Paulinarum Virginum ib. n. 72. p. 74. Enthymianorum num. 25. p. 83. Sabæ n. 35. pag. 98. Sabas recuſat redditus aonuos ibid. n. 36. Climaci paupettas n. 19. pag. 125. quid ſit paupertas ex elimaco ibid. o. 30. pag. 128. ex Cbryſoſtomo n. 147. p. 180. & n. 165. pag. 183. ex Ephtem. n. 14. p. 191. Sytorum Monaeborum paupertas ib. & ſeqq. indorum n. 18. p. 208. paupertas ſummæ diuitiæ ib. Baſilij Magni paupertas n. 66. p. 251. pauperum cura in Monaſterio ad quam ſpectat nnm. 100. pag. 260. pauper ſpiritn quis ibid. num. 113. pag. 265.
Paxamus celebria eoqmus n. 57. p. 35.
Peccatores poſt lapſum pœnitentes fæliciores nu. 66. pag. 137. peccatores deſſendeotium pœna n. 63. p. 251. Peccaıor aliorum perditione peecatum ſuum exeuſat n. 61. p. 36. peceata omnia temiſſibilia num. 67. pag. 137. Peccata effectum rationis præpediunt n. 23. pag. 146. peceatum nihil eſt ib. num. 49. p. 153. Deum à nobis fugat ib. n. 149. 182. Peccata non repræhendentium indicium num. 111. pag. 264. peccati dolor cur aliquando non quærentibus datur, aliquando quærentibus denegatur ib. n. 112. pag. 265. peccatum odiſſe quomodo poſſumus ib. oum. 126. pag. 269. in omnis peccati diabolns ſit eauſa ibid. n. 149. pag. 275. ſi licet ſilete peccantibus fratribus ib. n. 111. p. 264. peceator diaboli ſocius num. 109. pag. 264. peccatori conſentiens ilius peccati teus ib. num. 110.
Pectoris contuſio pænitentibus olim pro flagello vſitata n. 1. p. 16.
Pecuѕa immoderata Monachorum taxantur n. 19. 109.
Pedites V. *Equitatura.*
Peiores & meliores è Monachis prodiete n. 115. p. 172.
Pelles Monachorum Chtyſoſtomi indumentum n. 159. p. 184.
Peregrinationes D. Hieronymi n. 7. p. 18. Paulæ n. 58. p. 69. quandoque pro tadio excutiendo permittenda Monacbo peregrinatio n. 64. p. 158. qua moderatione ib. petegrinatio locorum ſactorum apud vetetea Monacbos pluris babita n. 58. p. 35. & n. 12. p. 125. & n. 15. pag. 124. & n. 1. p. 88. & n. 72. p 108.
Peripſema quid n. 61. p. 157. peripſema ſæcularium Mooachi. V. *Sæculares.*
Perperam agere quid n. 123. p. 268.
Perſarum in Monachos Syriæ itruptio num. 53. p. 201.
Perſeuerantia V. *locus profeſſionis.*
Petitio gratiarum actioni ſuccedat num. 19. pag. 145.
Petri Apoſtoli cum Chriſto V. de humilitate contentio n. 38. p. 198.
Petrus Sabæ diſcipulus n. 11. p. 91.
Petrus Sarraeenorum Epiſcopus Euthymio lautam ædificat n. 12. p. 79.
Phaonenſe Monaſterium V. *Pinetum*
Phiſaon Hilarionis diſcipulus n. 6. p. 3.
Piger quomodo poterit induſtrius effici num. 86. p. 256.
Pileum vel Pilæolum quid o. 32. p. 26.
Pinetum quis locus Europæ num. 5. p. 235. Tumba iuſula prope Pontebedram Hiſpaniæ ib. ibi olim ſitum Monaſterium S. Ioannis del poyo ib. olim Phæonenſe V. *Vrſacius*
Piſciculi Monachorum Hieronymi obſonium nu. 62. p. 36.
Pænitentia quid n. 52. p. 233. Pœnitentiæ portenta io Monaſterio Pœnitentium ib. num. 53. V. *Carcer* qualiter pœnitendum n. 55. p. 249. & n. 108. p. 263. qui ſunt fructus digoi pœniteotiæ n. 56. p. 249. pœniteotem ex corde quomodo ſuſcipi opportet n. 64. p. 251. erga non pœnitentem qualiter eſſe debemus ibid. num. 65.
Pænitentium Monaſterium in Arabia V. *Carcer.*
Pollen quæ farina n. 56. p. 35.
Polygamia V. *Nuptia*
Poma Monachorum obſonium num. 62. psg. 36.
Pontia inſula Flauiæ Domitillæ exilio nobilis n. 59. p. 70.
Pontificatus V. *Epiſcopatus*
Pontus Monachis ante Baſilium refertus num. 1. p. 227. Pontici eremi deſeriptio num. 2. pag. 301. ſoli hilaritas ib. oum. 5. p. 302. Anaeboteræ Ponti ib. n. 8. p. 303. mitanda aliquorum eertamina ib. o. 21. p. 307.
Portare pro *auferre*, & *exportare* num. 141. p. 273. quas infirmitates portauit Chriſtua D. ib.
Poteſtati omni obediendum n. 118. p. 173.
Potus io ieiunijs Syluani interdictus num. 5. p. 17. V. *Menſa.*
Precepta vſquequo ſernanda n. 114. p. 265.
Præfectus dictus Prælatus io Sebola Euthymij n. 3. p. 77. Cbryſoſtomi num. 158. p. 184. Baſilij n. 60. p. 291. V. *Prælatus*
Prælatus qualis eſſe debeat num. 18. p. 81. & n. 20. p. 93. & n. 98. p. 115. & n. 25. p. 127. & n. 77. p. 261. num. 1. & 3. p. 279. manſuetudo & auſteritas in ipſo contemperaodæ num. 32. p. 85. Prælatus alterius Mooachos ne ſuſcipiat n. 143. teducat ad ſua cænobia ibid. num. 144. nuntiet horam operis Dei ib. num. 158. p. 184. quid de ſe ipſo ſeotire debet num. 52. p. 248. Prælaturæ onera n. 3. p. 279. Prælatura ſeruitus bumillima ib.
Præpoſitum inſtituit Baſilios n. 4. p. 279. Præpoſiti nominè ſuperiorem compellar Hieronymns n. 85. p. 44.
Prætextata Euſtochium à propoſito Vitginitatis dehortanti quid acciderit n. 4. p. 52.
Precatio deuotiſſima Theodoſij Cænobiarchæ pro explotanda Dei volnntate in ſuſceptione Monachatus n. 78. p. 109.
Presbyteratus inſeparabiles olim à cura animarom n. 28. p. 24. & num. 38. p. 28. Presbyter inuito Epiſcopo poteſt fieri Monachus ibid. num. 81. p. 42. omnia eius muoia Epiſcopo ſubiecta ib. num. 84. p. 44. Eutbymij Presbyteratus n. 27. p. 84.
Principia S. Hieronymi diſcipula n. 14. p. 55.

exponitur n. 33. p. 128.

Prodeundum quandoque Monacho ad tedij remedium num. 64. pag. 158. ad perfectionem ſpectanti nihil obeſt proditio ib. num. 133. pag 177. V. *Egreſſus.*

Profectus in præceptis Dei inæqualis num. 107. pag. 263. toræ qualiter habendi in Monaſterio qui plus & qui minus proficiunt ib.

Profeſſio libere emittenda num. 19. pag. 57. Profeſſio Ciſtercienſium num. 96. pag. 167. ao ſit expreſſa paupertatis & caſtitatis n. 97. ib. ſtabilitas non eſt quartum votum ib. num. 98. filij profeſſionem emittentes patribus in egeſtate relictis grauiter peccant n. 103. p. 169. quid ſi dubia ſit neceſſitas V. *Filij.* profeſſio Ciſtercienſiũ non firmatur iuramento ib. n. 110. p. 171. paſſionis vinculum nuptiarũ vinculo fortius ib. n. 133. p. 171. profitens qualiter bona diſpenſare debet num. 28. pag. 242. profeſſio grauati ære alieno valida fuit ante motum proprium Pij V. num. 130. p. 276. profeſſionis antiquæ infantum à parentibus factæ formule num. 46. p. 788. eius obligatio ib. profeſſionis Virginum ætas & maturitas ſub Baſilio ib. num. 70. p. 293. hæreticarum virginum profeſſio valida poſt reſipiſcentiam, nec iteranda ib. num. 71. p. 294. paganarum votum & profeſſio nuptias non impedit ib. V. *Monachatus, Virgo Votum.*

Προπαθεια, ideſt ante paſſio quid n. 42. pag 65.

Propinquorum amor Monacho exitioſus num. 99. p. 168. de propinquis Monacho non curandum ib. num. 100. temperatur hæc doctrina num. 103. p. 169. qua obligatione Monachi teneantur erga propinquos in egeſtate poſitos V. *Filij Profeſſio*: explicatur Chryſoſtomus ib. n. 107. p. 170. diabolus Monachum recordari facit propinquorum ib. num. 100. pag. 168. in ægritudine ad conſanguineos non recurrendum num. 32. p. 196. propinquos & conſanguineos videre qualiter Monacho liceat num. 69. pag. 152.

Proprietatis ſeuera punitio num. 28. p. 60. miraculum in deteſtationem proprietatis num. 13. pag. 3. proprietarius diſciplinæ corruptor n. 147. p. 181. de Deo diffidit ib. defectionem à cæteris meditatur ibid. num. 148. Iuda alter ib. proprietarij tremendum iudicium num. 111. p. 264.

S. Proſper an fuerit S. R. E. Cancellarius nom. 35. p. 27. an ipſius ſint Epiſtolæ contra Eutychetem ibid.

Proſtratione ſedandæ contentiones num. 46. pag. 132.

Prudentia remota omnia in vitium recidunt num. 78. pag. 162. prudentem eſſe ſicut ſerpentem quid num. 132. p. 171. prudentia quomodo à Deo petenda ib. nom. 134.

Pſallere ſapienter quid num. 105. p. 262.

Pſalmi lucernales qui num. 12. p. 9. Pſalmorum liber à D. Hieronymo emendatus Romæ primùm receptus num. 91. p. 43.

Pubertas quæ ætas n. 21. p. 59.

Publij Syri diſcipuli num. 47. p. 200. eligit paleſtræ ſuæ ſucceſſorem ibid. Dauidis nimiam manſuetudinem carpit num. 44. p. 199.

Pudicitia pericula num. 27. p. 60. & n. 3. p. 61. V. *Caſtitas Fœmina.*

Puellæ immodeſtæ à Iacobo Niſibita redditæ canæ n. 2. p. 188. V. *Fœmina.*

Puerorum ieiunium vt moderandum num. 54. pag. 34. Pueros ad Monaſterium non admitit Euthymius num. 26. p. 83. neque Climacus num. 43. p. 131. Pueri qualiter educandi num. 26. p. 83. & num. 36. pag. 244. eorum inſtituta diuerſa num. 43. pag. 131. puerorum conſuetudo vitanda num. 29. p. 195. oblationis eorum in Monaſterio antiquus ritus num. 36. pag. 244. pueri diſciplinæ iacturam pariunt ib. num. 38. puerorum ludi ib. qualiter pueri coërcendi n. 62. p. 291. cuſtodiendi ibid. num 63. pueritia tempus diſcendi num. 21. pag. 58. V. *Infans.*

Pulchritudo V. *Forma, Fœmina*

Pullus color commendatus in veſtibus Monachorum n. 49. p. 32.

Pulmentarium ſeu pulmentum quid num. 131. p. 176.

Pupa quid n. 18. p. 57.

Purpura quando Cardinalibus data num. 43. pag. 27.

Q

Quadragena pro deffunctis n. 85. p. 111.

Quadrageſſimæ ieiunium quale eſſe debeat n. 53. p. 33. & num. 22. p. 82. duplex Quadrageſſima Sabæ num. 63. p. 103. Quadrageſſimæ Montani quales ib. n. 64. p. 106.

Querela cuidam Ioannis Ieroſolymitani ſatisfacit Hieronymus n. 81. p. 42.

Qui crucifixus eſt pro nobis cur à Triſagio expunctum ab Orthodoxis n. 24. p. 95.

Quinque dierum ieiunium qui peregerint num. 22. p. 82.

R

Racha quid ſit n. 124. p. 268.

Ratio in ieiunijs medicum imitetur n. 47. p. 152. Ratio non voluptas ſequenda ib.

Raythenſis V. *Ioannes Raythenſis.*

Raythu Monaſterium n. 2. p. 120.

Recidiuum peccati vnde ortum num. 39 pag. 250.

Recreationes, ideſt moderatæ peregrinationes Monachis ad remedium tædij permiſſæ num. 64. 158. ad perfectionem ſpectantibus nihil obſunt ibid. num. 133. p. 177. Dies obitus Monachis lætus vnde V. *Mortis memoria.*

Redditus annuos recuſat S. Sabas num. 36. pag. 58.

Refectorium V. *Menſa.*

Reghinus Anachoreta Ponticus num. 26. pag. 308.

Regula ſtatutis non derogatur n. 139. p. 179. V. *Inſtituta, Codex.*

Regularis V. *Monachus.*

Religioſus ſtatus V. *Monachus, Monachatus.*

Remoboth deterrimum Monachorum genus n. 76. p. 41. ijdem ac Sarabaytæ ib. n. 78. p. 42. V. *Sarabayta.*

Renuntiatio rerum omnium facienda num. 26. p. 127. quibus renuntiandum num. 26. p. 241. V. *Paupertas.*

Reſpectus humanus tepidis ad rectam viam Pedagogus n. 143. p. 180.

Retia labor manuum Monachorum num. 65. p. 37.

Reuelatio Rodulpho Ciſtercienſi conuerſo facta

Ridere

Ridere an ex toto non liceat n. 81. p.254.

Roduſo Ciſtercienſi facta reuelatio qualiter intelligenda n. 33. p. 128.

Roma à quo tempore cœperit Monachatus eſſe gloriæ n. 2. p. 52.

Romanus idem olim atque Chriſtianus num. 109. 517. Romani diſcipuli Euthymij & Sabæ ib. n. 512. p.118.

Romulus Cœnobita Syrus qualis vir num. 50. p. 201.

Ruffinus an Regulæ S. Baſilij interpræs num. 4. p. 234.

Ruffini Arcadij imperatoris aulici graſſatio in Aſiam n. 8. p. 351.

Ruſticus intra vrbem Monachus num. 74. pag. 40.

S

S. SAbas Euthymij diſcipulus num. 15. pag. 80. & num. 1. pag.88. Euthymij imago num. 1. ibid. quo anno natus ib. patria, parentes ibid. fit Monachus ib. Peregrinatur ad loca Sancta ibid. num. 2. pag. 89. ſuſcipitur ab Euthymio ib. Acta eius ab Euthymio prædicta ibid. num.3. recedit à Monaſterio Euthymij ibid. num. 4. ædificat lauram maximam ibid. n. 11. p. 5. Monachorum ibid. & num. 4. aliam æqualem num. 6. p. 90. Monaſterium Caſtellij obſeruantiſſimum ibid. num. 7. alia eius ædificia ib. num.8. Iuſtiniani imper. ædificiorum Sabas autor ib. num. 9. Sabæ diſcipuli num.10. p. 91. Sabas Anachoretis Ponti præficitur ibid.num.12. Theodoſio valde familiaris ib. eligit Præfectos Cænobiorum & laurarum num. 15. p. 92. cogit Capitulum Præfectorum ibid. num. 16. viſſitat Monaſteria & lauras nu. 17. p. 93. deuoluit ius eligendi præfectum ad ſuffragia Monachorum ib. num. 18. poſt eius obitum Monachi eligunt ib. præfert Anachoreſim vitæ Cænobiticæ ibid. num. 19.

S. *Saba* Cænobitica & lauretica Inſtituta num. 20. pag. 93. Prælati virtutes ib. cogitationes Prælato aperiendæ num. 21. p. 94. Opus Dei ibid. Armenis ſacellum deſignat pro Dei opere proprio idiomate agendo ibid. nocturnas Vigilias inſtaurat ibid. num. 22. Triſagion cani ſtatuit num. 24. pag. cur Græca lingua à cunctis canitum ibid. num. 25. Regulam ſcriptio tradit ib. Miſſæ ſacrificium Dominicis diebus indiſpenſabiliter ſtatuit ibid. num. 26. ſignum Operis Dei ib. ritus ſepeliendi num. 27. pag. 96. Opus manuum num. 29. pag. 94. victoria paſſionum ibid. num. 30. abſtinentia ibid. nu. 31. ieiunium ib. propter hoſpites frangendum regulare ib. num. 32. hoſpitia & noſocomia extruit num. 33. p. 98. Thomam Præfectum quali hoſpitio exceperit ib.num. 34. paupertas ibid. num. 35. recuſat reditus annuos ib. nu. 36. Monachis cuncta neceſſaria ſuppeditat nu. 37. pag. 99. eius veſtes ib. num. 38. modeſtè recuſat Sacerdotium ib. num. 39. Monachum argutè in immodeſtia depræhendit num. 41. pag. 100. tranſmittit illum è laura in Cænobium ibid. num. 42. ſtudium Sacræ ſcripturæ colit ib. imberbes & Eunuchos in laura non admittit ib. num. 43. Eunuchis Monaſterium deſignat ib. Barba promiſſa Sabæ num. 44. p. 101. incorrigibilium expulſio ibid. pietas erga ægrotos ib. n. 45. curari extra lauram permittit ibid. num. 45. moriturus cellam redit ibid. culpæ confeſſio & veniæ petitio ibid.nu. 46. *Benedicite* ibid. num. 47. clauſura Monaſtica num. 48. pag. 108. Victus & ſtratus in lauræ ibid. num. 51. ſententia ipſius de perpetuitate Monachatus ib. n. 52. p. 103.

S. Sabæ eremitica inſtitutа n. 53. p. 10:. Euthymio ſimillimus Sabas ib. eremum appetit ib. pluries ſeccedit ib. leo cedit ei ſpeluncā ib. n. 55. Monachi in eum conſpirant ib. fugit in eremum ib. conueniunt vndique ad Sabam n. 56. p. 104. Sabas Ioannem ſilentiarium excipit ib. num. 58. Ioannis Silentiarij Epiſcopatum reuelatione deſerit Sabas num. 60. pag. 505. præcipit Ioanni redire ad lauram ibid. n. 61. Mors vtriuſque eremitici ib. num. 62. Oratio ſolo labore manuum interupta ib. Opus manuum ib. humicubatio ibid. penſum hœbdomadæ ib. ieiunium quinque dierum ibid. n. 63. alitur Sola Euchariſtia 80. diebus ib. duplicem tranſigit Quadrageſſimam ib. colit diem feſtū Euthymij ibid. hæbdomadam maiorem agit in laura n. 64. Victus eius in eremo à n. 63. tegumentum num. 66. hoſpitalitas ib. Obitus Sabæ ib. ſucceſſores num. 68. pag. 107. Romani eius diſcipuli num. 512. pag. 118. quouſque illius ſe extenderit inſtitutio ib. num. 108. pag.117. rogat Iuſtinianum Imper. vt lauram maximam muniat num. 116. pag. 519. Monaſterium eius nominis Romæ extructum ibid. num. 118. Benedictinis traditum ib.

Sabas Syrus V. *Julianus Sabas*.

Sabellij & Marciani in Baſilium Magnum commenta n. 12. p. 130.

Sabini diſcipuli Marciani mira abſtinentia num. 41. p. 199.

Sacella diuerſa Armenis & Græcis pro Dei laudibus extruit S. Sabas num. 21. p. 94. Theodoſius alium pro Beſſis ib. num. 88. 112. quartum pro dæmoniacis & furioſis ib.

Saccus V. *Silicium*, *Sagus*.

Sacra Scriptura ſtudium apud Epiphanium num. 16. p. 10. Diaconi interrumpentis ſupplicium ibid. Hieronymi ſtudium in eremo num 17. p. 22. Hebrææ linguæ ſtudium quantum Hieronymi animum fregerit ibid. & num. 65. pag. 37. Hyeronimi ſtudium Sacræ Scripturæ ibid. num. 66. Infantularum vitæ Monaſticæ deſtinatarum num. 51. pag. 58. & num. 22. ibid. Euthymianæ paleſtræ num. 19. pag. 81. Sabæ num. 42. p. 100. Theodoſij ibid. nu. 95. pag. 114. Climaci num. 41. p. 130. taxatur ſtrepitus diſputationum ibid. num. 42. p. 131. Chryſoſtomi num. 163. p.186. Ephrem num. 26. p. 194. Indorum num. 14. pag. 208. Baſilij num. 7. & 9. p. 236. Sacræ Scripturæ nihil addendum vel muniendum ib. num. 50. pag. 248. ſi omni volenti literas, indulgendum eſt ib num. 92. pag. 258.

Sæcularium tenuia veſtimenta taxantur num. 46. pag 31. ſæcularium à Monachorum memoria abolenda nu. 74. pag. 74. ſæculares putant Monachos mutaſſe naturam num. 59. p. 156. hinc Monachos impiè obiurgantib. vitia propria non conſiderant ib. ſæcularis & Monachi certandi ratio diuerſa ib. num. 59. ſæculares nolunt Monachis comedere ibid. num. 60. ſi vnum comedere vident, omnes lurcones appellant

pellant ibid. deplorantur conuitia ſæcularium in Monachos iactata num. 61. pag. 157. Monachi ſæcolaribus peripſema ibid. eorũ perditiſſimi mores ibid. ad Monachorum Menſam quinam ſæculares admittendi ibid. num. 62. ex menſa ipſis in hoſpitio apposita iudicãr de Menſa Monachorum num. 38. pag. 287. quæ mediocritas in eorum hoſpitio tenenda ibid. num. 39. conſuetudo eorum Monachis fugienda ibid. n. 15. p. 290.

Saqus pallium Monachorum num. 4. p. 2. eius forma ib. & n. 78. & n. 52. p. 33.

Sale Virginibus moderatè vtendum à num. 77.

Salſi ioci Baſilij & Gregorij Nazianzeni num. 4. pag. 301. & 14. p. 304. Theodoſij Cænobiarchæ n. 105. p. 117.

Salamines Hilarionis diſcipulus n. 16. p. 5.

Salſamentum optimum fames num. 62. p. 157. Salſamenta non in cibis ſed in deſiderio poſita ſunt ibid. num. 130. pag. 176. quam moderatè ipſis vtendum ibid. n. 131.

Saluina S. Hieronymi diſcipula num. 15. pag. 56.

Saluſtius Patriarcha Hieroſolymitanus cogit capitulum generalo ſub Theodoſio & Saba nu. 13. p. 29.

Samaritarum Heretieorum in Monachos Syriæ graſſatio num. 65. pag. 204.

Sanctum, ſiue Oſion, & iuſtum quid num. 136. p. 272. Sanctum dare canibus quid ib.

Sanctitas V. *Virtus*.

Sanctimonialium dos mille nummorum vnde orta num. 2. p. 6. de Regula Sanctimonialium S. Hieronymi nomine edita iudicium num. 4. pag. 14. Sanctimoniales rexit Pala Romana n. 63. pag. 71. V. *Bathleem* & Chryſoſtomus n. 168. pag. 187. & Baſilius num. 64. p. 292. earum mores vide locis citatis & V. *Monialis*, *Virgo*, *Virginitas*, *Athanaſius*, *Baſilique*.

Sarabayta Monachi num. 78. p. 42. vnde dicti ib. idem ac Remoboth ibid. non fuere à temporibus Apoſtolorum ibid. n. 79. Olim laudatiſſimi ib. eorum caſus ibid. num. 80. à B. Benedicto abolita eorum religio ib. à Baſilio taxeti num. 34 p. 243. V. *Sybarita*, *gens*.

Sarraceni Orientẽ capiunt n. 65. p. 204. Aſiam incurſant num. 11. pag. 311. S. Baſilij corpus inuadunt ib.

Sarrire quid n. 65. p. 37.

Scala ſpiritualis S. Ioannis Climaci quale opus n. 1. p. 120.

Scandala innumera à deſertoribus Monachatus oborta num. 144. pag. 180.

Scandala nunqoam non neceſſaria num. 18. pag. 306.

Scapulare idem quod apendytes num. 4. pag. 2.

Scenicus cantus in Dei laudibus repræheoditur n. 96. p. 47.

Scithiotarum inſtitutum à Syluanio in Paleſtinam inuectum n. 1. pag. 14. ab Euthymio num. 1. pag. 76.

Scribere opus manuum Monachorum V. libri Transcriptio.

Scurrilitas taxatur in Monachis num. 46. p. 132. qualiter ab audientibus cohibenda ib. improbatur à num. 73 pag. 161. ſcurrilitas à ſtultis dicta curialitas ib. n. 76.

Seceſſus à Cænobio in ſolitudinem frequens Veteribus Monachis n. 8. pag. 78. & num. 19. p. 92.

Senum ieiunia moderanda num. 54. pag. 34. vinum eis permiſſum ib. num. 59. pag. 35. gerontocomium à Theodoſio ſenibus extructum num. 102.

Sepeliendi ritus Monachorum vetuſtiſſimi num. 27. p. 96.

Sepulchrum ſemper paratum in Schola Theodoſij num. 86. pag. 111. Sepulchri encenia quid ib.

Seres populi qui num. 23. pag. 59. ſerum vellera ibid.

Sergius Sabæ ſucceſſor n. 68. p. 107.

Sermonis elegantia V. *Elegantia*.

Seruire ſe inuicem Monachorum proprium num. 86. p. 44.

Seruus ſe conuertens, ad Dominum ſuum remittendus num. 37. pag. 244.

Seruus neſciens voluntatem Domini, qui vapulabit paucis quis ibid. num. 142. p. 273.

Seſſionis ordo apud Baſilianos num. 44. pag. 246. V. *Eradus*, *Ordo*.

Seuerianus Sabæ diſcipulus n. 10. p. 122.

Seuerus Antiochenus Monachos Syriæ perſequitur num. 55. pag. 202. ipſius carnificina ibid. num. 57. p. 203.

Sexta hora à Baſilio bipartita, vt ſeptennarium horarum numerum faceret n. 13. p. 282.

Sextarium quid num. 5. p. 2.

Sicut erat in principio &c. verſus à D. Hieronymo excogitatus n. 96. p. 47.

Signum quo antiqui vocabantur ad refectionem num. 100. pag. 48. & num. 70. pag. 72. ad opus Dei num. 26. pag. 95. & num. 158. pag. 184. ſignis & nutibus colloqui prohibitum n. 26. p. 285.

Silentium Hieronymi num. 90. pag. 45. Cænobij Euthymij num. 21. pag. 81. lauræ ib. Ioannis Silentiarij num. 67. pag. 107. Climaci n. 20. pag. 125. Chryſoſtomi num. 72. pag. 73. & num. 160. & num. 163. pag. 186. Ephrem. num. 21. pag. 193. ſi licet penitus tacere num. 120. pag. 267. qualiter inter pſalmos tacendum ib. cuiuſdam Pontici Anachoretæ ſilentium n. 22. p. 307.

S. Simeonis Stylitæ de Theodoſio Cænobiarcha prophetia n. 73. p. 108.

S. Simeonis Sthoet imago quædam cur proſcripta n. 8. p. 214.

Simila, *Similago* V. *Panis*.

Simplex votum & ſolemne V. *Votum Monachatus*.

Simplicem ſicut columbam eſſe quid num. 132. p. 271.

Sina mons fragoribus & terriculamentis plenus num. 9. p. 90. Ioanni Climaco peruius num. 24. p. 126. eius Monaſteria ib. num. 68. pag. 137.

Singularitas fugienda num. 15. p. 238. *Singularis vita* V. *Eremita*.

Siren auis n. 30. p. 61.

Societatis Ieſu Religioſi indici Monachatus inſtauratores num. 26. p. 210. Societas virorum Sanctimonialibus ſugienda num. 25. pag. 308.

Solemne votum V. *Votum Monachatus*.

Solicitudo ſæcularis quæ n. 81. p. 254.

Solitudo V. *Eremita*.

Somnus Hieronymi num. 21. pag. 23. Euthymij num. 24. pag. 82. Ioannis Climaci num. 20. pag. 125. Chryſoſtomi mirus ſomnicapiendi modus

modus num. 166. pag. 187. Ephrem num. 27. pag 154. Baſilij num. 23. pag. 284. Horæ interruptæ ib. Vigilia perpetua cuiuſdam Pontici Aoachoretæ num. 31. p. 307.

Sororibus graui neceſſitate præſſis an poſſit quis Monachatum arripere num. 105. pag. 169. ad quid teneatur Monachus ib.

Spado V. *Eunuchus*.

Spanhydrion Epiphanij Monaſterium num. 15. p. 10.

Spes alacritate ad honeſta erigimur num. 79. p. 162.

Sportarum contextura opus manuum Aoachoretarum Sabæ num. 50. pag. 102. Eremitarum ibid.

Stabilitas Benedictinorum vt regula expreſſa non eſt quartum votum num. 98. pag. 167. V. *Mutatio locorum*.

Statutis Regula non derogatur n. 139. p. 179.

Statuere ad certum tempus an liceat num. 142. p 273. quid ſi ſtatuat quis contra mandatum Domini ib. n. 144. p. 274.

Stratum V. *lectus*.

Studium Theologiæ V. *Sacra Scriptura*.

Stultus quomodo ſit aliquis in hoc ſæculo num. 156. p. 178.

Succeſſionis ius in bona Nouitij peraotiquus in Cænobijs num. 29. pag. 242. à Valentiniano imper. impiè proſcriptum ib. num. 31. eius reſcriptum minus piè tuetur Baronius ibid. n. 32. p. 243.

Suffitum vſus in funeribus vetuſtus n. 27. pag. 96. in celebrationa miraculi & hoſpitum ſuſceptiooe ib. n. 34. p. 98.

Suffragia defunctorum in paleſtra Theodoſij n. 85. p. 111.

Superbia quid ſit num. 32. ſuperbus quomodo intelligitur & curatur num. 84. p. 255. ſuperbus quis ib. n. 139. p. 271.

Suſurratio ad aurem inter colloquendum ſuſpicioſa n. 26. p. 284.

Sybarita gens quæ num. 78. pag. 42. Sybaritica menſa ibid.

Syluanus Abbas Scithiota qualis vir num. 1. pag. 14. Scithiotarum inſtitutum in Paleſtinam inuehit ibid. & ſeq. eius paupertas num. 2. opus manuum ibid. num. 3. extaſes ibid. Victum ſibi manuum labore parat ib. nu. 4. ſapienter corripit contra ſentientem ibid. Ieiunium num. 51 pag. 15. diſcretio ibid. num. 6. ars reiterandi conuerſionis initia ibid. num. 7. inſtrumenta huius artis à Syluano tradita ib. & ſeq. virtutes ergo Deum & ſeipſum ibid. n. 8. ergo proximum ibid. num. 9. Sina montem in coluit Syluanus ib.

Synaxis ſeu *Collecta*, V. *Collectus*.

Syrii Monachi coma ſqualida vſi num. 22. pag. 25. eorum mores l. 5. c. 1. & 2. per totos Alcetriarum Syriæ mores num. 51. pag. 201. Plures *Syriæ* vaſtationes ibid. à num. 53. à Perſis ib. ab. Hauris & num. 54. pag. 202. eorum perſecutio ſub ſeuero ibid. num. 55. ad Anaſtaſiom imperatorem confugiunt ibid. reijciuntur ab illo ib. ad Hormiſdam Papam confugiunt ibid. à Seuero plures occiſi ibid. num. 57. hæreſes Aoathematizant num. 60. pag. 203. Sæuius perſecutio recrudeſcit ibid. num. 61. Coſdroæ Regis Perſarum in Monachos Syriæ graſſatio num. 63. Samaritarum num. 65. p. 204. Satracenorum. ib.

T

TAbula S. Ioannis Climaci num. 1. pag. 120. V. *Climacus*.

Tactus cuſtodia virgini oeceſſaria num. 74. pag. 194.

Tactus vis io omnes ſenſus ib.

Talentum abſcondere quid num. 147. pag. 275.

Tardon Baſilianorom Cænobij origo.

Tarea (latinè *opus dei*) menſis opus num. 50. pag. 102. hebdomadæ opus ibid. num. 62. 105.

Tegeticula ſtratus Ephrem n. 27. p. 194.

Tegumentum V. veſtes.

Templi diuiſio pro viris & mulieribus num. 19. pag. 283. Templorom à Iuſtiniano imper. extructorum Sabas autor n. 9. pag. 90. Templi Salomonis dedicationes num. 87. pag. 111. Templi à Theodoſio Cænobiarcha extructi mira ſtructura ib. num. 93. p. 113.

Temporalia Deus nobis non orantibus tribuit n. 97. p. 176.

Tentatio carnis quomodo vincenda num. 31. pag. 61. quot paſſus in eremo Hieronymus ib.

Tepiditas animi reprehenditur num. 45. pag. 152.

Terebon ab Euthymio miraculoſè curatus num. 9. p. 79.

Tertiana pro deffunctis n. 85. p. 111.

Teſtamentum quo pacto facere qui verit Gregorius Nazianzenus nu. 20. p. 307. S. Ephrem teſtamentom o. 11. p. 190.

Thalaſius Euthymij diſcipolus num. 11. pag. 79.

Theraſia viro Paulino cohabitans Sanctimonialis n. 75. p. 40.

Theraſius Sabæ diſcipulus n. 12. p. 91.

Theatralis cantus in Dei laodibus improbatur n. 96. & n. 161. p. 185.

Theoctenus Poblij diſcipulus n. 47. p. 200.

Theodora Lucinij Bætici vxor ex cooiunge ſocia, & Monialis n. 76. p. 41.

Theodorus Marciani diſcipulus n. 41. p. 199.

Theodorus Monachus nuptijs copulatus à S. Ioanne Chryſoſtomo repræhenſus num. 154. pag. 181.

Theodoſius Cænobiarcha Paleſtinus Euthymij ſectator num. 8. p. 78. Paleſtinæ Cænobiarcha num. 12. p. 91. Sabæ valde familiaris ibid. Cænobiorum omnium Præfactus ibid. num. 13. p. 92. acta eius quis ſcripſerit ibid. à num. 70. p. 107. à Theodoſio alio Pſeudomonacho valde diuerſus ibid. num. 71. pag. 108. eius artia, mores, educatio ibid. num. 72. loca Sancta viſitat ib. longinum concedit ibid. nu. 75. præfecturam fugiens ſecedit in ſpeluncam ibid. primus illius conuentus, ſeptem fratrum ibid. creſcit numerus diſcipulorum num. 76. pag. 109. videt Baſilium Monachum vita functum in choro canentem ib. diſtrahetur animo circa electionem præfecturæ vel ſolitudinis ibid. num. 77. preces ipſius ad Deum fuſæ pro exploranda eius voluntate ibid. num. 78. Monaſterij eius ſitus ibid. num. 79. cunctis abundans ibid. diſcipuli eius ad dignitates aſſumpti num. 80. pag. 11. potentes ſæculi facti Monachi ibid. num. 81. Eulogia eius mater & diſcipula ibid. num. 82. Eremitici eius

mores ibid. num. 85.

Theodoſij Cænobiarchæ præcepta Monaſtica à n. 84. pag. 111. chorus ibid. Tertianæ nouenæ & quadragennæ pro defunctis ibid. num. 85. paratum ſemper ſepolchrum ibid. num. 86. celebrat encenia ſepolchri ibid. dies obitus in eius ſchola lætiſſimus ibid. num. 87. tria ſacella Græcis, Beſſis, & Armenis extruit num. 88. pag. 112. quartum dæmoniacis & furioſis ibid. Xenodochum pro inſanorum coratione (Hiſpanis *caſa de orate*) primus extruit num. 91 pag. 113. Exhortatio eius ad dæmoniacos ibid. num. 92. Synaxes ibid. nom. 93. ſtructura templi mirabilis ibid. ſignum ſynaxis num. 95. pag. 114. lectio die noctuque ibid. admonitiones eius ad fratres ibid. num. 96. Sacrorum librorum interpretatio ibid num. 97. qualis prælatus fuerit num 98 opus manuum moderatur ibid. victus ibid. veſtis eius interior cilicium ibid. num. 99. exterior cuculla ibid. obedientia ibid. num. 100 Humilitas ib. cenſuris agit ibid. num. 101. iniuſtas timet ibid. hoſpitio qualiter à Marciano exceptus num. 104. pag. 116. ipſius ioci ſalſo ibid. num. 105. ingens miraculum multiplicationis frumenti ibid. Theodoſius Baſilij Magni moribus & ſcriptis addictiſſimus num. 106. pag. 117 ad quæ tempora peruenerit ibid. nu. 107. quoſque illius inſtitutio ſe extenderit ibid. num. 108.

Theodoſius Syrus Anachoreta à Paleſtino Cænobiarcha diuerſus num. 49. pag. 201. qualis vir ibid. eius ſucceſſores ibid. num. 50. an Hieronymi magiſter num. 9. pag. 19. Anachoreſis eius eremus quæ ibid. eius diſcipuli Theodoſiani dicti ibid. num. 10. Hieronymi hoſtes, & cur ibid. num. 12. pag. 20 vnde noti ibid.

Theodoſius Paleſtinus Pſeudomonachus num. 71. p. 108.

Theodulus Sabæ diſcipulus Archytectus num. 8. p. 90.

Theologiæ ſtudium V. *Sacra Scriptura.*

Theoninus Anachoreta Ponticus num. 26. pag. 308.

Theophania feſtum luminum. n. 41. p. 87.

Theoſterict monachi narratio de graſſatione Iconomachorum in Monachos Aſiæ num. 9. pag. 311.

Theſaurus bonus & malus quis num. 120. pag. 267.

Theudas Magus indus fit Monachus num. 15 p. 208.

Thiara quid n. 32. p. 26.

Tholas S. Ioannis Climaci eremus num. 16. pag. 124. aſperrima ib. n. 18.

S. Thomas Apoſtolus primus in india prædicat Euangelium n. 1. p. 204.

Thomas Monachus Euthymij ſucceſſor num. 36. p. 86. qualiter à Saba hoſpitio ſuſceptus n. 34. p. 85.

Thomæ Sucbi prophetia de inſtauratione inſtituti Hieronymiani n. 108. p. 51.

Tiberina S. Gregorij Nazianzeni eremus num. 2. pag. 301.

Timore initiantur tyrones n. 120. p. 267.

Tonſura fæminis Deo non conſecratis prohibita, nom. 12. pag. 55. & num. 13. ibid. Epiphanij tonſura num. 9. p. 8. Eliſei ibid. tonſio Virginum veſtalium num. 10. pag. 54. tonſionis in fæminis deformitas ibid. cauſa religionis ſacroſancta ibid. nom. 11. pag. 55. in pœnam fornicationis lata ibid. quæoam in Concilio Grangrenſi fæmins interdictæ ibid. num. 12. Euthymij tonſura num. 27. pag. 84. Climaci num. 45. pag. 132. Chryſoſtomi num. 159. p 184. Indorum num. 19. pag. 209. V. *Caput.*

Toxotius Paulæ Romanæ vir. num. 36. pag. 68.

Tranſcriptio librorum opus manuum veterum Monachorum num. 75. inde victum ſibi parabant num. 3. p. 6 Epiphanius polcher ſcriptor ib. num. 10. pag. 8. alij calygraphi ibid. Climacus num. 39. pag. 125. Chryſoſtomus num. 163. pag. 186. Ephrem num. 24. pag 194. tranſcriptorum oſcitantiam carpit S. Ephrem. ib. V. *Libri.*

Tranſitus ad aliam Religionem quibus expediat n. 145. p. 180. quæ mutatio arguat leuitatem ib. n. 146. p. 181. V. *Mutatio locorum.*

Trapezita quid n. 46. p. 132.

Triſagion Sabas Hieroſolymis cani ſtatuit num. 24. pag. 95. quando cani cæptum Conſtantinopoli ibid. Crux à Triſagio cur expuncta ib. cur Græcè ab omnibus nationibus cani præceptum ib. n. 25. p. 241.

Triſtitia ſecundum Deum, & ſecundum ſæculum quæ ſit n. 80. p. 254.

Tumba inſula Hiſpaniæ noſtris *Tambo* num. 5. p. 235. priſcis Piocum ib. in ea olim extructum Monaſterium S. Ioannis del Poyo ib. Sancti Baſilij Regulæ ibid. primum è Græco Latinè reddita ib.

Tumens quis n. 135. p. 271.

Tunica ſola aliquorum Monachorum veſtis num. 27. p. 308. Tunica vili indutus Hieronymus num. 45. pag. 30. duplicis tunicæ prohibitio Euangelice qualiter intelligenda ibid. num. 46. pag. 31. tunica vſus Sabas num. 38. p. 99. Chryſoſtomus num. 159. p. 184. Ephrem. n. 27. p. 194. Baſilius n. 45. p. 246.

V

V*agatio* mentis vnde orta num. 71. p. 252. qoomodo vitari poterit num. 104. pag. 262. quæ mentis vagatio ſit omnino ineuitabilis ib. V. *Mens*, *Ratio*, *Diſtractio.*

Valens imperator à S. Mercurio interemptus n. 16. pag. 216. treſ calami atramentum negant Baſilij ſententiam ſcribere volenti ib.

Valentinianus imper. ius ſucceſſionis Monaſteriū impie proſcribit num. 31: pag. 242. minus impiè à Baronio deffenſos ibid. num. 32. pag. 243.

Vaſa & vtenſilia Monaſterij V. *Ferramenta.*

Velatio Romanarum nobilium aqoo tempore num. 5. pag. 52. Velariones Virginum nuptiæ dictæ ib. apopboretum Velationis ib. Velatio multiplex ib. n. 8. p. 54.

Venditio V. *Emptio.*

Venia petitio n. 46. p. 111.

Venus turpior calua quam vulnerata n. 11. pag. 54.

Verberatio pectoris antiquis flagellorum loco vſitata n. 21. pag. 25.

Veronica Virgo Epiphanij amita Sanctimonialium Monaſterio præficitur n. 2. p. 6.

Verſuram facere quid n. 38. p. 63. Paula Romana eleemoſinarū largitione coacta verſurā fecit ib.

Verſus exametri, quibus Damaſus Papa Dei laudes canebat num. 92. pag. 46. verſum *Gloria Patri* inſtituit ibid. num. 93. pag. 47. & 96. ibid. verſus *Sicut erat* autor Hieronymus ibid. num. 96.

Veſtales Virgines caput tondebant num. 20. pag. 54.

es pretioſæ vitantur n. 45. pag. 30. & num. 140. p. 179. & num. 42. pag. 243. & 123. p. 268. Veſtes Hilarionis num. 3. p. 2. Epiphanij num. 7. pag. 8. Hieronymi num. 45. pag. 30. Euthymij num. 25. pag. 83. Sabæ num. 58. pag. 104. Theodoſij ibid. 99. pag 115. Climaci num. 45. pag. 132. Chryſoſtomi num. 159. pag. 184. Ephrem num. 27. pag. 194. Anachoretarum Syriæ ibid. n. 50. pag. 202. Indorum num. 17. pag. 208. Baſilij num. 20. pag. 217. & num. 45. pag. 246. Monaſtica veſtimenta parui ſumptus ſint ibid. vnitas & ſimilitudo commendatur num. 46. pag. 247. Monaſtica veſtis inuitos etiam Monachos ab inhoneſto opere cuſtodit ibid. num. 47. quali affectu accipienda veſtimenta num. 98. pag. 260. quid ſi iratus Monachus veſtem accipere renuat ibid. num. 99. liceatne Monacho veſtimentum ſuum pauperi dare ibid. num. 100. veſtium decorem quærere non licet num. 123. pag. 268. ſi frater à fatre petat quod veſtitus eſt, liceat ne ipſi dare num. 144. pag. 274. ſororum & fratrum in veſtibus conformitas num. 88. p. 256.

Veſuuius Mons flammas euomit num. 40. pag. 64.

Via quæ ducit ad mortem quomodo lata num. 222. pag. 268. quomodo arcta quæ ducit ad vitam ib.

Vicecancellarius S. R. E. Semper fuit Cardinalis n. 35. p. 27.

Victoria paſſionum quomodo obtinenda num. 30. p. 118.

Victus V. *Menſa.*

Viduitatis Chriſtianæ propoſitum Romanis olim execrabile num. 5. p. 52. à quo tempore glorioſum ibid. Viduarum velatio qualis ibid. n. 8. p. 54. Viduarum intra vrbes domoſque proprias Monaſticam colentium inſtituta ibid. n. 36. pag. 63. Paulæ vitæ earum Regula ibid. n. 37. maritos deflere docet ib. caſtitas ibid. nu. 38. paupertas ib. Ieiunia num. 40. p. 64. Victus ibid. abſtinentia à vino ibid. balnearum proſcriptio num. 41. pag. 65. ſtratus ibid. oratio lacrymæ, aſperitas, humilitas ib. ſeparatio à viris ibid. num. 42. patientia ibid. num. 43 Nonnæ appellatæ viduæ ibid. num. 45. puellæ viduæ admonentur num. 50. p. 68. quibus aſſociandæ ibid. num. 51. lectio, oratio, ſtudium Sacræ Scripturæ ibid. Docere eas non licet ibid. viduis profitentibus continentiam nuptias non licere num. 67. pag. 293. lapſæ vt admittendæ ibid. num. 68. dehortatio à ſecundis nuptijs num. 54. pag. 68. vide *Paula, Marcella.*

Vigilia nocturnæ V. *Preces, laudes Dei, Somnus, Chorus.*

Villancicos ideſt cantus theatralis in Dei laudibus vitatur num. 162. pag. 185. V. *Cantus, Muſica, Laudes Dei.*

Vinum Hieronymianis Monachis prohibitum n. 59. p. 35. Paulinis virginibus num. 74. p. 74. Baſilianis Monachis num. 42. pag. 245. ab Ephrem permiſſum num. 22. pag. 193. vini & adoleſcentiæ pericula n. 59. p. 35.

Viri & fæminæ olim in templis ſeparati V. *Templum*, virorum alloquia Virginibus fugienda n. 25. p. 59. viduis ib. n. 42. p. 65.

Vires occultantium ad laborem pericula num. 141. pag. 179.

Virginum collegia V. *Sanctimoniales*, *Moniales*, Virgines qua ætate ad Monachatum admittendæ n. 36. p. 244. V. *Virginitas.*

Virginitatis propoſitum olim Romanis nobilibus execrabile num. 2. pag. 52. quando cæpit eſſe glorioſum ibid. Virginum conſecrationis ritus antiquus ibid. num. 7. pag. 53. à ſolo Epiſcopo conſecrandæ Virgines ibid. velorum differentia V. *Velatio* Infantularum Virginum eruditio V. *Infans* libertas in profeſſione Virginum commendatur num. 19. p. 57. Virginitatem intra domos proprias profitentium ſub diſciplina S. Hieronymi num. 25. pag. 59. quarum mulierum ſocietas virginibus fugienda ibid. virorum alloquia ibid. num. 26. pag. 60. egreſſus in publicum ibid. earum obedientia ibid. num. 28. paupertas ibid. oratio, lectio, Ieiunium, lachrymæ num. 29. Vana gloria fugienda ibid. conuerſatio cum ancillis qualis eſſe debeat ib. Menſa communis ibid. pericula pudicitiæ quantum fugienda num. 30. pag. 61. tentatio carnis qualiter vincenda ibid. num. 31. vanæ laudes deteſtandæ ibid. num. 32. Sermonis elegantia ibid. Virginitas aurum & theſaurum num. 27. pag. 60. Virginem Deus ſuſcitare non poteſt ibid. num. 30. pag. Virgines bonæ & malæ quæ ibid. Virgines Manichææ quæ num. 33. pag. 63. de qua dubitari debet an ſit virgo ibid. Virginitatis regio paradyſus ibid. num. 31. Maria Virgo Deipara omnium Virginum exemplar num. 33. quo pacto quælibet Virgo Dei Mater effici queat cum velit ibid. Virginitas vera in quo ſit poſita num. 66. pag. 293. Virgines lapſæ vt admittendæ ibid. num. 68. Virginum ingens numerus Hieronymi & Baſilij æuo ibid. num. 69. qui Patrum illius æui de Virginitate ſcripſerint num. 35. p. 63. Liber Baſilij de vera virginitate quale opus num. 65. pag. 293. Virginum extra Monaſterium ſub diſciplina Baſilij Monaſticam profitentium inſtituta. V. *Baſilius.* Sanctimonialium inſtituta ib. & V. *Athanaſius, Pachonius, Sanctimonialis* Virginum Syriæ mores num. 51. p. 201. Ponti num. 15. pag. 304. Sanctæ Deiparæ omnes imitatrices ibid. ab ipſis virginum numerus auctus ib.

Virtus inter vitioſos maxime colenda nu. 112. p. 271. virtutum radia animæ à natura inſita n. 11. pag. 237. virtutis deſertores feræ ſimiles n. 45. pag. 252.

Viſitatio generalis Monaſteriorum apud Euthymium à num. 30. pag. 86. Sabæ num. 17. pag. 93. viſitatio propinquorum V. *Propinqui.*

Vita contemplatiua actiua perfectior num. 16. pag. 92. Marthæ & Mariæ Miniſteria ibid. & ſeq. vita præſens laborum, futura præmiorum nu. 227. pag. 175. vitæ ſolitariæ incommoda à n. 21. pag. 239. communis commoda ibid. quem vita ſolitaria Monachis liceat ibid. num. 25. p. 241. V. *Solitudo, Eremus, Eremita, Solitarij.* vita Monaſtica V. *Monachatus, Monachus, Inſtituta*

Vitium à nobis Deum fugat n. 149. p. 182.

Vota tria Religionis agnouit & emiſit Hieronymus num. 35. pag. 27. Chryſoſtomus num. 153. pag. 182. S. Ephrem. num. 13. pag. 191. Indi Monachi num. 4. pag. 165. Vota Virginum & viduarum intra domos proprias ſolemnia num. 67. pag. 293. Votum Virginitatis hæreſi emiſſum, ſub Eccleſiæ obedientia iteratione non eget ibid. num. 71. pag. 294. ſecus de emiſſo ſub paganiſmo ibid. Vota Virginum intra Cœnobia ſolemnia num. 82, pag. 246. V. *Monachatus, Monachus, Profeſſio.*

Vrbanitas mutua Sanctorum quanta num. 14. p. 124. & num. 45. pag. 223. qualis inter Monachos tenenda num. 29. pag. 285.

Vnctio corporum Monachis prohibita num. 67. p. 38. Ethnicorum vnctio ib.

Vrſacius Monaſterij S. Ioannis del Poyo Abbas num. 5. pag. 235. eius rogatu S. Baſilij Regula primum Latinè reddita ibid. num. 3.

Vrtica vino pota laſſitudinem recreat. num. 69. pag. 38.

Vtenſilia Monaſterij V. *Ferramenta.*

Vulcania tellus flammas euomit n. 40. pag. 64.

Vulgus Atheos ſæcularium cur conuitia in Monachos iactet num. 57. pag. 156. V. *ſæculares.*

X

X*Enodochium* Sabæ num. 9. pag. 90. & 33. p. 98. Theodoſij Cœnobiarchæ ibid. num. 102. pag. 169. Baſilij num. 34. pag. 286. Monachi in eo curati ib.

Z

Z*Ananus* Hilarionis diſcipulus n. 14. p. 5.

Zardam Indus nobilis fit Monachus nu. 15. pag. 192.

Zelus ab iracundia quibus diſcernatur num. 91. pag. 257.

Zenobius S. Ephrem diſcipulus n. 7. p. 189.

Zona Hieronymi cur lanea n. 48. p. 31. Euthymius Zona vſus n. 25. pag. 83. Baſilius num. 20. p. 217. & n. 48. p. 247.

Zythum noſtris *Zeruesa*, ſpuria doctrina num 20. p. 145.

DEO GRATIAS.